L12.
7
10 4
6
10 0
9
7.-10.
Digitized by Google



BREVIARIVM CHRONOLOGICVM

Pontificum & Conciliorum omnium quæ à S. Petro ad hæc vſque noſtra tempora celebrata ſunt

In quo annuatim

Pontificum Vitæ, eorumq; Conſtitutiones, & Bullæ Conciliorumq; ipſorum, tum generalium, tum prouincialium omnium Acta. Hæreticorum quoque, & eorum peruerſa dogmata, damnationes, confutationeſque: Schiſmata: Perſecutiones, eorumq; [illegible] Et denique quæcunq; inſignia in ipſa Dei Eccleſia huiuſque accide[illegible] Clare enarrantur

Omnia

Ex probatiſſimis S[illegible] depromptis

[illegible]

FR. FRA[illegible] [illegible]ONGI A CORIO[illegible] [illegible]APV[illegible]CINI.

CVM P[illegible]GIIS

Summi Pontificis, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, Reg. Chriſt. & Archiducis Flandriæ ad annos decem.

1623.

LVGDVNI,
SVMPT. LVDOVICI PROST
HÆREDIS ROVILLE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Priuilegium Sacra Caſarea Maieſtatis.

FERDINANDVS II. Diuina fauente clementia electus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Boëmiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ & Virtembergiæ, &c. Comes Tyrolis, &c. Agnoſcimus, & notum facimus tenore præſentium vniuerſis. Poſtquam nomine Religioſi deuoti Nobis dilecti Fr. Franciſci Longi à Coriolano ordinem D. Franciſci Capuccinorum profeſſi, demiſsè nobis ſit expoſitum, ſingulari illius cura, aſſiduo ſtudio, & peruigili diligentia Opera nonnulla Theologica congeſta ſub hiſce titulis: Summa Conciliorum omnium, quæ à S. Petro vſque ad Paulum Papam V. celebrata ſunt; cum variis Annotationibus: Item Breuiarium Chronologicum; Item Summa Theologica S. Bonauenturæ ad inſtar S. Thomæ Aquinatis, variis notationibus illuſtrata, & in ſeptem Tomos diſtributa: Necnon Tractatus de *Caſibus reſeruatis* iuxta Decretum fœl. rec. Clementis Papæ VIII. quæ nunc, vt in plurium vtilitatem fructus inde redundet, præli beneficio propediem ſint vulganda. Meruit autem ne primam eorumdem editionem alij Typographi quæſtus cauſa, quod plerunque euenire ſoleat, præproperè, aut vitiosè imitentur: adeóque cui ipſe Author operam hanc commiſerit, debito, ſperatóque laboris, & impendij ſui fructu ad alios iniquè tranſlato, fraudetur. Ac proinde ſuppliciter rogati ſimus, vt huic ſollicitudini ex benignitate noſtra Imperiali Diplomate Typographico ad certos annos indulto clementer conſulere dignaremur. Nos pro inclinatione noſtra ſingulari ad præclaros iſtiuſmodi conatus gratioſo patrocinio noſtro adiuuandos precibus iſtiuſmodi, vt quæ æquitate nitebantur, haud grauatim annuimus. Ideóque vniuerſis, & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & aliis quibuſcumque negotiationem librariam exercentibus firmiter, ſerióque inhibemus, præcipimus, & vetamus, ne quis ſupradicta opera, ſiue integra, ſiue diſpartita citra conſenſum, & voluntatem antè memorati Auctoris, vel illius Typographi, quem ipſe ad hoc delegerit, intra decennium proximum à prima vulgationis die computandum recudere, vel alibi etiam quocunque modo, forma, typo, vel charactere impreſſa, & recuſa intra Sacri Romani Imperij fines, ſiue clàm, ſiue palàm adducere, venundare, vel diſtrahere præſumat. Si quis autem edictum hoc noſtrum tranſgredi, violare, aut contemnere deprehendatur, eum non ſolùm eiuſmodi libris perperàm recuſis, & apportatis, quos dictus Typographus, eiúſve hæredes vbicunque inuenti fuerint, ſiue propria, ſiue magiſtratus ibidem authoritate, atque auxilio ſibi vendicare poterunt, priuandum; ſed & pœna inſuper decem marcharum auri puri, cuius ſemis prædicto Typographo, eiúſve hæredibus, alter verò ſemis fiſco noſtro Imperiali fraudis vindici, toties, quoties contrà factum fuerit, pendatur, omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus: dummodò tamen huiuſmodi Opera nihil in ſe ſcandaloſum, aut orthodoxę Religioni Catholicę, Sacrique Romani Imperij Conſtitutionibus aduerſum, vel bonis moribus contrarium, ſiue in Præfatione, ſiue in contextu, ſeu aliàs quomodocunque contineant, & Typographus ipſe terna vt minimùm dictorum Operum exemplaria ſuis ſumptibus quamprimùm ad Cancellariam noſtram Cæſaream tranſmiſerit. Mandamus ergo vniuerſis noſtris, & Sacri Romani Imperij, Regnorúmque, & Ditionum noſtrarum hæreditariarum ſubditis, cuiuſcunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, aut dignitatis exiſtant, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, præſertim verò iis, qui in Magiſtrátu conſtituti, vel proprio, vel ſuperiorum nomine, & loco ius, ac iuſtitiæ adminiſtrationem exercent, ne quemquam priuilegium hoc noſtrum Cæſareum temerè, & impunè tranſgredi, aut violare patiantur, quin potiùs contumaces, ſi quos fortè compererint, præſcripta pœna mulctari, alíiſque modis idoneis coërceri curent, quatenus & ipſi eandem mulctam euitare voluerint, harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum. Datum in Ciuitate noſtra Viennæ die 19. menſis Martij, Anno Domini 1621. Regnorum noſtrorum Romani II. Hungarici III. & Bohemici IV.

FERDINANDVS.

De mandato Sacræ Cæſareæ Maieſtatis.

HERMANNVS QVÆSTEMBERG.

PRIVILEGIVM ARCHIDVCVM FLANDRIÆ.

CVM expoſitum fuiſſet Sereniſſimis Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Limburgi, Luxemburgi, & Gueldriæ, Comitibus Flandriæ, Hannoniæ, &c. ex parte Fratris Franciſci Coriolani Theologi Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum, in animo ſe habere in lucem dare ad gloriam Dei, & S. Eccleſiæ vtilitatem Opus quoddam in folio à ſe compoſitum cum hoc titulo; Breuiarium Chronologicum, &c. *Verùm cùm non facile foret reperire, qui illud Opus arriperet, ſi vnicuique facultas illud excudendi concederetur, ob notabile damnum, quod ei accideret, qui ſuis expenſis id præſtaret, dictus exponens humiliter ſupplicauit Sereniſſimos Archiduces, quatenus in eo prouidere dignentur; Suæ Celſitudines, hiſce conſideratis precibus præfati Fratris Franciſci Coriolani annuentes, interdixerunt omnibus & quibuſcunque ſuarum Ditionum Bibliopolis, & Typographis, ne ſupradictum Breuiarium Chronologicum per ſpatium ſex annorum computandorum à tempore finitæ Editionis abſque licentia ſupplicantis imprimant, ſub pœna confiſcationis exemplarium, ſi quædam contra hanc prohibitionem edi contingat: & inſuper ſex aureorum pro quoque exemplari, applicandorum partim Fiſco Suarum Celſitudinum, partim vſui dicti Exponentis. Datum Bruxellis decimo Calendas Februarij, Anno Domini Milleſimo ſexcenteſimo decimonono. Ma. V.*

Ad mandatum ſuarum Celſitudinum.

ILEBOMTE.

INDEX

Digitized by Google



En vultum excelsæ quæris vestigia mentis?
Proles. *Lugdunum Gallia, Roma refert.*

Digitized by Google

ILL^MO AC POTENT^MO DOMINO

D. CAROLO DE NEVFVILLE,

D. D'HALINCOVRT, MARCHIONI DE VILLEROI, COMITI DE BVRY, &c. REGIS

Chriſtianiſſimi Ordinum Equiti Torquato, & ab vtroque Conſilio: centum Cataphractorum Equitum turmæ Præpoſito: in vrbe & Prouincia Lugdunenſi, necnon in Prouinciis Foriſienſi & Bellojocenſi Proregi Supremo,

LVDOVICVS PROST Hæres Rouillé, S.P.D.

NON fauos exquiſiti mellis, non lacteos latices, non ficus, ſuccóſque nectareos, non Arabiæ felicis odora germina, coſtum Achæmeneium, malobathrum Syrium, balſamum Iudaïcum, Sabæa thura; non denique (vt vetus illa Romanorum Reſpublica; cùm floreret ſolita erat mutuum miſſitare) vnguentorum fragrantiam, ſimiléſque oris & narium delicias venio tibi oblatum, PROREX AMPLISSIME: ſed quidpiam longè ſuauius, longè mellitius, & quod multò

----Tu te ipſe fatebere maius;

Chronicum, hoc eſt, Epiromen rerum ad hæc vſque tempora geſtarum. Quis enim melle & ſaccharo non agnoſcat iucundius, aut ipſum potiùs animorum mel non appeller? quod profectò vt cœlitum eſcam, ἄφθαρτον ἔδεσμα, æternitaris ferculum, ambroſiam & nectar Iouis aſſeruerunt ſapientiſſimi quique rerum æſtimatores. Quod ſi non admodum facit ad ſaliuam tuæ ſapientiæ, neque heroïcæ illius tuæ virtutis perfectiſſimam αὐταρκείαν, vel minimè grati ſui ſaporis ſenſu mulcere poteſt aut irrigare; mei nihilominus officij fuit offerre: & (vt olim apud deos ſacrificuli) merum largiùs affundere, ac prolibare, carnes & edulia ex ſacro ritu apponere, quæ interim adorati dij non abſumant. At Chronicum hocce muſtaceum vilius fortè ac popularius eſt, fareor, quàm in eo laureolam quærat tua illuſtris & excelſa dignitas; à nobis tamen quaſi tribu-

tariis iure hæc officia debentur, iuſtè perſoluuntur tibi. Patere, patere igitur, PROREX AMPLISSIME, vt tuum nomen legatur in hac charta, quam publici fauores tuis ſubnixam titulis benignè ſuſcipient. Debet, debet hoc tibi, tuæque paternæ vigilantiæ vniuerſa Lugdunenſis Prouincia, debent omnes boni, omnes litterati, & quotquot ſub tuis auſpiciis feliciſſimè viuunt. Quod enim vniuerſa Vrbs ornatiori, atque ampliori ſtructura ſplendeat, quod munitionibus ſit facta firmior, quod in cœcis denſiſque huius temporis calamitatum tenebris iucundiſſima luce recreetur, ſpiret, & viuat, quod in dies ſperet meliora, id totum tuæ paternæ prouidentiæ eſt, fidei, & liberalitatis. Quis enim locus in tota Vrbe, quæ regio, quis vicus, quæ domus publica, vel priuata, quæ via, quis angiportus, quis angulus, in quo plurima ſingularis tuæ religionis non appareant veſtigia, nec illa leuiter preſſa ad exigui prædicationem temporis, ſed fixa ad memoriam poſteritatis ſempiternam? Templa & ſacella reſtituta & ornata, in primis illud, quod à Diuo Lupo nomen habet ad Barbaram Inſulam, pietatem tuam ac munificentiam in Deum ac cœlites omnes teſtatur ſingularem. Quibus virtutum ornamentis, & incenſo erga Chriſtianiſſimum Regem ſtudio, & paterno in tuos Lugdunenſes amore, creſcet & elucebit in omnem poſterorum memoriam tua laus, & fama; & quod omnibus votis optamus, Illuſtriſſimæ Gentis NEVFVILLEÆ decus & gloria æternum perennans,

... canеſcet ſeclis innumerabilibus.

Cæterùm habe Chronicum iſtud votorum meorum exile monumentum, vt D. D'HALINCOVRT, vt Proregem à me cultum ſanctiore obſeruantia ſaltem intelligant, qui me D. D'HALINCOVRT, qui Proregi omnia debere, omnia vouiſſe intelligunt.

Ad Lectorem Præfatio.

SAPIENTER *admodum S. Gregorius Nazianzenus*[a] *ad Nicobolum de hiſtoria legenda ait:* Præclarum eſt, mentem hiſtoriarum cognitione inſtructam, ac refertam habere. Hiſtoria enim conglobata quædam, & coaceruata ſapientia eſt, hominúmque multorum mens in vnum collecta. *Cuius Sancti ſenſum, & verba perpendens, iuxta meæ profeſſionis ſtatum, inter plures, qui de hiſtoria ſacra ſcripſere, Cardinalis Baronij*[b]*, nunquam ſatis laudatos Annales elegi, in quibus erudita in primis, præclara, & incredibili Chriſtianæ antiquitatis ſtudio, in lucem eruta quàm plurima reperi, & elaboratiſſimum antiquitatis Eccleſiaſticæ inter tot ſalebroſa, & ſpinoſa veluti dumeta inueſtigandæ ſtudium. Hoc enim totis viribus contendit Cæſar, vt venerandam illam Religionis Chriſtianæ, non modò antiquitatem, verùm & ſanctorum etiam Patrum, & Synodorum, actorúmque in Chriſti Eccleſia ab vſque ſui exordio rerum veritatem, cum certa annorum ſerie Eccleſiæ Dei reſtituat. Præſtitit hoc, & vſque ad duodecimum ſæculum feliciſſimè omnia. Ex huius ergo tanti viri refertiſſima penu* BREVIARIVM *hoc Chronologicum collegi. Cui etiam, vt cætera, quæ ſelectiora in Dei Eccleſia ad hæc vſque noſtra tempora acta eſſent, ſeponerem, alios graues hiſtoricos, eorumq́; probata monumenta ſcrutatus, ad annum hunc præſentem milleſimum ſexconteſimum & vigeſimum ſecundum,* OPVS, *Deo bene iuuante, perduxi. In quo, veluti in Epitome*[c]*, inuenies,* LECTOR BENEVOLE, *omnium, quæ à principio naſcentis Eccleſiæ ad hanc vſque diem, vel à Pontificibus ſummis, vel ſub eorum Pontificatu geſta ſunt, & quæ contra huius temporis Nouatores ad S. Eccleſiæ Romanæ primitatem atque immunitatem faciunt. Vnde totius Eccleſiæ Catholicæ, per tot annorum curricula ab ipſius incunabulis mirabilia, ac prorſus diuina geſta, & euenta dignoſcere, & contemplari queas. Eo igitur vtere, & fruere ad Dei Optimi Maximi gloriam.*

[a] Nazianz. ad Nicobolū.

[b] Card. Baronij Annales laudantur.

[c] Breuiariū hoc veluti Epitome totam Eccleſiaſticam hiſtoriam complectitur.

APPROBATIONES.

DE mandaro Reuerendiſſimi S.P.alij Magiſtri,legi quàm attentiſſimè Breuiarium hoc R. A. P. M. F. Franciſci Longi Coriolani Or. M. Capp. vigiliis & ſtudio confectum. Habes Lector Catholice, paucis multa, & per breuiſſimum Enchiridion rotam Eccleſiæ tibi ſemper per tempora reſpondentis faciem. Perlege,& ſecurus percurre. Nihil hîc aduerſum orthodoxæ fidei,ſunt omnia quæ ad pietatem & bonos mores informent. Cenſeo D. O. M. ſummás gratias agi debere,qui tantum virum in hanc rem iuuit & promouit, & authori ipſi ſtudioſos omnes inſolubilis debiti vinculis obſtrictos eſſe. ſic iudicaui. In S.Thomæ Collegio, ad S. Mariæ ſuper Mineruam, Romæ x. Kal. Nouemb. CIↃ. CIXXI.

F. NICOLAVS RICCARDI S. T.
Magiſter & Regens.

BREVIARIVM Chronologicum Pontificum Romanorum, & Conciliorum omnium quæ à S.Petro vſque ad hæc noſtra tempora, velut aurum ex auro, ex Cardinalis Baronij annalibus, aliorúmque ſcriptorum monumentis, ab admodum R.P.F.Franciſco Longo Coriolano,Ord.Minorum S.Franciſci Capuccinorum Profeſſore,ſummo ſtudio, pari fide,ac eruditione depromptum : quod ſucceſſionem non interruptam, fidem orthodoxiæ incorruptam,maieſtatem ſuper omnes eminentem,iuxtà ac authoritatem ſuper vniuerſam Eccleſiam præſtantem, ſummorum Sacerdotum ad perpetuam ſtabilitatem petræ immobilis Romanæ Sedis, adque confuſionem omnium hæreticorum & ſchiſmaticorum,qui ab ea vel abrupti,vel auulſi,clarè non minus quàm verè ac breuiter repræſentet ; dignum publica luce cenſeo, Ego F. Abraham Bzouius S.T. Magiſter Ordinis Prædicatorum, qui ex commiſſione Reuerendiſſimi P. F. Hyacinthi Petronij Romani Sacræ Theol. & Palatij Apoſtolici Magiſtri, illud vidi, examinaui,probaui.Romæ in meo Muſæo apud S.Petrum. Kalend.Maij M. DC XXI.

BREVIARIVM Chronologicum Pontificum Romanorum, & Conciliorum omnium à R. Patre Franciſco Longo à Coriolano,Ordinis Capuccinorum Sancti Franciſci, & ſacræ Theologiæ Profeſſore ſummo ſtudio, ingentique labore collectum, de mandato Reuerendi admodum Patris Fratris Hieron. à Caſtro Fer. Proc. & Commiſſ. Generalis,vidi òpus ſanè dignum quod ab omnibus,& præcipuè antiquitatis amatoribus, præ manibus habeatur;in eo ſiquidem velut in ſpeculo longa rerum ſeries, ſed dilucida breuitate conſpicitur ; dogmatum quoque fidei notitia, quam alioquin per multa & quidem prolixa ſacrorum ſcriptorum volumina emendicare oportet,vnico hîc intuitu alibi diſpertita colligitur. Quapropter ad communem totius Eccleſiæ vtilitatem in lucem prodire digniſſimum cenſeo. Datum Romæ die 25. Maij 1621.

Ita ego Fr. IO. BAPTISTA Oſtienſis
eiuſdem Ord. & ſacræ Theologiæ
Profeſſor.

BREVIARIVM Chronologicum Pontificum & Conciliorum, à R. Patre Fr. Franciſco Longo à Coriolano Ord. Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum, mira eruditione elaboratum; Ego Frater Laurentius à Piſtorio eiuſdem Ord. Theologus, de mandato admodum R. P. Fratris Hieronymi à Caſtro Ferretorum Commiſſarij Generalis vidi, & in eo nihil prorſus contra fidem bonóſve mores, verùm omnia nedum ad illam confirmandam, hóſque inſtaurandos, ſed & ad Eccleſiaſticam dignitatem, libertatémque tuendam maximè accommodata inueni. Quare digniſſimum illud exiſtimo quod typis pro ſtudioſorum omnium, & vtilitate, & iucunditate mandetur. Datum Romæ die 20. menſis Aprilis 1621.

Ego Frater LAVRENTIVS qui ſuprà
manu propria.

IMPRIMENDI COPIA.

NOs Frater Clemens à Noto Generalis Miniſter Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum, tenore præſentium concedimus, vt Opus inſcriptum, *Breuiarium Chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium, quæ à S. Petro ad hæc vſque noſtra tempora celebrata ſunt*, &c. à R.P. Fratre Franciſco Longo à Coriolano noſtri Inſtituti Theologo editum, & diligenter iuſſu noſtro reuiſum, ac plurium virorum doctorum teſtimonio approbatum, ſeruatis omnibus, quæ ex decreto ſacri Conc. Tridentini ſeruanda ſunt, ad communem vtilitatem typis excudi valeat. In cuius rei fidem his noſtro ſigillo, quo in talibus vtimur, munitis, manu propria ſubſcripſimus. Datum in Conuentu noſtro Ciuitatis Conſtantiæ, die 26. Iunij 1621.

Frater CLEMENS Miniſter
Generalis.

Locus ſigilli.

APPROBATIO.

IOANNES CLAVDIVS DE VILLE in Sacra Theologia Magiſter, in S. Pauli huiuſce Ciuitatis Canonicus, & in hac Lugdunenſi Diœceſi à D. Dionyſio Simone de Marquemont Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Archiepiſcopo in Librorum cenſuram incumbere iuſſi fidem facimus : Nos *Breuiarium Chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium quæ à S. Petro ad hac vſque noſtra tempora celebrata ſunt*, Fr. FRANCISCO LONGO A CORIOLANO Capuccino auctore, vidiſſe, omniáque in eo Sanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ ſacris dogmatibus conformia inueniſſe. Lugduni apud S. Paulum Non. Decembr. 1622.

DE VILLE.

VIRTVTE ſupradictorum Priuilegiorum facultatem do Ego Frater Franciſcus Coriolanus Capuccinus Domino LVDOVICO PROST HÆREDI ROVILLE, Bibliopolæ Lugdunenſi, vt noſtrum *Breuiarium Chronologicum, & Tractatum de Caſibus reſeruatis* imprimere, & vendere poſſit. Datum Romæ die 4. Febr. 1622.

Ita eſt. Ego Fr. FRANCISCVS CORIOLANVS
Capuccinus manu propria.

Digitized by Google

GREGORIVS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

CVM ſicut dilectus filius Franciſcus à Coriolano Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Capuccinorum nuncupatorum profeſſor, Nobis nuper exponi fecit, ipſe vnam Summam Conciliorum omnium, quæ à S. Petro vſque ad noſtra tempora celebrata ſunt, cum variis Annotationibus, ac aliam Summam Theologicam S. Bonauenturæ ad inſtar Summæ Sancti Thomæ Aquinatis variis itidem Annotationibus, & Commentariis illuſtratam, & in ſeptem tomos diſtributam; necnon alterum ab eodem Franciſco aliàs impreſſum, ſed nunc tertio multis in locis auctum, & locupletatum Tractatum de Caſibus reſeruatis iuxta decretum fœl. record. Clementis Papæ VIII. prædeceſſoris noſtri; necnon Breuiarium Chronologicum reſpectiuè inſcripta opera in lucem edere intendat, ac vereatur, ne poſtquam in lucem prodierint, alij, qui ex alieno labore lucrum quærunt, opera huiuſmodi typis cudi facere curent in ipſius Franciſci, ac ab eo cauſam habentium præiudicium: Nos eorum indemnitati, ne ex impreſſione huiuſmodi aliquod diſpendium patiantur prouidere, ipſoſque ſpecialibus fauoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes; ſupplicationibus ipſius Franciſci nomine Nobis deſuper humiliter porrectis inclinati, eidem Franciſco, ac ab eo cauſam habentibus prædictis, vt decennio proximo durante à prima ea Operum huiuſmodi (dummodo tamen antea à dilecto filio Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici approbata fuerint) impreſſione computanda, nemo tam in Vrbe, quàm in vniuerſo ſtatu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè Nobis ſubiecto, Opera huiuſmodi ſine ſpeciali dicti Franciſci, ſeu ab eo cauſam habentium huiuſmodi licentia imprimere, ſeu ab alio, vel aliis impreſſa vendere, ſeu venalia habere, vel proponere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus; inhibentes propterea vniuerſis, & ſingulis vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus, præſertim librorum impreſſoribus ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum, & typorum omnium pro vna Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, ac pro alia cauſam à dicto Franciſco habentibus prædictis, & pro reliqua tertiis partibus accuſatori, & iudici exequenti irremiſſibiliter applicandis eo ipſo abſque vlla declaratione incurrendis pœnis, ne dicto decennio durante opera prædicta, aut aliquam eorum partem, etiam prætextu additionum, aut explanationum tam in magno, quàm in paruo folio; ac tam in Vrbe, quàm in vniuerſo ſtatu Eccleſiaſtico prædictis ſine huiuſmodi licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impreſſa vendere, aut venalia habere, vel proponere quoquo modo audeant, ſeu præſumant, mandantes propterea dilectis filiis noſtris, & Apoſtolicæ Sedis de latere Legatis, ſeu eorum Vicelegatis, ac Præſidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis iuſtitiæ miniſtris, Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, ac locorum ſtatus noſtri Eccleſiaſtici prædicti, quatenus cauſam à dicto Franciſco habentibus huiuſmodi in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes quandocunque ab ipſis fuerint requiſiti, pœnas prædictas contra quoſcunque inobedientes irremiſſibiliter exequantur. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quibuſuis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis; priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus prorſus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 7. Iunij M. DC. XXI.

SCIPIO COBELLVTIVS Card. S. Suſannæ.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis auctoritate ſancitum eſt, atque patentibus Literis cautum, ne quis in Regno ſuo, aliiſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra proximos annos decem, à die impreſsionis primæ inchoandos ac numerandos, excudat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, *Breuiarium Chronologicum Pontificum, & Conciliorum omnium quæ à S. Petro ad hæc vſque noſtra tempora celebrata ſunt*, Fr. FRANCISCO LONGO A CORIOLANO Capuccino auctore, præter LVDOVICVM PROST Hæredem ROVILLE, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſe conceſſerit. Prohibitum inſuper eadem auctoritate Regia omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra Regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicunque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dicti LVDOVICI PROST. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliiſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſsis. Datum Lugduni die 16. Decembris 1622.

De mandato Regis.

Signatum

PERROCHEL

INDEX ET SERIES ROMANORVM PONTIFICVM QVI IN ECCLESIA A CHRISTO DOMINO AD HÆC VSQVE TEMPORA REGNARVNT:

iuxta antiqua ac veriſſima, tum Romanæ Eccleſiæ, tum concordem Hiſtoricorum ſententiam.

Quorum prior numerus ſeriem Pontificum, ſecundus annum Chriſti, tertius paginam denotat.

SANCTI Patres hanc vnam, cæteris Eccleſiis poſthabitis in Romana Eccleſia Pontificum incorruptam ſucceſſionem tanti fecerunt, vt eo velut fortiſſimo demonſtrationis genere ad veram tum doctrinam, tum Religionem probandam vſi fuerint. Nam Irenæus *lib. 3. cap. 3.* nulla aliarum Eccleſiarum ſucceſſionis habita ratione, Romanæ tantummodò Eccleſiæ Pontifices à Petro vſque ad Eleutherium tunc ſedentem enumerat, vt veram Eccleſiam, & cum ea veram doctrinam oſtendat, quæ veræ Eccleſiæ eſt comes. Et *lib. 4. cap. 42. Quapropter*, ait, *eis qui ſunt in Eccleſia, Presbyteris obedire oportet his qui ſucceſſionem habent ab Apoſtolis, ſicut oſtendimus, qui cum Epiſcopatus ſucceſſione, chariſma veritatis certum acceperunt, reliquos verò qui abſiſtunt à principali ſucceſsione, & quocumque loco colliguntur, ſuſpectos habere, vel quaſi hæreticos, & malæ ſententiæ.* Et Tertullianus qui ſecunda Eccleſiæ ætate poſt Irenæum vixit in lib. de Præſcriptionibus cùm Alexandrinæ Eccleſiæ quæ à Marco fundata fuerat, aut Hieroſolymitanæ quæ à Iacobo, Epiſcopos recenſere potuiſſet, qui in his adhuc Eccleſiis incorrupta ſucceſſione vigebant, ſola Romanorum Pontificum ſucceſſione aduerſus Hæreticos præſcribit, his verbis: ſi quæ audent *(inquit cap. 32.)* ſe interſerere ætati Apoſtolicæ, vt ideo videantur ab Apoſtolis traditæ, quia ſub Apoſtolis fuerunt; poſſumus dicere: *Edant ergo origines ſuarum Eccleſiarum: euoluant ordinem ſuorum Epiſcoporum, ita per ſucceſsiones ab initio decurrentem, vt primus ille Epiſcopus aliquem ex Apoſtolis, vel ex Apoſtolicis viris, qui tamen cum Apoſtolis perſeuerauerunt, habuerit auctorem & anteceſſorem. Hoc enim modo Eccleſiæ Apoſtolicæ cenſus ſuos deferunt.* Hieronymus cont. Lucifer. cap 9. illam tantùm veram Eccleſiam eſſe affirmat, in qua Apoſtolica hæc ſucceſſio viget: *In illa Eccleſia*, inquit, *permanendum eſt, quæ ab Apoſtolis fundata, vſque ad hanc diem durat.* Auguſtinus paſſim, ac copioſè hanc doctrinam tradit: nam *contra epiſtolam Fundamenti cap. 4.* præcipuè hoc argumento inter cætera, ſe in Eccleſia Catholica teneri affirmat: *Tenet me*, inquit, *in Eccleſia ab ipſa Sede Petri Apoſtoli vſque ad præſentem Epiſcopatum, ſucceſſio Sacerdotum.* Idem quoque habet ſuper Pſalm. 44. explicans locum illum: *Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij.* Hoc ipſum etiam diſertè docent Optatus Mileuit. *lib. 3. cont. Parmen.* Epiphan. *Hæreſ. 27.* Athanaſ. *Orat. 2. cont.*

Digitized by Google

Index Romanorum Pontificum.

Arian.& in quæſtionibus ad Antioch.*q.* 44. Cyprian.*lib.* 1.*epiſt.* 6. & alij Patres vnanimi conſenſu id docent.

Series ergo & ſucceſſio Romanorum Pontificum ſic eſt.

1. *Primus Ieſus Chriſtus Summus Pontifex, ac Sacerdos ſecundum Ordinem Melchiſedech, totius Eccleſiæ caput à Deo conſtitutus, cùm Pontificatum 33. annis, ac tribus ferè menſibus tenuiſſet, Petrum totius Eccleſiæ Catholicæ Pontificem ſibi Vicarium inſtituit, tum Romanæ Eccleſiæ Epiſcopum deſtinauit, anno ſal.* 34. 4

2. *Petrus II. Pontifex Chriſti Vicarius, cùm Antiochiæ ſeptem annis ſediſſet poſtea iubente Chriſto, Romam venit ſub Tiberio Cæſare, & Romanam Cathedram viginti quinque annis adminiſtrauit, ac Romanus Pontifex primus appellatus eſt, tum Petro ſucceſſit Linus.* 34. 8

3. *Linus ergo, qui primus poſt Petrum gubernauit Eccleſiam, cùm ſediſſet annos vndecim, menſes duos, dies viginti tres, capitali ſupplicio afficitur.* 70. 20

4. *Cletus qui præfuit Eccleſiæ annis duodecim, menſibus ſeptem, diebus duobus, Domitiano Imperatore, martyrio coronatus eſt.* 81. 22

5. *Clemens Romanus vixit in Pontificatu annos nouem, menſes ſex, Martyr.* 93. 23

6. *Anacletus Græcus, poſt interregnum quatuor menſium, & decem dierum Pontifex eligitur, ſedit annos nouem, menſes duos, & dies decem. Martyr.* 103. 25

7. *Euariſtus Græcus ſedit annos decem, menſes ſeptem, dies duos. Martyr.* 112. 26

8. *Sixtus Romanus, ſedit annos decem, menſes tres, dies viginti vnum. Martyr.* 132. 27

9. *Teleſphorus Græcus ſedit annos vndecim, menſes tres. Martyr.* 140. 29

10. *Higinus Græcus, ſedit annos quatuor, menſes tres.* 154. 31

11. *Pius Aquileienſis ſedit annos nouem, menſes ſex. Martyr.* 158. 31

12. *Anicetus Syrus ſedit annos nouem (alij vndecim) menſes quatuor. Martyr.* 167. 32

13. *Soter Fundanus ſedit annos quinque (aliy nouem) menſes tres, dies viginti vnum. Martyr.* 175. 33

14. *Eleutherius Græcus, ſedit annos quindecim, dies viginti tres. Martyr.* 179. 35

15. *Victor Afer, vixit in Pontificatu annos nouem, menſem vnum, & dies* 28. *Martyr.* 194. 36

16. *Zepherinus Romanus, ſedit annos decem & octo, totidemque dies. Martyr.* 203. 38

17. *Calixtus Romanus, ſedit annos quinque, menſes decem. Martyr.* 221. 40

18. *Vrbanus Romanus, ſedit annos ſex (alij quatuor) menſes decem. Martyr.* 226. 41

19. *Pontianus Romanus, vixit in Pontificatu annos quinque (alij nouem) menſes* 5. *Martyr.* 233. 45

20. *Anterus Græcus, ſedit annum vnum, menſem vnum, aly dicunt quod ſedit annos vndecim. Martyr.* 238. 46

21. *Fabianus Romanus, ſedit annos quatuordecim Martyr.* 238. 46

22. *Cornelius Romanus, ſedit annos duos, menſes duos. Martyr.* 254. 48

23. *Lucius Romanus, ſedit annum vnum (alij tres) menſes octo.* 256. 51

24. *Stephanus Romanus, ſedit annos tres (alij ſeptem) menſes quinque. Martyr.* 257. 52

25. *Sixtus II. Græcus, ſedit annum vnum, menſes vndecim. Martyr* 260. 55

26. *Dionyſius, cuius originem Damaſus inuenire non potuit, ſedit ann.* 11. *(alij* 6.*) menſes* 2. 261. 55

27. *Felix Romanus ſedit annos duos, menſes quinque. Martyr.* 273. 57

28. *Eutychianus Tuſcus ſedit annos nouem. Martyr.* 275. 58

29. *Caius Dalmata ſedit annos duodecim, menſes quatuor. Martyr.* 284. 59

30. *Marcellinus Romanus ſedit annos ſeptem, menſes vndecim, dies viginti tres. Martyr.* 297. 60

31. *Marcellus Romanus ſedit annos quinque, menſes ſex, dies viginti vnum. Martyr.* 304. 61.

32. *Euſebius Græcus ſedit annos duos (alij ſex) menſes ſeptem.* 309. 63

33. *Melchiades Afer ſedit annos duos, menſes duos. Martyr.* 311. 64

34. *Silueſter Romanus ſedit annos viginti vnum, menſes decem.* 314. 65

35. *Marcus Romanus vixit in Pontificatu duobus annis, menſibus octo, & diebus viginti.* 336. 77

36. *Iulius Romanus ſedit annos quindecim, menſes duos.* 337. 78

37. *Liberius Romanus,*
38. *Felix II. Romanus,* } *ab anno* 352. *vſque ad annum* 367. 85

39. *Damaſus Hiſpanus Luſitanus, ſedit vſque ad annum decimum octauum inchoatum.* 367. 95

40. *Siricius Romanus ſedit annos tredecim, (alij quindecim.)* 385. 107

41. *Anaſtaſius Romanus, ſedit annos quatuor.* 398. 113

42. *Innocentius Albanus, ſedit annos quindecim, menſes tres.* 402. 116

43. *Zoſimus*

Index Romanorum Pontificum.

43. *Zoſimus Græcus, ſedit annum vnum, menſes tres, dies duodecim.* 417. 124.
44. *Boniſacius Romanus, ſedit annos quatuor, menſes decem.* 419. 126.
45. *Cæleſtinus Campanus, ſedit annos octo, menſes quinque, dies decem & ſeptem.* 423. 128.
46. *Sixtus III. Romanus ſedit annos octo.* 432. 141.
47. *Leo Magnus Tuſcus, ſedit annos viginti vnum, dies vndecim.* 440. 144.
48. *Hilarius Sardus, ſedit annos ſex, menſes decem.* 461. 153.
49. *Simplicius Tiburtinus, ſedit annos quindecim, menſes quinque.* 468. 153.
50. *Felix III. Romanus ſedit annos nouem.* 483. 154.
51. *Gelaſius Afer, ſedit annos quatuor, menſes octo, dies decem & ſeptem.* 492. 156.
52. *Anaſtaſius II. Romanus, ſedit annos duos.* 497. 157.
53. *Simmachus Sardus, ſedit annos quindecim, menſes octo.* 498. 157.
54. *Hormiſda Fruſinonius, ſedit annos nouem, dies octodecim.* 514. 160.
55. *Ioannes Tuſcus, ſedit annos duos, menſes nouem, dies quatuordecim.* 524. 163.
56. *Felix IV. Samnis, ſedit annos quatuor, menſes duos, dies tredecim.* 526. 163.
57. *Boniſacius II. Romanus, ſedit annos duos.* 530. 164.
58. *Ioannes II. Romanus, ſedit annos tres.* 532. 165.
59. *Agapetus Romanus, ſedit annos duos, dies viginti vnum.* 535. 165.
60. *Siluerius Campanus, ſedit annos tres, & quartum inchoauit.* 537. 166.
61. *Vigilius Romanus, ſedit annos quindecim, menſes ſex, dies viginti ſex.* 540. 168.
62. *Pelagius Romanus ſedit annos quatuor, menſes decem, dies decem & octo.* 555. 175.
63. *Ioannes III. Romanus ſedit annos tredecim.* 560. 177.
64. *Benedictus Romanus, ſedit annos quatuor, menſes duos.* 573. 178.
65. *Pelagius II. Romanus, ſedit annos duodecim, menſes tres.* 577. 179.
66. *Gregorius Magnus Romanus, ſedit annos tredecim, menſes tres, dies decem.* 590. 182.
67. *Sabinianus, cuius patria ignoratur, ſedit menſes quinque, dies decem & nouem.* 605. 188.
68. *Bonifacius III. Romanus, ſedit annos nouem.* 606. 188.
69. *Boniſacius IV. ex Valeſia Marſorum Ciuitate, ſedit annos ſex, menſes octo.* 607. 188.
70. *Deuſdedit Romanus, ſedit annos tres.* 615. 189.
71. *Boniſacius V. Neapolitanus, ſedit annos ſeptem, menſes decem.* 618. 190.
72. *Honorius Campanus ſedit annos duodecim, menſes quinque, dies decem & ſeptem.* 626. 190.
73. *Seuerinus Romanus Pontificatus ſui anno primo moritur.* 639. 192.
74. *Ioannes IV. Dalmata Pontificatus ſui anno primo, menſe nono, die nono moritur.* 640. 192.
75. *Theodorus Græcus ſedit annos ſeptem, menſes quinque* 641. 192.
76. *Martinus Tudertinus ſedit annos ſex, menſes tres, dies duodecim. Martyr.* 649. 194.
77. *Eugenius, qui per imaginem quandam ſedebat, mortuo prædeceſſore, legitimus iam Pontifex, nouo accedente conſenſu, ſedere cœpit. Qui tamen cum ſediſſet ab obitu Martini legitimè menſes ſex, dies viginti tres, ſecunda die Iunij moritur.* 654. 195.
78. *Vitalianus Segninus ſedit annos quatuordecim, menſes quinque.* 655. 195.
79. *Adeodatus Romanus ſedit annos ſeptem, menſes duos.* 669. 197.
80. *Donus Romanus ſedit annos duos.* 676. 198.
81. *Agatho Siculus ſedit annos quatuor.* 678. 198.
82. *Leo II. Siculus ſedit menſes decem.* 683. 201.
83. *Benedictus II. Romanus, ſedit menſes decem.* 684. 202.
84. *Ioannes V. Syrus Pontificatus ſui anno primo, & diebus vndecim moritur.* 685. 203.
85. *Conon Thrax, ſedit menſes vndecim, & dies viginti tres.* 686. 203.
86. *Sergius Syrus ſedit annos tredecim, menſes octo, dies viginti tres.* 688. 204.
87. *Ioannes VI. Græcus, ſedit annos tres, menſes duos, dies duodecim.* 701. 207.
88. *Ioannes VII. Græcus, ſedit annos duos, menſes ſeptem, dies decem & ſeptem.* 705. 209.
89. *Siſinius Syrus vigeſimo Pontificatus die, ſeptima Februarij repentinò moritur.* 708. 209.
90. *Conſtantinus Syrus ſedit annos ſex, menſem vnum.* 708. 209.
91. *Gregorius II. Romanus ſedit annos ſexdecim, menſes octo, dies viginti.* 715. 210.
92. *Gregorius III. Syrus, ſedit annos decem, menſes nouem.* 731. 214.
93. *Zacharias Græcus, ſedit annos decem, menſes tres.* 741. 217.
94. *Stephanus II. poſt quartum diem vita fungitur, & ob temporis breuitatem in ſerie Romanorum Pontificum à nonnullis omittitur, cùm tamen verè Pontifex fuerit.* 752. 220.
95. *Stephanus III. Romanus ſedit annos quinque, & dies viginti octo.* 752. 220.
96. *Paulus Diaconus eius frater illi in Pontificatum ſubrogatur, ſedit annos decem, & men-*

Index Romanorum Pontificum.

ſem vnum. ann. 757. pag.225.

97. Stephonus IV. Siculus ſedit annos tres, menſes ſex. 768. 228.

98. Adrianus Romanus ſedit annos viginti tres, menſes decem, dies tredecim. 772. 229.

99. Leo III. eodem die obitus Adriani, magno omnium conſenſu ſubrogatus eſt: Romanus, ſedit annos viginti, menſes quinque, dies decem & ſeptem. 794. 238.

100. Stephanus V. Romanus ſedit menſes ſeptem. 816. 243.

101. Paſchalis Romanus inuitus & reluctans, è Monaſterio S. Stephani eductus, cui præſidebat, Pontifex creatur, ſedit annos ſeptem, menſes tres, dies ſexdecim. 817. 243.

102. Eugenius II. Romanus ſedit annos tres, menſes duos. 824. 246.

103. Valentinus Romanus ſedit dies quadraginta. 827. 247.

104. Gregorius IV. inuitus, & renitens, ac latebras quærens Pontifex eligitur. Sedit annos ſexdecim. 827. 247.

105. Sergius II. ſedit annos tres, & menſem vnum. 844. 251.

106. Leo IV. Romanus, ſedit annos octo, menſes tres. 847. 253.

Hic fingitur Ioannis Papæ fœminæ fabula. 853. 255.

107. Benedictus III. defuncto Leoni, abſque mora ſubrogatur omnium conſenſu, ſed Pontificatus ſui anno ſecundo, menſe ſexto, die nono, moritur. 855. 258.

108. Nicolaus I. Romanus fugiens, & tantum onus declinans à S. Petri Baſilica abſtractus ſacris acclamationibus in Patriarchium Lateranenſe introductus Apoſtolico ſolio imponitur: ſedit annos nouem, menſes ſex, dies viginti. 858. 259.

109. Adrianus II. Romanus poſt menſis vacationem admirabili omnium Ordinum conſenſu eligitur, ſedit annos quatuor, menſes decem. 867. 263.

110. Ioannes VIII. Romanus ſedit annos decem. 872. 269.

111. Martinus I. ſedit annum vnum, & dies viginti. 883. 275.

112. Adrianus III. ſedit annum vnum, menſes tres, dies decem & nouem. 884. 276.

113. Stephanus VI. dictus V. ſedit annos ſex. 885. 277.

114. Formoſus Portuenſis, cuius mors incerta. 891. 278.

115. Stephanus VII. dictus VI. ſubrogatur, pulſo Bonifacio intruſo, ab intruſo: in ſerie tamen Pontificum numeratur, quia ad periculum ſchiſmatis auertendum illum vniuerſus Clerus approbauit, totaq; Chriſti Eccleſia pro Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſore agnouit. Sed praualente poſtea in vrbe Romanorum factione aduerſus Adalbertum, Tuſciæ Marchionem, Stephanus Apoſtalicæ Sedis inuaſor, & ipſe pulſus detruditur in carcerem vbi ſtrangulatur, & creatur. 897. 280.

116. Romanus quidam nomine, quem vixiſſe tantùm menſes quatuor, & dies 20. tradũt. 900. 281

117. Theodorus II. Romanus die vigeſimo ſui Pontificatus moritur. 901. 282.

118. Ioannes IX. Tiburtinus ſedit annos tres, & dies quindecim. ibid.

119. Benedictus IV. Romanus ſedit annos duos circiter. 905. 283.

120. Leo V. Ardeatinus poſt quadraginta dies moritur. 907. 283.

121. Sergius III. poſt annos duos moritur. 908. 283.

122. Anaſtaſius III. Romonus, ſedit annos duos, & totidem menſes. 910. 284.

123. Lãdo ſucceſſit Anaſtaſio defũcto, ſed modico interlapſo tẽpore ex hoc vita migrauit. 912. 284

124. Ioannes X. Romanus ſedit annos ſexdecim. 912. 284.

125. Leo VI. Romanus ſeptimo menſe die quintodecimo Pontificatus ſui moritur. 928. 286.

126. Stephanus VIII. dictus VII. Romanus ſedit annos duos, menſem vnum. 929. 286.

127. Ioannes XI. ſedit annos quinque. 931. 286.

128. Leo VII. Romanus ſedit annos tres, menſes ſex. 936. 287.

129. Stephanus IX. Germanus, ſedit annos tres, menſes quatuor. 940. 287.

130. Marinus II. ſedit annos tres, menſes tres, dies tredecim. 943. 287.

131. Agapetus II. Romanus ſedit annos decem, dies ac menſes decem. 946. 288.

132. Ioannes XII. Romanus ſedit annos nouem. 955. 289.

133. Benedictus V. cuius obitus neſcitur annus certus. 964. 292.

134. Ioannes XIII. Romanus ſedit annos ſex, menſes vndecim. 968. 293.

135. Donus II. Romanus poſt tertium menſem obiit. 972. 294.

136. Benedictus VI. Romanus, qui à Bonifacio Francone Cardinale, ſceleſtiſſimo viro, capitur, in carcerem detruditur, & ſtrangulatur, ſedit annum vnum, menſes tres, & dies aliquot. 974. 294.

137. Benedictus VII. Romanus ſedit annos nouem. 975. 294.

138. *Ioannes* XIV. *à Præfato Bonifacio etiam in carcerem detruſus, fame perit.* 985. 296.
139. *Ioannes* XV. *Romanus ſedit annos decem, & menſes aliquot.* ibid.
140. *Gregorius* V. *ſedit annos duos, menſes circiter octo.* 996. 296.
141. *Silueſter* II *ſedit annos tres.* 999. 299.
142. *Ioannes* XVI. *alij* XVII *poſt quinque menſes moritur.* 1002. 299.
143. *Ioannes* XVII. *alij* XVIII. *ſedit annos ſex.* 1003. 300.
144. *Sergius* IV. *Romanus ſedit annos duos, menſes octo.* 1009. ibid.
145. *Benedictus* VIII. *ſedis annos duodecim.* 1012. ibid.
146. *Ioannes* XVIII. *alij* XIX. *alij* XX. *ſedit annos decem, & menſes aliquot.* 1024. 302.
147. *Benedictus* IX. *Tuſculanus, qui cùm non iuſtè viueret, & Silueſter Sedem inuaſiſſet: ille à*
Gratiano, iſte à B. Nilo perſuaſus ſedem depoſuerunt, & omnes vnanimi conſenſu ipſum
Gratianum, tanquam Eccleſia Dei liberatorem, elegerunt, eumque mutato nomine. 1033.
302.
148. *Gregorium* VI. *vocauerunt, ſed cùm videret durum ſchiſma conſlandum, Gregorium Nazian-*
Zenum imitatus, ſponte Pontificia dignitate ſe priuauit, eique ceſſit. 1044. 304.
149. *Clemens* II. *qui veneno potatus poſt nonum menſem vltra montes defunctus eſt.* 1046. 305.
150. *Damaſus* II. *Romanus per vim Sedem occupans, nullo Cleri populique conſenſu, ſed vigeſimo*
ſui Pontificatus die moritur. Veneno, aiunt, eſſe à Benedicto illo Sedis Apoſtolicæ inuaſore 305.
ſublatum. 1048. 306.
151. *Leo* IX. *ſedit annos quinque, menſes duos.* 1049. 307.
152. *Victor* II. *ſedit annos duos, menſes tres.* 1055. 309.
153. *Stephanus* X. *moritur Pontificatus ſui menſe nono.* 1057. 309.
154. *Nicolaus* II. *Florentinus ſedit annos duos.* 1059. 310.
155. *Alexander* II. *Mediolanenſis ſedit annos vndecim.* 1061. 313.
156. *Gregorius* VII. *ſedit annos duodecim.* 1073. 321.
157. *Victor* III. *ſedit annos duos, & menſes aliquot.* 1086. 322.
158. *Vrbanus* II. *ſedit annos duodecim.* 1088. ( ) 325.
159. *Paſchalis* II. *Tuſcus ſedit annos decem & octo.* 1100. 328.
160. *Gelaſius ſedit annum vnum.* 1118. 329.
161. *Calixtus* II. *ſedit annos quinque.* 1119. 330.
162. *Honorius* II. *ſedit annos quinque.* 1124. 331.
163. *Innocentius* II. *ſedit annos tredecim.* 1130. 335.
164. *Cæleſtinus* II. *qui vixit in Pontificatu menſes quinque.* 1143. 335.
165. *Lucius* II. *Bononienſis, ſedit aliquot menſes.* 1144. 335.
166. *Eugenius* III. *ſedit annos nouem.* 1145. 336.
167. *Anaſtaſius* IV. *vixit in Pontificatu menſes quinque.* 1154. 337.
168. *Adrianus* IV. *ſedit annos quatuor, menſes decem.* 1154.
169. *Alexander* III. *Tuſcus ſedit annos viginti tres & aliquot menſes. Hic Pontifex ad dies Petri* 338.
plus cæteris Pontificibus propinquius acceſſit. 1156. 343.
170. *Lucius* III. *Tuſcus ſedit annos quatuor, menſes duos, dies decem & octo.* 1181.
171. *Vrbanus* III. *Mediolanenſis, Pontificatus ſui anno primo, menſibus decem, diebus viginti quin-* 344.
que clauſit ſuum diem. 1185. 344.
172. *Gregorius* VIII. *ſedet tantùm menſem vnum, & dies viginti ſeptem.* 1187. 344.
173. *Clemens* III. *Romanus ſedit annos duos, & menſes aliquot.* 1188. 344.
174. *Cæleſtinus* III. *Romanus, ſedit annos ſex, & aliquot menſes.* 1191. 345.
175. *Innocentius* III. *Anagninus, ſedit annos decem & octo, & menſes ſex.* 1198. 348.
176. *Honorius* III. *Romanus, ſedit annos decem, menſes ſeptem.* 1216. 350.
177. *Gregorius* IX. *Anagninus, ſedit annos quindecim.* 1227.
178. *Cæleſtinus* IV. *qui decimo octauo ſui Pontificatus die moritur. Vacat Sedes anno vno, & am-*
plius, quia Fridericus Imperator tres Cardinales in carcere detinebat. 1241. 351.
179. *Innocentius* IV. *Genuenſis ſedit annos vndecim, menſes quinque.* 1243. 352.
180. *Alexander* IV. *Segninus ſedit annos ſex, menſes quinque.* 1245. 352.
181. *Vrbanus* IV. *ſedit annos nouem, & aliquot menſes.* 1261. 354.
182. *Clemens* IV. *Gallus ſedit annos tres. Vacauit Sedes biennio & tribus menſibus.* 1265. 355.
183. *Gregorius* X. *Placentinus ſedit annos quinque.* 1271. 356.
184. *Innocentius* V. *poſt quintum menſem, & aliquot dies improuiſa morte ſublatus eſt.* 1276.
357.

Index Romanorum Pontificum.

185. *Adrianus V. Genuenſis aliquos dies vixit.1276.* 357.
186. *Ioannes XXI. Vlyßipponenſis ſedit octo menſes, & aliquot dies. 1276.* 357.
187. *Nicolaus III. Romanus, ſedit annos tres, & aliquot menſes. 1277.* 358.
188. *Martinus II. dictus IV. ſedit annos quatuor menſem vnum. 1281.* 359.
189. *Honorius IV. Romanus ſedit annos duos. 1285.* 359.
190. *Nicolaus IV. ex Ordine Minorum Aſculanus ſedit annos quinque, & aliquot menſes. 1288.* 360.
191. *Cæleſtinus V. Moronus poſt quinque menſes cedit Papatui. 1294.* 363.
192. *Bonifacius VIII. Anagninus ſedit annos nouem.* ibid.
193. *Benedictus X. dictus XI. ſedit menſes octo, dies decem & ſeptem. 1303.* 365.
194. *Clemens V. Guaſconus ſedit annos octo, menſes decem, dies quindecim. 1305.* 366.
195. *Ioannes XXI. dictus XXII. ſedit annos decem & ſeptem. 1316.* 368.
196. *Benedictus XII. ſedit annos ſeptem, menſes quatuor. 1334.* 370.
197. *Clemens VI. Lemouicenſis ſedit annos decem, menſes ſex, dies decem & octo. 1342.* 371.
198. *Innocentius VI. Lemouicenſis, ſedit annos nouem, menſes ſeptem. 1352.* 372.
199. *Vrbanus V. Lemouicenſis ſedit annos octo, menſes tres. 1362.* 372.
200. *Gregorius XI. Lemouicenſis ſedit annos ſeptem, menſes quinque. 1371.* 373.
201. *Vrbanus VI. Neapolitanus, Pontificatus ſui anno ſecundo diebus 21. moritur. 1378.* 373.
202. *Gregorius XII. Venetus, qui vt ſchiſma ab Eccleſia tolleretur ſpontè cedit Papatui, & à Cardinalibus depoſito Benedicto Antipopa. 1406.* 374.
203. *Alexandrum V. Minoritam crearunt, viuente adhuc Gregorio XII. quo Pontificatus ſui menſe octauo mortuo creatur. 1409.* 375.
204. *Ioannes XXIII. dictus XXIV. Neapolitanus, qui tamen à Concilio Conſtantienſi depoſitus fuit, & ipſe ſua depoſitioni aſſenſum præbuit. 1409.* 375.
205. *Martinus V. Romanus ſedit annot tredecim, menſes tres. 1417.* 376.
206. *Eugenius IV. ſedit annos ſexdecim. 1431.* 378.
207. *Nicolaus V. Sarzanus ſedit onnos octo, & dies decem & nouem. 1447.* 381.
208. *Calixtus III. Hiſpanus ſedit annos tres, menſes quatuor. 1455.* 382.
209. *Pius II. Pientinus ſedit onnos ſex. 1458.* 382.
210. *Paulus II. Venetus, ſedit annos ſex, menſes decem. 1464.* 383.
211. *Sixtus IV. Ligur ex Ordine Minorum, ſedit annos vndecim, & aliquot menſes. 1471.* 383.
212. *Innocentius VIII. Genuenſis ſedit annos ſeptem, & aliquot menſes. 1484.* 384.
213. *Alexonder VI. Hiſpanus ſedit annos vndecim, menſes octo. 1492.* 385.
214. *Pius III. Hetruſcus die vigeſimo ſexto ſui Pontificatus moritur. 1503.* 386.
215. *Iulius II. Ligur ſedit annos nouem. 1503.* 386.
216. *Leo X. Florentinus ſedit annos octo. 1513.* 387.
217. *Adrianus VI. Teutonicus Pontificatus ſui anno primo menſibus octo diebus viginti quotuor moritur. 1522.* 390.
218. *Clemens VII. Florentinus ſedit annos decem. 1523.* 390.
219. *Paulus III. Romanus ſedit annos quindecim, & dies viginti quinque. 1534.* 402.
220. *Iulius III. Italus ſedit annos quatuor, & aliquot menſes. 1550.* 411.
221. *Marcellus II. poſt diem vigeſimum ſecundum ſui Pontificatus moritur. 1555.* 412.
222. *Paulus IV. Neapolitanus ſedit annos quotuor, & aliquot menſes.* ibid.
223. *Pius IV. Mediolanenſis, ſedit annos quinque, & menſes aliquot. 1559.* 414.
224. *Pius V. Alexondrinus ſedit annos quinque & aliquot menſes. 1566.* 418.
225. *Gregorius XIII. Bononienſis, ſedit annos duodecim, menſes decem, dies viginti ſeptem. 1572.* 424
226. *Sixtus V. Picenus, ſedit annos quinque, menſes quatuor. 1585.* 428.
227. *Vrbanus VII. Romanus die duodecima à ſua aſſumptione moritur. 1590.* 431.
228. *Gregorius XIV. Mediolanenſis ſedit annum vnum, & aliquot menſes. 1590.* 431.
229. *Innocentius IX. Bononienſis poſt duos menſes moritur. 1591.* 432.
230. *Clemens VIII. Florentinus ſedit in Pontificatu annos tredecim, & menſem vnum. 1592.* 432.
231. *Leo XI. Florentinus poſt viginti ſex dies à ſua aſſumptione moritur. 1605.* 438.
232. *Paulus V. Romanus ſedit annos quindecim, & aliquot menſes. 1605.* 438.
233. *Gregorius XV. Bononienſis, qui modo viuit, & fælix regnat. 1621.* 444.

INDEX ALPHABETICVS
SVMMORVM PONTIFICVM.

Quorum prior numerus annum ſalutis, alter paginam denotat.

A.

ADeodatus. anno 669. pag. 197
Adrianus j. 772.229
Adrianus ij. 867.263
Adrianus iij. 884.276
Adrianus iv. 1154.337
Adrianus v. 1276.357
Adrianus vj. 1522.390
Agapetus j. 535.165
Agapetus ij. 946.288
Agatho. 678.198
Alexander j. 120.27
Alexander ij. 1061.310
Alexander iij. 1160.338
Alexander iv. 1254.352
Alexander v. 1409.375
Alexander vj. 1492.385
Anacletus. 103.25
Anaſtaſius j. 398.113
Anaſtaſius ij. 497.157
Anaſtaſius iij. 910.284
Anaſtaſius iv. 1153.336
Anicetus. 167.32
Antherus 238.46

B.

BEnedictus j. 573.178
Benedictus ij. 684.201
Benedictus iij. 855.258
Benedictus iv. 905.283
Benedictus v. 964.292
Benedictus vj. 973.294
Benedictus vij. 975.294
Benedictus viij. 1012.300
Benedictus ix. 1033.302
Benedictus x. } 1303.365
Benedictus xj. }
Benedictus xij. 1334.370
Bonifacius j. 419.126
Bonifacius ij. 530.164
Bonifacius iij. 606.188
Bonifacius iv. 607.188
Bonifacius v. 618.190
Bonifacius vj. 895.280
Bonifacius vij. 974.294
Bonifacius viij. 1294.363
Bonifacius ix. 1389.374

C.

CAius. 284.59
Calixtus j. 221.40
Calixtus ij. 1119.329
Calixtus iij. 1455.382
Clemens j. 93.23
Clemens ij. 1047.305
Clemens iij. 1188.344
Clemens iv. 1265.355
Clemens v. 1305.368
Clemens vj. 1342.371
Clemens vij. 1523.390
Clemens viij. 1592.432
Cletus. 81.22
Cœleſtinus j. 423.128
Cœleſtinus ij. 1143.335
Cœleſtinus iij. 1191.344
Cœleſtinus iv. 1241.351
Cœleſtinus v. 1299.363
Conon. 686.203
Cornelius. 254.48
Conſtantinus j. 708.209
Conſtantinus ij. 767.226
Chriſtophorus. 905.283

D.

DAmaſus j. 367.95
Damaſus ij. 1048.305
Deusdedit. 615.189
Dionyſius. 261.55
Donus j. 676.198
Donus ij. 972.294

E.

ELeutherius. 179. 35
Euariſtus. 112. 26
Eutychianus. 275. 58
Eugenius j. 654. 195
Eugenius ij. 824. 246
Eugenius iij.. 1145. 335
Eugenius iv. 1431. 378.
Euſebius. 309. 63.

F.

FAbianus. 238. 46
Felix j. 273. 57
Felix ij. 358. 85
Felix iij. 483. 154
Felix iv. 526. 163
Formoſus. 891. 278

G.

GAius. 284. 59
Gelaſius j. 492. 156
Gelaſius ij 1118. 328
Gregorius j. 590. 182
Gregorius ij. 715. 210
Gregorius iij. 731. 214
Gregorius iv. 828. 247
Gregorius v. 996. 296
Gregorius vj. 1044. 304
Gregorius vij. 1073. 313
Gregorius viij. 1187. 344
Gregorius ix. 1227. 350
Gregorius x. 1271. 356
Gregorius xj. 1371. 373
Gregorius xij. 1406. 374
Gregorius xiij. 1572 424.
Gregorius xiv. 1590 431
Gregorius xv. 1621. 444

H.

HIginius. 154. 31
Hilarius. 461. 153
Honorius j. 626. 190
Honorius ij. 1125. 330
Honorius iij. 1216. 348
Honorius iv. 1285. 359
Hormiſda. 514. 160

I.

INnocentius j. 401. 116
Innocentius ij. 1130. 331
Innocentius iij. 1198. 345
Innocentius iv. 1243. 352
Innocentius v. 1276. 357
Innocentius vj. 2352. 372
Innocentius vij. 1404. 374
Innocentius viij. 1488. 384
Innocentius ix. 1591. 432
Ioannes j. 524. 163
Ioannes ij. 532. 165.
Ioannes iij. 560. 177
Ioannes iv. 640. 192
Ioannes v. 685. 203
Ioannes vj. 702. 207
Ioannes vij. 705. 209.
Ioannes viij. 873. 269
Ioannes ix. 901. 282
Ioannes x. 912. 284
Ioannes xj. 931. 286
Ioannes xij. 956. 289
Ioannes xiij. 966. 293
Ioannes xiv. 984. 296
Ioannes xv. 985. 296
Ioannes xvj. 995. 299
Ioannes xvij. 1003. 300
Ioannes xviij. ibid. 302
Ioannes xix. 1024. 302
Ioannes xx. 1276. 357
Ioannes xxj. } 1316. 368
Ioannes xxij. }
Ioannes xxiij. } 1409. 375
Ioannes xxiv. }
Iulius j. 337. 78
Iulius ij. 1503. 386
Iulius iij. 1550. 411

L.

LAndo. 911. 284
Leo j. 440. 144
Leo ij. 683. 201
Leo iij. 796. 238
Leo iv. 847. 253
Leo v. 907. 283
Leo vj. 928. 286
Leo vij. 936. 287
Leo viij. 964. 292
Leo ix. 1049. 306
Leo x. 1513. 387
Leo xj. 1605. 438
Liberius. 352. 82
Linus. 70. 20
Lucius j. 256. 51
Lucius ij. 1144. 335
Lucius iij. 1181. 343

M.

MArcellinus. 297. 60
Marcellus j. 304. 61

Google

Index Romanorum Pontificum.

Marcellus ij.	1555.	412
Marcus.	336.	77
Marinus j.	883.	275
Marinus ij.	943.	287
Martinus j.	649.	194
Martinus ij.	1281.	359
Martinus iij. } vacat.		
Martinus iv. } vacat.		
Martinus v.	1417.	376
Melchiades.	311.	64
N.		
NIcolaus j.	858.	259
Nicolaus ij.	1058.	309
Nicolaus iij.	1277.	358
Nicolaus iv.	1288.	360
Nicolaus v.	1447.	381
P.		
PAſchalis j.	817.	243
Paſchalis ij.	1099.	325
Paulus j.	757.	225.
Paulus ij.	1464.	383
Paulus iij.	1534.	402
Paulus iv.	1556.	412
Paulus v.	1605.	438
Pelagius j.	555.	175
Pelagius ij.	577.	179
Petrus.	34.	4
Pius j.	158.	31
Pius ij.	1458.	382
Pius iij.	1503.	386
Pius iv.	1559.	414
VIII. Item ſub Sylueſtro. 324. 70
IX. Item ſub Sylueſtro. 325. 74
X. Sub Iulio. 337. 78
XI. Sub Liberio. 341. 79
XII. Sub Damaſo. 352. 82
XIII. Item ſub Damaſo. 367. 96
XIV. Item ſub Damaſo. 369. 97
XV. Item ſub Damaſo. 372. 100
XVI. Sub Sergio. 382. 106
XVII. Sub Cœleſtino. 386. 107
XVIII. Sub Sixto. 430. 139
XIX. Sub Leone. 433. 141
XX. Sub Leone. 444. 144
XXI. Sub Hilario. 449. 149
XXII. Sub Felice. 465. 153
XXIII. Sub Gelaſio. 483. 154
XXIV. Sub Gelaſio. 494. 157
XXV. Sub Symmacho. 495. 157
XXVI. Sub Symmacho. 499. 158
XXVII. Sub Symmacho. 500. 158
XXVIII. Sub Symmacho. 501. 158
XXIX. Sub Symmacho. 502. 159
XXX. Sub Symmacho. 503. 159
XXXI. Conciliab. ſub Formoſo. 897. 280
XXXII. Item. 904. 282
XXXIII. Sub Agapeto. 949. 289
XXXIV. Conciliab. 963. 290
XXXV. Item. 964. 291
XXXVI. Item Conciliab. ibid. 292
XXXVII. Sub Ioanne. 971. 293
XXXVIII. Sub Gregorio V. 996. 297
XXXIX. Sub Clemente. 1047. 305
XL. Sub Leone. 1049. 306
XLI. Item. 1050. 307
XLII. Item. 1051. ibid.
XLIII. Item. 1053. ibid.
XLIV. Sub Nicolao. 1059. 309
XLV. Sub Alexand. 1063. 311
XLVI. Item. 1065. 312
XLVII. Item. ibid. ibid.
XLVIII. Sub Gregorio VII. 1074. 315
XLIX. Item. 1075. 315
L. Item. 1076. ibid.
LI. Item. 1078. 317
LII. Item. ibid. ibid.
LIII. Item. 1080. 318
LIV. Item. 1081. 318
LV. Item. 1083. 320
LVI. Item. 1084. ibid.
LVII. Item ſub Victore. 1089. 322
LVIII. Item. 1098. 324
LIX. Item. 1099. ibid.
LX. Sub Paſchali. 1116. 328
LXI. Sub Calixto. 1122. 330
LXII. Item. 1123. ibid.
LXIII. Sub Innocentio. 1133. 347
LXIV. Sub Gregorio IX. 1234. 351
LXV. Item. 1302. 365
Rothomagenſe. 682. 201

S.

SAbinenſe. 1322. 368
Sablonaricum. 862. 261
Salisburgenſe ſub Gregorio. 1274. 357
II. Sub Gregorio. 1291. 359
III. Sub Clemente V. 1308. 367
IV. Item. ibid. ibid.
V. Sub Vrbano VI. 1386. 374
VI. Sub Martino V. 1410. 378
Sardicenſe Oecum. 346. 79
Scotiæ Synodus. 1203. 346
Seleucienſe. 359. 87
Semonenſe I. 1140. 334
II. Item. 1528. 398
Sicilianum. 365. 94
Siluanectenſe. 863. 261
Stampenſe. 1130. 332

Sueſſionenſe I. 853. 254
II. Item. 909. 283
III. Item. 941. 287
IV. Item. 1039. 334
Sueſſanum. 303. 61
Sutrinum I. 1046. 305
II. Item. 1059. 309
Sydæ. 383. 106
Sydonium. 512. 160
Synadenſe. 258. 53
Syrmienſe. 357. 84

T.

TArraconenſe I. 614. 189
II. Item. 1242. 351
III. Item 1279. 359
Taurinatenſe. 397. 113
Teleptenſe. 418. 125
Ticinenſe I. 855. 257
II. Item. 876. 271
Toletanum I. ſub Anaſtaſio. 400. 115
II. Sub Innocentio. 406. 118
II. Sub Bonifacio. 531. 164
III. Sub Pelagio. 589. 181
IV. Sub Bonifacio. 610. 189
V. Sub Honorio. 633. 191
VI. Item. 636. 192
VII. Item. 638. ibid.
VIII. Sub Theodoro. 646. 193
IX. Sub Martino. 653. 195
X. Sub Vitaliano. 656. ibid.
XI. Sub Adeodato. 675. 198
XII. Sub Agathone. 681. 201
XIII. Sub Leone. 683. 102
XIV. Sub Benedicto. 684. ibid.
XV. Sub Sergio. 688. 204
XVI. Item. 693. 206
XVII. Item. 694. ibid.
XVIII. Sub Ioanne. 701. 207
XIX. Item. 1324. 368
XX. Sub Benedicto. 1339. 371
XXI. Sub Clemente VI. 1347. 371
XXII. Sub Sixto IV. 1472. 384
Toloſanum I. 1056. 307
II. Item. 1090. 322
III. Item. 1124. 330
Traiectenſe. 694. 206
Treeenſe I. 867. 262
II. Item. 1104. 327
III. Item. 1107. 327
IV. Item. 1127. 330
Treuirenſe I. 386. 107
II. Item. 948. 288
III. 1148. 336
IV. Item. 1548. 408
Triburienſe I. 895. 280
II. Item. 1035. 304
Tridentinum. 1545. 408
Troianum I. 1093. 313
II. Item. 1109. 327
III. Item. 1115. 328
Troſleium. 924. 285
Tullenſe. 859. 259
Turonicum I. 482. 154
II. Item. 570. 178
III. Item. 813. 242
IV. Item. 849. 253
V. Item. 1055. 307
VI. Item. 1096. 324
VII. Item. 1163. 341
VIII. Item. 1448. 381
Tyricum I. 335. 76
II. Item. 448. 147
III. Item. 518. 162

V.

VAlentinum I. 374. 102
II. Item. 524. 163
III. Item. 589. 181
IV. Item. 855. 257
Vaſenſe I. 352. 81
II. Item. 442. 144
III. Item. 527. 164
Veneticum. 1177. 343
Vercellenſe. 1050. 307
Vezellinum. 1145. 336
Vveſtmonaſterienſe. 1226. 350
Viennenſe I. 474. 154
II. Item. 1112. 328
III. Item. 1119. 329
IV. Item Oecum. 1311. 367
Virdunenſe. 947. 288
Vvintonienſe I. 1139. 334
II. Item. 1141. 335
Vvormatienſe I. 770. 218
II. Item. 772. 219
III. Item. 776. 232
IV. Item. 868. 264
V. Item. 870. 268
VI. Item. 1076. 315

INDEX CONCILIORVM
OECVMENICORVM APPROBATORVM: REPROBATORVM: ET PARTIM APPRO-batorum, partim reprobatorum.

Concilia Generalia approbata ſunt XVIII.

Numerus finalis paginam denotat.

PRIMVM *eſt Nicanum quod celebratum eſt ab anno 325. vſque ad annum 330. qui fuit annus XV. Syluestri Papa, & XX. Conſtantini Imp. In hoc Concilio conuenerunt Epiſcopi 318. Et dua potiſſimùm controuerſia definita ſunt. Vna de die Paſchatis: Altera de Diuinitate Chriſti, & eius cum Patre aqualitate aduerſus hareſim Arianorum.* 71

Secunda Synodus Conſtantinopolitana, qua celebrata eſt anno 381. aduerſus Macedonium negantem Spiritus ſancti Diuinitatem: Theodoſio ſeniore Imp. ac Damaſo ſummo Pontifice: ad quam conuenerunt Epiſcopi 150. 103

Tertia Synodus eſt Epheſina I. qua coacta eſt anno 431. ſub Theodoſio iuniore Imperatore, & Cæleſtino I. Summo Pontifice: ad quam conuenerunt Epiſcopi 200. In hac Synodo Cyrillus Alexand. locum Rom. Pont. obtinebat. Cauſa Concilij fuit Neſtorij Epiſcopi Conſtantinopolitani noua hareſis, qua Chriſtum in duas perſonas diuidebat. 140

Quarta Synodus eſt Chalcedonenſis, qua collecta eſt an. 451. aduerſus hareſim Eutychetis Archimandita, qua vnam tantùm in Chriſto naturam aſſerebat poſt incarnationē. Acta verò eſt hac Synodus Leone I. ſummo Pontif. & Martiano Auguſto. Adfuerunt in ea 630. Epiſcopi. 149

Quinta Synodus Generalis fuit coacta apud Conſtantinopolim anno 12. Conſtantini IV. Imp. an. Ch. 553. ad quam conuenerunt Epiſcopi 289. & Legati Agath. Papa. A quibus damnata eſt eorum hareſis qui vnam tantùm voluntatem in Chriſto eſſe volebant. 172

Sexta Synodus etiam apud Conſtantinopolim anno 680. 199

Septima Synodus apud Nicaam congregata eſt anno 8. Conſtantini & Irena Impp. an. Chr. 787. ad quam conuenerunt Epiſcopi 350. & Legati Adriani Papa, qui vnà cum reliqua Synodo eos damnauit, qui ſacras Chriſti, & Sanctorum imagines omni honore ſpoliabant. 233

Octaua Synodus eſt Conc. IV. Conſtantinopolitanum, quod celebratum eſt ſub Adriano II. Summo Pontif. & Baſilio Auguſto an. Chr. 869. conuenerunt Epiſcopi 383. contra Photium intruſum. 265

Nonum Concilium eſt Lateranenſe I. Epiſcoporum 900. & amplius, contra Saracenos pro recuperanda Terra ſancta tempore Calixti II. & Henrici V. Imper. an. Chr. 1122. 329

Decimum eſt Lateranenſe II. Epiſcoporum mille anno 1116. contra Antipapas, & pro iure Cleri tempore Innocentij II. & Lotharij Imperatoris. 328

Vndecimum eſt Lateranenſe III. Epiſcoporum ferè 300. pro reformatione Eccleſia, & contra Vualdenſes anno 1179. tempore Alexandri III. & Friderici I. Imperat. 345

Duodecimum eſt Lateranenſe IV. Patrum 1283. contra varias hereſes, & pro Terra ſancta recuperanda tempore Innocentij III. & Friderici II. Imp. anno Chriſti 1215. 348

Tertiumdecimum eſt Lugdunenſe I. anno 1245. contra Imperatorem Fridericum, & pro Terra ſancta tempore Innocentij IV. & Friderici II. 352

Decimumquartum eſt Lugdunenſe II. Patrum ferè mille, contra errorem Gracorum, tempore Gregorij X. & Rodulphi Imperatoris, anno 1274. 357

Decimumquintum eſt Viēnenſe, Epiſcoporum 300. contra varias hereſes tempore Clem. V. & Henrici VII. Imperat. an. Ch. 1311. 367

Decimumſextum eſt Florentinum anno 1439. Patrum 141. contra errores Gracorum tempore Eugenij IV. & Alberti Imperatoris. 380

Decimumſeptimum eſt Lateranenſe V. Patrum 114. contra ſchiſmata, & pro variis negotiis, tempore Iulij II. & Leonis X. & Maximiliani Imperatoris, anno 1512. 387

Decimumoctauum eſt Tridentinum anno 1545. inchoatum, & 1563. abſolutum, contra hereſes Lutheranorum tempore Pauli III. Iulij III. ac Pij IV. & Caroli V. ac Ferdinandi Imperatorum. 408

Concilia Generalia reprobata ſunt VII.

P*Rimum eſt Antiochenum anno 347. in anno quinto Conſtantij in quo damnatus eſt Athanaſius, & via patefacta ad euerſionem Concilij Nicani I.* 79

Secundum eſt Mediolanenſe Epiſcoporum pluſquam 300. anno 355 tempore eiuſdem Conſtantij, in quo etiā obliquè fides Catholica damnata eſt. 83

Tertium eſt Ariminenſe Epiſcoporum 600. ſub eodem Conſtantio anno 359. in quo ſublatum eſt de Symbolo nomen ὁμοούσιος. 86

Quartum eſt Epheſinum II. tempore Theodoſij iunioris anno 459. in quo factione Dioſcori, occiſus eſt S. Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & Legati Romani Pontificis Leonis fugati: ac demum hareſis Eutychiana confirmata. 149

Quintum eſt Concilium Conſtantinopolitanum ſub Leone Iſauro contra ſacras imagines anno 553. qui fuit 13. Imperij eiuſdem. Interfuit huic Concilio S. Germanus Patriarcha, qui tamen non conſenſit: & ideo à ſua Sede Conſtantinopolitana deiectus eſt. 172

Sextum eſt Concilium Conſtantinopolitanum ſub Conſtantino Copronymo anno 754. Conuenerunt Epiſcopi 338. ſed nullus adfuit Patriarcharum excepto pſeudo-Epiſcopo Conſtantinopolitano. Definitum eſt in hoc Concilio abolendas eſſe Chriſti & Sanctorum imagines. Reprobatum eſt hoc Concilium in VII. Synodo act. 6. 224.

Septimum eſt Concilium Piſanum anno 1511. congregatum ab Imperatore & Rege Galliæ, & aliquot Cardinalibus contra Iulium II. Papam, & reprobatum paulo poſt in Concil. Later. ſub Iulio II. ſeſſ. 2. & 3. 386

Concilia, partim approbata, & partim reprobata ſunt ſex.

PRimum Sardicenſe Epiſcoporum 376. anno Domini 347. tēpore Conſtantij, & Iulij I. ex quibus 300. Epiſcopi Occidentales fidem Catholicam confirmarunt, quam exponit Hilarius in lib. de Synodis. reliqui 76. Epiſcopi Orientales fidem Arianam ſcripſerunt. 79

Secundum eſt Concilium Syrmienſe, quod celebratum eſt annis quinque poſt Sardicenſe, hoc eſt anno Domini 356. Liberio Summo Pontifice, & Conſtātio Imp. In hoc enim Concilio duæ formulæ fidei diſſentientes inter ſe editæ ſunt. 84

Tertium eſt Concilium Quiniſextum, anno 692. in quo continentur Canones Trullani: qui partim ſunt reprobati, quia ſine vlla auctoritate Summi Pontificis id fecerunt, & apertè Sergius Papa, qui tunc viuebat, reprobauit hanc erraticam Synodum. Partim ſunt approbati: quia, & ſi Canones illi ex ſe nullam habeant vim: tamen aliqui poſtea probati ſunt a Pontifice, aut aliis legitimis Conciliis, [illegible]ualis eſt Canon 82. de pingendis imaginibus receptus ab Adriano Papa, & VII. Synodo. 205

Quartum eſt Concilium Francofordienſe, quod celebratum eſt anno 794. Adriano I. Pontifice, & Carolo Magno Rege Francorum, quod Concil. ab Adriano confirmatum fuit quantum ad eam partem, in qua definitur, Chriſtum non eſſe Filium Dei adoptiuum, & ab eodem reprobatur quantum ad alteram partem, in qua ex errore damnatur VII. Synodus. 236

Quintum eſt Concilium Conſtantienſe anno 1094. Patrum ferè mille: quod quidem quantum ad primas ſeſſiones, vbi definit Concilium eſſe ſupra Papam, reprobatum in Concilio Florentino, & Lateran. vltimo: quantum verò ad vltimas ſeſſiones, & ea omnia, quæ probauit Martinus V. ab omnibus Catholicis recipitur. 323

Sextum eſt Concilium Baſileenſe anno 1439. cuius nihil eſt ratum, & probatum, niſi quædam diſpoſitiones circa beneficia, quæ à Concilio facta fuerant, quas (pacis, & vnitatis gratia) Nicolaus Papa approbauit: Concilium verò ipſum reprobatur in Concilio Lateran. vltimo. ſeſſ. 2. 378

De Concilio Piſano.

COncilium verò Piſanum celebratum an. 1409. non eſt manifeſtè, nec probatum, nec reprobatum: nam ex vna parte depoſitis Gregorio XII. & Benedicto XIII. elegit Alex. V. qui inter veros Pontifices numeratur: ex altera verò S. Antoninus 3. par. tit. 22. cap. 5. §. 2. & 3. aſſerit, ipſum eſſe Conciliabulum: & euentus idem oſtendiſſe videtur, quia coactum fuit Concilium ad ſchiſma tollendum: & tamen illud non ſuſtulit, ſed auxit. Si verò abſolutè fuiſſet reprobatum, vtique Alexander VI. ſe non Sextum, ſed Quintum appellaſſet. 375

INDEX SCHISMATVM, QVÆ HVC VSQVE IN SANCTA ROMANA ET CATHOLICA ECCLESIA FVERVNT.

Quorum primus numerus annum Chriſti, alter paginam denotat.

PRIMVM fuit Nouatiani Antipapæ contra Cornelium ſummum Pontificem, ſub anno 254. 49

Secundum fuit Felicis, cum Liberio ſub anno 358. p.85. ſed vterque aliquo tempore legitimus Pontifex fuit.

Tertium fuit Vrſicini contra Damaſum, ſub anno 368. 96

Quartum fuit Eulalij contra Bonifaciũ I. ſub anno 419. 126

Quintum fuit Laurentij contra Symmachum ſub anno 499. 158

Sextum fuit Dioſcori contra Bonifacium II. ſub anno 530. 164

Septimum fuit Vigilij contra Silucrium, Silucrius poſtea ſponte Pontificatu ſe abdicauit, & Vigilius tunc ritè electus ſub anno 537. 166

Octauum fuit Petri Archiepiſcopi, & Theodori Presbyteri: Romani enim Petrum: exercitus verò Theodorum in Ioannis demortui locum ſufficere conabantur. Sed diuino monitu, Conon eligitur ſub anno 686. 203

Nonum fuit ſub anno 687. p. 204. Nam mortuo Conone vna pars populi Romani elegit Theodorum, altera Paſchalem, ſed Primates Iudicum, & exercitus Romanæ militiæ, & Cleri plurima pars in ſacro Palatio conueniens Sergium elegit. 204

Decimum fuit Conſtantini Tutinis Ducis Nepeſini fratris, qui per vim introductus fuit anno 767. ſed anno 768. cùm expulſus eſſet, electus fuit Stephanus IV. 226

Vndecimum fuit Zinzinij contra Eugenium II. ſub anno 824. 246

Duodecimum, fuit cuiuſdam Ioannis Diaconi, qui per vim in Patriarchium ſe intruſerat ſub anno 844. 251

Tertiumdecimum fuit Anaſtaſij contra Benedictum III. ſub anno 855. 258

Quartumdecimum fuit Sergij contra Formoſum ſub anno 891. 279

Quintumdecimum fuit Leonis, & Benedicti contra Ioannem duodecimum qui licentioſè viuebat ſub anno 963. & 964. 292

Sextumdecimum fuit ſub anno 1044. tribus Sedem Petri occupantibus; Benedictus Lateranenſe Palatium, Syluester apud S. Mariam Maiorem morabatur: Tertius verò apud S. Petrum. Is fuit Gregorius VI. qui poſtea pacificè Eccleſiam gubernauit, & tamquam legitimus Pontifex omnia rectè diſpoſuit. 304

Decimumſeptimum fuit Ioannis Veliterni, qui Benedicti nomen accepit contra Nicolaum II. ſub anno 1058. 309

Decimumoctauum fuit Cadaloi contra Alex. II. ſub anno 1061. 310

Decimumnonum fuit Guiberti contra Gregorium Papam VII. ſub anno 1081. 319

Vigeſimum fuit Petri Leonis contra Innocentium II. ſub anno 1130. 331

Vigeſimumprimum fuit Octauiani contra Alex. III. ſub anno 1156. 338

Vigeſimumſecundum fuit Petri de Corbario contra Ioannem XXIII. opera Ludouici Bauari Imperatoris intruſi, ſub anno 1328. 368

Vigeſimumtertium fuit ſub anno 1378. Clementis Antipapæ, quem VII. appellant, contra Vrbanum VI. Hoc ſchiſma fuit omnium longiſſimum, durauit enim per ſpatium 40. annorum, pluribus in mortuorum locis ſuffectis. 373

Vigeſimumquartũ fuit Clementis Antipapæ contra Martinũ V. ſub anno 1424. 378.

Vigeſimumquintum fuit ſchiſma Felicis Antipapæ contra Eugenium IV. ſub anno 1439. 378

INDEX ALPHABETICVS

HÆRETICORVM, ET HÆRESVM IN CONCILIIS DAMNATORVM.

Prior numerus annum Chriſti, alter paginam denotat.

ACACIVS *Conſtantinopolitanus in Concilio Rom. ſub Felice anno* 483. 154
Acephali in Conc. Conſtantinop. poſt obitum Agapiti Papa anno 536. 166
Acoëmetæ in Conc. Rom. ſub Ioanne. 533. 165
Albigenſes. 1176. 343. & 1179. 343
Almaricus. 1215. 348
Anaſtaſius extinctam hereſim Petri Gnaphei renouat. 749. 219. *contra quem Ioannes Damaſcenus ſcribit.*
Animarum mortalitatem ſectantes in Concil. Arabico. 249. 47
Apollinaris in Conc. Conſtantinop. I. Gen. 381. 103
Aquary. 257. 52
Arius in Conc. Alexand. I. 315. 68. & 318. 68. & 319. 69. *Et Rom. II. ſub Sylu.* 324. 70. & *Nicæna Gen. I.* 325. 71. & *Arimin.* 359. 86. & 381. 103
Armeni. 1143. 329
Audai. 741. 218
Auxentius in Conc. Rom. II. ſub Damaſo. 369. 97
Bonoſius hereticus damnatur. 389. 109
Berengarius. 1050. 307. *Damnatus in Concil. Rom.* 1059. 310. *Quireſipiſcit, & fidem Catholicam profitetur in Concilio Rom.* 1079. 317
Cataphryga. 258. 53
Cherintus. 93. 23
Cœleſtius Pelagianus in Concil. Dioſpolit. 415. 122. *Carthag. ſub Innocentio.*
Collushiani, & Collyridiani. 373. 101. & *Mileuitano ſub eodem.* 416. 123
Donatiſta in Concilio Carthaginenſi. 306. & 308. 63
Eon. 1148. 336
Euphrata, qui negabat Chriſtũ Deum in Conc. Agrippinenſi. 152. 82
Ennomius in Conc. Conſtantinop. ſub Leone, 448. 146. & *Conc. Chalcedon. generali.* 450. 148
Eutyches. 448. 146
Feliciſſimus ſchiſmatis Africani auctor cum ſectariis. 254. 49
Feliciana hereſis. 794. 236
Fœlix Vrgelitanus, qui dicebat Chriſtum eſſe Filium Dei adoptiuum. 792. 236
Fraticellorum hereſis. 1318. 368
Gilbertus Porretanus. 1148. 336
Gnoſtici. 120. 26
Godeſcalcus, qui aſſerebat, quòd ſicut Deus quoſdam prædeſtinauit ad vitam, ita etiam quoſdam prædeſtinauit ad mortem æternam. 848. 253
Helceſita. 249. 47
Hieronymus à Praga in Conc. Lateran. 1414. 376
Hus. ibid.
Iconoclaſta, & de vſu imaginum. 726. 212. & 766. 226. & 769. 228. & 787. 233. & 870. 269.
Inceſtuoſi. 1065. 312
Ioachimus Abbas. 1215. 348. *In Conc. Lateran.*
Iouinianus in Conc. Mediolanen. ſub Syricio. 350. 109
Iudæi in Conc. Rom. 315. 67
Lutherani in Conc. Trid. 1545. 409
Macedonius in Conc. Conſtantinop. I. gener. 381. 103
Manichæi in Con. Rom. 444. 144
Maſſiliani. 383. 106. & 427. 138
Monothelita. 648. 193. & 649. 194. & 680. 199. *In Synodo generali Conſt. eodem anno.*
Neſtorius Conc. Alex. 430. 139. & *Conc. Epheſ. generali.* 431. 140
Nouatiani. 255. 50
Origenes an fuerit hereticus. 232. 44
Origeniſta in Synodo Alex. ſub Anaſtaſio. 399. 114
Palladius. 381. 104
Paulus Samoſatenus. 265. 56. & 272. 57
Pelagius 415. 122
Petrus Fullo. 483. 155
Petrus Abailardus. 1129. 334
Photinus. 357. 85. & 381. 103.
Prædeſtinatiani. 855. 257
Priſcillianiſtæ. 381. 105
Sabelliani. 263. 56. & 272. 57
Samoſatenus. 265. 56. & 272. 57
Secundianus. 381. 105
Sergius, qui Manichæorum hereſim collapſam reſtituit. 810. 241
Simon Magus. 68. 19
Simoniaci. 1049. 306
Templary. 1311. 367
Theodor. Mopſueſtanus. 547. 171
Valery. 249. 47
Vicelonis hereſis damnata in Conc. Quintilineburgenſis. 1085. 321
Vrſacius, & Valens. 363. 93
Vuiclephus Lateran. 1417. 376

BREVIARIVM CHRONOLOGICVM PONTIFICVM, CONCILIORVM,

ET OMNIVM QVÆ IN ECCLESIA DEI hucuſque celebrata ſunt, ex probatiſſimis Scriptorum monumentis deprompτum à Fratre FRANCISCO LONGO Coriolano Capuccino.

ANNO DOM.

CHRISTVS IESVS Summus Pontifex [a],Patris æterni Sacerdos, Deus de Deo ante ſæcula, & Verbum caro factum, Deus & homo in tempore ex intemeratâ Virgine natus, primus,vnicus,ſummus Catholicæ Eccleſiæ Hierarcha,ac totius Eccleſiæ Caput,à Deo inſtitutus,Pontificatum ſupremâ cum dignitate, atque vtilitate adminiſtrauit. Poſtquam enim in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, in primis, demerſos tenebris ignorantiæ,doctrinâ fidei illuſtrauit:deinde, æternâ ſeruitute damnatos, lytro ſanguinis perſoluto liberauit [b].Pricipē durum,& dirum illum exactorem à ceruicibus miſerorum profligauit: miraculorum operatione moribundos,& confractos recreauit,inſtaurauit:pacē florentiſſimam [c] inter ſupera,& infera conſtabiliuit.Sacramenta [d] diuinioris notæ inſtituit: ſacrificium,tum incruentum in extrema cœna,tum cruentum in ara Crucis,viuifici corporis,& ſanguinis ſui,& immolauit, & fidelibus communicauit. Cœlorum adyra, potentiâ Crucis reſerauit, & ſupra cœlorum conuexa conſcendens, atque ad dexteram Patris conſidens,ibi regnat in æternum.

1. Quod verò ad Chronologiam attinet, anno 42. Imperij Octauiani Auguſti inchoante,Ieſus Chriſtus ex Maria Virgine natus eſt: quæ Ioſepho deſponſata [e], cùm primùm non humanitus,ſed diuinitùs grauidā ſe eſſe cognouiſſet, exurgens abiit in montana cum feſtinatione,in ciuitatem Iuda,& ſalutauit Elizabeth: cum qua tribus menſibus morata,nato Ioanne Baptiſta [f],domum ſuam reuerſa eſt.Interim exiit edictum à Cæſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuerſus orbis [g]: ſingulíſque in ciuitatem ſuam euntibus, aſcendit & Ioſeph à Galilæâ de ciuitate Nazareth, in ciuitatē Dauid,quæ erat Bethleem, eo quòd eſſet de domo, & familiâ Dauid,vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante.In eâ ciuitate accidit, naſci Deum Verbum Redemptorem noſtrum Ieſum Chriſtum 25. die menſis Decembris [h],& in die Dominico, quemadmodum in VI. Synodo Græci Patres confitentur:& in mediâ nocte, ſicut vetus traditio Eccleſiæ Sacræ noctis anniuerſariis functionibus docet.

Peperit autem, non ordine naturæ.Cùm enim naturæ Dominus naſcebatur [i], legibus naturæ non tenebatur. Quæ conceperat ſine viro,peperit [k] ſine dolore:& quæ Virgo ſemper fuerat ante partum, æquè permanſit in partu: ac proinde eadem perſeuerauit poſt partum: & ab hac perpetuâ virginitate in Eccleſiâ Dei conſecuta eſt cognomentum [l],vt ſicut dicit Epiphanius *hæreſ.78.nunquam aliquis auſus fuerit proferre* S.MARIÆ *nomen,quin ſtatim inferret* VIRGINIS *vocē*.Quæ ergo ſine dolore peperit,nullo indiguit obſtetricantis [m] obſequio: ſed ipſa genitrix,& obſtetrix (Cypr.de oper.Cardin.)*in Natiuitate Chriſti deuotam dilectæ ſoboli exhibuit clientelam* [n] *: ipſa attrectabat,amplectebatur, iungebat oſcula, porrigebat mammam,totum negotium plenum gaudio,nullus dolor,nulla naturæ contumelia in puerperio.*

a *Dei incarnati actionū compendium.*

b *Iſa. 9. Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius,& ſceptrum exactoris eius ſuperaſti ſicut in die Madian.*

c *Coloſſ.1.Pacificans per ſanguinem Crucis eius, ſiue quæ in terris, ſiue quæ in cælis ſunt.*

d *Sacramenta omnia à Chriſto Domino inſtituta eſſe, determinat Concil. Trid. Seſſ. 7. Can. 1. his verbis: Si quis dixerit, Sacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, aut eſſe plura, vel pauciora, quā ſeptē, videlicet, Baptiſmum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam vnctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut aliquid horū ſeptem non eſſe verè, & propriè ſacramentum: anathema ſit.*

e *Maria Ioſepho deſponſata, de Spiritu ſancto concepit: & ſtatim ad Eliſabetham viſitandam perrexit.*

f *Ioannis Baptiſtæ natiuitas.*

g *Orbis vniuerſus deſcribitur iuſſu Cæſaris Auguſti.*

h *Chriſtus naſcitur die 25.Decemb.in die Dominico,& in media nocte.*

i *Chriſtus legibus naturæ non tenebatur.*

k *Maria ſine dolore peperit ſuum filium primogenitum.*

l *Mariæ nomen ſemper cum Virginis nominis additamento profertur.*

m *Maria obſtetrice non indiguit.* n *Saluatorem ſæculorum ipſum Regem Angelorum ſola Virgo lactabat vbere de cælo pleno.*

a Zeno Epiſcopus Veron Serm. 6. de Natiuit. Dom.
b Chriſtus humani generis peccata venerat mundare.

Non [a] *enim tanti partus pondere exhauſta, totis pallens iacuit reſoluta viſceribus: non filius matris, aut ſuis eſt vllis ſordibus delibutus. Neque enim re vera aliquid circa ſe habere poſſet immundum, qui humani generis peccata, ſordes, & maculas venerat* [b] *mundaturus.*

c Nato Domino è petra aqua ſcaturiit in eadem ſpelunca.
Beda de loc. San. c. 8.
d Angeli canunt, Gloria in excelſis Deo.
e Paſtores puerum venerantur.
f Panni quibus Chriſti corpuſculum inuolutum fuit, ad futura tempora ſeruati.

Nato Domino, in eadem ſpeluncâ, ad ea, quæ vſus quotidianus expoſcebat, è petra [c] miraculosè ſcaturiit aqua, quæ ſi qua fortè occaſione, vel induſtria fuerit exhauſta, nihilominus continuò, ſicut anteà fuerat, redundat. Angeli verò [d] cœlitus lapſi recens natum canticum illum cecinerunt: *Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: tum etiam tres paſtores [e] ab Angelis cantentibus exeiti venerati ſunt iacentem in præſepio Regem ſæculorum.

Panni [f], quibus eum ſanctiſſima Virgo inuoluerat, admirabili quadam diuinâ diſpenſatione, ad futura tempora ſeruati ſunt: in quorum honorem erigeretur Baſilica, & anniuerſaria feſta dies à Chriſtiano populo ageretur: prout ſignificant Germanus, & Euthymius in orat. de Faſciis Dom. *apud Lippom. tom. 6. die* 31. *Auguſti.*

g Circunciditur puer.
h Circunciſionis diem variis honoris, & deuotionis ſignis Chriſtiani celebrabant.

Octauo poſteà die [g], ipſis Calend. Ian. eodem in loco in eadem ſpelunca, vbi natus eſt, circunciditur puer. Neque enim (Epiphan. in Panario *lib.* 1. *tit.* 1.) aliqua lege adſtringebantur Iudæi, vt infantem circuncidendum, deferrent in templum. Eam Calendarum Ianuarij diem, poſtea [h] Chriſtiani ſummâ deuotione, ac pietate tranſigere ſolebant: addebant Litanias, ieiunia, & cætera ſanctioris conſuetudinis indicia, tum vt Chriſto ſanguine orbem purpuranti aliquam pro beneficio gratiam referrent: tum vt eo tempore, quo Gentiles fœditate, & impietate mundum contaminabant, Deúmque ad iracundiam prouocabant, ipſi pro illis tum gemerent, tum propiium redderent commemoratione tanti Sacramenti.

i Magi ſtella ductu puerum adorant: eique munera afferunt.
k Magos Reges fuiſſe, & numero tres, pia habet Traditio.

Nato Domino, ſtella apparuit [i], quæ Solis totam decore, ac lumine vincebat, non de numero earum, quæ cœlos ornant, aut ex vaporibus coagmentatis in aëre accenduntur: non morbos, mortéſque denuncians; ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanæ conuerſationis, rerúmque mortalium gratiam indicans. Hanc tres Magi [k] videntes, Hieroſolymam primò: deinde Bethlehem eiuſdem ſtellæ ductu, veniunt, & procidentes ipſum puerum, vt Deum, adorant, eique munera, aurum, thus, & myrrham offerunt.

l Puer in templo præſentatur.

Natum Saluatorem, tulerunt [l] parentes in templum, & pro eo iuxta Moſaicæ 3.
legis præſcriptum obtulerunt. Ibi Simeon Iuſtus, non cœcus, vt quidam commenti ſunt, ſed ſuper videntes videns, ſuſceptum infantem in vlnas, lumen ad reuelationem Gentium eſſe illum pronunciauit.

m Herodes turbatur, & de interficienda Ieſu cogitat.
n Accidentia, quæ circa Chriſti natiuitatem diuulgata ſunt, & ſacris hiſtoriis conſignata.

His omnibus commotus Herodes [m], ſtella ſcilicet inſolita ſplendido fulgore refulgens: Reges Arabum, & Saba ſplendido comitatu venientes: Regem nouum, præter Regem, idque non in regia quærentes: muneráque ampliſſima deferentes: tum deinde Pontificum, & Scribarum conſenſus in indicatione temporis, & loci naſcituri Meſſiæ: tum deinde illuſio Arabum, quam ille putabat, quod monitu Angelico perſuaſi, alio itinere reuerſi fuerant in regionem ſuam, nec promiſſis ſteterint Herodi, poſcenti vt redirent, déque Rege ea, quæ vidiſſent, renunciarent: tum ad extremum, ea, quæ fama publica tunc accidentia [n] vulgabantur, Angelorum videlicet voces exauditas, Zacharia, ex muto diſertum factum, Ioannem adhuc in vtero prophetantem, Paſtores in viſione diuina recreatos, portentaque innumerabilia plurimis in locis viſa, vel audita, de interficiendo Ieſu Saluatore conſilia verſabat.

o Infantes internetioni dantur.
p Puer Ieſus in terram Iſraelis reucitatur.
q Chriſtus in templo inuenitur.
r A duodecimo anno vſque ad trigeſimum, omnia Chriſti geſta ab Euangeliſtis ſilentio clauduntur.

Sed tanto facinori occurrit Deus. Ioſepho enim in ſomnis apparuit Angelus 9.
monens, vt acciperet puerum, matremque eius & in Ægyptum ſecedat. ſeceſſit. Herodes autem, vt ſuum furorem expleret, occidi iuſſit omnes infantes [o] à bimatu, & infra, ſecundùm tempus, quod exquiſierat à Magis. Quo poſteà defuncto monitus Ioſeph, vt in terram Iſraëlis [p] reuerteretur, conſurgens accepit puerum, & matrem eius, & venit in terram Iſraël.

Puer duodennis Hieroſolymam ductus, pro more, ad Paſcha, inſciis parenti- 12.
bus, ibi hærens, ac triduo quæſitus, inuenitur in [q] templo, in medio doctorum ſedens, audiens eos, & interrogans. *Luc.* 2. Nihil amplius Euangeliſta de Chriſto, vſque ad annum [r] 30. præter illud: *Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat*

ſubditus

ANNO DOM.

ſubditus illis. Et *Ieſus* [a] *proficiebat ſapientiâ, & ætate, & gratiâ apud Deum & homines. Luc. 2.* Et ex eo, quòd nulla amplius de Ioſepho [b] mentio fiat ab Euangeliſtis, colligit Epiphanius *hæreſ.* 78. haud multo poſt eum ex hac vitâ migraſſe.

Hoc anno Auguſtus moritur [c] 14. Kal. Sept. quo die olim primum Conſulatum inierat, anno ætatis 75. m. 10. d. 26. Imperij quo ſolo potitus eſt, ab Actiacâ victoriâ 44. *Dio poſt Tacitum.*

Tiberius [d] Nero, ab Auguſto adoptatus, annum agens 55. 14. Kal. Sept. capeſſit imperium. Ioſeph. Tacit. Sueton. Qui primis Imperij annis, modeſtiſſimus, recuſat Dominus appellari: vetat templa ſibi erigi, vllo loco coli, erigi ſibi ſtatuam. *Suet. cap.* 27. *Dio lib.* 57. *Tacit. Ann.* 1. quaſi Deo ſic admonente, rerum Dominum adueniſſe.

31. Annus eſt celeberrimus Ioannis [e] baptiſmo, & prædicatione, quem annum, & eius acta S. Lucas egregiâ certitudine temporum, teſtata eſſe voluit, ſic exordiens caput tertium: *Anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam: Tetrarcha autem Galilææ Herode: Philippo autem fratre eius Tetrarcha Itureæ, & Traconitidis regionis, & Lyſaniæ Abilinæ Tetrarcha: ſub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha, factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto*, &c. Vtroque enim Principe Sacerdotum: ſed Anna, vt Principe Collegij Synedrii: Caipha verò vt ſummo Sacerdote, & Principe Sacerdotum, quorum 24. vices erant. *Paralipom.* 1 *cap.* 24.

Chriſtus, trigeſimo [f] ætatis anno expleto, & trigeſimo primo inchoato, ſextâ Ianuarij die, in Iordane baptizatur, ſtatimque à baptiſmo in deſertum ductus, ieiunans quadraginta diebus, tentatur à diabolo. *Matt.* 4. Ad cuius exemplum quadrageſimale [g] ieiunium, inſtitutum ab Apoſtolis, ſeruatur in Eccleſia. *Can. Apoſt.* 68. *Conſtitutio Apoſt. apud Clem. lib.* 5. *cap.* 13. *Ignatius, & cæteri.*

Chriſtus à deſerto exiens, vocat duodecim Apoſtolos: concionatur, & miracula quàm plurima facit.

Circumiens totam Galilæam, prædicat Regnum Dei, & ſanat omnem languorem, & infirmitatem: vnde & fama eius diuulgatur per totam Syriam. Cuius occaſione libet hîc meminiſſe litterarum ab Edeſſa Syriæ ciuitatis Rege Abagaro [h] ad Ieſum miſſarum, & eius ad ipſum redditarum, quas ex Tabulario Edeſſenæ Ciuitatis Euſebius recitat *lib.* 1. *cap.* 13. Eas quidem Gelaſius Papa inter apocrypha accenſet, non omnino tamen ab Eccleſia proſcribit: eas certè ab antiquioribus receptas, colligitur ex epiſtola Datij Comitis ad Aug. 267. *Edit. Louan.* & ante Auguſtinum ex Ephrem Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconi, teſtamento, ex epiſtola Theodori Studitæ ad Paſchalem Papam, denique ex Edreno. Porrò vnà cum litteris ſuam imaginem ad eumdem Abagarum, in linteo ad faciem admoto, mirabiliter expreſſam, miſiſſe, vt eius ſe videndi cupiditati ſatisfaceret, complures grauiſſimi auctores teſtantur. *Ioannes Damaſc. l.* 4 *de Fide Orthod. c.* 17. *Nicephorus lib.* 2. *cap.* 7. & de eodem præterea extat luculenta oratio Conſtantini Porphyrogeniti apud Metaphraſten 17. *Aug.* Euagrius quoque complura miracula per eam edita recenſet *lib.* 4. *c.* 26. quæ in Nicæna Synodo II. ſunt comprobata. Eandémque de imagine hiſtoriam cognitam, & receptam fuiſſe à Stephano Papa in Concilio Romano, Adrianus Papa epiſt. ad Carolum Magnum teſtatur.

Chriſtus à deſerto exiens, vocat duodecim [i] Apoſtolos: concionatur, & miracula quàm plurima [k] facit.

33. Ioannes Baptiſta [l] propè Paſcha, ab Herode Antipa Herodiade expetente, per ſaltatricem filiam, obtruncatur, & à diſcipulis ſepelitur. *Matt.* 14. Herodias veriloquam linguam diſcriminali acu confodit. *Hieron. Apolog. in Ruffinum.*

Propè Paſcha, Petrus pro omnibus Apoſtolis, ex diuinâ reuelatione, Chriſti [m] confeſſus diuinitatem, beatus appellatur, atque quod aliàs promiſſum fuerat. *Ioan.* 1. *v.* 42. nunc fœliciter conſequitur, rem omninò maximam: nempe illud: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Factus ſuper inuiſibili fundamento Chriſto, & ipſe viſibile fundamentum Eccleſiæ, quod nulla nec infe-

a *Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia, apud Deum & homines.*

b *S. Ioſeph. ſponſi B. Virgin. obitus.*

c *Auguſtus è vita diſcedit.*

d *Tiberius Nero capeſſit Imperium.*

e *Ioannis Bapt. prædicatio.*

f *Chriſtus baptizatur & deſertum petit, tentationibuſque pluribus à diabolo impetitur.*

g *Quadrageſimale ieiunium.*

h *Epiſtola Abagari, ad Ieſum, & Ieſu ad Abagarum, ſimul cum imagine in linteo impreſſa ad eum miſſa, quæ plurimis miraculis coruſcat.*

i *Apoſtolorum duodecim vocatio.*

k *Chriſtus miracula facit.*

l *Ioannes Baptiſta occiditur, & à diſcipulis ſepelitur.*

m *Petrus diuinitatem Chriſti confitetur.*

S. Petri primatum in Eccleſia Catholica cognoſcunt Dion. de diu. nom. c. 3. *vbi appellat S. Petrū ſupremum & antiquiſſimū Theologorū faſtigiū. S. Ignatius epiſt. ad Rom. Eccleſiam Romanā præſidentem appellat. S. Clemens epiſt.* 1. *Fundamentum Eccleſiæ nuncupat eundem S. Petrū. S. Iren.* 1. 3. 5. 3. *Tertullianus primatum eundem oſtendit lib. de pudic. c.* 1. *cap.* 21. *Orig. hom.* 5. *in Exod. S. Cypr. lib. de bono patientiæ. Conc. Nic. can.* 39. *Conc. Chalced. act.* 1. *initio. Idem Conc. confirmationē petit à Leone Conc.* 4. *Aurel. c.* 1. *Conc. II. Tur. c.* 22. *con.* 1. *Brac. c.* 22. *Synodus VI. generalis in prima ſubſcriptione actionis* 17. *& act.* 18. *Conc. Nic. II. quod & VII. eſt generale. Conc.* 8. *generale quod eſt IV. Conſtantinop. ſub Adr. II. con.* 21. *Conc. Later. ſub Innoc. III. c.* 5. *in quo Conc. Ruſſi, Poloni, Boemi nuntiis & literis eundem primatum confeſſi ſunt. ex Vinc. lib.* 31. *cap.* 39. *in ſpec. hiſt.*

rorum vis concurrere, & conuellere poſſit: & datis clauibus, poteſtate illi collatâ in regnum Dei introducendi, & excludendi. *Matth.* 16. *Marc.* 8. *Lucæ* 9.

a *Eccleſia ſuper petram Petrum ædificata quid.*

Quòd ſuper petram, id eſt, ſuper Petrum [a], Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, & conſequentia ſermonis oſtendit, & pleriqne Patres interpretantur. *Tertullianus quidem pluribus locis, de præſcriptionibus cap.* 22. *de monogamia. item de pudicitia Cyprian. Epiſt.* 55. *ad Cornelium.* 59. *ad Florentium. lib. de Vnit Eccl. Epiphanius in Ancorato his verbis: Ipſe Dominus,* inquit, *conſtituit eum primum Apoſtolum, petram firmam, ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt: & portæ inferorum non valebunt aduerſus illam; portæ enim inferorum* [b] *ſunt hæreſes, & hæreſiarchæ. Hilarius in Matth. can.* 16. *Hieronymus epiſtola* 17. *ad Damaſum. Beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio, &c. Ambroſ. de Incarnatione: Hic eſt ergo Petrus, qui reſpondit pro cæteris Apoſtolis, imò præ cæteris, & ideò fundamentum dicitur.* Et poſt pauca: *Fides ergo eſt Eccleſiæ fundamentum: non de carne Petri, ſed de fide dictum eſt, quia portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, ſed cõfeſſio fidei vicit infernum. Hanc idcirco de carne Petri, & fide Petri, habet diſtinctionẽ, ne videretur cum Petro, etiam interiiſſe Eccleſiam.* Cæterùm non niſi ex fidei confeſſione [c] eam Petrus prærogatiuam promeruit. Quo eodem ſenſu ſuper fidem Petri, & aliqui alij dixerunt fundatam eſſe Eccleſiam, non quòd illam ſeparent à perſona Petri, ſed ne vno extincto Petro, etiam fides Chriſti, ipſaque Eccleſia corruiſſe videretur, cùm & Dominus ſit Petro pollicitus fidem [d] ipſius nullo vnquam tempore deſtitutam.

b *Portæ inferorum ſunt hæreſes, & hæreſiarchæ.*

c *Petrus ex fidei confeſſione eam prærogatiuam promeruit.*

d *Petri fidem nullo vnquam tempore deſtituẽdã Chriſtus promiſit.*

Die tertiâ ante Paſcha, ex effuſione pretioſi vnguenti in caput Ieſu, Bethaniæ, in domo Simonis Leproſi, indignantur diſcipuli, quos ipſe compeſcit: nec modò opus mulieris laudat, ſed & in poſterum celebrandum per vniuerſum mundum, prædicit. At Iudas offenſus [e], abiens ad Iudæos, paciſcitur cum illis, de eo prodendo, triginta argenteis. *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. Porrò triginta [f] argenteos, triginta fuiſſe libras argenti, ex Rabbinis, & Epiphanio, & ex coniecturâ empti agri, eo pretio, probabiliter Auctor Annalium colligit, alijs aliter opinantibus. 34.

e *Iudas Chriſtum vẽdit triginta argenteis.*

f *Triginta argenteorum pretium quod.*

Ieſus, ſtatuto à lege die, ipſa decima [g] quarta Luna primi menſis ad veſperam, commune omnibus Iudæis Paſcha, cum ſuis celebrat, ipſa feria quinta ad veſperam. *Matth.* 26. *Marc.* 14. *Luc.* 22. *Ioan.* 13. Quod dicitur diſcubuiſſe cum duodecim, & agnum comediſſe, mirum videri poteſt, cùm à ſtantibus [h], non verò recumbentibus, eſſe comedendum iuberetur: ſed vſum illum eſſe intermiſſum, & antiquatum à tempore exilij Babylonici, ex Rituali, ſeu ceremoniali antiquo Hebræorum habetur. Porrò vſum fuiſſe apud Iudæos [i], vt & apud Romanos, vt in conuiuijs lauarentur, vngerentur, veſte cœnatoria vterentur, itémque accumberent, & non ſederent, docet Petrus Ciaconus in libello de modo conuiuandi apud priſcos Romanos: quem vſum apud Indos fuiſſe, teſtatur Philoſtratus: eundémque fuiſſe apud Perſas, colligitur ex Eſther 1. Accumbentes item conſueuiſſe conuiuari Iudæos, ſunt multa exempla, vt cùm Tob. 3. legitur, *Exiens de accubitu ſuo, relinquens prandium,* &c. & capite. 9. *Inuenit Tobiam diſcumbentem.*

g *Chriſtus Paſcha celebrat quartadecima luna primi menſis, qui eſt Martius.*

h *Præcipiebat Dominus Exod.* 12. *vt Agnũ ſtantes comederent, Chriſtus verò ſimul cum* 12. *Apoſtolis accumbẽtibus omnibus ipſum comedunt & cur.*

i *Accumbendi, non autẽ ſedendi in conuiuijs, vſus antiquus tum apud Gentiles, tum etiam apud Iudæos, & Perſas.*

Surgens à Cœna Dominus [k], poſitis veſtimentis lauat pedes Apoſtolorum. *Ioan.* 13. Sermonem habet, Euchariſtiam inſtituit: & tunc Apoſtoli, quibus Dominus præcepit id ipſum facere in ſui memoriam, Sacerdotes ſunt facti, atque ipſum ſacrificium, quod offerrent eſt ordinatum. Id Apoſtoli [l] ipſi, id Patres omnes, id Traditio Eccleſiaſtica ac ipſa fides, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, prædicauit, & hactenus profiteri non deſinit. Non eſt dubitandum, quin ipſa Euchariſtia in Azymis [m] ſit confecta, & non in fermentato, ſi tempus conſideretur, quem etiam ritum ſeruatum eſſe ab Apoſtolis, ac eorum ſucceſſoribus, *Epiphanius auctor eſt, hæreſi* 30.

k *Chriſtus Euchariſtiam inſtituit.*

l *Apoſtoli Sacerdotes quando facti.*

m *Euchariſtia in azymis confecta eſt, non in fermentato.*

Dum autem iſtud ipſum ſacrificium [n] Apoſtolis ſuis faciendum præcepit, ſatis expreſſit, ſuum Sacerdotium, & ſacrificium voluiſſe ad poſteros propagari, cuius plura ſymbola, & prædicationes in veteri lege, & Prophetis præceſſerunt. Et quia pro peccatis offertur, hoſtia, oblatio, ſacrificium, Leturgia, ac Miſſa anti-

n *Chriſti Sacerdotiũ, & Sacrificium ad poſteros propagandum plura ſymbola, & Prophetarũ prædictiones præceſſerunt.*

antiquitùs dicta reperitur,quod quidem Miſſæ [a] nomen,ſicut & Chriſtiana fides ex Hebraica ac Chaldaica nomenclatura acceptum eſſe videtur. Quod enim in noſtra vulgata legitur, ſpontanea oblatio, Deuteronom. 16. 11. 10. Hebraicè & Chaldaicè dicitur *Miſſach*, quam offerebant Domino in gratiarum actionem, de fructibus terræ, qua & veſcebantur in templo, cum recordatione præteritæ ſeruitutis,& ab eadem liberationis.Quæ quidem omnia cùm optimè conueniant prædicto à Chriſto inſtituto ſacrificio, eo potius maiores noſtri vſi ſunt nomine, quàm cuiuſpiam alterius ſacrificij: eâ maximè ratione,quod ſpontanea recolatur prima illa ſui ipſius,à Domino Noſtro Ieſu Chriſto facta oblatio,de qua *Iſaias* 53. *Oblatus eſt,quia ipſe voluit*.quod quidem nomen,vt rem,ab ipſis [b] Apoſtolis,Petro, [c] & Paulo ex Hebraicis fontibus traditū eſſe Romanis [d], vt à Iacobo Apoſtolo, eo denique Epiſcopo Ieroſolymorum, ſuis creditur, quo vſa videtur ſuô ipſius exordio Eccleſia Romana. Nam Pius Papa proximus Apoſtolorum temporibus eo vſus eſt in epiſtolâ ad Iuſtum Epiſcopum Viennenſem, & Cornelius ad Lupicinum item Epiſcopum Viennenſem, & cæteri Romani Pontifices. *In Concilio Romano ſub Silueſtro, in Carthag.* 11. *can.* 2. *Agath. cap.* 47. *& alijs* Eodem quoque Miſſæ nomine ipſum incruentum ſacrificium nominatur, ſicut ab Ambroſ. *Epiſt.* 33 *ad Marcellinum,Auguſt.ſerm.*25.*Victor.de perſecut.Vuandal.lib.*2.*& alijs deinceps.*

Quatenus porrò de hoc ſacrificio participamus, variis nominibus,ex variis rationibus appellatur. Cōmunio,[e] ſeu communicatio. *Act.*2.1.*Cor.*10.reſpectu fidelium, qui per Euchariſtiam maximè inter ſe vniuntur, ob admirabilem,& ineffabilem rerum diuinarum ſecretam quandam coniunctionem, à Græcis *μυστήριον* à Latinis verò ſacramentum, [f] vt Tertullian.Euchariſtiæ Sacramentum appellat, *de coron.mil* & alii poſt eum.*Ambroſ.lib.de Sacram Auguſt.de peccator mer.cont.Pel.lib.* 1. *c.*24. *& alibi ſæpius.*Nomen verò Euchariſtiæ [g] à gratiarum actione deductum, commune ex æquo eſt Græcis, & Latinis. Rurſus Panis [h] Dei,&,Panis [i] cœleſtis à S.Ignatio,*Epiſt* 15.frequenter appellatur,ex eo quod Dominus *Ioan.*6.panem de cœlo verum, & panem Dei, qui de cœlo deſcendit, nominat. Corpus [k] item Chriſti appellatur ſæpius à Tertullian. *lib. de pudicitia* Caro,inquit, corpore, & ſanguine Chriſti veſcitur. Vitam [l] item appellarunt Africani,vt eſt apud Auguſt. *lib.* 6.*de pecc.mer.cap.*24.quòd caro Chriſti oblata ſit pro ſæculi vitâ,& ſumentibus præſtet vitam gratiæ, & perducat ad æternam. Hactenus de Euchariſtia longiùs, quàm Breuiarij ratione,ſed longè breuius,quàm pro argumenti dignitate.

His ergo in Cœnaculo geſtis,& hymno dicto, exit in montem oliuarum:orat, [m] ſudat ſanguinem,capitur,ligatur,ad Annam ducitur,qui princeps magni Concilij Synedrim [n] erat: cuius ius Concilij, & officium erat, de Propheta, atque doctrina cognoſcere, & iudicare:hinc illud apud *Ioan.* 19.11.19.*Pontifex ergo interrogauit Ieſum de diſcipulis ſuis, & de doctrina eius.* apud quem alapâ [o] cæditur,& ad Caipham ligatus mittitur,iudicatur,& illuditur.Denique morti crucis adiudicatur à Pilato,& tribus clauis [p] confixum fuiſſe, recentior probauit vſus: ſed antiquiores imagines [q], quatuor ipſum affixum clauis repræſentant, & affirmat Gregorius Turonenſis.*de gloria Mart.cap.*7. Poſt mortem lanceâ foditur latus eius, & de cruce depoſitus,honorificè ſepelitur.Remanſerunt omnia paſſionis [r] Chriſti, atque ſepulchri inſtrumenta,ipſáque loca,vbi hæc facta ſunt, tantæ rei memoria conſecrata,velut quædam trophæa victoriæ, eadémque facta toto orbe conſpicua,atque proficua. Ex quibus, velut perennibus quibuſdam fontibus, fluenta gratiarum,atque miraculorum eruperint.

Permanet etiam [s] integra, diuinâ operante virtute, ex incendióque quodam illæſa hactenus ſanctiſſima Sindon illa quæ corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti de cruce depoſitum excepit,& eius imaginem expreſſam retinuit, ac poſt cum eodem vnguentis delibuto in ſepulchro poſita fuit,velut operimentum, & ſtratum, aſſeruatúrq; ſūmo honore in Eccleſia Taurinenſi,*de qua re vide infra anno* 1532.

Ipſa quoque ſanctiſſima Domini [t] Crux, quantumuis Iudæorum inuidiâ diutius occultata,ſub terrámque defoſſa,diuinâ ſic diſponente prouidentiâ, tandem in lucem prodiit,prout infra anno 336.& fulgoris ſui radiis vniuerſum orbem ſic illuſtrauit,vt nullus ferè ſit locus, in quo non ſit aliqua eiuſdem ſacratiſſimi ligni particula.

a *Miſſæ nomen.*
b *Miſſæ ritus, & ſolemnia ex Apoſtolica traditione deſcendunt, vt infra ſub anno 423.per ſingulas partes latè oſtendemus.*
c *Miſſæ antiquitas, & vſus probatur ex Liturgia S.Petri (quæ Romanæ ſimillima eſt.) Hanc Liturgiam defendit Lind. in Apol. impreſſa 1589. & Turrian.lib.3. dog.& colligitur ex Iſid.Hiſpal. 1.offic. cap. de Miſſa, & Paſch. lib. de corp. & ſang. Domini tom.6. Biblioth.Extat Neapoli altare in Eccleſia ab hoc dicta S.Petri ad aras, in qua S.Petrus Miſſam celebrauit.Id etiam probatur ex Liturgia S.Iacobi recepta in Oecumenica Conc.VI. Canon.1.cap.32. Matthæi,qua Aethiopica lingua & Latina circumfertur, & Corbon,id eſt, oblatio inſcribitur,Iacobi maioris quam Clemēs litteris cōſignauit.8.Cōſt. Ap.c.12. vide & Clem. Miſſa vocatur à Proclo Patriarcha Can.1.de traditione Liturgiæ Marci & habetur in 6.tom.Bibliot.Patrū qui fideliter vt dicitur ibi in præfatione ex Cœnobio Græcorū Roſſani (iuxta Coriolani patriam mea) apud Calabros, ex opera piētiſſimi Cardinalis Sirzeti & vetuſto M.S.Codice deſcriptu eſt.Extat teſtimonium in vita S. Andreæ de Miſſæ ſacrificio.*
d *Miſſæ nomē, & res ab Apoſtolis traditum.*
e *Communio.*
f *Sacramentum.*
g *Euchariſtia.*
h *Panis Dei.*
i *Panis cæleſtis.*
k *Corpus Chriſti.*
l *Vita.*
m *Chriſtus in horto orat, ſudat ſanguine, capitur, ligatur, & ad Annam ducitur.*
n *Synedrini Cōcilij ius, & officium.*
o *Chriſtus alapâ cæditur, & ligatus ad Caipham mittitur.*
p *Chriſtus crucifigitur.*
q *Clauis quattuor Chriſtum fuiſſe crucifixū antiquiores imagines docent.*
r *Paſſionis Chriſti inſtrumenta gratiarum fontes perennes.*
s *Sindō integra remāſit*
t *Crux Domini inuenitur.*

Chriſti reſurrectio.

Illuceſcēte Dominico [a] die, reſurgit Chriſtus,& ſuis ſæpiùs vidēdum ſe offert. *Matth.* 28. Petro primatum tradit, commendatâ ei Eccleſiâ per illa repetita verba, *Ioan.vlt. Paſce agnos meos, & oues meas.* Quem quidem primatum [b] ſuper omnem Eccleſiam,& ipſos Apoſtolos promiſerat, *Matth.* 16. *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram,*&c. *Et tibi dabo claues regni.* Et ſicut Dominus, quæ communia omnibus [c] Apoſtolis eſſe voluit, clarè explicauit, vt quod ad ſacrificium pertinet, *Hoc facite in meam commemorationem, Luc.*22. quod ad verbi prædicationem, & baptiſmum, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Matth.*26. quod ad remiſſionem peccatorum: *Quæcunque alligaueritis, erunt ligata & in cælo, & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo. Matth.* 18. vel cùm dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittentur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt:* Siue, *cùm aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas. Luc.* 24.

Primatus Petri.

Apoſtolis communia, ...

Petri peculiaria.

Ita quæ peculiaria [d] voluit eſſe Petri, apertè ſignificauit, ſiue cùm dixit: *Tu vocaberis Cephas. Ioan.* 1. Vel cùm ait: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Matth.* 16. aut cùm ſubdit: *Et tibi dabo claues regni cælorum.* Sic denique cùm eadem modò perficiens, atque adimplens, ait: *Paſce agnos meos, paſce oues meas. Ioan.* 21. Adhibitâ hac à Domino diſtinctione Patres dixerunt aliquando, omnes Apoſtolos, pari fuiſſe præditos poteſtate: aliquando verò, Petrum cæterorum Caput,& Principem, vt Cyprianus feciſſe videtur, *de vnitate Eccleſiæ.* Aſſertę diſtinctioni, etiam æquè reſpondet, quod S. Hieronymus, modò ſuper omnes Apoſtolos, fundatam dicit Eccleſiam, parémque eoſdem adeptos à Domino poteſtatem, & cunctos claues cœlorum accepiſſe: modò verò Petrum, Caput & Principem appellat Apoſtolorum, ac ſuper eum, fundatam teſtatur Eccleſiam, *lib. 1. aduerſ. Iouin. & alibi ſæpius.* Quod verò dicit, cunctos Apoſtolos [e] claues regni cœlorum accepiſſe, ſic videtur accipiendum, vt Apoſtoli æquè, ac Petrus earundem clauium vſum habuerint, ordinis poteſtate, ſcilicet, dimittendi peccata, verùm quod ſpectat ad ſupremam poteſtatem, auctoritatem, & iuriſdictionem, quam per clauium traditionem ſignificatam eſſe ex claue Dauid, ſatis confirmatur, conſtat Euangelij teſtimonio: Petro tantummodo à Domino, tunc temporis fuiſſe promiſſas, ac Petro dumtaxat eſſe datas, atque ſic ſupremam poteſtatem, hoc ſcilicet tempore, cùm à Domino eidem vniuerſus grex paſcendus committitur. Vnde Optatus Mileuit. 7. *contra Parm. Bono vnitatis,* inquit, *B. Petrus, cui ſatis erat, ſi poſtquam negauit, ſolam veniam conſequeretur, & præferri omnibus Apoſtolis meruit, & claues regni cælorum communicandas cæteris, ſolus accepit.* Hæc ille, & alia plura id genus, qui & non ſemel expreſsè firmitérque teſtatur, vniuerſalem totius Eccleſiæ præfecturam, quam à Chriſto Petrus eſt conſecutus, transfuſam eſſe in Romanos Pontifices, Petri Cathedræ legitimos ſucceſſores: hoc ipſum habemus apud Arnobium *in Pſalm.* 38. apud Leonem ad Anaſtaſium Theſſalonicen. apud Gregor. *lib. 4. epiſt.* 38. *apud Bern. ad Eug* ne reliquos Patres enumerem, quorum eſt vnanimis in hac re quidem, & conſtans ſententia, & omnium præterea Conciliorum.

Apoſtoli omnes pares ... dinis poteſtate, ſed ſu... omnes Petrus iuriſ... ctionis amplitudine.

Chriſti apparitiones.

Chriſtus deinde apparet [f] diſcipulis in monte Galilææ, quo eos conuenire iuſſerat. *Matth.* 28. & nouiſſimè reuerſis illis Ieruſalem,& recumbentibus apparuit, & exprobratâ eorum incredulitate,& duritiâ cordis dixit eis, *Euntes in vniuerſum* [g] *mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ,*&c. *Marc.* 16. ac ſubinde ex ſcripturarum teſtimonio, Reſurrectione ſuâ confirmatâ, aperuit illis ſenſum [h], vt intelligerent Scripturas: mandauit prædicationem Euāgelij, promiſit virtutem faciendi miracula: mandauit expectare in ciuitate, donec induerentur virtute ex alto, ac denique eductis illis forâs in Bethaniam, & eis benedicens, videntibus ipſis, aſcendit in cœlum. *Marc.* 16. *Luc.* 24. Hac porrò ſuâ nouiſſimâ manifeſtatione, Dominus, præter alias dotes [i] liberaliter collatas Eccleſiæ ſuæ, duas ſuperaddidit: vnam (*Marc.* 16.) operationem miraculorum, collatam fidelibus, quæ communis Chriſtianis omnibus eſſe poſſet: alteram verò (*Luc.* 24.) diuinarum Scripturarum intelligentiam, Apoſtolis peculiariter conceſſam, quæ Spiritus ſancti chariſmata, ita ſunt propria Eccleſiæ, vt apud eos, qui foris ſunt, reperiri nullo modo queant. Atque hactenus breuiter de Chriſti actis, vt ab Euangeliſtis, literis conſi-

...briſtus ſuos Apoſtolos ... mundum mittit. Apoſtolis apertus eſt ſenſus, vt Scripturas in...ligerent.

...tes alias duas Chri... ſuperaddit Eccleſiæ.

guata

ANNO DOM. 34.

gnata nobis relicta ſunt. Pergamus iam ad librum Actorum Apoſtolorum.

A monte Olineti, regreſſi cum gaudio in Hieruſalem diſcipuli cum mulieribus, & MARIA matre IESV conſcenſo Cœnaculo, perſiſtunt in oratione. *Luc* 24. *Act.* 1.

Petrus, primatum ſibi collatum [a] exercens, refert de ſubrogando in locum Iudæ, & præmiſſa precatione, datis ſortibus, Ioſepho Barſabæ, & Matthiæ ex LXXII. diſcipulorum numero (*vt eſt apud Clem. Alexand. ex Beda in retract. in Act. Apoſt.*) cùm cecidiſſet ſors ſuper Matthiam, adnumeratur vndecim Apoſtolis. Die Pentecoſtes [b], id eſt, à die Reſurrectionis quinquageſimo, ab Aſcenſione decimo, die Dominico, admirabili modo, in centum viginti congtegatos, delapſus in forma ignearum [c] linguarum, Spiritus ſanctus omnes perfudit, ita vt ſinguli ineffabili modo, omnibus omnium gentium [d] linguis, loquerentur magnalia Dei, ſtupentibus omnibus: vel vt ſuâ linguâ loquentes, à ſingulis, quaſi eorum proprium intelligerentur, ſicut verba textus ſignificare videntur: vtrumque tamen fieri potuit.

a *Petrus primatū exercet.*

b *Pentecoſtes dies.*

c *Spiritus ſanctus in igne apparet.*

d *Apoſtoli linguis loquuntur.*

Fideles omnia in commune referunt. *Act.* 3. *&* 4. in quibus nominatim cenſetur Barnabas Leuites, Cyprius, in qua primæ illius [e] Eccleſiæ Chriſtianorum, voluntariâ renunciatione, & paupertate iacta ſunt ſemina, & præſcripta forma, religioſæ, & cœnobiticæ vitæ. *Aug. Serm* 30. *de diuerſ. Baſil. de regul. Mon.*

e *Semen & forma vitæ religioſæ in primis Chriſtianis.*

Ananias [f], & Saphita, ob ementitum agri pretium, in exemplum votifragorum, & proprietariorum, à Petro Apoſtolo morte feriuntur. *Act.* 5. de illis *Hieron. ad Demetriadem epiſt.* 8. *Ananias, & Saphira diſpenſatores timidi, imò corde duplici, & ideò condemnati,* [g] *quia poſt votum; abſtulerunt quaſi ſua, & non eius, cui ſemel ea vouerant, partem, quam ſibi iam alienæ ſubſtantiæ reſeruauerunt, metuentes famem, quam vera fides non timet, præſentem meruere vindictam, non crudelitate ſententiæ, ſed correctionis exemplo.*

f *Ananias & Saphira votifragi morte feriuntur.*

g *Ad mortem cur damnati.*

Denique & Apoſtolus Petrus non imprecatur eis mortem, vt ſtultus Porphyrius calumniatur; ſed Dei iudicium, prophetico ſpiritu annunciat, vt pœna duorum hominum ſit doctrina multorum. Eadem de voto Athanaſ. *Serm. in Paſſ. & Cruce.* & Gregor. *lib.* 2. *Ind.* 9. *epiſt.* 33. Cæterùm, eam quidem pœnam non ad ſupplicium ſempiternum, ſed ad expiationem peccati, vt ſic ſalui eſſent in futuro ſæculo, à Domino eſſe illatam, *Orig. hom.* 8. *in Matth. Aug. con. Parm. & Caſſian. collat.* 6. *cap.* 11. exiſtimarunt.

Per omnes Apoſtolos cùm ſigna, & prodigia fierent, plura, & inſigniora fiebant per Petrum, ſanatis omnibus, quoſcumque vmbra [h] illius obumbraſſet. *Actor.* 5. Quo typicè illud videtur expreſſum, tantam à Deo Principi Apoſtolorum gratiarum copiam eſſe collatam, vt eadem dona Petri perſonæ conceſſa, ſic in vmbram æquè tranſtulerit, vt eadem in ſucceſſoribus, qui referunt perſonam Petri, fœliciter propagari voluerit: nimirum vt quamuis omnes ſancti non eſſent, ac Petrus, ſed ex his aliqui moribus eſſent futuri diſſimiles; tamen quia eiuſdem agerent perſonam Petri, eandem etiam retinuerint à Deo illi traditam poteſtatem: ſcirèntque omnes, reſpectu Petri, honori habendos eſſe, qui vmbram ſaltem Petri hac ex parte referrent. Plura verò de D. Petro hîc immediatè ſub eius Pontificatu.

h *Vmbra Petri curans infirmos, quid typicè ſignificet.*

PETRVS omnium Apoſtolorum Os [i], & VERTEX, qui non à carne, & ſanguine, ſed à Patre luminum illuſtratus, Chriſti diuinitatem cognoſcens, primus omnium. Apoſtolorum eam confeſſus eſt. Qui cum illis verbis: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduerſus eam: & tibi dabo claues regni cælorum: Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis,* Et cum illis: *Paſce oues meas*: conſtitutus eſt Dominus domus Dei, & Princeps omnis poſſeſſionis eius, electus vt eſſet diſcipulorum, totiúſque Eccleſiæ, & Principatus Parens, Magiſter, & Gubernator, Caput, Paſtor, & Dux. Qui primatu [k] eſt velut alter Abel: gubernatione velut alter Noë: Patriarchatu Abraham, Ordine Melchiſedec, Pontificatu, & vnctione Aaron, auctoritate Moſes, in iudicando Samuel, in poteſtate, & muneris functione Ieſus Chriſtus. Cœli ianitor, in terra Chriſti Vicarius, Diuinæ voluntatis interpres, Dei nuncius, vitæ Magiſter, Chriſtianorum omnium

i *Petri Apoſtoli dignitas ſuprema.*

k Bernard. lib. 2. de cõſider. ad Eug.

ANNO DOM.

a *Pontificis ſummi munero.*

parens:ſpiritalis militiæ dux:hoſtium vltor,& vindex: cuius eſt mores [a] deprauatos corrigere:reſtituere collapſam rectæ viræ diſciplinam, ſancire leges,& decreta, componere iura,& præcepta viuendi dare. Cui illud Pharaonis ad Ioſephum rectè concinit: *Tu eris ſuper domum meam, & ad oris tui imperium cunctus populus obediet:vno tantùm regni ſolio te præcedam. Geneſ.* 41.

b *Petrus iubente Chriſto ex Antiochia Romam venit.*

Hic ergo Petrus hoc anno Chriſti Vicarius ſucceſſit:Qui cùm Antiochiæ annis 7. ſediſſet,poſtea iubente Chriſto [b] Romam venit ſub Tiberio Cæſare,& Romanam Cathedram 25. annis adminiſtrauit, ac Romanus Pontifex primus appellatus eſt. Hic Romanâ in vrbe totius Orbis Cathedram Orthodoxam erexit, contrà quem neque portæ inferorum præualebunt, & cui omnes quotquot fuerunt,ſuperſunt, & ſuperetunt Eccleſiæ Eccleſiarúmque filij, veluti Matrici, & Principi inclinabunt. Ex hac ſede, fidem Chriſti in vniuerſo orbe fœliciter propagauit,& de impietate,atque idolomania glorioſè triumphauit. Vixit in Pontificatu, ann. 33. menſ. 3. & ſub Nerone crucifixus eſt. Euſebius *in Chron.* ſcribit, Neronem imperaſſe an. 14. menſ. 8. ſed non ita eſt,imperauit enim ann. 13. menſ. 7. ex Suetonio, Dione, & aliis. Proinde S. Petrus non fuit crucifixus [c] anno 14. Neronis,vt S. Hieronymus,Euſebium ſecutus, ſcripſit *in lib. de Script. Eccleſ.* Sed anno 13. alioquin Martyrium S. Petri non contigiſſet die 29. Iunij, vt Eccleſia celebrat:obiit enim Nero die 10. Iunij. Hæc in ſumma de S. Petri Pontificatu: at videamus quædã alia (ſed præcipua tantum)quæ ſub ſuo Pontificatu acciderũt.

c *Petrus quo anno crucifixus eſt.*

d *Stephanus primus Diaconus lapidibus obruitur.*

Hoc eodem anno Stephanus [d] primus Diaconus, faciens prodigia, & ſigna magna in populo, appoſitis falſis teſtibus, accuſatus, poſt egregiam concionem 34.
ſeptimo menſe ab Aſcenſione Domini 26. Decemb. à Iudæis lapidatus primus Chriſtianorum martyrio coronatur. *Actor.* 6

e *Funus Chriſtianorum cum pompa antiquum.*

Curauerunt autem [e] Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum ſuper eum. *Actorum* 8. Per planctum autem magnum, amplitudinem, & magnificentiam funeris intelligendam ait Sanctus Hieronymus *epiſtola* 14. *ad Paulam*, & 53. *ad Riparium.* Ex quo Apoſtolorum exemplo, laudabilis in Eccleſia [f] Dei, in curandis defunctorum corporibus, conſuetudo permanſit,vt eadem imprimis aromatibus condirentur. *Tertull. in Apolog. Naz. epiſt.* 18 Rurſum verò,accenſis [g] cereis, cantu proſequendi pompam funeris. *Nazianzenus in funere Cæſarij fratris. Euſebius in funere Conſtantini. Hieron. in funere Paulæ Athan. apud Damaſcenum lib. de mortuorum ſuffragiis. Si quis,*inquit,*diem obierit, licèt in aëre ponatur inhumatus,ne omiſeris oleum, & ceram, inuocato Chriſto Deo, ad ſepulchrum accendere: accepta enim Deo ſunt,plurimam ſecum referunt retributionem:Oleum & cera holocauſtum eſt,incruenta verò hoſtiæ oblatio propitiatio eſt. Chryſoſtom. hom.* 14 *in epiſt.* 1. *Tim Quid*,ait,*ardentes quæſo lampades ſibi volunt? nonne tanquam athletas eos comitamur? quid autem hymni? nonne glorificamus Deum, & illi gratias agimus,quia iam defunctum coronauit,& ab incertitudine ſublatum,penes ſe retinet?* Rurſus [h],tertiâ, octauâ,vigeſimâ,trigeſimâ,quadrageſimâ,& ſexageſimâ die, ac denique anniuerſariâ agi conſueuiſſe memoriam defunctorum, antiqui libri rituales teſtantur. *Tertull. de coron. milit. Naz. in funere Cæſarij. Hieron epiſt.* 27. De [i] ſuffragiis ab Eccleſia pro defunctis exhiberi ſolitis, quod his affine eſt, præter innumera veterum teſtimonia,audiamus Auguſt. *Serm.* 32. *de verb. Apoſt. Orationibus verò ſanctæ Eccleſiæ* inquit,*& ſacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum ſpiritibus erogantur, non eſt dubitandum, mortuos adiuuari, vt cum eis miſericordius agatur à Domino; quàm eorum peccata meruerunt: hoc enim à Patribus traditum, vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis, qui in corporis, & ſanguinis Chriſti communione defuncti ſunt; cùm ad ipſum ſacrificium loco ſuo commemorantur, oretur,ac pro illis quoque offerri commemoretur, &c.* Ex cuius ſententia, & aliorum Patrum de ſuffragiis, ex traditione [k] Apoſtolica pro defunctis præſtari ſolitis, neceſſariò conſequitur, eoſdem pariter ex Apoſtolica traditione affirmare,eſſe locum,in quo poſt obitum,animæ purgantur: donec ab omni peccati labe expientur, & temporalem pœnam perſoluant, hoc eſt autem quod dicitur Purgatorium.

f *Defunctorum corporũ curandorum conſuetudo antiqua.*

g *Cerei accendantur, & cantus audiatur in ſepeliendis fratribus.*

h *Defunctorum commemoratio, 20. 30. 40. & 60. die, & in anniuerſario.*

i *Suffragia Eccleſiæ pro mortuis ex traditione Apoſtolica.*

k *Purgatorium ex traditione Apoſtolica extat Apoſtolorum liturgiæ. Iacobi, Matth. Iacobi maioris, quam Clemens liberis cõſignauit 8. cõſt. Apoſt. c.* 12. *Vnde & Clem. Miſſa vocatur à Proclo S. Baſilij, S. Chryſoſt. & Patres omnes id communiter fatentur, vide infra ſub anno* 874. *in margine.*

Hoc anno,perlatis his,quæ in Samariâ geſta erant,Ieroſolymam, Apoſtoli mittunt ad eos Petrum,& Ioannem vt primarios, qui baptizatis, per orationem, & 35.
manuum impoſitionem,conferant Spiritum ſanctum, *Actor.* 8. Agnoſce hic,fuiſſe

Google

ANNO DOM.

in Eccleſiâ [a] hierarchicum ordinem, vt non omnia omnibus indiſtinctè, nullâ ordinis habitâ ratione, liceтent: quem breuiter perſtringit Ignatius *epiſtola* 10. *ad Smyrnenſ.* Laici Diaconis ſubiiciuntor: Diaconi Presbyteris, Presbyteri Epiſcopo, Epiſcopus Chriſto, & ipſe Patri. Quod deerat, ait, Cyprianus ad Iulianum, *epiſtola* 73. id à Petro & Ioanne factum eſt: vt oratione pro eis habitâ, & manu impoſitâ, inuocaretur, & infunderetur ſuper eos Spiritus ſanctus, quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Eccleſiâ baptizantur, Præpoſitis Eccleſiæ offerantur, & per noſtram orationem, ac manus impoſitionem Spiritum ſanctum conſequantur, & ſignaculo Dominico conſummentur. Ex qua conſummatione, & perfectione Confirmatio etiam appellatur. Porrò huiuſmodi myſterium conſtar, ab antiquis appellatum eſſe Sacramentum, vt in Concilio Carthaginenſi, tempore Cypriani celebrato, & ab ipſo Cypriano *epiſtola* 22. ad Stepbanum Papam. Vnctio ſpiritualis ipſe Spiritus ſanctus eſt, inquit Auguſtinus, cuius Sacramentum eſt in vnctione viſibili. Quod verò baptizati hanc manuum impoſitionem accipienres, ſigno Crucis etiam ſignarentur, idem Sacramentum eſt appellatum ſigillum [b], & ſignaculum, vt eſt apud Euſebium, *libro* 3. *hiſtoriarum capite* 17. *& libro* 6. *capite* 35. Quod idem ſacra vnctione eiuſmodi Sacramentum conſummari ſolitum fuit, meritò vſitatiori vocabulo, ſacrum Chriſma vocari conſueuit. *Cyprianus epiſtola* 70. *Tertullianus libro de reſurrectione carnis.* Cærimoniæ [c] circa Sacramentum Confirmat. Chriſma benedicitur ex traditione Apoſtolica, cuius conficiendi ritus extat, tum in libro 4. qui dicitur Ordo Roman. tum in Pontificali, & habetur ex Gregor. *in cap.* 1. *Cantic. & Concil. Bracar.* 2. *cap.* 4. & à temporibus Apoſtolorum Chriſmatis benedictionem fieri ſolitam, teſtantur S. Fabianus *epiſtola* 2. *ad omnes Orientales*, & S. Eligius *Homilia* 8. *in die Cœna ad Clerum, & plebem.* Ita pariter dicimus de conſignatione in fronte, & de percuſſione leui ab Epiſcopo facta. Lege Echium *de ritibus & ceremoniis huius Sacrament. Homil.* 23. *de chriſmate & Grat. de Conſecr. diſtinct.* 5.

a *Ordo hierarchicus Eccleſia.*

b *Confirmationis Sacramentum.*

c *Cærimonia circa Confirmationis Sacramen. adhibita.*

Hoc eodem anno hæreſis prima Simoniacorum [d] in Simone Mago, tentante pecuniâ, emere poteſtatem dandi Spiritum ſanctum, à Beato Petro confutatur. Vt intelligatur Petri [e], & ſucceſſorum eſſe, hæreſes ſua auctoritate damnare. *Actorum* 8. *Epiphanius hæreſi* 21. Hic Simon poſt diſceſſum Apoſtolorum, ſpreto conſilio Petri ſuadentis pœnitentiam, plurimarum, & nefandarum inuentor hæreſum, multos habuit Sectatores, tum viuens, tum poſt mortem, Menandrum, Saturninum, Baſilidem, Carpocratem, Cherinthum, Ebionem, Nicolaum, Cerdonem, & Marcionem. *Irenæus lib.* 1. *cap.* 20.

d *Simoniacorum hæreſ*

e *Ad Petrũ & eius ſucceſſores ſtat auctoritat. ut hæreſes damnare.*

36. Saulus publicâ [f] autoritate, pergens Damaſcum, ad coercendos, & vinctos abſtrahendos, Ieruſalem Chriſtianos, diuinitùs ad Chriſtum conuertitur, & per Ananiam baptizatur. *Act.* 9. anno 2. ab Aſcenſione Domini die 25. Ianuarij, *Martyrolog. Rom.* anno ætatis 35. vt colligi poſſe videtur ex Chryſoſtom. *Hom. de Principe Apoſtolorum.*

f *Sauli cõuerſio ad Chriſtum diuinitùs facta.*

37. Saulus prædicato Damaſci primum Euangelio, in Arabiam profectus, & iterum Damaſcum reuerſus, ibi triennium commoratur. *Galat.* 1.

39. Saulus ſuperiore [g] anno ex Arabia Damaſcum reuerſus, inſidias Iudæorum deuitans venit Ieroſolymam. *Galat.* 1. Deinde poſt annos tres, *Veni*, inquit, *Ieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus* 15. *Actorum* 9. Non diſcendi ſtudio, ſed honoris priori Apoſtolo deferendi. Hier. *in* 1. *cap. epiſtola ad Galat. Aſcendit velut ad maiorem & ſeniorem.* Chryſoſtomus. *Dignum fuit, vt cuperet videre Petrum, qui primus erat inter Apoſtolos, cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum.* Ambroſius *in* 1. *cap. epiſt. ad Galat.*

g *Saulus poſt annos 3. venit Ieroſolymam videre Petrum, ex quo amanauit poſtea, vt Epiſcopi quolibet tertio anno limina Apoſtoloru viſitent.*

Eodem anno Tiberius [h] Aug. moritur, cùm imperaſſet à die obitus Auguſti ann. 22. menſ. 7. minus 4. diebus, 16. Martij. *Tacit. Dio.* Succedit Caius, ex Germanico nepos, Caligula dictus, qui ann. 3. & menſ. 10. imperauit.

h *Tiberius Imperator moritur, & Caius Caligu eligitur.*

Eodem anno Petrus Apoſtolus [i] Antiochenam fundat Eccleſiam, ibique cathedram tenet annis 7. Euſeb. *in Chron.*

i *Petrus Antiochena fundat Eccleſiam.*

Petro Ieroſolymam reuerſo diſceptant aduerſus eum ex Circumciſione fideles, quod ad Gentiles adiiſſet, qui ratione facti redditâ, acquieſcunt, *Actor.* 11.

a *Cerinthus hæreſiarcha, primus qui Petro reſtitit.*

Cerinthus [a] ex illis vnus fuit,qui Petro reſtiterit primus poſt Simonem hæreſiarcha,quem & de pſeudoapoſtolis,vnum intellexit Apoſtolus,2. *Cor.* 11.Epiph. *hæreſ.*28.Hic præterquam,quod Iudaizare fideles oportere affirmabat,Chriſti diuinitatem negabat,eius quoque reſurrectionem, & Angelos ſuper cum extollebat.Epiphanius.

b *Chriſti diſcipuli Antiochiæ primum dicti ſunt Chriſtiani.*

Magnâ Gentilium ad Chriſtum factâ Antiochiæ [b] conuerſione, diſcipuli ibi 43.
primùm dicti Chriſtiani. *Actor.* 11. Ad diſtinguendos autem à falſis veros, CATHOLICI cognomen eſt inuentum,& id quidem temporibus Apoſtolorum: nam eorum auctoritate vera Dei Eccleſia,in eorum ſymbolo, Catholica eſt cognominata,vt,eâ diſcriminatione nominis, ab Hæreticorum conuenticulis cognoſceretur eſſe diſtincta.

APPENDIX.

c *Catholici nomen proprium eſt Eccleſiæ Romanæ, eam ab hæreticorum conuenticulis diſcernens.*

d *Author iſte ante mille & trecentos annos ſcripſit, vnde teſtatur eſt fuiſſe antiquiſſimum hoc nomen, & meritò: nam ex Symbolo Apoſtolorum conſtat ab ipſis fuiſſe approbatum, in eo enim profitemur ſanctam, & Catholicam Eccleſiam.*

CATHOLICI [c] nomen inductum eſſe Eccleſiæ, & fidei Chriſti ad diſtinguendam illam ab hæreticorum doctrinis, & conuenticulis, tum ex dictis, tum ex ſequentibus patet. Pacianus *in epiſt.* 1. *contra Parm.* [d] ſic habet: *Cùm poſt Apoſtolos hæreſes extitiſſent,diuerſiſq; nominibus columbam Dei, atque reginam lacerare per partes,& ſcindere niterentur,nonne cognomen ſuum plebs Apoſtolica poſtulabat, quo incorrupti populi diſtingueret vnitatem, ne intemeratam Dei Virginem error aliquorum per membra appellaret,nonne appellatione propria decuit caput principale ſignari?* Quam neceſſitatem adhibito exemplo declarat,dicens: *Si fortè ingreſſus populoſam vrbem Marcionitas,Nouatianos,& cæteros eiuſmodi comperiſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent, quo cognomine congregationem meæ plebis agnoſcerem, niſi Catholica diceretur?* Vnde poſtea concludit: *Christianvs mihi nomen eſt*, *Catholicvs verò cognomen:illud me nuncupat,iſtud oſtendit: hoc probor, inde ſignificor.* Eandem cauſam, & neceſſitatem huius nominis ſtatuit,& pro more, acutè ſatis explicauit Auguſt. *lib.cont.epiſt.fundamenti.cap.*4.vbi inter vincula, quæ ipſum in Eccleſia tenuerunt enumerat, *Ipſum Catholicæ nomen,quod non ſine cauſa inter tam multas hæreſes ſic iſta Eccleſia ſola obtinuit,vt cùm omnes hæretici Catholici dici velint, quærenti tamen peregrino alicui,vbi ad Catholicam conuenitur,nullus hæreticorum,vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere.* Idem docuit *lib.de vera relig.cap.*7.

Eandem rationem huius vocis nobis tradidit Cyrillus Ieroſolymit. *Cathec.* 18. *Nam quia nomen Eccleſiæ abſolutè dictum,& antiquam Synagogam, & quamlibet congregationem, & malignantium etiam, id eſt, hæreticorum Eccleſiam ſignificare poteſt:* Propterea,inquit,*nunc confirmat quod fides tradidit, vt dicas: Et in vnam ſanctam Catholicam Eccleſiam,vt illorum quidem fœda conuenticula fugias,perſeueres autem in Catholicâ Eccleſiâ, in qua renatus es.* Vbi confirmantem fidem appellat Symbolum, quod exponit. Et ſtatim monet,non eſſe quærendum vbi ſit Eccleſia, ſed vbi ſit Catholica Eccleſia. *Hoc enim*(ait)*proprium nomen eſt Sanctæ huius, & matris omnium noſtrum,quæ eſt ſponſa Domini noſtri Ieſu Chriſti vnigeniti Filij Dei.*

e *Catholica eſt Eccleſia Romana.*

Lact. Firm.*lib.*4.*cap.vlt. Sciendum eſt*, inquit, *illam eſſe veram* (Eccleſiam [e] Catholicam ſcilicet) *in qua eſt Religio, Confeſſio, & Pœnitentia, quæ peccata & vulnera, quibus eſt ſubiecta imbecillitas carnis, ſalubriter curat.* Ex cuius Doctoris ſententia planè conuincitur Caluiniſtarum impudentia, qui aliquando Catholici nomen vſurpare audent, & nihilominus inter eos, nec vera Religio, nec vlla confeſſio, aut Pœnitentia repetitur.

f *Caius Imperator occiditur: Tiberius ſuccedit.*

g *Symbolum Apoſtolorũ quando compoſitum.*

h *Symbolum quod verè ab Apoſtolis fuerit compoſitum, aſſerunt quamplurimi Patres: Quidquid garriat Laurentius Valla, lib.* 4. *inuect. contra Pogium. Eraſmus præfat. in Matth. Calu.* 2. *Inſtit. cap.* 16. §. 18. *Bullingerus, & alij eiuſdem farinæ.*

Hoc eodem anno Caius Imperator [f] occiditur anno ætatis 28.cùm imperaſſet ann. 3. menſ. 10. d. 8.Suet.*cap.* 59. Succedit Tiberius Claudius Druſus factione Prætorianorum, annos natus quinquaginta.

Apoſtoli in gentes, ob Agrippæ [g] perſecutionem diſpergendi, breue futuræ 44.
prædicationis indicium,conferendo in vnum, quod quiſque ſentiebat, componunt,atque credentibus hanc dandam eſſe regulam ſtatuunt, quod Symbolum vocant. Id per hoc ferè tempus factum oportuit. Rufin. *præfat. expoſit. Symb.* Leo *epiſt.*15.*aliàs* 13.*ad Pulcheriam.*Quod verò Symbolum [h] fidei ſit ab Apoſtolis editum aſſerunt Clem.Rom. *epiſt.* 1.vbi ſic ait: *Symbolum quod fidelis nunc tenet Eccleſia, vnuſquiſque* (Apoſtolorum)*quod ſenſit dicendo condiderunt.* S.Irenæus *lib.* 1. *con-*

Digitized by Google

tra hæreſes,cap. 1. dicit,quod ab Apoſtolis,& à Diſcipulis eorum,*Eccleſia accepit eam fidem, quæ eſt in vnum Deum*, &c.S. Ioannes Chryſoſt. ſcripſit duas Homilias in Symbolum Apoſtolorum. Prima incipit : Vniuerſalis Eccleſia gaudet. Secunda verò: Super fabricam totius Eccleſiæ.S. Hieron.*epiſt.* 164.*ad Pammach.in Symbolo*, ait,*quod ab Apoſtolis traditum,non ſcribitur in charta, & atramento.* Ruffinus *in expoſit.Symboli: Id enim*,ait,*fecerunt Apoſtoli in his ſermonibus in vnum conferendo, quod vnuſquiſque ſenſit.* S.Ambroſius ad Syricium Papam,*epiſt.* 81. *Credatur Symbolo Apoſtolorum,quod Eccleſia Romana intemeratum ſemper cuſtodit & ſeruat.* Et Serm. 38. *Duodecim enim Apoſtolorum Symbolo fides ſancta concepta eſt.* S.Auguſt. *lib.* 3. *de Symbolo,tom.* 9. loquens de Symbolo,ait : *Noueritis hoc eſſe fidei catholicæ fundamentum, ſuper quod ædificium ſurrexit Eccleſia, conſtructum manibus Apoſtolorum & Prophetarum.* Idem ſentiunt Cœleſtinus Papa *epiſt.* 5. *ad Neſtorium.* Maximus Taurinenſis *hom.de tradit.Symboli.* Sixtus III. *epiſt.ad Cyrillum Alex.* S. Leo I.*Serm.* 11. *de Paſſione Domini cap.* 1. Paſchaſius *de Spiritu ſancto in præfat.* Fortunat. *præfat. in Symbolum Apoſt.* Iſidorus 2. *de officiis cap.*23. Rabanus 2.*Inſtit.Clericor.c.*56.

Hoc eodem anno Apoſtoli [a] non ſortitione illicitâ,quod Socrates,& alij eum ſecuri; neque pro ratione linguarum,prout nonnulli aſſeuerant, ſed peculiari inſtinctu Spiritus ſancti,Petro Primarchio diſponente, atque adeò iubente, Hieroſolymis profecti ſunt in mundum vniuerſum, ſinguli ad ſibi deſignatas Prouincias. Baron.*hic.*

a *Apoſtoli inſtinctu Spiritus ſancti, & Petri iuſſu in diuerſas regiones ad Chriſti Euangelium diſſeminandum, miſſi ſunt.*

Ioannes Zebedæi filius [b] in Aſiam minorem migrauit. Euſeb. *lib.* 3. eáſque prouincias,in quibus & Petrus Euangelium prædicauerat,& plures Eccleſias erexerat,prædicatione Euangelicæ veritatis excoluit.Inter illas, ſeptem Eccleſiæ Aſianæ,Epheſina, Smyrnenſis,Pergamenſis,Thyatitena,Sardenſis, Philadelphia,& Laodicena numerantur:quarum Epheſinam curauit,reliquas verò fundauit.

b *Ioannes in Aſiam progreſſus, Eccleſiam Epheſinam à Petro Apoſtolo fundatam prædicatione verbi excoluit, reliquas fundauit.*

Iacobus Zebedæi [c] ex Hiſpania redux, Hieroſolymis ab Herode cæſus, ante Apoſtolorum ad Gentes itinerationem,vt S.Lucas apertè teſtatur, occubuit.

c *Iacobus Zebedæi ab Herode cæſus.*

Andreas ad Scythas [d] miſſus traditur ab Orig.*lib.*3.*in Gen.*& Euſ. *lib.* 3. *cap.* 1. Inde Græciam & Epirum deſcendit,teſte Nazianzeno *Orat.in Arian.* & Chryſoſt. *Homil.de.duodecim Apoſt.* Inde Thraciam,Macedoniam,Theſſaliam, & Achaiam peragrauit.Niceph. *lib.* 2. *cap.*39 ibique longo tempore ſermonibus diuinis,prodigiiſque mirificis Chriſtum glorificans : tandem à proconſule Ægea in Crucem actus eſt.

d *Andreas ad Scythas mittitur, inde Græciã, & Epirum: poſtea Macedoniam, Thraciam, & Theſſaliam: tandem in Achaia in crucem actus eſt.*

Philippus [e] Aſiam ſuperiorem, & aliquam partem Scythiæ,Euangelij ſemine conſeruiſſe,& vnà cum Bartholomæo,aliquo temporis ſpatio prædicaſſe:demum annos natum 87. Hierapoli martyrium ſubiiſſe,Chryſoſt. & Niceph.*loco citat.* teſtantur.

e *Philippus Apoſtolus.*

Thomæ adſcribitur [f], quod ait Theodor. *lib.* 9.*cap.de verit. Euang. Pau.* Perſas, Medos,Brachmanas,Indos,aliáſque nationes finitimas Chriſti Euangelium ſuſcepiſſe. Ad Æthiopiam perrexiſſe, Æthiopáſque dealbaſſe, auctor eſt Chryſoſt. *loco cit.* Ad Taprobanam quoque Inſulam veniſſe, Nicephor.*lib.* 2.*cap.*40. tradit.

f *Thomas Apoſtolus.*

Qui apud Indos reperti ſunt Chriſtiani in regione Narſingenſium, firma [g] certáque traditione affirmant, Thomam Apoſtolum in illis regionibus Euangelium prædicaſſe, Eccleſias erexiſſe, ac cætera, quæ ad Chriſtianorum inſtitutionem pertinent,conſummaſſe, Oſor. *lib. de Geſtis Emanuelis Regis*, teſtatur.

g *Traditio antiqua.*

Bartholomæus [h] in maiorem Armeniam profectus, Lycaonas eius Prouinciæ populos,veritatem Euangelij docuit,Chryſoſt.*loco cit.*

h *Bartholomæus Apoſtolus.*

Albanos etiam.Sophron.Citeriorémque Indiam penetraſſe.Orig.

Matthæum [i] etiam ad Æthiopiam acceſſiſſe, Orig.*loco cit.*narrat.

i *Matthæus Apoſtolus.*

Iacobus [k] Alphæi, frater Domini, remanſit Hieroſolymis, tanquam Epiſcopus.

k *Iacobus Alphæi.*

Simon [l] Chananæus in Meſopotamiam profectus.Beda *in retract.in Acta Apoſt.* populis illis Euangelium prædicauit, in Perſidem quoque penetrauit. Theod. *de curand.Græcan.affect.lib* 9.

l *Simon Chananæus.*

Iudas [m] Thadæus Edeſſenis, & Meſopotamiis prædicauit. Hieron. *in Matth. cap.* 10.

m *Iudas Thadæus.*

Matthias [n] in locum Iudæ ſubrogatus Niceph.*lib.* 2.*cap.*4. Æthiopiam quoque

n *Matthias.*

profe

profectus eſt, illáſque nationes induxit, Crucifixi leges accipere, non armis vſus, ſed verborum ſuaſu, oſtensâ legum, quas prædicabat, vtilitate.

a *Petrus alios diſcipulos in Africam mittit.*

Miſit quoque Petrus [a] Apoſtolus diſcipulos in Africam, qui populum illum Euangelico dogmate inſtruerent, teſtes ſunt Innoc. I. Papa *ad Decentium*, & Greg. Magnus *in litteris ad Dominicum Carthaginenſem Epiſcopum.*

b *Barnabas & Saulus ex monitu Spiritus ſancti ordinantur Apoſtoli, vt cum poteſtate prædicent.*

Barnabas [b] & Saulus Hieroſolymis reuerſi Antiochiam, ex monitu Spiritus ſancti ordinantur Apoſtoli extra numerum duodecim, vt cum poteſtate prædicent: idque per ſacrificium (quod ſignificatur illis verbis, miniſtrantibus, Græcè enim eſt, *Liturgunton*, id eſt, *ſacrificantibus*) ieiunium, & manuum impoſitionem. *Act.* 13. Vbi notandum, quod dicit Lucas, monente Spiritu ſancto, multis conſtare exemplis, hæc officia non niſi præcedentibus diuinis reuelationibus ab Apoſtolis peragi ſolita. 1. *Tim.* 4. Chryſoſtom. *hom.* 27. *in Act. Apoſt.*

c *Ordinandi legitimam habeant ordinationem, & miſſionẽ ab Eccleſia.*

Illud quoque obſeruandum, Spiritum ſanctum, quos per ſe diligit, & idoneos facit miniſtros, velle vt habeant legitimam [c] ordinationem, & miſſionem ab Eccleſia: ne quis, quantumuis magni ſit meriti, officium ſibi vſurpet ſacrificandi, aut prædicandi: quod præſumunt hæretici.

d *Talis ſacra functio, Ordinatio à maioribus dicta eſt.*

Quæ ſacra functio, quâ quis in Eccleſiaſticum ordinem cooptatur, Ordinatio [d] à maioribus dicta, Ordinéſque illi gradus, quos ſic initiati, pro diſtinctione munerum Eccleſiaſticorum aſſequi conſueuerunt, quos ſeptem fuiſſe conſtat, videlicet, Oſtiariorum, Lectorum, Exorciſtarum, Acolythorum, Subdiaconorum, Diaconorum, atque Presbyterorum: quos omnes, excepto illo Acolythorum, recenſet Ignatius contemporaneus Apoſtolorum, *epiſt.* 11. *ad Antiochenos.* De Acolytho Cypr. *epiſt.* 24. *&* 53. & Cornelius Papa *ad Fabium Antiochenum Epiſcopum*, apud Euſeb. *lib.* 6. *cap.* 23. qui ait, *in Romana Eccleſia ordinari ſolitos* 42. *Acolythos*: de quorum [e] Hierarchicâ ſubordinatione Ignat. *epiſt.* 7. *ad Tharſ. Presbyteri ſubiecti eſtote Epiſcopo: Diaconi, Presbyteris: populus Presbyteris, & Diaconis. &* 11. *ad Smyrmenſes: Laici Diaconis ſubiiciantur; Diaconi Presbyteris: Presbyteri Epiſcopo: Epiſcopus Chriſto, vt ipſe Patri.* Hæc Ignatius, à Diaconatu auſpicatus Hierarchicum ordinem, quod cæterorum inferiorum, licèt ſit certum officium, nullum tamen in ſubiectos ſit ius atque poteſtas.

e *Ordinatorum Hierarchia in Eccleſia.*

f *Ordinis inſtitutio Sacramentum eſt, & confert gratiam, imprimitq́ characterem.*

Aduerſus autem illos, qui omnia promiſcuè agi volunt in Eccleſia, nullámque adhibere ſexus, vel ordinis diſtinctionẽ, Tertullianus ex antiquis, præſcriptiſque in Eccleſia Catholica inſtitutis exclamat, *de præſcript. cap.* 41. Sacri verò ordinis [f] inſtitutio non tantùm à recentioribus, ſed ab antiquioribus etiam Sacramentum eſt appellatum conferens gratiam, vt Tertulliano *cap.* 40. *de præſcript.* Cypriano, Auguſtino, 1. *contra Donat.* 1. *&* 2. *contra Parm. cap.* 13. Innocent. 1. *epiſt.* 11. *cap.* 3. Leone Magno *epiſt.* 87. *c.* 1. Greg. Magn. *in cap.* 10. 1. *Regum.* Concil. Carthag. IV. cap. 3. & Bracar. 2. Characterem [g] verò in ſacra ordinatione imprimi, ex traditione habetur. vide Aug. *ſerm. de geſtis cum Emerito Donatiſta. Et lib. de bono coniugali. cap.* 24. Gregor. Nyſſen. *de baptiſmo, non longè à principio.* Cyprian. *ſerm. de ablut. pedum.*

g *Character in ſacra ordinatione imprimitur.*

h *Manus impoſitio in ordine, ex Apoſtolorum traditione deſcendit.*

Manus impoſitio [h] in Ordine, quæ Sacramentale quid eſt ex D. Thoma. *in* 4. *diſtinct.* 24. *q.* 2. *art.* 3. ex Apoſtolorum traditione deſcendit, vt patet *Actor.* 13. vbi impoſitione manuum ordinati ſunt Paulus, & Barnabas, & 2. *ad Tim.* 2. ſuper quæ loca legendi ſunt Chryſoſtom. & alij Interpretes. Vnde & ſacram ordinationem propterea vocant, *chirotonian* ex eodem Chryſoſt. & ex epiſtola Concilij Nicæni ad Alex. apud Theodoretum *lib.* 1. *hiſtor. cap.* 9. Multa geſta, & facta ex traditione deſcendere patet ex Origene *hom.* 5. *in Num.*

i *Petrus Romam venit, ibiq́ Cathedram erigit Pontificiam.*

Petrus autem, ad totius mundi Principem [i] Ciuitatem diuinitùs mittitur. Leo 45.
ſerm. 1. *de Nat. Apoſt.* Vbi Eccleſiam Romanam inſtituit, & in eâ Cathedram Pontificiam erexit 18. Ian. ann. 45. Eo die olim in officio Eccleſiaſtico recitabatur hæc oratio: *Omnipotens ſempiterne Deus, qui ineffabili Sacramento, Apoſtolo tuo Petro, Principatum Romanæ vrbis tribuiſti, vnde ſe Euangelica veritas, per tota mundi regna diffunderet; præſta quæſumus, vt quod in orbem terrarum eius prædicatione manauit, vniuerſitas Chriſtiana deuotione ſequatur. ex Breu. veter. Rom.*

k *Petrus Eccleſiam Romanam conſtituit.*

S. Petrus Apoſtolorum Princeps, Eccleſiam Romanam [k] inſtituit, & in ea Cathedram Pontificiam erigit 18. Ianuarij, cuius diei anniuerſariam memoriam

vniuerſa

Anno Dom. 45.

vniuerſę per orbem Eccleſiæ celebrant. Euſeb. *in Chron. Martyrolog. Rom.* Sancti Patres de eius diei celebritate conciones.

De hac Romana [a] Eccleſia, & de ſummorum Pontificum in eadem ſucceſſione perpetuâ, ſic Irenæus *libro 3. capite 3. Maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis, Petro, & Paulo Romæ fundatę, & conſtitutæ Eccleſiæ, eam quam habent ab Apoſtolis traditionem, & annunciatam hominibus fidem per ſucceſſionem Epiſcoporum peruenientem vſque ad nos, indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per ſui placentiam malam, vel vanam gloriam, vel per cæcitatem, & malam ſententiam, præter quàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potentiorem principalitatem neceſſe eſt conuenire omnem Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique, fideles: in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique conſeruata eſt ea [b] quæ eſt ab Apoſtolis traditio.* Et his conſentanea Optatus Mileuitanus *libro 2. contra Parmenionem. Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Româ, à Petro primò, Cathedram Epiſcopalem eſſe locatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput, Petrus, vnde & Cephas eſt appellatus, in qua vna Cathedra, vnitas ab omnibus ſeruaretur, ne cæteri Apoſtoli ſibi quiſque deferrent, vt iam ſchiſmaticus, & peccator eſſet, qui contra ſingularem Cathedram alteram collocaret. Ergo Cathedra vnica, quæ eſt prima de dotibus: ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus,* &c. Sanctus quoque Auguſtinus *epiſtola 105. & contra epiſtolam Manichæi capite 4.* ſic ait: *Cathedra Petri [c] per ſucceſſionem Romanorum Pontificum demonſtrata, Catholicos diſcriminat ab hæreticis.* Et idipſum aduerſus Schiſmaticos Donatiſtas Catholicos occinere docuit. Vnà igitur hac teſſerâ, hoc vno ſymbolo, hoc vno denique rogato, & reddito nomine, qui Catholici eſſent, quive hæretici innoteſcere conſueuerunt, vt qui Romanæ Eccleſiæ communicarent, Catholici, qui ab ea diuiſi, Hæretici, & Schiſmatici, & dicerentur, & haberentur.

a *In Eccleſia Romana perpetua Summorũ Pontificum ſucceſſio, hæreticos confundit, & veritatem fidei cõfirmat: atque in ea ſemper conſeruata eſt Apoſtolorũ fides & traditio.*

b *In Eccleſia Romana ſemper cõſeruata eſt traditio Apoſtolica.*

c *Cathedra Petri per ſucceſſionem Rom. Pontificũ demonſtrata, Catholicos diſcriminat ab Hæreticis.*

Petrus Romæ [d] ſuam priorem ſcribit epiſtolam ad Eccleſias à ſe in Aſia fundatas ex Hebræis, quos appellat diſperſionis: ſic enim vocabantur, qui longè à Iudæa in aliis regionibus habitarent. De loco, & tempore conſentiunt omnes: & planè colligitur ex eo quod ſcribit *capite 5. Salutat vos Eccleſia quæ eſt in Babylone* [e], ſic Romam appellat, vt Tertullianus *aduerſ. Iud. cap. 9.*

d *Petrus ſuam primam ſcribit epiſtolam.*

e *Roma Babylon à S. Petro appellatur.*

Marcus [f], vnus de LXX. diſcipulis (vt eſt apud Epiphanium, *hæreſ. 51.*) vel potiùs vnus de Sacerdotibus illis, quos poſt Aſcenſionem Domini Chriſto credidiſſe teſtatur Lucas *capite 6.* (vt Beda *in proœmio Comm. in Marcum.*) ſocius & interpres Petri rogantibus fidelibus Romanis Græcè, vt Hieronymus *epiſt. 123.* vel Latinè, vt multa credere ſuadent, ſcribit Euangelium, quod Petrus probatum Eccleſiis legendum tradit, Euſebius *lib. 2. hiſtor. cap. 14. & lib. 3. cap. vltim. ex Papia.*

f *Marcus ſcribit Euangelium quod probat Petrus.*

Quod verò tam Papias, quàm Irenæus, Hieron. & alij Marcum Euangeliſtam dicunt fuiſſe interpretem [g] Petri, & eo amandato Alexandriam, alium nempe Glauciam nactum eſſe interpretem, ait Clem. *Strom. lib. 7.* & Hieron. item Titum Pauli fuiſſe ſcribit interpretem: quænam hæc functio eſſet, rem ſanè perobſcuram, non eſt facilè intelligere: Veruntamen re diligentiùs perueſtigatâ, videtur dicendum, duplici de cauſa adhibitos fuiſſe ab Apoſtolis interpretes; vel cùm alicui genti loquentes, puta Romanis, in auditorio eſſent alij, qui Latinum ſermonem penitus ignorarent: tunc enim officium deſiderari interpretis videbatur. Vel cùm captu difficilia iidem Apoſtoli locuti fuiſſent, quæ tunc erat interpretis explanare, quorum eſſet illud peculiare donum interpretatio ſermonum. Adde etiam eorundem fuiſſe interpretationem epiſtolarum Apoſtolicarum, verbi gratia, vt quas B. Petrus Hebræis Hebraicè ſcripſiſſet epiſtolas, illi in alias linguas verterent: vt aliarum gentium Eccleſiis communicarentur, atque Titum interpretem Pauli aſſerit Hieronymus, *epiſt. 150. q. 11.* & Clemens Stromateus Barnabam, vel Lucam epiſtolam ad Heb. Hebraicè ſcriptam, Græcè reddidiſſe aſſerit, *annot. in epiſt. Petri ad finem.*

g *Interpretis functio quæ eſſet apud Apoſtolos.*

Vel dicendum, quod tales erant Secretarij, quibus excipiendum dabatur quidquid ad Eccleſias, fideléſque ſcribendum erat.

a *Cathedra Petri lignea adhuc Romæ viſitur.*

b *Petrus diuiſis vrbibus & mundi regionibus Epiſcopos inſtitutos mittit.*

c *Paulus & Barnabas Synagogam ingreſſi, & ad dicendum inuitati, Paulus multos adducit ad Chriſtum.*

d *Epiſcopi hoſpites ad concionandum inuitati, mos antiquus.*

e *Thecla Pauli primogenita, & inter fœminas protomartyr.*

f *Mariæ aſſumptio in cœlum, ſic tradunt Euſeb. in Chron. an. 48. Epiphan. hær. 42. Eutym. in Eccleſ. hiſtor. lib. 3. cap. 40. Andreas Cretenſis ſerm. de dormit. Deiparæ. Timotheus Presbyter de Propheta Simeone. Germanus Patr. Conſtantinopolitanus orat. de dormit. S.D.N. Deiparæ cap. 14. Metaphraſt. de vita & dormit. B. Mariæ. S. Ambroſ. in Miſſali in vigilia Aſſumpt. B. Mariæ. Hildelphonſ. ſerm. 2. de Aſſumpt. B. Mariæ. Beda hom. 7. in var. ſerm. B. Mariæ. Concil. Lug. apud Gratiã. diſt. 3. Concil. Mogunt. cap. 36.*

Cæterùm, ipſa prima Pontificia Sedes, Cathedra, inquam, lignea [a] miraculis
illuſtrata, à maioribus aſſeruata, in eiuſdem B. Petri Baſilica Vaticana hactenus
cuſtoditur, & certis diebus populo viſenda exponitur.

Petrus, ſtatutâ Romæ Cathedrâ, Antiochenæ Eccleſiæ Euodium præficit, di- 46.
uerſiſque aliis [b] vrbibus inſtitutos Epiſcopos tradit. Siciliæ Pancratium, Mar-
cianum, Berillum, & Philippum, Capuæ Priſcum, Neapoli Aſprenatem:
Terracinæ Epaphroditum: Equicolæ populis Marcum: alium tamen ab Euan-
geliſta, Nepe Ptolemæum, Feſulis Romulum, Lucæ Paulinum, Rauennæ
Apollinarem: Veronæ Euprepium: Patauio Proſdocimum: Ticino Sy-
rum.

In Galliis Lemouicenſibus, Tholoſanis, & Burdegalenſibus Martialem:
Tungrenſibus, Colonienſibus, & Treuerenſibus Maternum, necnon Vale-
rium: Rhemenſibus Sixtum: Arelatenſibus Trophimum: Senonenſibus Sa-
lonianum: Cenomanenſibus Iulianum: Vienæ, & Moguntiæ Creſcentem:
Bituricenſibus Vrſinum: Aruernenſibus Auſtremonium: Hiſpaniæ Torqua-
tum, Creſiphontem, Secundum, Indoletium, Cæcilium, Heſychium, Eu-
phratium, & alios. In Britanniam quoque Euangelium penetraſſe à Petri miſ-
ſione tradunt: quod facilè fuit, anno ſuperiore Inſulâ ſubiugatâ à Claudio
Imperatore. Baron. *in notis ad Martyrolog. Rom.*

Paulus, & Barnabas [c] è Cypro regreſſi in Aſiam, Antiochiæ Piſidiæ in- 47.
greſſi Synagogam die Sabbathorum, inuitantur ad loquendum pro more:
& Paulus egregiâ habitâ concione, multos adducit ad Chriſtum. *Actor.* 13.
Eiuſmodi quoque conſuetudo, vt peregrini [d] Epiſcopi ad concionandum in-
uitarentur ab eius ciuitatis, ad quam veniſſent, Epiſcopo, diu manſit in Ec-
cleſiâ: imò & Canone legitur ſtabilitâ Concilij Carthaginenſis IV. *cap.* 36.
Vide apud Clem lib. 2. *Conſtitut. cap.* 62. Quam conſuetudinem hac noſtrâ ætate
Carolus Borrhomæus Cardinalis, & Archiepiſcopus Mediolanenſis (poſtea San-
ctus) ſeruauit, vt in eius vita legitur.

Theclam [e] nobiliſſimam Virginem Iconienſem, iam viro deſponſatam, ſuâ
prædicatione Apoſtolus ad cultum fidei, & Chriſtianæ Virginitatis incendit, ob
quæ, multa, & magna perpeſſa, Protomartyr inter fœminas appellari meminit,
& Pauli primogenita.

Paulus peragratâ Lycaoniâ, Lyſtram veniens, claudum erigit: inde popu- 48.
lum, quaſi Deum ſe & Barnabam adorantem, increpat, & vix reprimit, à
quo mox lapidatur, ac pro mortuo habitus, Derben ſe recipit: indéque pera-
gratis multis regionibus, & conſtitutis Epiſcopis, Antiochiam Syriæ cum Bar-
naba regreſſus, relatione factâ de iis, quæ per eos Deus feciſſet, tempus ibi non
modicum commoratur. *Actor.* 14.

Hoc anno, vel circiter die 15. Auguſti, Deipara Virgo [f] cum rediuiuo
corpore, in cœlum migrauit, cœleſtium regina, pariter ac Patrona mortalium 49.
conſtituta, vt communiter Græci, & Latini ſentiunt. Differunt tamen in aſſi- vel circiter.
gnandò mortis ſuæ tempore. Quidam affirmant, eam deceſſiſſe vno anno,
& aliquot menſibus à morte Chriſti? ac proinde mortuam eſſe anno ætatis
ſuæ 49. vel 50. quippe quæ anno ætatis ſuæ 15. peperit Saluatorem, deinde
vixit vnà cum filio 33. annis, qui omnes anni conficiunt octo, & quadra-
ginta, poſtea vixit vno anno, & aliquot menſibus. Quorum opinio com-
muni calculo reiicitur. Alij dicunt, poſt mortem filij vixiſſe duodecim an-
nis, & obiiſſe anno ætatis ſuæ 60. ſic Euodius Epiſcopus Antiochenus apud
Nicephorum *libro* 2. *cap.* 3. Quæ etiam ſententia reiicitur. Eſt etiam tertia
opinio aſſerentium eam ex hac vita migraſſe anno 15. poſt mortem filij: &
hæc opinio videtur eſſe communis. Quarta ſententia eſt Epiphanij *in libello
de vita, & obitu Deiparæ*, eam mortuam fuiſſe ætatis ſuæ 73. aut 72. aut 71.
ita vt poſt necem filij vixerit annis 25. aut 24. aut 23. ſed non eſt à communi
ſententia recedendum.

Quod autem ſpectat ad hiſtoriam de Aſſumptione Dei Genitricis, ſciendum
quòd improbata fuit ab Eccleſiâ Catholicâ opinio Collyridianorum hæretico-
rum, aſſerentium B. Virginem diuinæ fuiſſe naturæ, proſuſúque mortis expertem,

at

ANNO DOM.

at de his ſcribit Sanctus Epiphanius in Panarch. *hæreſ.* 78. & 79. Humanæ autem tantùm naturæ eam fuiſſe, ſed multis, immenſiſque prærogatiuis auctam, Catholica Eccleſia profitetur: idque cùm omnes Orthodoxi antiqui Patres, tum inter eos Sanctus Epiphanius aduerſus eos agens, pluribus comprobet, tamen de eius obitu non audet certi aliquid diffinire, cùm ait: *Non autem definio hoc, & non dico quod immortalis manſit, ſed neque affirmo an mortua ſit.*

Rurſus fuit quorundam opinio dicentium, eam [a] martyrio vitam finiſſe. His aduerſatur auctor, qui dicitur Iſidorus *lib. de vita & obitu Sanctorum, cap.* 68. & alij poſt eum. Supradictæ autem omnes opiniones ab Eccleſiâ Dei reiiciuntur, quæ catholicè profitetur eandem, vt hominem, naturali exitu, vitâ functam [b], & in eam partem propenſior videtur, vt vnà cum carne aſſumpta ſit in cœlum: nam in eius diei feſto illas Sanctorum Patrum homilias legendas tradidit, quibus eadem de eius Aſſumptione firmantur, quæ quidem ſententia cùm plurimorum Theologorum auctoritate, tum etiam communi conſenſu fidelium iam recepta videtur.

a Maria an martyrio vitam finierit.

b Mariam in corpore & in anima aſſumptam, Eccleſia docet.

50. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] primum IEROSOLYMITANVM: in eo affuere Petrus, Paulus, Ioannes, Barnabas, & alij. *Actor.* 15.

c Concilium I. Ieroſolymitanum.

Cauſam Concilio dederunt ex Iudæis fideles, cenſentes obligandos fideles ad obſeruationem legis Moyſi, quorum anteſignanum fuiſſe Cerinthum Hæreſiarcham, tradit Epiphanius *hæreſi* 28. Ex hoc Concilio Synodica mittitur epiſtola ad Fratres ex Gentibus per Iudam, & Silam, vnà cum Barnaba, & Paulo, in qua verbis illis; *Viſum eſt Spiritui ſancto; & nobis;* admirabilis Spiritus ſancti, & Eccleſiæ coniunctio, & conſenſio oſtenditur: *Viſum eſt*, inquit, *Spiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione: à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete.*

Scriptas ex hoc Concilio Hieroſolymitano litteras miſerunt [d] Antiochiam per Barnabam, & Paulum, qui[illegible] Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam, viros primos in fratribus, comites itineris, & commiſſarios negotij adiunxerunt. Obtinuit poſtmodum conſuetudo, miſſiones Legatorum, ſiue ad Concilium, ſiue ex Concilio, ad eos, quibus neceſſarium exiſtimaret Apoſtolica ſedes intellectum aperire ad res fidei, ſiue intelligendas, ſiue perſuadendas.

d Mos mittendi legatos ad Concilium, vel ex Concilio, vnde.

Præcepti autem de ſuffocato [e] illa potiſſimùm ratio affertur, vt aliquo, licèt in ſe leuiſſimo, remanente vſu legalium, Iudæi, ac Gentiles in vnum Chriſtum, lapidem angularem, necterentur: de qua re legendus eſt Auguſtinus 32. *contra Fauſtum, cap.* 13. Poſt verò ceſſante cauſa infirmitatis Iudæorum, præceptum illud temporale, ad euitandum eorum ſcandalum comparatum, in Occidente maximè exoleuit, ſed non apud omnes eodem tempore: apud Orientales enim, præcipuè apud Græcos, vim ſuam retinuit, vſque ad exprobrationem Latinorum.

e Suffocatum cur prohibitum.

51. Eodem anno Barnabam [f], viſitatis, confirmatiſque Cypri Eccleſiis, in Italiam aliquando veniſſe, & in Liguriâ prædicaſſe Euangelium, nobiliſſimámque Mediolanenſem Eccleſiam erexiſſe, longè, latéque Chriſti fidem fœliciter propagaſſe, firmæ traditiones, eiuſdémque Eccleſiæ monumenta, complurium ſcriptorum teſtimoniis confirmata, fidem certam faciunt.

f Barnabas Mediolanenſem fundat Eccleſiam.

52. Paulus Athenas perductus, Euangelium prædicans, quoſdam conuertit ad Dominum, in quibus Dionyſium [g] Areopagitam, & mulierem nomine Damarim, *Actor.* 17. quam vxorem fuiſſe Dionyſij, confirmant Ambroſius *ad Vercell.* Auguſtinus *de ſemine.* & Chryſoſtomus 4. *de Sacerdotio.* Hic ille Dionyſius, qui annos natus 25. Heliopoli dum eſſet in Ægypto, vnà cum Apollophane Philoſopho, admirandum Solis illud deliquium, quod tempore paſſionis Chriſti contigit, videns, cauſarum quantumlibet rerum naturalium ſcientiâ polleret, ignorans, quod res eſſet, quæ omnem excederet naturæ terminum, admiratus eſt, vt ipſe ſcripſit ad Apollophanem: cuius quidem rei occaſione faciliorem redditam ſibi eſſe viam ad Chriſtianam Religionem amplexandam, ibidem affirmat.

g Dionyſius cùm antea, tempore paſſionis Chriſti Solis illud deliquium præter naturam conſpexiſſet, hoc anno ad Pauli prædicationem conuertitur ad Dominum.

Anno Dom. 53.

Hoc anno Paulus Apoſtolus Corinthi ſcribit ſecundam epiſtolam ad Theſſalonicenſes, in qua in *capite* 2. commendat illis [a] traditiones [b]. Hinc (Chryſoſtomus *hom. 4. in 2. ad Theſſalon.*) perſpicuum eſt, quod non omnia tradiderunt per epiſtolam, ſed multa etiam ſine ſcriptis, & ea quoque ſunt fide digna. *Eſt traditio? nihil quaras amplius.* His conſentanea habet Baſilius *de Spiritu ſancto, cap.* 29. Quas etiam, quod fideliter & ſincerè cuſtodiendæ eſſent, Depoſitum nominauit. 1. *Timoth. in fine.* ſic Epiphanius *hæreſi* 61. Hinc Eccleſia ab ipſo [c] ſui initio duplici iure tecta eſt, ſcripto, & non ſcripto, Iure, & Conſuetudine.

De Traditionis porrò excellentia, & neceſſitate in Eccleſia, luculenter diſſeruerunt omnes Patres, & ex ea maximè omnes hæreſes iugulauerunt. Stephanus Papa ex Arce Romanæ Eccleſiæ illud intonans; *Nihil innouetur, niſi quod traditum eſt* (agatur ſcilicet) diſſipauit omnem molitionem Orientalium, & Africanorum, ex innumeris Scripturis malè intellectis, baptiſmum hæreticorum in Eccleſia probatum, & receptum, improbantium.

Traditio de Sanctorum reliquiarum [d] cultu, & veneratione, ex Chriſti fimbria in Eccleſia inchoata, *Luc.* 8. *Mar.* 5. Pauli ſemicinctu, & ſudariis confirmata, *Act.* 19. ac de reliquiis Martyrum latiſſimè propagata, per ſingula tempora demonſtrantur [e]. Lege in Annalibus plura in hoc genere admiranda, ex probatiſſimis auctoribus collecta.

Confeſſionis [f] peccatorum, cuius iam tum Dominus iecerat fundamentum, cùm Apoſtolis dedit poteſtatem dimittendi peccata, dicens *Ioan.* 20. *Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. primus [g] vſus habetur expreſſus *Actor.* 19. vbi ſic habetur: *Multique credentium veniebant, annunciantes actus ſuos.* quam vſitatam ſemper in Eccleſia Catholica magna hæreticorum impugnatione, omnes ætatis Catholici Scriptores teſtificantur.

Pœnitentes conferunt libros improbatæ [h] lectionis, & publicè comburunt, *Actor.* 19. Hic vſus aſſiduè ſeruatus eſt in Eccleſia, vt libri magici, iudiciariæ Aſtrologiæ, & Hæretici, publicè exurerentur ex Impp. ſanctionibus, & Pontificum decretis.

Superiore anno 3. Idibus Octobris, hora ſeptima, Claudius Imperator Agrippinæ dolis, veneno extinctus, Neroni [i] eiuſdem Agrippinæ filio adoleſcenti decem, & octo annorum Imperium reliquit, qui annis 13. menſibus 7. Imperio potitus eſt.

Eodem anno celebratum eſt ab Apoſtolis Concilium ANTIOCHENVM, in quo præcipuè determinatur, vt Imagines [k] pingantur, & colantur. Huius Concilij meminit Innocentius I. *epiſtola* 18. *ad Alexand.* illiúſque Canones ex inuentis à Pamphilo in Bibliotheca Origenis refert Turrianus *lib.* 1. *contra Magdeburgenſes capite* 25. Vnde in VII. Synodo *artic.* 3. ſic dicitur: *Apoſtolicas autem Eccleſiæ traditiones, quibus veneratio, culturaq́; Sanctorum docetur, recipimus, & veneramur.* In *act.* 6. Epiphanius reſpondens pro Synodo dixit: Quod autem cum multis aliis, quæ in Eccleſia obſeruantur ſine Scriptura, nobis imaginum veneratio tradita ſit ab Apoſtolorum temporibus, latè per hiſtorias traditum eſt. *Actio.* 7. ſic ſubiiciunt Patres: *Fatemur autem vnanimiter nos Eccleſiaſticas traditiones, ſiue ſcripto, ſiue conſuetudine valentes, & decretas retinere velle: quarum de numero eſt imaginum effiguratio.*

Eodem anno Paulus primam ſcribit epiſtolam ad Corinth. in qua *in cap.* 5. inceſtuoſum excommunicat [l], & dicit huiuſmodi tradere Sathanæ, non modò vt ab eo obſeſſus cruciaretur, ſed & vt interim à communicatione fidelium haberetur abſtentus. Hic cõmmuni vſu loquendi dicitur (*excommunicatus*) vt omnes Patres conſentiunt.

Hæc autem excommunicatio varia [m] ſortitur nomina.

Primò enim dicitur *Cenſura diuina* [n], ſeu *Eccleſiaſtica*: Tertullianus Latinorum antiquiſſimus *in Apolog. aduerſus gentes, capite* 39. vocat eam cenſuram diuinam, Innoc. 3. *in cap. irrefragabili. de offic. iud. ordin. & in cap. quærenti. de verbor. ſignific.* & Ioann. 22. *in extrauag. quæ incipit, Sancta Romana. in fine. de religioſ. domibus.* & Clem. V. *in Clem.* 3. *de ſent. excom.* vocant eam cenſuram Eccleſiaſticam.

a *Traditionum antiquitas.*

b *S. Cyprian. ad Pompeium Si ad diuinæ traditionis caput, & originem reuertamur, ceſſat error humanus, & ſacramentorum cæleſtium ratione perſpectâ, quidquid ſub caligine ac nube tenebrarum obſcurum latebat, in lucem veritatis aperitur. S. Irenæus l. 3. cap. 3. hac ordinatione, & ſucceſſione ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconiatio peruenit vſque ad nos. Et eſt,* ſubdit, *pleniſſima hæc oſtenſio, vnam, & eandem viuificatricem fidem eſſe, quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata & tradita in veritate.*

c *Eccleſia ab ipſo ſui initio duplici iure tecta eſt ſcripto, & non ſcripto, iure & conſuetudine.*

d *Reliquiæ Sanctorum.*

e *S. Auguſtinus de Eccl. dogm. c. 73. Sanctorum corpora, & præcipuè Beatorum Martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra ſinceriſſimè honoranda credimus. Si quis contra hanc ſententiam venerit, non Chriſtianus ſed Eunomianus, & Vigilantianus creditur.*

f *Confeſſionis peccatorum vſus antiquus.*

g *Confeſſio ſacramentalis ante Euchariſtiæ ſuſceptionem habetur ex doctrina antiquiſſima Eccleſiæ quæ procul dubio de traditione deſcendit. Lege Cypr. ſerm. de lapſis & de Cœna Dom. & Ep. Firmiliani ad Cyprian. Aug. de ſalutari. docum. c. 33. Chryſoſtom. hom. 8. 57. in Matth. lib. de Eccl. dogm. cap. 53. Theophyl. in cap. 11. prior. ad Corinth. Orig. hom. 38. in Pſal.*

h *Libri hæreticorum comburuntur.*

i *Nero Imperator.*

k *Imagines pingendæ, & colendæ, etiam tempore Apoſtolorum.*

l *Excommunicationis vſus antiquus.*

m *Excommunicationis varia nomina.*

n *Cenſura diuina.*

Anno Dom.

Secundò appellatur. *Diſtrictio* [a] *Eccleſiaſtica*, ab Alexan. 3. *in cap. Nuncios. de decimis. & in cap. aduerſus. de immunit. Eccleſ.*

a 2. *Diſtrictio Eccleſiaſtica.*

Tertiò frequenter dicitur *Excommunicatio*, [b] vt patet ex titulis, *De cleric. excom. miniſtr. de ſent. excom. per totum.*

b 3. *excommunicatio.*

Quartò dicitur *Anathema*, [c] cuius nominis frequens mentio eſt in ſacris Canonibus, & Conciliis, *vt cap. conſpiratores. cap. nullus. cap. Engeltrudam. 3. q. 4 & cap ſi quis diſcernit. diſt. 28. & diſt. 30. per totum. & cap. cum Eccleſiam. cap. aduerſus. de immunit. Eccleſ.*

c 4. *Anathema.*

Quintò dicitur *Anathema*, [d] *Maranatha*. ſic 1. *Corinth.* 16. & Siluerius Papa, vt habetur *in cap. Guiliſarius* 23. *q.* 4. Couarru. *in cap. alma mater. de ſent. excomm. in* 6. Felin. *in cap. Rodulphus. num.* 23. *de reſcriptis.*

d 5. *Anathema Maranatha.*

Sextò dicitur *Mors* [e]. Cyprian. *lib. 1. epiſt. 11. non longè à fine.* Innoc. 3. *in cap. per venerabilem. §. ſunt autem.* Panorm. *in cap. ſi quis. num. 4. de maior. & obed.*

e 6. *Mors.*

Septimò dicitur *Medicina* [f]. *cap. multi. 2. q. 1. cap. notandum. 24. q.* 3. Innoc. 4. *cap. 1. de except. in* 6.

f 7. *Medicina.*

Octauò dicitur *Mucro* [g] *Epiſcopi*. ſic eam appellat Ioannes Papa, vt habetur 16. *q. 2. cap. viſis. in fine.* S. Hieronymus *epiſt.* 1. Gloſſ. *in cap. corripiantur. 24. q.* 3. in verbo *Epiſcopalis.* Cœleſtin. 3. *in cap. cùm non ab homine. de Iudic.* Innoc. 3. *in cap. quoniam in pleriſque. de offic. ordin.* Innoc. 4. *in cap. dilecto. de ſentent. excom. in* 6.

g 8. *Mucro Epiſcopi.*

Nonò dicitur *Virga* [h] *ferrea*. Sic eam vocat S. Hieron. *epiſt.* 58.

h 9. *Virga ferrea.*

Decimò appellatur *Neruus* [i] *Eccleſiaſticæ diſciplina*. Innoc. 3. *in cap. cùm inter. de conſuetud.* & Clem. 5. *in Clem. 1. de ſentent. excom.*

i 10. *Neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ.*

Vndecimò dicitur *Maxima* [k] *omnium pœnarum*. de qua S. Auguſt. relatus à Soto *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 1. verſ. Et ergo.* ait: Grauius eſſe hominem excommunicari, quàm ſi gladio feriretur, flammis exureretur, feris ſubiiceretur.

k 11. *Maxima omnium pœnarum.*

Tribunalia, & iudicia [l] Eccleſiaſtica, etiam ſæcularium ſtatuit. 1. *Corinth.* 6. quæ perpetuò vſurpata ſunt in Eccleſia, de quibus quæ præclarè & luculenter colligit hoc loco auctor Annalium, legenda ſunt: ſed maximè à Politicis quibuſdam audacioribus, qui vix vllum ius agnoſcunt Eccleſiaſticum: illúdque (ſi quod tamen agnoſcunt) ſubinde circumcidunt, nedum vt vllum in cauſis ſæcularibus eſſe velint: quod tamen olim aliter frequentatum eſt in Eccleſia. cùm liberum eſſet Chriſtianis cùm vellent, ex compoſito, quas inter ſe haberent controuerſias, Epiſcopo dirimendas, ſponte committere, vt apparet ex Ambroſio *epiſtola ad Marcellum 49. in edition. Roman.* Et rurſum cùm magiſtratuum praua iudicia, imò, & quæ Imperatorum iniuſto eſſent firmata reſcripto, irritabant: quod ſe feciſſe teſtatur idem Ambroſius 2. *de Offic. cap.* 29. Eâ ipsâ de re Clemens, *in Conſtitut. Apoſtolorum, lib. 2. cap. 29. lib. 10. cap.* 51. & Auguſtinus *de opere Monachorum cap.* 27. præter Interpretes Diui Pauli ad hunc locum: nec tamen propterea dicendum eſt, regimen politicum eſſe ſublatum.

l *Tribunalia etiam ſæcularia ab Eccleſiaſticis ſtatuuntur.*

Loca in quibus Chriſtiani conuenirent ad verbum Dei, ad orationem, & ſacrificium, Eccleſias [m] dictas, iam tempore Apoſtolorum, eo nomine extitiſſe, conſtat ex Apoſt. 1. *Cor.* 18.

m *Eccleſiæ In primitiuo tempore extabant.*

58. E Cretâ reuerſus Paulus in Græciam, Titum Epiſcopum Cretenſem ad ſe Nicopolim euocat, *Tit.* 3. Monet eum, vt quæ corrigenda ſunt, corrigat, & conſtituat per ciuitates Presbyteros, quos, quales eſſe debeant, præſcribit: mox vocans eos Epiſcopos. *Actor. item* 20. Presbyteros Epheſinæ Eccleſiæ vocat Epiſcopos. & 1. *Tim.* 4. *Noli negligere gratiam quæ in te eſt, per impoſitionem manuum presbytery*, id eſt, Epiſcoporum, quorum eſt muneris ordinare, non Presbyterorum. Petrus item & Ioannes Apoſtoli Presbyteros ſe nominant. Ex quibus locis colligitur, tempore Apoſtolorum nomina illa, *Epiſcopus* [n] & *Presbyter*, communia fuiſſe omnibus Sacerdotibus, tam maioribus, quos poſtea vocarunt tantùm Epiſcopos, quàm minoribus, quibus Presbyteri nomen relictum eſt proprium, quod obſeruauit Chryſoſtomus & alij: licèt res ipſa, & poteſtates eſſent diſtinctæ. Nam quod inde aliqui collegerunt, initio Eccleſiæ eoſdem fuiſſe Presbyteros & Epiſcopos, & conſuetudine potiùs quàm inſtitutione factum, vt Presbyteris præeſſent Epiſcopi, planè errarunt, in quibus fuit Ærius in primis, qui ea de re hæreſim euulgauit, de qua Epiph. *hæreſ.* 75.

n *Epiſcopi & presbyteri nomina olim communia omnibus ſacerdotibus: ſed factiones ſemper diſtinctæ.*

a Hieronymus & aliqui Patres ab impoſturâ vindicantur.
b Epiſcoporū munus ex S. Hieronymo.

Eiuſdem erroris malè inſimulant nonnulli aliquos Sanctos Patres,& in primis S. Hieronymum [a] ex quibuſdam eius verbis *in primum cap. epiſt. ad Titum, & in epiſt. ad Euagrium* 85. & alibi malè intellectis: qui tamen alioqui alibi veram, & Catholicam eâ de re ſententiam [b] clarè profert aduerſus Luciferianos, & *ipſa epiſt. ad Euagrium, & ad Marcellam* 34. nimirum Epiſcopos ſuccedere in locum Apoſtolorum, eorum eſſe ordinare, & Spiritum ſanctum, per impoſitionem manuum conferre: quod non faciunt Presbyteri.

De rebus geſtis per tres menſes, quibus, vt Lucas ait, 20. *cap. Actor.* manſit Paulus in Græcia (per Græciam intelligens regiones omnes, quæ ab Achaia vſque ad Illyricum interiacent) nihil habemus præter id, quod ad Romanos ipſe ſignificat, *cap.* 15.

c Epiſtola ad Romanos quando ſcripta.

Antequam Paulus rediret in Macedoniam, Corinthum verſus iter direxiſſe, ac Cenchreas (quod eſt Nauale Corinthiorum) perueniſſe, ibique ſcripſiſſe ad Romanos [c], Origenes exiſtimauit. Ad Gentiles potiſſimùm, qui Romæ erant credentes, hanc Paulus ſcripſit epiſtolam, vt apparet ex illis verbis *cap. 1. num.* 13. *& cap. 15. num.* 15.

d Romana Eccleſia viuente Paulo florentiſſima.
e Fides Romana eſt fides catholica. ſic Paulus propheticè foſſus eſt, & Romanus pro Catholico vſurpatum eſt.

Ex illis item eius epiſtolæ verbis *cap. 1. num. 8. Fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.* & 15. *num.* 15. *Pleni eſtis dilectione, repleti omni ſcientiâ.* & 16. *num.* 19. *Veſtra obedientia in omne locum diuulgata eſt.* Satis colligitur, Romanam Eccleſiam [d] fuiſſe florentiſſimam, & mirificè propagatam. Et primùm quidem illud de fide, non tantum verè pro illo tempore, ſed etiam propheticè, pro futuris temporibus dictum, Cypr. *epiſt. 57. ad Cornelium*, exiſtimauit. Hiſce factum eſt, vt Romanus [e] pro Catholico ferè vſurpatum ſit, vt apud Victorem *de perſecutione Vuandal.* & apud Turon. *de gloria Martyrum. cap. 25. 30. & 79.* & Theodoſius iunior *epiſt. ad Acbacium Beroenſem (in Actib. Epheſini Concilij)* Vos probatos Romanæ Religionis Sacerdotes eſſe, manifeſto argumento ante declarate.

f Paulus in Melito Inſula appulſus, à vipera illæſus euadit omnibus ſtupentibus.
g D. Pauli merito in Inſula Melita ſerpentes veneno carent: & terra illa ad venena curanda prodeſt.

Paulus periclitans occidi à Iudæis, periculo eripitur à Tribuno. *Act.* 21. à quo cùm virgæ intentarentur, cogitur ciuem ſe Romanum indicare. *Actor.* 7.2. Cæſaremque appellare, vnde perducitur Cæſaream ad Felicem præſidem: cui poſt biēnium cùm ſucceſſiſſet Feſtus, eum in naui impoſitum, Romam mittit, in qua nauigatione, periclitantibus omnibus, diuinitùs certus efficitur de omnium incolumitate. Fractâ igitur naui propè littus, ſalui omnes euadunt in terram in Inſulâ [f] Melitâ, vbi viperâ inuadente manum Pauli, & ab eo excuſſâ in ignem, nec vllo nocumento accepto, Barbari in ſtuporem verſi, illum appellant Deum. *Actor.* 27. Ex eo tempore in gratiam Pauli, fuit loco diuinitùs impartitum, vt [g] ſerpentes omnes veneno carerent, & quantumlibet aliquem morderent, nullum adferrent detrimentum, ſed & vt terra ibi contra venena pater antidotum.

Paulus tribus menſibus, quibus Melitæ hiemauit patrem Publij principis inſulæ ægrotantem, & alios omnes prætetea morbo vexatos ſanauit. *Actor.* 28.

Paulus poſt tres menſes, Melitâ ſoluens, Romam verſus, vltra quinquaginta 59.
miliaria ab occurrentibus fratribus, ad Appij forum, exceptus, Romam peruenit, 6. Iulij, vt eſt in Martyrologio Bedæ, & Vſuardi, quamuis alij in ipſo menſe Maio id factum putent.

h Paulus quid intelligat per religionem Angelorum.

Hoc anno ſcribit Paulus ad [h] Coloſſ. epiſtolam, in cuius *cap* 2. dicit: *Nemo vos* 60.
ſeducere volens in ſublimitate, & religione Angelorum, &c. Tangit hîc Cherinthi dogma, aſſerentis Chriſtum eſſe tantùm hominem, & illi Angelos præferentis, per quos & mundum creatum diceret. Monet igitur ne ſeduci ſe ſinant in humilitate Saluatoris Chriſti, id eſt, abiectione Chriſti, cùm tantùm hominem eum confiteantur, & Religione Angelorum, cùm Angelos ſcilicet naturæ opifices eſſe iactarent. Quare ſæpè Chriſtum hac, & aliis epiſtolis Paulus, & maximè eâ, quæ ad Hebræos eſt, longè Angelis præcellere prædicat.

i Ritus canendi in Eccleſia Apoſtolicus.

Quod *cap.* 3. monet de Pſalmis, Hymnis [i] & Cāticis ſpiritualibus, vt ad Epheſ. *cap.* 5. originem & formam cantus in Eccleſia præſcribit, cuius ritus in Eccleſia canendi habemus, inquit Auguſt. *epiſt.* 129. *cap.* 18. ipſius Domini, & Apoſtolorum documenta, exempla, & præcepta. De quo ritu perpetuo in Eccleſia conſeruato, omnes ferè Patres meminerunt: ſed legendus in primis Philo *de vita contemplatiua*, & Baſil. *ad Neocæſarienſes ep.* 68. Chryſoſtom. *hom. in Pſalm.* 41.

Quòd

ANNO DOM.

Quòd aurem ſpectat ad muſica [a] inſtrumenra, iiſdem Chriſtum Dominum à Chriſtianis laudari ſolitum, Prudenrius aduerſus Iudæos agens, in Apotheoſi, docet. Citharam ab Eccleſiaſticâ modulatione fuiſſe proſcriptam, habemus ex Aug. *conc.1.in Pſal.32.* ſanè quidem Muſica inſtrumenra antiquitùs haud in Eccleſiam introducta, & recepra eſſe videntur: quod auctor 99. apud Iuſtinum affirmare videtur *quæſt.*107. Organa [b] quæ dicũtur diſparibus cannis ſimul iunctis, poſt multa ſæcula, vſu recepta, adhuc perſeuerant.

[a *De Muſicis inſtrumentis in Eccleſia epiſt. ad Philem.*] **[b *Organorum vſus in Eccleſia.*]**

63. Iacobus frater Domini [c], cognomento IVSTVS, ab Anano Pontifice audace, ſæuo, ingenio fero, & ſectâ Sadducæo, iudicio damnatus, lapidibus obruitur anno ſedis 29. Ob cuius mortem excidium fuiſſe Hieroſolymis à Deo immiſſum, vulgatum fuit apud Hebræos. Orig. *1.cont.Celſum* ex Ioſepho affirmat.

[c *Iacobus Apoſtolus lapidatur.*]

Vnam tantùm epiſtolam ſcripſit, quæ de 7. Catholicis eſt. In qua, conſentaneè graſſanti hæreſi Simonis, omnia fidei tribuẽtis, multa dicit in commendationem operum. *Vide Auguſt. de fide & operib. cap.*24.

Quod ea in Epiſtola, de inungendis oleo infirmis ait, Sacramentum [d] intelligit, quod appellauit Innoc.I. *epiſt.1.cap.*8. & Auguſt. *in Pſalm.*44. *& ſermon.*215. *de temp.* nam alterius generis fuit oleum illud, de quo *Marc.*6. Et vngebant oleo multos ægros Apoſtoli, & ſanabant: quo genere olei benedictione affecti, multi SS.Patres vſi feruntur ad ſanitates: Tertull. *ad Scap.c.*24. Hieronymus *in Hilarione,* Ruffin.2. *Hiſt.cap.*4. Sozom. 6. *cap.* 21. *&* 29. Seuerus *in Martino, & ante omnes Clement.*8. *conſtit.cap.* 35.

[d *Extremæ vnctionis ſacramentum.*]

64. Marcus Euangeliſta, primus [e] Alexandriæ Epiſcopus, hoc annò martyrio coronatur. Euſeb. 2. *hiſtor. cap* 27. Eccleſiam reliquit mirâ pietate, & continentiâ florentem, quam deſcripſit Philo, ſub nomine Eſſenorum, quaſi in laudem ſuæ gentis, qualis eſt vita perfectiſſima Cœnobitarum.

[e *Marcus primus Alexandriæ Epiſcopus martyr.*]

De Agni Dei benedictione [f], & antiquitate, & miraculis multa habet Baronius ſub hoc eodem anno, vbi dicit, quod iſtud genus bullarum ex ſacris ceris conſectarum, & Agni Chriſti præ ſe ferentis imagine inſignitarum, placuit Eccleſiæ ad vſum Chriſtianorum ex collo appendere, ad abolendas nimirum Gentilium bullas ex re turpiculâ conſignatas, vel aliter ſuperſtitionibus auctas, quas ad auertendas faſcinationes, ſuis infantibus velut amuleta ex collo ſuſpendebant. De hac cera ſic benedicta S.Paulinus de miraculis S Martini hæc habet: *Domum [g] quamdam incendium vaſtabat, interea clamor ad cælum tollitur, & B. Martini auxilium imploratur. Meminit ille ceræ particulæ à Sancti templo delatæ: quæ reperta, & igni iniecta, protinus cunctum reſtinxit incendium: nouóque miraculo, cera, quæ ignem alere ſolita eſt, violentias ignis vi ſanctitatis oppreßit.*

[f *Agnus Dei in cero, vſus antiquus & virtutes.*] **[g *Agnus Dei incenſum extinguit ignem.*]**

66. PRIMA [h] GENTILIVM perſecutio in CHRISTIANOS, auctore Nerone. Tertull. *Apolog.cap.*5. *& in Scorpiaco cap.*14. quæ durauit ad eius cædem.

[h *Perſecutio Prima.*]

67. Simon [i] Magus, huius occaſione perſecutionis, ne damnum in ſuis diſcipulis pateretur, quibus perſuaſerat ſe Chriſtum eſſe, docuit eos palam negare: & ſi opus eſſet, etiam Idola colere. *Orig.contra Celſum lib.*6.

[i *Simon Magus Hæreſiarcha.*]

68. Coniuratione in NERONEM detectâ, in cauſa fuit, vt Chriſtianorum perſecutio remitteretur, conuerſo Neronis gladio in Romanos: Apoſtoli verò Petrus & Paulus Romanis euangelizant, cuius in prædicationis fragmento, (*quod extat apud Lactantium* 4. *cap.* 21. eſt eorum vaticinium de clade & excidio Hieroſolymitano.

Simon Magus occaſione Magiæ, Neroni inſinuatus, & in eius gratiam volare [k] pollicitus, idque dæmonum arte præſtare aggreſſus, ad preces B. Petri ad terram proſternitur. *De quo Sueton.in Nerone cap.*12. Clement. 6. *Conſtit.cap.*9. *Epiphan. hæreſ.*21.

[k *Simon Magus volans, ad preces B.Petri in terram proſternitur.*]

Occaſione caſus Simonis, Apoſtoli, menſe Octobri in carcerem coniiciuntur, & nouem in eo menſes, vſque ad martyrium detinentur. Extincto Simone, Diabolus alterum Magum Romam adduxit, Apollonium [l] Tyaneum, de quo multa mentitus Philoſtratus, eum admirandum mundo exhibuit, & Hierocles ex Areopagiticis Iudicibus, libro edito, eum Chriſto parem oſtendere contendit, ab Euſebio egregiè confutatus.

[l *Apollonius Tyaneus.*]

69. Hoc anno Petrus [m] & Paulus 3. Cal. Iulij à Nerone ex Achaia reuerſo, dam-

[m *Petrus, & Paulus eodem anno & die morti adiudicantur.*]

nati, eodem anno, eadem ambo die, martyrio coronantur. Paulus quidem obtruncatus eſt extra portam Oſtienſem, ad aquas Saluias lac reddens pro ſanguine, qui locus modò ex mirando euentu, ſubſultantis ter capitis, & fonticulos efficientis (*ad tres fontes* dicitur) Petrus verò in ea Vaticani parte, quæ modò *Mons aureus* dicitur, crucifixus inuerſo capite, ſic ipſe eligens. Acta Lini nomine. Ambroſius *ſerm.* 68. Chryſoſt. *Orat. de Princip. Apoſt.*

a Sepulchra eorum illuſtria.

b S. Auguſt. de Eccleſ. dogm. cap. 73. ſanctorum corpora, & præcipuè beatorum Martyrum reliquias ac ſi Chriſti membra ſinceriſſimè honoranda credimus. Si quis contra hac ſententia venerit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Vide de hoc Concil. Antiochen. Apoſtolorum cuius meminit Turr. li. 1. pro can. Ap. cap. 25.

c Corpora SS. Petri, & Pauli furantur. Sed tonitru, & fulgure deterrentur ne longius, quàm ad catacubas, ea transferrent.

d Ad hanc vt dicit Irenæus l. 3. c. 3. propter potentiorem principalitatē neceſſe eſt omnem cōuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt vndique fideles in qua ſemper ab his, qui ſunt vndique conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis traditio.

Sepulchra [a] ipſa, quod maximè mirādum eſt, etiam inter perſecutores, & perſecutiones, clariſſima ſemper [b] extiterunt. Caius enim antiquus Theologus circa annum Dom. ducenteſimum, vt refert Euſeb. 2. *Hiſtor. cap.* 24. *Ego*, inquit, *Apoſtolorum trophæa perſpicuè poſſum oſtendere: nam ſi lubet in Vaticanum proficiſci, aut in viam quæ Oſtienſis dicitur, te conferre, trophæa eorum qui iſtam Eccleſiam ſuo ſermone ſtabilierunt inuenies.* Eadem frequentata fuiſſe à fidelibus ipſis perſecutionum temporibus, ab vſque remotiſſimis regionibus, Acta plurimorum Martyrum indicant. Eorum corpora [c] ab Orientalibus quaſi ciues ſuos repetentibus, tunc ſublata, & ad Catacumbas delata, illis diuino nutu, ne longiùs transferrentur, tonitru, & fulgure deterritis, Romani ſacra depoſita recuperata, in locis, vbi nunc ſunt, repoſuerunt. ex B. Gregor. *lib.* 3. *epiſt.* 30.

Romana Eccleſia Apoſtolorum Principum ſanguine & monumentis, mirificè illuſtrata, prædicatur à Patribus [d], Tertulliano *de præſcript.* Chryſoſt. *hom.* 32. *in epiſt. ad Rom.* Theodoreto *epiſt. ad Leonem*, & aliis.

Apoſtolorum ſanguine, quaſi irrigata fides, mirificè eſt propagata. S. Leo *Serm.* 1. *in Nat. Apoſt.* Vnde duo iſta præclara diuini germina ſeminis, in quantam ſobolem germinarint, beatorum millia Martyrum proteſtantur.

LINVS PAPA.

LINVS, natione Tuſcus, patriâ Volaterranus, patre Herculano, primus poſt 70.
Petrum gubernauit Eccleſiam: qui cùm ſanctitate, & moribus in pretio haberetur, dæmones fugaret, & mortuos in vitam reduceret, à Saturnino Conſule, cuius filiam à Dæmonum vexatione liberauerat, capitali ſupplicio afficitur, ſepelitúrque in Vaticano propè ſepulchrum Principis Apoſtolorum nono Calend. Octobris. Sedit ann. 11. menſ. 2. dies 23. creatis bis menſe Decembri Epiſcopis quindecim, Presbyteris decem & octo.

Hic Pontifex ſcripſit res geſtas B. Petri, & ea maximè, quæ ab illo acta ſunt contra Simonem Magum. Sanciuit, ne qua mulier, niſi velato capite in Eccleſiam intraret.

e Galba Imperator.

Eodem anno Galba [e] Imperator à militibus, quibus præſidebat acclamatus tenet imperium. menſ. 7. dies 7. Sueton.

f Otho Imperat.

Otho [f] occiſo à militibus Galbâ, 16. Ianuarij, arreptum tenet imperium mē- 71.
ſes 3. dies 5. Sueton. Vitellius cùm ſe ipſum Otho interfeciſſet, inuadit imperium, tenétque turpiſſimè menſ. 8. dies 5. Suet.

g Veſpaſianus Imperat.

Veſpaſianus [g] à Syriacis legionibus Imperator acclamatur. Præmiſſi in Italiam Præfecti Vitellianos profligant, vrbem occupant, Vitellium cędunt, Imperij men. 8. dies 5. vt tradit Ioſeph. 5. *de bello cap.* 7. 8.

h Hieroſolyma ſubuertitur.

i Templum Salomonis diruitur.

k Captiuorum Iudæorum numerus.

Hoc tempore Hieroſolyma [h] 38. à Chriſti morte, anno, capta, incenſa, & euerſa, iuxta Domini prædictionem, *Luc.* 19. *&* 21. ex quo fuit condita, bis milleſimo, centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. A Rege Dauid, milleſimo, centeſimo, ſeptuageſimo. Ioſeph. 7. *belli cap.* 18. Templum toto [i] orbe celeberrimum, decimâ die menſis Auguſt. incenſum, quo etiam ipſo die aliàs à Rege Babylonis fuerat concrematum, à prima ſtructione templi per Salomonem, anno milleſimo centeſimo trigeſimo, menſe ſeptimo die decimoquinto: à poſteriori verò per Cyrum factâ, ſexcenteſimo trigeſimo nono, & quadrageſimo quinto die. *Ioſ.* 7. *belli cap.* 9. *&* 10. Captiuorum [k] toto belli tempore, numerus nonaginta ſeptem millium: mortuorum verò per totum obſidionis tempus, vndecies centenorum millium fuiſſe, eſt apud Ioſeph. 7. *belli cap.* 28. Cauſa autem tantæ cladis, & exterminij, quantum aliàs nullum expertum fuit natio Iudæorum, non alia exiſtimari poteſt, niſi horrendum illud, & maximè omnium execrandum facinus, quod in Chriſtum Dei filium à Patre miſſum, iniquiſſimè & immaniſſimè admiſerunt.

Sed circa Lini immediatam poſt Petrum ſucceſſionem, relicto pro tunc Clemente, quem ipſe Apoſtolorum Princeps ſibi ſucceſſorem delegerat, ſcio aliquos

ANNO DOM. 71.

id negare: at id fatetur S. Ignatius *epiſt. 4. ad Mariam Caſſobolitem*, Tertull. *libro 3. carminum.* S. Irenæus *lib. 3. cap. 3.* Epiphan. *hæreſ.* 27. Optat. Mileu. *lib.* 2. S. Aug. *epiſt.* 161. Optatum ſecutus S. Hieronymus, corrigens ſententiam, quam dixerat *cap 52. Iſaiæ, in fine*, hæc [a] ait *lib. de Script. Eccleſ. in Clement. cap. 15. Clemens, de quo Apoſtolus Paulus ad Philip.* &c. *quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus, ſi quidem ſecundus fuit Linus, tertius Cletus: tametſi plerique Latinorum ſecundum poſt Petrum, putant fuiſſe Clementem.* Hoc etiam habet Martyrologium, & Breuiarium Romanum, atque Canon Miſſæ ſacrariſſimus, eâ parte, quâ poſt Linum, Cleti ac Clementis commemorationem facit, non ſanè leuiter confirmat: ita vt ad hanc ſententiam corroborandam ferè, neque Euſebij *in Chronico, & 3. hiſt. cap.* 28. neque Nicephor. *lib. 2. cap.* 28. teſtimonio opus eſſe videatur. Quomodo autem id factum acciderit paucis expediam.

a *Vide Baron. an. 69. nu. 35. Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5.*

Sciendum [b] igitur, quòd diuiſis Apoſtolis per mundum vniuerſum, Senatus [c] quidam Romanæ Eccleſiæ à Petro, diuinâ inſpiratione inſtitutus eſt, cum quo omnia ardua Eccleſiæ negotia explicaret, & ad quem referret, videlicet, Collegium viginti quatuor Senatorum, quos Agnus Chriſtus Saluator in Apocalypſi Ioannes aſtantes habere perhibet. Hos enim Petrus loco aſſiſtentium Apoſtolorum poſt eorum per orbem diuiſionem, vt dictum eſt, elegerat, & deſignarat, ac Conſiliarios [d] Romanæ Eccleſiæ, conductoréſque, atque Romani Pontificis electores inſtituit. Hi igitur Senatores cognoſcentes, præfatam Clementis denominationis formam, grauiter in futurum Eccleſiæ poſſe nocere, non Clementem acceperunt, ſed Linum elegerunt, & illum poſt Petrum Pontificatui Romano præeſſe voluerunt: idque ipſemet Clemens probauit, Epiph. *hæreſ.* 27. Quamuis deinde Clemens, decedentibus Lino, & Cleto, ab ipſo ſenatu electus fuerit. Hic autem mos poſt Petrum longo tempore fuit obſeruatus, vt videlicet Senatores Romanæ Eccleſiæ ſummum Pontificem eligerent. Ipſi autem Senatores, Presbyteri, ſcilicet, & Diaconi vrbis, temporibus Syluestri I. Papæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales [e] ſunt appellati, principes videlicet in Eccleſia: qui poſtea tempore Innocentij Papæ IV. in Concilio Lugdun. pro inſigni Ariſtocratiæ, & maieſtatis in Eccleſia, pileum rubrum ſuſcepêre.

b *Rituale Romanum lib. 1.*

c *Senatus à S. Petro inſtituitur.*

d *Senatores Pontificis electores inſtituuntur.*

e *Senatores hi Cardinales poſtea ſunt appellati.*

Interea verò, orientibus (vt aſſolet in rebus humanis) ſcandalis, & ſciſſuris inter eoſdem Senatores, reliquus [f] Clerus Romanus, & Populus, ad præſentiam ſolummodo exhibendam, in electione Pontificis, & eius corroborationem adiunctus eſt: inde (vt plerumque fit) inductâ violentiâ, aut aliter quomodocumque, alij etiam à Senatoribus ipſis ad ipſum actum, & ius electionis actiuè tantùm, ceperunt interuenire, licèt paſſiuè priſcis illis temporibus, ſolis ipſis Senatoribus in Presbyteris, & Diaconis S. R. E. ius electionis in ſummum Pontificem conueniret, prout patet ex Concilio Stephani Papæ, & habetur *in cap. oportebat, cum duobus ſequentibus, diſt.* 79. Ius igitur eligendi Romanum Pontificem priſcis temporibus, ad Clerum & populum Romanum vrbis ſpectaſſe, nemo dubitat.

f *Clerus, & Populus cur adhibitus in electione Pontif.*

Procedente deinde tempore, ad ſedandas contentiones, ac tumultus, qui ob eam rem ſæpè oriebantur, Romani [g] Principes manus appoſuerunt: nemóque canonicè electus putabatur, niſi Principis decreto eſſet confirmatus. Vnde cùm Pelagius II. iniuſſu Mauritij Imperatoris ad Pontificatum aſſumptus eſſet, Diuum Gregorium Diaconum, qui ei poſtea in Pontificatu ſucceſſit, ad ſe ſuper eâ re purgandum, Conſtantinopolim miſit. Liberatâ poſt hæc tempora Italiâ, ac Romanâ Eccleſiâ à Longobardorum duriſſimo iugo ereptâ, Adrianus I. *vt in cap. Adrianus. diſt.* 63. ſiue Leo III. vt alij volunt, Romanum Imperium ex Græcis in Germanos tranſtulit, Carolúmque Magnum Auguſtũ declarauit, cui electionem Romani Pontificis, & ius ordinandæ Romanæ Eccleſię conceſſit. Nec multò poſt Leo VIII. Clero, & populo bene volente, id confirmauit Othoni I. & eius in Imperio Romano ſucceſſoribus: ſic habetur ex Gratiano *vbi ſuprà diſt.* 63. ſed vide quæ contra hoc dicuntur infrà ſub anno 774. ibi, *Hîc detegenda*, &c. Sed piiſſimi deinde Principes, cùm experientiâ didiciſſent, huiuſmodi poteſtatem Romanæ Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ perniciosam fore, illa [h] ſe abdicarunt: rurſúmque ad Clerum, & populum res redit, Ludouico præſertim Imperatore ſtatuente, atque volente, *vt in cap. Ego Ludouicus. diſt.* 63. Ex quo pro verâ Romani

g *Imperatores quando & cur ad Pontif. electionem adiuncti.*

BIBLIOTECA NA ROMA EMANU

h *Imperatores poteſtate eligendi ſe abdicant.*

Pontifi

Pontificis monarchiâ ſatius oſtendendâ, ad id res deducta eſt, vt Gregor. V. Othone III. conſentiente, Imperatores de cætero à nonnullis Principibus ſpiritualibus, & ſæcularibus fore eligendos ſanxerit: & ſic ad ſummum Pontificem Dei vices gerentem in terris, tanquam ad eum, per quem reges regnant, ſupremum Chriſtianæ monarchiæ principem Romani Imperij moderationem perrinere ſignificauerit.

Verùm cum variis contrariiſque vulgi ſeditionibus, atque ſtudiis, & aliquando Principum violentia, in electione Pontificis creberrimi tumultus, contentiones, rixæ, atque etiam cruentiſſimæ pugnæ committerentur: ſæpéque altero per vim deiecto, alter cathedram occuparet, res Romanę Eccleſiæ in maximam perniciem deuenerant: nam paruo annorum interuallo, decem diuerſorum meritorum viri Petri ſedem tenuerunt, Benedictus IX. Syluester III. Gregor. VI. Clemens II. Damaſus item II. Leo IX. Victor etiam II. Stephanus IX. Benedictus X. eius ſucceſſor Nicolaus II. Pontifex maximæ prudentiæ, & ſanctitatis, vt tantis malis obuiaret, anno ſalutis quinquageſimo primo ſupra annum milleſimum, in Concilio Lateran. ſacram legem edidit de electione Rom.[a] Pontificis per ſacrum Senatum ſacroſanctæ Ro. Eccleſiæ Cardinalium peragendam: cuius quidem legis obſeruantia, vt Apoſtolicam Sedem ex maximâ calamitate liberauit; ita illam in eam, quæ poſt ea tempora floruit, Maieſtatem atque potentiam ſublimauit.

a *Pont. electio ad Cardinales ſolum reducitur.*

CLETVS Romanus hoc anno Pontifex electus eſt. De quo tamen nonnullã 81.
apud ſcriptores diuerſitatem reperio, qui inter Cletum & Anacletum, nullam diſtinctionem facientes, ſic enumerant: Petrus, Linus, Clemens, Anacletus, &c. Sic Græci communiter, & inter Latinos Optatus. At rectiùs Bellarminus *lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5.* vbi ait duos fuiſſe Anacletos, alterum Clementis anteceſſorem, alterum eiuſdem ſucceſſorem: illum binominem[b] fuiſſe, Cleti, & Anacleti nominibus appellatum, , ideóque eundem tertium Pontificem Clementis anteceſſorem à Græcis Ignatio, Irenæo, Euſebio Anacletum: à Latinis verò, nempe à Tertulliano, Hieronymo, Damaſo, &c. Cletum nominatum fuiſſe. Hic ergo Cletus Romanus, patre Æmiliano, de regione quinta, è vico Patritio, Imperatore Veſpaſiano, & Tito Eccleſiam gubernauit. Is ex præcepto Apoſtolorum in Vrbe viginti quinque[c] Presbyteros ordinauit. Primus in litteris verbis illis vſus eſt: *Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.* Qui Eccleſiâ optimè conſtitutâ, cùm ei præfuiſſet annos 12. menſes 7. dies 2. Domitiano Imperatore, ſecundâ poſt Neronem perſecutione, martyrio coronatus eſt, & in Vaticano iuxta corpus B. Petri ſepultus. Vacauit ſedes huius morte diebus 20.

b *Cletus binominis.*

c *Cardinales 25. in vrbe ordinantur.*

Hoc anno Veſpaſianus moritur 8. Cal. Iul. Imp. 10. Titus ſuccedit.

Eodem anno ipſis Cal. Nou. hora 7. immẽſum veluti more caſuri mundi prodigiũ accidit, factâ admirandâ ex monte[d] Veſuuio eruptione flammarũ: quo tempore magnus numerus hominũ inuſitatâ magnitudine, quales Gigantes fingũtur, in eodem monte, regionéque finitima, ac proximis ciuitatibus interdiu, noctúque vagari, verſatíque in aëre viſus eſt. Poſt hæc conſecuta eſt maxima ſiccitas, ac repentè ita graues terræ motus facti, vt ea omnis planities feruida eſſet, & culmina montium ſubſiderent. Ad hæc, ſonitus ſubterranei, tanquam tonitrua, & ſuper terram mugitibus ſimiles extiterunt. Deinde mare ſimul fremere, omne cœlum reſonare, ingénſque, & repentinus fragor, quaſi montes ſimul concidèrent, exauditi. Tum exiliêre primùm immenſi lapides, & ad ſummos vertices peruenêre: deinde magna copia ignis, fumíque, ita vt omnem aërem obſcuraret, occultarétque ſolem, non aliter, quàm ſi defeciſſet. Igitur nox ex die, & tenebræ ex luce factę erant: putantibus nonnullis, Gigantes inter ſe ſeditionem facere, quòd multæ eorum imagines in fumo conſpicerentur, quódque clangor tubarum audiretur. Alij exiſtimabant, aut mundum in chaos redigi, aut igne conſumi: ob eámque cauſam properabant alij ex ædibus in vias, alij de viis in ædes confugere, atque è mari in continentem, & è continenti in mare ſe recipere: alij turbari, & quæ nondum venerant, exiſtimare turiora rebus præſentibus. Tanta verò erat copia cineris, vt terrã, maréque, atque adeò ipſum aërem compleret: quę res multa damna, vt cuique ſors tulit, importauit, non ſolùm hominibus, prædiiſque, ac pecoribus, ſed etiam piſces, volucréſque omnes peremit: duáſque vrbes Herculanum, &

d *Veſuuius mons flammas admirandas emittit, lapides, cineres, &c.*

Pom

ANNO DOM.

Pompeios, populo ſedente in theatro, penitus obruit. Poſtremò. tantus fuit cinis, vt inde peruenerit in Africam, Syriam, & Ægyptum, introierítque Romam, ciúſque aërem compleuerit, & ſolem obſcurauerit.

82. Hoc anno Romana Vrbs, incendio [a] diuinitùs immiſſo, tribus diebus, & totidem noctibus arſit: conflagrarunt inter publica ædificia Serapium, Septa, Iſium, templum Neptuni, Balneæ Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, Theatrum Galbæ, Scena Pompeij, Octauiana ædificia, vnà cum libris: templum Iouis Capitolini cum proximis templis. Tunc omnes ferè & Gentiles, & fideles diem extremum mundo imminere putabant: præſertim verò illi, qui ex oraculis Sibyllinis dependebāt. Habuerunt magnam occaſionem Chriſtiani cum Gentilibus de vltimo iudicio, déque vnius veri Dei cultu diſſerendi, eóſque ad timorem Dei excitandi.

a Romana vrbs incendio ardet.

Titus clementiſſimus ſummo omnium dolore, à Domitiano fratre, veneno è vita tollitur, vt fama fuit, anno ætatis 41. Imperij poſt patrem 3. anno. Succedit Domitianus, naturâ ſæuus, ferox, & vafer. Dio. Sueton.

CLEMENS, natione Romanus, de regione Celio monte, ex patre Fauſtino,
93. cùm poſt mortem Neronis Eccleſia vſque ad decimum Domitiani Imp. pace, & tranquillitate frueretur; diuino nutu, ac voluntate ſingulari factum eſſe videtur, vt eodem anno, quo ſecunda Eccleſiæ perſecutio, & turbatio orta eſt, Clemens à Petro olim electus, ante hæc tempora Lino, & Cleto ſucceſſiuè hanc præfecturam temporibus Eccleſiæ tranquillioribus ceſſerit, eámque libens, & volens acceptauerit eo tempore, quo contra duorum crudeliſſimorum luporum Domitiani, & Traiani inſidias, infeſtationem, & crudelitatem Paſtor vigilantiſſimus ouile ſuum tueri, ac defendere deberet.

Hic multos libros ſcripſit, nam præter epiſtolas, conſtitutiones etiam Apoſtolorum literis mandauit. Canones Apoſtolorum non quidem condidit; ſed traditos ab Apoſtolis, Græcè conſcripſit. Inter alia eiuſdem monumenta recenſentur circuitus Petri decem libris conſcripti, qui ab aliis interdum Itinerarium Clementis, ab aliis Recognitiones Clementis ſunt appellati. Hi, cùm inſulſis fabulis referti ſint, eorúmq; vſu Patres ſibi temperauerint, Gelaſius verò eóſdem in Concilio Romano inter apocrypha reiecerit, omnes etiam prudentes conſultò ab horum lectione abſtinebunt. Traditio eſt [b] Clementem Romanum, ritum, quem à S. Petro acceperat, offerendi ſacrificium, Romanæ Eccleſiæ ſcriptis conſignatum reliquiſſe. Vrbis Romæ regiones ſeptem Notariis diuiſit, qui paſſiones Martyrum, & res ab eis geſtas, diligentiſſimè conquiſitas, literis mandarent. Decreuit, vt nulli laico liceat [c] in eo loco, vbi ſacerdotes, & reliqui clerici conſiſtunt (quod Preſbyterium nuncupatur) quando Miſſa celebratur, conſiſtere, vt liberè ac honorificè poſſint ſacra officia exercere. *Vide cap. ſacerdotum. de conſecr. diſt. 2.* Hic Pontifex, cùm multos ad fidem conuertiſſet, in inſulam Cherſonenſum deputatur, vbi ad duo millia Chriſtianorum ad ſecanda marmora damnatorum inuenit. Dum vero ibi aquæ penuria laborarent, quam ſexto milliario deferebant, Clemens collem haud longè poſitum conſcendens, Agnum vidit, ſub cuius dextro pede fons diuinitùs abundantem aquam fundebat, qua quidem & recreati omnes ſunt, & multi ad fidem conuerſi. Hanc ob rem motus Traianus, ex ſatellitibus ſuis quoſdam mittit, qui Clementem in mare proiicerent, alligatâ ad collum anchorâ. Quod cùm factum eſſet, Chriſtianis ad littus orantibus, mare ad tria milliaria receſſit: eóque illi accedentes, ædiculam marmoream in Templi formam, & intus arcam lapideam, vbi Martyris corpus conditum erat, & iuxta illud anchoram, qua merſus fuerat, inuenerunt. Quo miraculo incolæ permoti, Chriſti fidem ſuſceperunt. Vixit in Pontificatu annos nouem, m. 6. d. 6. fecit ordinationes duas menſe Decembri, quibus creauit Presbyteros decem, Diaconos duos, Epiſcopos per diuerſa loca quindecim. Eius morte vacat ſedes dies 25.

b *Baron. anno 102. num. 22. & 23. Bellarmini iudicium de Recogn. Clem. habes tom. 3. de grat. & lib. arb. cap. 25. ſiles.*

c *Laici in presbyterio non conſiſtant.*

Sub hoc Pontifice Cherinthus [d] hæreſiarcha vixit, qui aſſerebat, poſt reſurrectionem carnis humanæ regnum Chriſti terreſtre futurum, & apud Hieruſalem homines in carne cupiditatum, & voluptatum blanditiis inſeruituros, numerúmque mille annorum in nuptiarum feſtis & celebritate conſumpturos. Negabat deinde, à Deo factum eſſe mundum, ſed à virtute quadam ſeparata ab ea principalitate diſtante. Affirmabat etiam Ieſum natum, vt cæteros homines, ſed deſcen-

d *Cherinthus hæreſiarcha.*

diſſe

diſſe in eum Chriſtum poſt baptiſmum in figurâ columbæ: Chriſtúmque receſſiſſe à Ieſu tempore paſſionis, ſicque Ieſum tantum paſſum eſſe, & ſurrexiſſe, Chriſtum verò immortalem perſeueraſſe. Iactabat inſuper Deum Hebræorum, non Dominum, ſed Angelum fuiſſe, legiſlatorémque eorum non bonum eſſe. Blaſphemabat demùm Martyres: Iudam proditorem in honore habebat: & ex diuinis Scripturis non niſi Euangelium Matthæi, idque ex parte tantummodo recipiebat: legalium obſeruationem Iudaïcam reducebat. Philaſtrius *de hæret. cap.* 37.

SECVNDA PERSECVTIO DOMITIANI.

a Ioannes Euangeliſta in inſulam Pathmos relegatur.
b Ioſephus Iudæus de Chriſto differit.

Ioannis [a] in Pathmos inſulam relegatione, & Cleti Rom. Pont. martyrio inchoata eſt perſecutio. *Euſeb. lib. 3. cap.* 13. 93.

Ioſephus Iudæus [b] videns Eccleſiam Chriſtianam vbique, maximè verò Romæ florentem, ſtatum verò Iudæorum planè collapſum: Veſpaſianum denique mortuum, cui per ſummam adulationem vaticinatus fuerat, quod Chriſto teuera, oraculis Prophetarum prænunciatum erat imperium, ne inofficioſi hiſtorici nomine notari poſſet, prudentis potius, quàm pij hominis partes agens illud de Ieſu, quod Chriſtus haberetur à plurimis, tam Iudæis, quàm Gentilibus, protulit teſtimonium, quod tamen aliter legit Hieronymus ex Græco exemplari, ſic nempe: *Et credebatur eſſe Chriſtus*: magis conſentaneè Auctoris ſtudio, & profeſſioni, quàm quo noſtro, nunc Latinè legitur: *Chriſtus hic erat*: licèt in cæteris, quæ de Chriſto ſcribit, nemine ipſum cogente, profeſſus ſit veritatem. 96.

Hic libros ſuos viginti Antiquitatum Iudaïcarum, hoc anno abſoluiſſe, ſe ait in vita ſua. Bella verò Iudaïca, ſub Veſpaſiano, & Tito ſcripſiſſe affirmat, primo contra Appionem.

c B. Ioannes Euangeliſta Apocalypſim ſcribit.

Propè finem Imperij Domitiani, id eſt, hoc anno, Irenæus *lib.* 5. ait, B. Ioannem Euangeliſtam [c] ſcripſiſſe quam vidit Apocalypſim, in inſula Pathmo, in quam decimo eius Imperij anno relegatus fuerat. 97.

d B. Ioannes Aſiæ Eccleſias regendas, potius quã fundandas ſuſcepit.

Poſt martyrium Petri, & Pauli Apoſtolorum, Ioannem [d] ſuſcepiſſe potius, tuendas & curandas Aſiæ eccleſias, ab illis fundatas, quàm ipſummet fundaſſe, quod ſcripſit Hieronymus, certius eſt. Epiphanius quidem *hæreſ.* 51. ait, eum in ſenectute curaſſe Eccleſiam Aſianam.

e Domitianus Imp. confoditur.
f Nerua ad imperium ſuccedit.

Domitianus [e] ob nimiam crudelitatem omnibus inuiſus, à Stephano Fl. Domitillæ relegatæ, procuratore, confoditur. *Suet. c.* 17. *Philaſtr. l.* 8. Succedit [f] Nerua, Senatu, & exercitu in eum conſentientibus. Hic reos impietatis (in Deos ſcilicet) id eſt, Chriſtianos, abſoluit: exules reſtituit: quanquam eo nomine accuſati, aut Iudaicæ ſectæ (quo nomine Chriſtiani denotabantur) vetuit: grauiſſima tributa Iudæis impoſita ſuſtulit. *Dio.* 98.

g B. Ioannes Euangeliſta ſuum Euangelium contra hæreticos diuinitatem Chriſti negantes, diuulgat.
h Apollonius Tyaneus moritur.
i Nerua Imp. moritur.
k Traianus Imp. ſuccedit.

Hoc anno S. Ioannes [g] Euangeliſta ſuum Euangeliũ euulgat, rogantibus Aſiæ Epiſcopis, idque aduerſus hæreſes, Chriſti Diuinitatem negantes. *Athanaſ. in Synopſi. Epiphan. hæreſ.* 51. 99.

Apollonius [h] Tyaneus, qui ſuis magiis mundum dementauerat, hoc anno, qua morte incertum, decedit è vitâ.

Nerua [i] morbo conſumptus, moritur, cùm imperaſſet an. 1. m. 4. d. 9. ſuccedit [k] Nerua Traianus.

TERTIA PERSECVTIO SVB TRAIANO.

Perſecutio in Chriſtianos mouetur hoc anno, vt colligitur ex Plinio *epiſt.* 97. *lib.* 10. *Euſeb. lib.* 3. *cap.* 26. 100.

l Clemens Papa relegatur.
m B. Ioannes Euangeliſta moritur. Sed eum viuere adhuc, & ad extrema mūdi tēpora cum Enoch, & Elia reſeruatum, probabilior eſt ſententia.

Clemens Papa [l] Princeps Chriſtiani ſodalitij, vt patriorum Deorum contemptor, ex reſcripto Principis, Cherſonam, vltra Pontum relegatur. Martyres plures Romæ, & in Prouinciis.

Hoc anno S. Ioannes [m] Euangeliſta Epheſi mortuus ſepelitur, vt multi Doctores affirmant: Multique alij è contrario aſſerunt, ipſum adhuc viuere, & in extremo mundi tempore cum Enoch, & Elia venturum ad prædicandum Gentibus, & 101.

Linguis,& populis,& tribubus Euangelium, tum ex cap. 10. Apoc. in illis verbis: *Oportet te iterum prophetare Gentibus , & populis , & linguis , & Regibus multis.* Tum ex ipſo Euangelij loco , *Io. 21. ſi eum volo manere donec veniam* : non obſcurè colligunt. Alij ipſum poſt mortem reſuſcitatum,& cum corpore in cœlum conſcendiſſe affirmant. At ſecunda ſententia probabilior eſt : licèt aliæ ſuâ probabilitate non careant.

103. ANACLETUS natione Græcus , patria Athenienſis , Antiocho patre natus, poſt interregnum quatuor menſium,& decem dierum, anno Chriſti 103. Traiani Imp. 4 tertia die menſis Aprilis , Chriſtianæ religionis ſummum Pontificatum adeptus, Clementi per martyrium ſublato,ſubrogatur.Scripſit plures epiſtolas.

In primâ decreuit plura. Primò , ne Primates Eccleſiæ accuſationibus labefactentur, néve Chriſtiani Ethnici alicuius , aut infidelis Iudicis tribunal adeant, litiúmque ſuarum diſcuſſionem, iudicium, ac definitionem [a] petant. Qua lege, politicum imperium à Deo bene inſtitutum non tollitur , ſed Eccleſiæ dominio, ac poteſtati ſubiicitur. Et quòd maiores cauſæ ad Sedem Apoſtolicam [b] referantur:ab ipſa autem appellare,nemini permittatur. Quam appellandi conſuetudinem antiquiſſimam eſſe S.Leo *ep.89.* teſtatur, & antiquiſſimorum ad Sedem Romanam appellantium exempla confirmant. Marcion enim ab Epiſcopo ſuo in Ponto excommunicatus, vt à Romano Pont.abſolueretur , Romam venit. *Epip. hær. 42.* Fortunatus , & Felix in Africâ à Cypriano:Baſilides in Hiſpania depoſiti, ad Cornelium,& Stephanum Romanæ Eccleſiæ Pontifices appellarunt. *Cypr. lib. 1. ep. 3. & 4.* Athanaſius ab Orientalibus depoſitus,ad Pontificem appellauit,& ab eo reſtitutus eſt. *Sozom. lib 3. c. 7.* Huius autem appellationis ratio eſt,quia Apoſtoli hoc ſtatuerunt. *Can. 74.*

a Sic etiã in Sardicẽſi Cõcilio can. 4. & 7. & Gelaſ. in epiſt. ad Fauſtum, & ad Epiſcopos Dardaniæ. Vide Bellarm. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 21.

b Appellatio ad Sedem Apoſtolicam.

In ſecundâ dicit,Epiſcopos [c] Apoſtolis ſuccedere,quod duplici ratione aſſeritur.Primò,ratione ſacri Epiſcopalis ordinis.Secundò per quãdam ſimilitudinem, & proportionem:quia nimirum, ſicut Chriſto in terris viuenti, primi ſub Chriſto erant Apoſtoli 12. deinde 72. diſcipuli ; ita nunc primi ſub Romano Pontifice ſunt Epiſcopi,poſt eos presbyteri,inde diaconi.

c Epiſcopi Apoſtolis ſuccedunt.

In tertiâ docet, quòd Romana [d] Eccleſia non ab Apoſtolis,ſed ab ipſo Domino Saluatore primatum obtinuit , & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias,ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt. Vide *cap ſacroſancta. diſt. 22. Zepher. vt in cap. ad Romanam 2. q. 6. Calixtus vt in cap. non decet. diſt. 12. Syluester, vt in cap. nemo iud. 9. q. 3.* Gelaſius quoque de hoc præclara ſcribens ſic ait: Cuncta per mundum nouit Eccleſia , quod ſacroſancta Romana Eccleſia de omni Eccleſia fas habeat iudicandi:neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio,ſi quidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus, ſed nec illa præterimus , quod Apoſtolica Sedes ſine vlla Synodo præcedente exoluendi quos Synodus iniquè damnauerat:& damnandi,nulla exiſtẽte Synodo,quos oportuit, habeat facultatem : & hæc nimirum , pro ſuo principatu, quem B.Petrus Apoſtolus Domini voce, & tenuit ſemper, & retinebit. Vigilius Papa habet : Nulli,vel tenuiter ſcienti,vel pleniter ſcienti dubium eſt , quòd Eccleſia Romana fundamentum , & forma ſit Eccleſiarum , à quo omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe , nemo rectè credentium ignorat : quoniam licèt omnium Apoſtolorum par eſſet electio ; B. tamen Petro conceſſum eſt,vt cæteris præemineat,vnde & Cephas vocatur,quia caput,& primus eſt omnium Apoſtolorum:& quod in capite præceſſit,in membris ſequi,neceſſe eſt. Quamobrem S Romana Eccleſia eius merito, Domini voce conſecrata, primatum tenet omnium Eccleſiarum:ad quam tam ſancta Epiſcoporũ negotia,atque querelæ , & iudicia, quàm & maiores Eccleſiarum quęſtiones,quaſi ad caput,ſemper referendæ ſunt. De qua re vide etiam infra ſub anno 898. ex Nicolao I.

d Eccleſia Romana non ab Apoſtolis, ſed à Chriſto primatũ obtinuit ſuper omnes Eccleſias.

Anacletus item inſtitutis , & moribus Eccleſiam Romanam confirmaturus conſtituit,ne Præſul,néve Clerici barbam [e] , vel comam nutrirent : néve Epiſcopus à paucioribus quàm [f] à tribus Epiſcopis ordinaretur:vtq; Clerici publicè,non priuatim ad ſacros ordines adſciſcerentur. Omnibus quoque fidelibus præcepit, vt peractâ conſecratione communicarent : qui verò nollent , è ſacris ædibus eliminarentur. *Euſebius libro 3. hiſtoriarum,* vt Anacletum ſediſſe annos 12.

e Clerici comam & barbam non nutriant.

f Epiſcopi non minus, quàm à tribus Epiſcopis ordinentur.

a Cletus ab Anacleto differt patria, & genere mortis.

& tradidiſſe ſacerdotium Clementi. Sed hoc dicit, quia putat, eundem eſſe Cletum,& Anacletum. Damaſus verò Cletum ab Anacleto patria [a], & genere mortis differre oſtendit:nam Cletus natione Romanus ſub Domitiano: Anacletus verò Athenienſis ſub Traiano Principe moritur. Quæ ſententia verior eſt.

b Baron.an. 106.num.2. & 3.Magdeburg.qui hac ob cauſam Anacletū reprehendant, à Bell.lib.4. de Rom. Pont.cap. 8. de calumnia notantur.

Anacletus ergo inter multa,etiam memoriam [b] Petri conſtruxit: id eſt,ædificij ſtructuram in Vaticano, quam olim antiquitas vſitatius Eccleſiam nominare conſueuit. Hanc inſignem claràmque memoriam à turbine perſecutionis non fuiſſe deiectam,ſed maiore potius in dies ſinguloş gloria auctam, omnem admirationem ſuperat. Præterea ſeorſum à plebe loca,vbi Martyres ſepelirentur, aſſignauit.Sacriſque ordinibus ſemel menſe Decembri habitis,presbyteros quinque, diaconos tres, Epiſcopos diuerſis in locis ſex numero creauit: & randem vltimo ſupplicio perempto, vacat Sedes dies 13.Sedit annos 9. menſes 2. dies 10.

Hoc anno Traianus è bello Dacico reuerſus Romam, plurimis Barbararum gentium Legatis, atque adeò Indorum, proſequentibus, Bibliothecas extruxit, & columnam ingentem in foro, quod Traianum dictum eſt,ſtatuit. *Dio in Traiano.* quæ inter nobilia vetera monumenta proſtrata, vel quaſſata, adhuc integra manet: in cuius vertice Sixtus Papa V. ingentem æneam ſtatuam deauratam B. Petri Principis Apoſtolorum, ſolemni titu dedicauit, anno ſuo 3. 106.

c Ignatij mart. mors punitur.

Hoc anno poſt necem Martyris [c] Ignatij Epiſcopi Antiocheni(Deo eius mortem ſeuerè vlciſcente) dum Traianus Antiochiæ ageret, atrox, & funeſtus terræ motus accidit, vicinis etiam vrbibus, atque populis cladem afferens. Motum terræ fulmina primùm anteceſſerunt: tum venti inſoliti vehementius ſpirauêre:mox repentino fragore oborto,maria ferueſcere, fluctus intumeſcere, terra omnis ſuccuti, domus, ædificia contrario ictu quaſſari, diſſilire alia, alia concidere, mœnia confringi, ac ruere, terrâ aſſultante vndique ſunt viſa. Multi mortales periculum adiêre, vel ruinarum mole obruti, vel diſſilientium tectorum fragminibus deiecti, vel fugientium multitudine oppreſſi: ita vt de innumerabili mortalium numero, vix ſine noxa vnus,vel alter euaſerit. Traianus ipſe à tanto periculo per feneſtram domus, quam habitabat, vix ablatus eſt. Mons Caſius ita concuſſus eſt, vt nutante cacumine, quaſi conuulſus, in ſubiectas vrbes labi exiſtimaretur: ſubſedêre & alij montes, fontes aquarum antea non viſi emicuêre, fluuiique ipſi defecêre. Contigêre omnia iſta Meſſalâ, & Pedone Coſſ. 111.

d Per titulos intellige domos diuino cultui mãcipatas,in quib. Chriſtiani ſynaxes agere conſueuerũt. Tituli autẽ appellatur,quod qui illis preſbyter adſcriberetur,ab eo nomen titulũmque acciperet, vt illius loci preſbyter diceretur. Bar. an. 112.n.4.5.6.

e Sic Ignat.ep.8.ad Polycar. Tertul.lib.2.ad vxorem in fin.de benedictione Conc.IV.Carthag.c.13.

Evaristus natione Græcus, ex Iudæo patre, Traiano Imper. Pontificatum geſſit. Qui Eccleſiarum titulos [d] vrbis Romæ presbyteris diuiſit. & ordinauit, vt ſeptem diaconi Epiſcopum cuſtodirent, dum Euangelicæ prædicationis officio fungeretur. Idem conſtituit ex traditione Apoſtolica vt matrimonium [e] publicè celebretur, & Sacerdotis benedictio adhibeatur. Præfuit Eccleſiæ annos nouem, menſes tres. Presbyteris decem & ſeptem, diaconis duobus, epiſcopis quindecim, quater menſe Decembri ordinatis, Martyrio coronatus, propè ſepulchrum Principis Apoſtolorum in Vaticano ſepultus eſt 7. Calend. Nouemb. *Euſebius in Chronico* annos nouem tantùm Euariſto tribuit, quòd non conſueuerit ipſe menſes, & dies, quibus Romani Pontifices ſuperuixiſſent, addere. Quòd verò omnes annos eius ſub Traiano recenſet,inde accidit,quòd Cletum,vnà cum Anacleto conflans,vnum Romanum Pontificem prætermiſerit, in quo ipſum, ipſiúſque ſectatores omnino erraſſe,certum eſt. *Baron.an.112.n.1.* 112.

Traiano mortuo Sebinunte in Cilicia, quæ poſt dicta eſt Traianopolis, ſiue morbo,ſiue veneno,quod etiam ferebatur(ait Dio)cùm imperaſſet ann. 19. m. 6. d.15.Adrianus, ſiue adoptatus verè,ſiue commento Plotinæ Aug. Legatus in Syria,capeſſit Imperium.

f Gnoſticorum hæreſis.

Hoc anno Gnoſtici [f] omnem nefandam, ac ſceleſtam actionem, quam nefas ore referre, perpetrabant: omnem enim ſpeciem virilis congreſſus, ac libidinoſæ ad mulieres conſuetudinis, in ſingulis corporis membris, incantationéſque,ac veneficia, atque idololatrias perficientes, hoc eſſe, reddere debitum in corpore affirmabant. Communes vxores habebant: & ſi peregrinus acceſſiſſet de illorum dogmate, ſignum erat apud illos virorum ad fœminas, 120.

& fœmi

& fœmiuatum ad viros, in extendendo manum ad ſalutationem, videlicet ſubrer palmam, contrectarionem quandam titillationis: per hoc enim ſe indicare oſtendebant, quòd eiuſdem religionis fuiſſet, qui acceſſerat. Hinc mutuâ cognitione accepta, ſtatim ad epulationem conuertebantur, larga verò, & opipara edulia, carnis eſum, & vini potum apponebant, etiam ſi pauperes fuiſſent. Ex quo autem compotaſſent, & venas ſatietate impleuiſſent, vir quidem concedeus vxorem alteri, ad ipſam dicebat: ſurge, fac dilectionem cum fratre.

Poſtquàm verò inter ſe permixti fuiſſent, adolebant, blaſphemiam in cœlum extendentes: & quidem muliercula (proh pudor, & horror eſt ſcribere) atque vir ſuſcipientes fluxum in manus, & ſtantes in cœlum intenti, immunditiam in manibus habentes dicebant: Offerimus tibi hoc donum, Corpus Chriſti: & ſic ipſum edebant, aſſumentes ſuas ipſorum immunditias: dicebántque, Hoc eſt corpus Chriſti, & hoc eſt Paſcha. Aſſumebãt & menſtrui muliebris ſanguinẽ, & in communi edebant, & dicebant: Hic eſt ſanguis Chriſti. Quamobrem, & arborem duodecim fructus annuos ferentem, ab Ioanne in Apocalypſi viſam, ipſi figuratè interpretabantur, fluxum muliebrem ſingulis menſibus fluentem. Quis audiuit horribilia hæc? Huius nefandæ ſectæ fuit Menander fœda Simonis Magi propago, ex quo Saturninus Antiochenus, Baſilides Alexandrinus, Carpocras, omnium nefandiſſimus, patria item Alexandrinus, & alij. *Ignat. ad Trallian. Clem. 7. Strom. & Euſeb. in hiſt. lib. 4. c. 7.*

ALEXANDER patriâ Romanus, patre Alexandro è regione Capite tauri, iuuenis ætate, moribus ſenior, vſque ad Ælij Adriani tempora peruenit. Primus hic Pontifex ob memoriam Paſſionis Chriſti in ſacrificio addidit: Qui pridie quàm pateretur, &c. vſque ad hanc clauſulam, *Hoc eſt corpus meum.* Inſtituit item, vt aqua [a] benedicta ex traditione Apoſtolica inſtituta, in Eccleſiis, & in cubiculis ad effugandos dæmones, morbóſque pellendos poneretur. Quæ res, vt ex diuerſorum ſæculorum diuerſis Patribus, [b] & Conciliis, *Bellarmin. lib. 3. cap. 7. de cultu Sanctorum* probat, velut pia, ſacra, & ab Apoſtolis inſtituta cærimonia, non ſuperſtitioſè, ſed piè, & ſalubriter vſurpata, & variis miraculis frequenter confirmata eſt.

a *Aqua benedicta quando inſtituta.*

b *Baron. an. 132. n. 3. 4. & 5. Bellar. loc. cit.*

Item expreſſit ſcripto, vt ſecundùm traditionem antiquam, aqua admiſceretur [c] vino in cõſecratione corporis, & ſanguinis Ieſu Chriſti: quo ſignificaretur, Chriſtum Eccleſiæ coniunctum eſſe. Non enim debet in calice Domini aut vinum ſolùm, aut aqua ſola offerri, ſed vtrumque permixtum, quia vtrumque ex latere eius in paſſione ſua profluxiſſe legitur. *cap. in ſacramentorum. de conſecr. diſt. 2.* Quod verò hanc myſticam, & ſacram vini cum aqua miſcendi cærimoniam à Chriſto Domino in vltima cœna inſtituerit, ex Liturgia S. Iacobi, *Clem. lib. 8. conſtitut. capite 12. aliàs 17. Irenæo libro 4. capite 47. Cyprian. lib. 2. epiſt. 3. alias 63.* conſtat.

c *Aqua vino miſcenda in Miſſæ ſacrificio.*

Denique, poſt ordinationes tres, quas habuit menſe Decembri, quibus presbyteri quinque, diaconi tres, Epiſcopi per diuerſa loca quinque creati ſunt; martyrio coronatur cum Euentio, & Theodulo diaconis: ſepeliturque in via Numentana, vbi interfectus eſt ſeptimo ab Vrbe milliario, quinto Nonas Maij. Sedit annos decem, menſes ſeptem, dies duos. Vacauit Sedes dies 25.

Hoc eodem anno Dionyſium Areopagitam Pariſiorum Epiſcopum, cum Eleutherio, & Ruſtico, martyrio coronatum, ſub Adriano, edunt Beda, & Ado, ex Ariſtide Athenienſi, *lib. de Chriſtiana religione.*

Grauiſſima perſecutio, vt nullo iudicio, ſed clamore tantùm vulgi, Chriſtiani neci darentur. De tanta iniquitate, Serenius Granianus Aſiæ Procõſul, apud Imp. conqueritur. *Euſeb. lib. 4. c. 8. & 9.*

132. SIXTVS natione Romanus, patre Paſtore, vel vt alij volunt, Heluidio, fuit Adriani tempore vſque ad Verum, & Anniculum Coſſ. Qui Pontifex rei diuinæ, vt par erat, curam gerens, conſtituit, ne à quoquam niſi à miniſtris ſacrorum, myſteria, & vaſa ſacra tangerentur, maximè verò à fœminis [d]: néve quòd Sacerdotes corporale vocant, ex alio, quàm ex lineo [e] panno, & quidem puriſſimo, fieret. Idem habetur *in cap. vnicum. de ſacra vnctione. §. vlt. cap. ſancta. de conſecr. diſt. 1. cap. ſanctus, & cap. non liceat. cap. non oportet. diſt. 23.*

d *Fœmina non ſacra nõ tangant.*

e *Corporalia ex lino fiãt.*

ANNO DOM. 132.

a *Quadrageſimale ieiunium.*

b *Sanctus,ſanctus,ſanctus quando in Miſſa cantari cœpit.*

Quadrageſimale [a] ieiunium,exemplo Domini ab Apoſtolis iam initio primitiuæ Eccleſiæ apud fideles introductum, ſcripta conſtitutione roborauit. *Euſeb. in Chron.* Conſtituit etiam, vt Miſſarum actionem ſacerdote incipiente, populus hymnum decantaret: *Sanctus,* [b] *Sanctus,Sanctus Dominus Deus Sabaoth*:quemadmodum iam à temporibus Apoſtolorum decantari alicubi conſueuerant. *Clem. conſtit. lib. 8. cap. 16.*

c *Papa dicitur vniuerſalis.*

d *Pontifex Maximus epiſc.epiſcoporum.*
e *Pater patrum.*

f *Summus Sacerdos*

Leguntur titulo Sixti Papæ epiſtolæ duæ, in quarum altera *Sixtus, Vniuerſalis* [c] *Apoſtolicæ Eccleſiæ*,inſcriptus habetur:nec immeritò, vtpote quòd Romanus Pōtifex in Petro,cui ſuccedit,totius Dominici ouilis curam ſuſceperit. Et in eo ſenſu æquiualentia nomina à Conciliis, & Patribus Epiſcopo Romano ſunt attributa,vt eſſe *Caput vniuerſalis Eccleſiæ.* in Conc. Chalcedon. *act. 16. habere curam vniuerſalis Eccleſiæ.*Leo *epiſt.*82.Euſeb. *ep.*3. Dionyſ. *ep.*2.*Rectorem domus Dei.*Ambroſ. 1.*Tim.*3.denique *Epiſcopum vniuerſalis Eccleſiæ.* vt in Conc. Chalcedon *act.*3.Vſus eſt etiam Victor Papa planè ſimili titulo,cùm litteris ſuis ſuperſcriberet: *Pontifex Maximus,* [d] *Epiſcopus Epiſcoporum.*Tertul.*lib.*1.*de pudicit.cap.*1.Item Stephanus Archiepiſcopus Carthag. in ep.ad Damaſum vocat eum *Patrem* [e] *patrum,& ſummum omnium Præſulum Pontificem.* Hieron. *in præfat. Euangel. ad Damaſum* dicit: Tu qui *ſummus* [f] *Sacerdos es.* Vide Bellarm.*lib.*2.*de Rom Pont.cap.*31.

g *Formatæ litteræ quæ.*

Item conſtituit,vt quicunque Epiſcopus euocatus fuerit ad Sedem Romanam Apoſtolicam rediens ad parochiam ſuam non ſuſcipiatur,niſi cum formatis [g] ſaluationis ad plebem à Sede Apoſtolica. Iam vſus obtinuerat in vniuerſa Eccleſia Catholica, ſicut habet Optatus Mileuitanus *lib. 2. cont. Parm.* vt non niſi commercio formatarum in vna communionis ſocietate concordantes, ad conſortium ſuum admitterent Chriſtiani: nam per has litteras communicatorias vnitas Eccleſiæ monſtrabatur: vide Aug. *epiſt.* 163. Vnde in Concilio Niceno *capite decimo octauo*, forma quædam earum, ne fraus irreperet, fuit inſtituta.

Variis autem nominibus eas litteras nuncupabant: nempe CANONICAS, quòd Canonem fidei, quam quiſque profitebatur, contineret. COMMVNICATORIAS, PACIFICAS, ECCLESIASTICAS vocabant: quod peregrè euntibus, in teſtimonium communionis, & pacis concederentur.

h *Dimiſſoriæ.*

i *Commonitoriæ.*
k *Synodicæ.*
l *Encyclicæ.*
m *Catholicæ.*

n *Apoſtolicæ.*
o *Decretales.*

Verùm, Eccleſiaſticarum litterarum non vnæ erant: DIMISSORIÆ [h] dabantur, cùm Clerici extra diœceſim, vel Epiſcopi ad Comitatum proficiſcerentur. COMMONITORIÆ, [i] & Memoriales,legatis aſſignabantur,quibus quid in ſuſcepta legatione deberent agere, admonebantur. SYNODICÆ,[k] à Synodo ad populum. ENCYCLICÆ, [l] ſiue Circulares, à ſummo Pontifice vel à Concilio ad vniuerſos Chriſti fideles. CATHOLICÆ, [m] vel quòd Catholicam fidem explicarent, vel quòd ad vniuerſam Eccleſiam Catholicam pertinerent. APOSTOLICÆ, [n] quòd Apoſtolica auctoritate à Romano Pontifice. DECRETALES, [o] quòd reſcripta ad diuerſas conſultationes, vel decreta in rebus,quid ſeruandum vitandúmve eſſet edicerent. TRACTORIÆ, quibus ad Synodum vocabantur Epiſcopi. CONFESSORIÆ, pro lapſis. CAPTIVORVM, pro redemptione eorum. CLERICÆ, quæ à Clero, Sede vacante. TRACTATORIÆ, per quas res alicubi geſtæ Epiſcopis ſignificabantur. PRIVATÆ, quas ad Paganos, vel ad Hæreticos, & Schiſmaticos ſcribebant. BREVES, quòd iuſſiones, vel definita explicarent. Et hæc de variis litterarum formis,occaſione litterarum Sixti Papæ. Qui tandem, vbi ordinationes ter menſe Decembri habuiſſet, quibus presbyteros vndecim, diaconos vndecim,Epiſcopos per diuerſa loca quatuor creauit, martyrio coronatur, & in Vaticano apud S.Petrum ſepelitur. Sedit autem annis decem, menſibus tribus,diebus 21.Vacat tum Sedes biduo tantùm.

p *Aquila ſcripturã Græcè ex Hebr. vertit.*

Aquila [p] Ponticus, è Gentili Chriſtianus, ſed ob ſtudium Aſtrologicæ vanitatis,Eccleſiâ eiectus,pòſt Iudæus,Scripturam ex Hebræo prauè vertit,contrarius editioni LXX.Epiph.*lib. de ponder. & menſur.*Hieronymus vocat illum hæreticum Iudaïzantem, & duas ait edidiſſe Scripturæ interpretationes, poſteriorem priore fideliorem.

q *Adrianus infirmitas,& mors.*

Adrianus [q] in Tiburtina villa, quam ſumptuoſiſſimam extruxerat, profluuio

ſangui

ANNO DOM.

ſanguinis penè ad exitum venit: mox phthiſi, & aqua intercute laborans, tædio vitæ, expetens qui ſibi vim afferret, nec inueniens, miſerè ex Diuina vltione excruciatur tam dirè Numine Adrianum vlciſcente ob ingentem Chriſtianorum carnificinam.

Arius Antoninus, in ſucceſſionem Imperij adoptatus, ex eo cognomen Pij inuenit, quòd Adrianum tam diu viuere paſſus ſit.

140. Adrianus annos agens 62. m. 5. d. 6. Imperij verò anno 20. & m. 11. exoptatam mortem ſibi inferri non obtinens, inedia vitam finiuit.

Antoninus [a] excipit Imperium, ingens Adriano ſepulchrum conſtituit, quod poſtea moles Adriani appellatum, in caſtrum, quod dicitur S. Angeli, verſum ſit.

a Antoninus Pius Imp.

TELESPHORVS Papa in demortui Sixti locum ſuffectus eſt. De cuius patria, Damaſus ait, eum fuiſſe Græcum, & idem habetur in Breuiario Romano. At cuius loci ſpeciatim fuerit, non dicunt. Ciaconus verò in Vitis Pontificum, Turij, quod eſt inter amnes Cratim, & Sybarim, Calabriæ oppidum, vetus Românorum Colonia, eum ortum eſſe affirmat. Verùm, propè Coriolanum (patriam meam) ad tria millia paſſuum, fuiſſe Turium, non inter præfatos amnes, ipſæ ruinæ docent, quæ iuxta locum, qui (S. Maurus) vulgò dicitur, adhuc conſpiciuntur. quo poſtea ſolo æquato, Terra noua ibi propè, quaſi Turium nouum conſtructa eſt. Hic ergo natus Teleſphorus, ex vita Anacheretica, quam agebat, ad Pontificatum euectus eſt.

Epiſtolam vnam decretalem ad omnes vniuerſaliter edidit, in qua plura ſtatuit.

Primò, vt ſeptem [b] hebdomadas plenas ante ſanctum Paſcha, omnes Clerici in ſortem Domini vocati, à carne ieiunent: quia ſicut diſcreta eſſe debet vita clericorum à laicorum conuerſatione: ita & in ieiunio debet fieri diſcretio. *Vide cap. ſtatuimus, vt ſeptem. diſt. 4.* Hic non de inſtitutione Quadrageſimæ loquitur Teleſphorus, vt perperam aliqui autumant, cùm Quadrageſimale [c] ieiunium ab Apoſtolis fuerit inſtitutum, & vniuerſæ Eccleſiæ traditum, vt ex *can. Apoſtol* 68. cõſtat: nam diu ante Teleſphorum huius ieiunij Quadrageſimalis Ignatius in epiſtola ſua ad Philippenſes meminit: idque veriſſimum eſt, quod Hieron. in epiſt. ad Marcellam ſcribit: *Nos vnam Quadrageſimam ſecundùm traditionem Apoſtolorum ieiunamus.* Et quod S. Leo ſerm. 6. de Quadrageſima, *vt Apoſtolica inſtitutio quadraginta dierum ieiuniis impleatur.* Teleſphorus igitur, ieiunium Quadrageſimæ, non recens inſtituit: ſed quod vſu quodam, & pia traditione in Eccleſia ſeruabatur, placuit, edito decreto, ſtabilire. Vel dicendum, & melius, quòd Teleſphorus, clericis dumtaxat mandauit, vt ſeptem integras hebdomadas à carnibus abſtinerent, cùm laici ſeptem hebdomadas non integras abſtineant.

b Clerici 7. hebdomadas ante Paſcha ieiunent.

c Quadrageſimale ieiunium ab Apoſtolis inſtitutum.

Secundò de Miſſæ ſacrificio decernit. I. vt ordinariè ab aurora, [d] vſque ad meridiem hoc ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium celebretur: ante auroram verò, vel poſt meridiem illud auſpicari, omnium ferè Theologorum, ac Summiſtarum contextu, & nouiſſimè Tridentini Concilij decreto, velut illicitum improbatur.

d Miſſæ ſacrificium ab aurora ad meridiem incluſiuè celebrandum.

Nox ſacratiſſima Natiuitatis Domini excipitur, quippe quæ, propter Chriſti fulgorem, ac claritatem, dies potius, quàm nox ab Eccleſia reputata ſit. Eodem priuilegio noctem Chriſti reſurgentis olim donatam fuiſſe, præter Walfridum, Strabonem *de offic. Eccleſ. cap. 23. cap. ſolent. de conſecr. diſt. 1. & cap. quod à Patribus. diſt. 75.* rectè teſtantur. Hac enim nocte circa veſpertinum crepuſculum prophetiæ legebantur, ignis, & cereus conſecrabantur, cæteræque ceremoniæ ſolitæ fiebant: Demùm poſt medium noctis Miſſa inchoabatur. Nunc autem illa conſuetudo ceſſat, cùm iam Sabbatho ſancto illa Miſſa, paulò ante meridiem celebretur.

II. Circa Miſſam præterea ſtatuit Papa Teleſphorus, vt in nocte [e] Natiuitatis Domini Sacerdotes tres Miſſas celebrent: in aliis verò diebus ſemel tãtùm. Et ex tunc tres Miſſæ in illa nocte dici, communis vſus recepit: in aliis verò diebus ſemel tantùm: vt etiam conſtat *ex c. ſufficit: de conſecrat. diſt. 1. ex Papa Alexandro.* Qui dicit: *Qui pro pecuniis, aut adulationibus ſæcularium, vna die præſumit plures facere Miſſas,*

e In nocte Nat. Dom. tres Miſſæ celebrandæ.

 non

non æſtimo euadere damnationem. Quæ lex confirmata eſt per Innocentium III. *cap. conſuluiſti.* & per Honorium III. *cap. referente. de celebrat. Miſſ.* 3. Vt in nocte Natiuitatis Domini [a] in Miſſis dicatur Hymnus, *Gloria in excelſis Deo.* quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus nunciatus eſt; de cuius partibus vide infrà. 4. vt in reliquis temporibus, Miſſarum celebrationes ante horam [b] diei tertiam minimè celebrentur. Quæ decreti verba, vel de miſſis ſolemnibus, & conuentualibus exponenda ſunt: vel ſi generatim intelligi velis, per contrariam conſuetudinem nunc reuocata ſunt. Olim fortaſſe, Miſſæ tardius inchoabantur, quia minor erat Sacerdotum [c] numerus, maior fidelium deuotio, vt etiam ſi tardius inchoarētur, ipſi tamen, poſtpoſitis priuatis laboribus, ad Miſſam audiendam conuenirent. Nunc autem, & Sacerdotum numerus maior eſt, & aliæ circunſtantiæ magnâ ex parte ſunt immutatæ: ideóque mirum non ſit, tempus dicendi Miſſam anticipatum fuiſſe.

a In Miſſis Nat. Dom. Gloria in excelſis dicatur.
b Miſſæ poſt horam tertiam dicantur.
c Suar. tom. 3. diſp. 80. ſect. 4.

Tertiò in eadem decretali ſtatuit, vt Epiſcopi, & Sacerdotes temerè [d] non lacerentur à laicis.

d Eccleſiaſtici à laicis non lacerentur.

Teleſphorus item fecit ordinationes quatuor menſe Decembri, quibus creauit Presbyteros duodecim: diaconos 8. Epiſcopos per diuerſa loca 13. Hîc obſerua, quod in ſingulis Romanis Pontificibus ſuperioribus, & ſequentibus, non ſolùm Ordinationes clericorum, qui Romanæ Eccleſiæ vſui eſſent, ſed etiam Epiſcoporum, qui in diuerſas Orbis [e] prouincias mitterentur, enarrantur: vt ex his perſpicuum reddatur, fuiſſe muneris, & officij Romanorum Pontificum, non ſolùm vrbis, ſed & Orbis totius Eccleſiæ conſulere.

Baron. an. 154. num. 2.
e Pontifex Romanus etiam ad exteras prouincias Epiſcopos mittit.

Sedit Teleſphorus annos 11. menſ. 3. *(Baron. menſ. 9.)* d. 3. & martyrio coronatur: vt teſtis eſt Irenæus *lib. 3. cap. 3.* & Tertull. *lib. 3. contra Marc.* vacat tum ſedes dies 7. Corpus autem eius in Vaticano iuxta B. Petri corpus ſepelitur.

Sub hoc Pont. factum eſt in Eccleſia Romana, vt ſacra non intra velamina, & in abditis, vt faciebant Valentiniani hæretici: ſed in propatulo: neque tantùm clara luce, ſed etiam accenſis [f] luminaribus celebrentur. Tertull. *aduerſus Valent. cap. 2. & 3.* Quod quidem etiam tempore Apoſtolorum fieri ſolitum, teſtantur Acta Apoſtolorum *in cap. 20.* vbi ſic legitur: *Erant autem lampades copioſæ in loco.* Quæ lampades licèt ad noctis tenebras expellendas ibi eſſe, cenſeri poſſit; tamen ſciendum etiam lumina adhiberi ſolita in Eccleſia ab eius initio, etiam clarâ luce, ad lætitiam, & ſacri cultus celebritatem. Hinc ordo Acolythorum, ſeu Ceroferariorum, de quibus mentio apud Cyprianum, Cornelium Papam, Euſebium Cæſarienſem, Concilium Romanum ſub Syluestro, & quartum Carthag. petitum ex conſuetudine Hebræorum potius, quàm Gentilium, apud quos id quoque erat vſitatum. Dion *in Nerone*, Hieron. *ad Vigilant. & ad Riparium.* Auguſt. *de temp. ſerm.* 215.

f Luminaria in Miſſa antiqua.

Lampades porrò [g], ſeu lucernas argenteas, & capitulatas, id eſt, multorum capitum, apud Eccleſiam, etiam tempore perſecutionum, in vſu fuiſſe, conſtat ex Auguſtino, *epiſt.* 105. *ex Act. proconſularibus.*

g Lampades argenteæ antiquæ in Eccleſia.

Hic etiam Pontifex ordinauit, vt in die [h] Natiuitatis Domini tres Miſſæ à quolibet Sacerdote dicerentur, vna in media nocte, in memoriam Natiuitatis, altera in aurora, tertia in die. At verò cùm ordinationes quatuor menſe Decembri habuiſſet, creaſſétque Presbyteros quindecim, Diaconos octo, Epiſcopos tredecim, martyrium ſubiens, apud B. Petri corpus in Vaticano ſepelitur. Sedit annis vndecim, menſibus tribus, diebus 22. vacat tunc Sedes dies ſeptem.

h Miſſæ tres in Natiuit. Domini.

Valentinus [i] Platonicus, non obtento Epiſcopatu, quem ambibat, hæreſim ſabuloſam, & portentoſam euulgat in Cypro. Euſeb. *in Chron.* quem impugnarunt Tertullianus, Irenæus, Epiphanius, Theodoretus, & alij plures, aduerſus quem, & cæteros hæreticos nullum fortius telum eſſe [k] cenſet Irenæus traditione Eccleſiaſtica in Eccleſia màximè Romana conſeruata. *lib. 3. cap. 3.* Ex Valentinianis, qui etiam Gnoſtici, Ophitæ prodierunt, auctore Euphrata: ſerpentem vt Dei ſapientiam colentes, quam ſtultitiam Chriſtianis obiecit Celſus, quem redarguit Origenes, *lib 6.* 145.

i Valentinus hæreſiarcha.
k Traditio Apoſtolica telum fortiſſimum aduerſus hæreticos.
Zozimus Papa, & habetur in cap. contra ſtatutum. 25. q. 1. ſic dicit: contra ſtatuta Patrum addere aliquid, vel mutare, nec huius quidē Sedis poteſt auctoritas apud nos. n. incōuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum ſanxere reuerentiam.

Hoc anno Maroion [l] Cerdonis diſcipulus, Ponticus, Stoicus Philoſophus, Epiſcopi viri ſancti filius, propter ſtuprum Virgini cuidam illatum, Eccleſiâ 146.

l Marcion hæreſiarcha.

pulſus

ANNO DOM.

pulſus, in Oriente primùm hæreſim docet, mox Romæ Catholicam fidem profitetur: rurſum verò impia docet. Euſeb. *lib. 5. cap. 3.* Tertull. Iuſtin. Epiph. Irenæus, qui traditione maximè contra eos pugnarunt.

154. HIGINIVS natione Græcus, patriâ Athenienſis, patre Philoſopho, Antonino Pio imperante, Teleſphoro ſucceſſit: inſtituit, ne templa ſine celebratione dedicarentur: néve augerentur, diminuerentúrque ſine arbitratu Metropolitani, vel Epiſcopi. Clerum prudenter in ordinem redegit, gradúſque Hierarchicos [a] ex Apoſtolica traditione in Eccleſia inſtitutos diſtribuit. Tandem de Eccleſia bene meritus, cùm ordinationes ter menſe Decembri habuiſſet, creaſſétque Presbyteros quindecim, Diaconos quinque, Epiſcopos ſex, moritur, & apud S. Petrum in Vaticano ſepelitur tertio Idus Ianuarij. Sedit annos quatuor, menſes tres, dies quatuor. Sedes autem quatriduo tum vacat.

Quòd verò S. Irenæus *lib. 1. cap.* 28. cum Tertull. *lib. 3. Carm.* Epiphanio *hæreſ.* 27. Higinium à Petro nonum, à Lino octauum Romanæ Eccleſiæ Pontificem, enumerant, inde accidit, quòd, vt ſupra dictum eſt, ille ex Clero, & Anacleto vnum, eundémque Pontificem conflauerint: alij verò alterutrum horum omiſerint.

Huius Pontificis anno ſecundo Valentinus [b], & Cerdo nefandiſſimi hæreſiarchæ Romam veniunt, palinodiam ſimularè recantant, & in eundem errorem recidunt, vt conſtat ex Tertulliano, *de præſcript. cap.* 30. & ex Irenæo *lib. 3. cap.* 4. Permanſerunt Romæ vſque ad tempus Eleutherij, vt ex Tertull. *loco cit.* patet.

158. PIVS natione Italus, patria Aquileienſis, patre Ruffino, M. Antonini Veri tempora attigit: conſuetudinem, & quidem magnam cum Hermete habuit, qui librum ſcripſit titulo *Paſtoris* inſignitum. Quo quidem in libro Angelus Paſtoris perſonam inducens, ei mandat, vt omnibus perſuadeat, Paſcha die Dominico celebrari, quod & fecit. Hoc autem ſic debet intelligi, Decreto, ſcilicet firmaſſe quod ex traditione Apoſtolica obſeruabatur, vt conſtat ex Ignatio *epiſt. 6. ad Magneſianos, &* 8. *ad Philippenſ.* atque adeò ex ipſomet Ioanne Euangeliſta, *Apocal.* 1. Nam quia traditio hæc Iudaizantium Eccleſiarum conſuetudine violata erat, edito ſcripto, & renouato duntaxat decreto, Pius Papa firmauit, & ſtabiliuit.

Hermæ [c] hic liber, *Paſtor* inſcriptus, Græcis in primis cognitus, & probatus, citatur ab Irenæo, apud Euſeb. *5. cap.* 9. Clem. Alexand. Origene, Athanaſio, qui vtiliſſimum eum appellat. Apud quaſdam Eccleſias etiam publicè legitur, ait Hieron. *de Script. Eccleſ.* reuera, ait, vtilis liber, ſed apud Latinos penè ignotus eſt. Tertull. quidem *lib. de pudicitia cap.* 10. aſſerit, à Concilio Eccleſiarum inter apocrypha relatum, quod iudicium perſeueraſſe in Eccleſia teſtatur Ruffin. *in expoſit. Symboli Apoſtolici*, & Proſper *aduerſus Collatorem*, Gelaſius *cap. Sancta Romana.* Hic Pontifex conſtituit, ne hæreticus quiſpiam ex Iudæorum hæreſi [d] ſuſciperetur, & baptizaretur.

Non præcipit Pontifex vt tales rebaptizarentur, ſed vt ſimpliciter baptizarētur. Nam cùm Cherinthus legem Circuncisionis propugnaret, Chriſti diuinitatem, atque adeò ſacroſanctam Trinitatem negaret, vt conſtat ex Irenæo; perſuaſu facilè eſt, prædictum hæreſiarcham, aliam, & longè diuerſam baptizandi formam vſurpaſſe. Pium Pontificem autem, huiuſmodi ad Eccleſiam venientes, quippe qui nunquam verè, & legitimè baptizati fuerint, baptizari rectè, & conuenienter decreuiſſe. Et *in epiſt. 2. ad Italos* ſic habet: *Prædia diuinis ritibus tradita, quidam humanis applicant vſibus, & Domino Deo, cui tradita ſunt, ea ſubtrahunt, vt ſuis vſibus inſeruiant: quod ſi quiſque præſumpſerit, ſacrilegus habeatur, & ſicut ſacrilegus iudicetur.*

163. Septima die Martij moritur Antoninus, cùm imperaſſet ann 24. ſuccedunt in imperio M. Aurelius Antoninus cognomento Philoſophus, & Ælius Verus Antoninus, quos viuente & iubente Adriano, adoptauerat. Sed Marcus S. C. declaratus Imperator, Leuium ſibi collegam aſciuit Imperij: ſicque nunc primùm duo ſimul regnare viſi ſunt Imperatores, qui & Diui fratres appellati.

Habes lector, hoc loco, poſſeſſionem bonorum temporalium Eccleſiaſticis concedi. Nam ſicut olim Leuitis, quamquam decimis ditarentur, non erat omninò interdicta rerum poſſeſſio, quippe quæ ex mandato Dei, *Num.* 35. in ſingulis

a *Diuina fide credendū eſt, ſicut & alia ſacramenta, ita & Eccleſiaſticam hierarchiam, non ab homine, neq; ex ſchiſmate ſuborta conſuetudine, ſed diuino iure à Chriſto Domino inſtitutam eſſe. Sic Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. dicit, poſitos, ſicut Apoſtolus ait, à ſpiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſq; presbyteris ſuperiores eſſe, &c. & can. 6. ſi quis dixerit in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam diuina ordinatione inſtitutam, quæ cōſtat ex Epiſcopis, Presbyteris & Miniſtris, anathema ſit. Vide etiam can. 7.*

b *Baron. an.* 155. *num.* 1. *&* 2. *itē anno* 158. *nu.* 1.

c *lib. Hermæ,* Paſtor *inſcriptus Græcis notus, Latinis verò penè ignotus eſt.*

d *Per Iudæorum hæreſim hoc loco intellige Cherinthi ſectam ſic dictam, quòd præ cæteris Hebraicis ritibus obſeruandis ſtudebat: Nam Cherinthus, Epiph. hær. 28. adeò præter legem Euangelij cæremonialem legem Moyſis obſeruandam eſſe propugnauit, vt huius rei gratia aduerſus Paulum & Barnabā doctrinam ſuam defenſurus, ſe Hieroſolymam ad 3. Apoſtolorum Concilium ibidem hanc ob cauſam habitum contulerit.*

ANNO DOM.

tribubus vrbes ſacerdotales habebant ad habitandum; ita etiam nec Chriſtianæ legis Sacerdotibus eorundem bonorum poſſeſſio interdicta probatur. Eccleſias enim Chriſtianorum poſſeſſiones olim ſub gentilibus Imperatoribus poſſediſſe, non tantùm Pij Papæ, & Vrbani I. epiſtolæ ad omnes Epiſcopos ſcriptæ declarant; ſed ipſa etiam Imperatorum edicta, quibus eas illis ablatas reddi mandauerint, euidenter demonſtrant.

Itẽ hic Pontifex in Thermis Nouati erigit Romę Titulũ, qui *Paſtoris* dictus eſt.

a *Perſecutio grauis.*

Sub hoc Pontifice perſecutio [a] grauis in Chriſtianos eſt excitata, non quidem 164.
vllo edito publico edicto, quod Tertullianus affirmat, *Apolog. cap. 65. in fine.* ſed ex iure veteri Romanorum, quo peregrina religio vetabatur, & impia Marci Aurelij Imperatoris pietas in Deos, quorum cultui erat addictiſſimus: quare cùm alibi, tum in Aſia, variè Chriſtiani fuere exagitati à Proconſulibus, quorum eadem erat poteſtas in prouinciis, quoad Religionem quæ erat Romæ Pontificum.

b *Iuſtinus martyrium ſubit.*

Ingraueſcente perſecutione, Iuſtinus[b], qui pro Chriſtiana profeſſione, Apolo- 165.
gias duas ediderat, mercedem eruditæ linguæ, martyrium promeruit ſub Ruſtico præfecto, quod in *Apologia 2.* expectare ſe dixerat.

Pius verò Papa, vbi in ordinationibus ſuis, quæ quinque fuere menſe Decem- 167.
bri, Presbyteros decem & nouem, Diaconos vnum & viginti, Epiſcopos decem creaſſet, martyrio coronatur 11. Iulij, cùm ſediſſet annos nouem, menſes ſex, dies tres. Vacauit tum ſedes dies 13.

c *Clerici comam non nutriant, & coronam ſuper caput habeant.*

ANICETVS hoc eodem anno, natione Syrus, Patre Ioanne de Vicomurco, vel, vt Damaſo placet, Numiſia, eiuſdem Antonini Veri tempore fuit, Eccleſiæ Romanæ conſulens, ne moribus petulantium quorundam labefactaretur, inſtituit, ne Clerici vllo modo comam [c] nutrirent iuxta Apoſtoli præceptum, & vt deſuper caput in modum ſphæræ radant. *cap. prohibet fratres. diſt. 23.*

d *Tonſura Eccleſiaſticorum quid ſignificet.*

De hac raſura, ſeu tonſura [d] Eccleſiaſticorum ſciendum, illam traditione Apoſtolica in Eccleſiam deriuatam fuiſſe, vt tradit Iſidorus *de diuinis officiis* vt & qui à communi hominum vita recedentes excultius vitæ genus affectarentur, ac per omnia ſeſe diuino cultui manciparent, deberent eorum capita radi. Quod verò, inquit, detonſo capite ſuperius, inferius circuli corona relinquitur, ſacerdotium, regnúmque Eccleſiæ in eis exiſtimo figurari, &c. Aliam inſuper affert cauſam, quòd capillorum corona, reliquo raſo capite, integra conſueuerit remanere, nimirum ob iugem memoriam ſpineæ coronæ impoſitæ capiti Domini noſtri Ieſu Chriſti, ídque ab Apoſtolis factitatum, & Eccleſiæ traditum, certa aſſertione legitur apud Bedam, *lib. 5. de geſtis Anglorum. cap. 22.* Germanus verò Epiſcopus Conſtantinopolitanus in Theoria rerum Eccleſiaſticarum dicit, id vſurpatum ad imitationem B. Petri, qui in contemptum attonſus eſt à Gentilibus, quod ex maiorum traditione Germanum mutuatum eſſe, credibile eſt. Antiquiſſimus planè, & vniuerſalis omnium Eccleſiarum totius orbis, huius tonſu-

e *Tonſuræ vſus ex Apoſtolicis fontibus.*

ræ [e] vſus, prorſus conuincit, eam fluxiſſe ex fontibus Apoſtolicis. Cyrillus, *in vita Euthym.* qui claruit Theodoſio ſeniore: *Cùm eum baptizaſſet*, inquit, *& pilos, qui ex lege tondentur; pueris totondiſſet, in gradum Lectorum eum cooptauit.* Sed quòd amplior eſſet illorum tonſura, qui maioribus initiarentur ordinibus, hinc Euagrius Scholaſticus, *hiſt. 3. cap 26. Coma abraſa*, inquit, *Presbyter deſignatus eſt.* meminit & ante hos Ammianus Marcellinus *lib. 12.* cuius ritus mentio eſt apud Dionyſ. *de Eccleſ. hierar. p. 2. cap. 3.* Concil. Carthag. IV. *cap. 44.* & Agath. *cap. 20.*

f *Tonſura Monachorum, & Clericorum diſtinctio.*

Verùm diſtinctam fuiſſe tonſuram [f] Monachorum ab ea, quæ eſt Clericorum, certum eſt, cùm illi non tantùm verticem capitis, ſed totum ferè caput radere conſueuiſſent, ſic nimirum, vt quod eſſet ipſorum vitæ ſtudium declararent. Abraſionem ſiquidem capitis ſymbolum, & hieroglyphicum fuiſſe lugentis, atque mœrentis ex Scriptura, & Ethnicis, ſatis colligitur. Nicenus Canon ex Arabicis exemplaribus prolatus, *Monachi*, inquit, *alia habeant indumenta, & mores, quàm habent Laici, ac caput tondeant in modum corona.* Et Socrates *lib. 3. cap. 1.* de Iuliano Apoſtata ſcribit, *ipſum abraſa cute, vitam Monaſticam ſimulaſſe.* Epiſcopos etiam magna ſaltem ex parte capitis abraſos fuiſſe, ſatis expreſſiſſe viſus eſt Greg. Naz.

g *Tonſura Monachorum quare Corona dicatur.*

orat. in Maximum. Porrò huiuſmodi capitis raſionem conſueuiſſe à maioribus dici [g] *Coronam*, præter ſupradicta, indicare videtur Euſeb. *lib. 10. cap. 4.* appellans

Sacerdo

Google

Anno Dom.

Sacerdotes ſacroſancto poderis indumento,& cœleſti gloriæ corona,&c. circumueſtitos. & Auguſt. *epiſt.* 147. qui ſcribit, *ſolere Epiſcopos adorari à populis per coronam, tanquam per quid ſacrum.*

Ex his autem, quæ S. Hieron. *in exp. cap.* 44. *&* *Iſa. cap.* 3. *&* 6. ſcribit, colligitur breuiter, primò ipſum non probare capillorum, ſiue barbæ tonſuram, ſolitam fieri more Gentilium. 2. non ſic tondendos capillos, vt appareat nuda cutis. 3. quòd barbæ non probat tonſuram: nec mirum ſi in Oriente agens, orientalium Clericorum,& Monachorum conſuetudinem comprobat. Conſuetudinem quidem radendi barbam apud Romanos olim fuiſſe, ac ferè apud omnes Occidentales, ex veterum ſcriptis conſtare videtur, ſed maximè apud ſacros Chriſtianos, ſaluâ pace conuenientium in vnum Orientalium, barbam geſtantium, & Occidentalium radentium. Qui primus omnium hæc de barba exprobrare Latinis Sacerdotibus auſus eſt, Photius Schiſmaticus Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, de his ſcribens ad Nicolaum Romanum Pontificem, cùm alioqui ipſe eſſet Eunuchus, & glaber. Ad quodnam verò tempus apud Romanos eiuſmodi vſus radendi barbas perſeuerauit, haud eſt facilè definire, niſi quod à Gothis, aliiſque barbaris diutius in Italia, & prouinciis Occidentalibus commorantibus, nouum vſum [a] geſtandi barbam, inuectum eſſe, credibile eſt: perſeueraſſe autem in Sacerdotibus radendi morem, colligitur ex litteris Greg. VII. ad annum Domini 1080. ad Iacobum Epiſcopum Calaritanum, iubentis, vt Clericos ſuos omnes barbam radere cogeret, idque ex maiorum conſuetudine vindicantis, affirmantis nimirum, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ id illibatè eſſe ſeruatum. Sed iam penè contrarius irrepit vſus, nec conſtans vbique habetur ritus, cùm alij tondeant, radant alij, alij rurſus geſtent prolixam.

a *Barba geſtanda vſus.*

Hic idem Pontifex ex traditione Apoſtolorum ſtatuit, Epiſcopum conſecrari non poſſe [b] à paucioribus, quàm à tribus eiuſdem Ordinis viris: quod poſtea Nicena Synodus confirmauit. At verò vbi ex ordinationibus quinque, quas menſe Decembri habuit, Presbyteros nouemdecim, Diaconos quatuor, Epiſcopos nouem creaſſet, martyrio coronatus, ac ſepultus eſt, in cœmeterio Calixti via Appia 15. Cal. Maij. Sedit annos nouem (alij vndecim) menſ. 4. dies 3. Sedes verò dies 17. poſt eius mortem vacat.

b *Epiſcopus à tribus aliis Epiſcopis cōſecretur.*

168. Huc anno Gnoſticorum hæreſis operâ Marcellinæ nefariæ fœminæ inualuit: Marcion, [c] Cerdo, & Valentinus hæreſiarchæ, Catholici nominis appellationem affectantes, Romam veniunt, Palinodiâ recantatâ recipiuntur: ſed fraude eorum detecta, viciſſim proſcribuntur. Marcion, quem S. Polycarpus primogenitum diaboli nominauerat, Romæ (ad agendum enim, & communicandum de Paſchatis controuerſia cum Aniceto Pontifice, ipſe etiam Polycarpus hoc eodem anno huc opportunè venerat) quinque millibus aureorum Eccleſiæ donatis, vt fraudem animi pecunia occultaret, recipi petit, & ſub ea conditione regreſſum ad Eccleſiam impetrat, vt ſi quos ſeduxerat, contraria docendo, reſtitueret.

c *Marcion, Cerdo, & Valentinus Romæ palinodiam recantant.*

173. Anno eiuſdem Aniceti ſeptimo, Cataphrygarum hæreſis, Montano, Priſcilla, & Maximilla auctoribus exorta eſt, quæ non plebem tantùm indoctam, ſed etiam ipſum Tertullianum [d] virum doctiſſimum (proh dolor) ſeduxit. Hanc Pſeudoprophetarum hæreſim ab Epiſcopis Aſiæ, Conciliis de ea habitis, damnatam, conſtat ex epiſtola Serapionis ad Coricum, & Ponticum, multorum aliorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus illuſtrata, quæ extat apud Euſebium *lib.* 5. *cap.* 18.

d *Tertullianus ſeducitur.*

174. Tacianus hæreticus hoc anno agnoſcitur, à quo Encratitæ: hic natione Syrus, ex Philoſopho Platonico Chriſtianus, S. Iuſtino Martyre magiſtro, Romæ docuit, & ſcripſit pro Chriſtianis aduerſus Gentes, egregium volumen, quod extat, Româ digreſſus in Orientem, in ſuperbiam elatus, in varios errores, Valentini, Marcionis, & Saturnini delapſus, nuptias damnauit, continentiam & abſtinentiam ſuperſtitioſè prædicauit, & coluit. Euſebius *in Chron.* Irenæus *lib.* 1. *cap.* 3. Epiph. *hæreſ.* 46.

175. Soter natione Campanus, patriâ Fundanus ex Patre Contadio L. Antonino imperante fuit. Præcepit, quod & ab Apoſtolis dimanauit, vt nullus poſt cibum, potúmque ſiue quodlibet minimum ſumptum [e] Miſſas faceret. Inſtituit, ne Monacha vlla pallam attrectaret: néve thus in acerram poneret, dum ſacrifi-

e *Miſſa à ieiunis celebretur.*

cia fierent. De hoc Pontifice refert Gratianus *in cap. Hoc quoque. de conſecrat. diſt.* 1. quod ſtatuerit, vt nullus Presbyterorum Miſſarum ſolemnia celebrare præſumat, niſi duobus præſentibus, ſibique reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur. Quia cùm pluraliter ab eo dicitur, *Dominus vobiſcũ.* & illud in ſecretis: *Orate fratres*: aptiſſimè conuenit, vt ipſius ſalutationi reſpondeatur. Hugo huiuſmodi Decreto permotus, duos ſenſit oportere præſentes adeſſe in Miſſæ ſacrificio. At Hoſtienſis, Gloſſa, & communis opinio Theologorum, & Canoniſtarum iuris interpretum, & Summiſtarum, docet, vnum ſufficere præſentem, qui reſpondere queat: & hoc iam vſus comprobauit: nam Sacerdos non tarò aliquando ſacrificat, vno tantùm miniſtro aſtante. Ad Soteris verò Pontificis Decretum variè reſpondent auctores. S. Thomas 3. *p. quæſt.* 83. *art.* 3. *ad* 12. putat illud intelligi de Miſſa publica, & ſolemni, non priuata. Innoc. III. *lib.* 2. *de myſter. Miſſæ, cap.* 25. *Aliud eſt*, inquit, *neceſſitatis articulus, & aliud religionis contemptus*, hoc eſt, *ex Decreto Soteris: nullus enim ex contemptu celebrare debet, vno tantùm adſtante: at dum vrget neceſſitas, Sacerdos, miniſtro vno præſente, celebrare poteſt.* Alex. de Ales 4. *p. quæſt.* 36. *memb.* 5. *Quædam*, ait, *antiquitus ſtatuta erant ob reuerentiam tanti myſterij, quæ poſtea ob vtilitatem, vel neceſſitatem antiquata ſunt. In hac ſpecie, aucto numero Presbyterorum, ne libertas celebrandi minuatur, neceſſum fuit, & vtile, Miſſæ ſacrum vno adſtante celebrare.* Vel dicendum Soteris Decreto contrariam conſuetudinem vſu receptum derogaſſe.

Cæterùm vrget id quod in Decreto Soteris dicitur: Ideò vos, vt minimùm præſentes adeſſe oportere, vt aptè conueniant ea, quæ Sacerdos numero multitudinis dicit in Miſſa, *Dominus vobiſcum*, & *Orate fratres*. Quare dubiæ eſt quæſtionis, an poſtquam introductus eſt vſus, vt Sacerdos vnò tantùm præſente ſacris operetur, retineãtur aptè, & cõmodè ea, quæ olim pluribus adſtantibus aptiſſimè dicebantur. Petrus Damianus de hac ſalutatione integrũ librum edidit, quem inſcripſit, *Dominus vobiſcum.* vbi primùm oſtendit, eâ ſalutatione etiam vti debere eos, qui preces Canonicas ſoli recitant. Innocent. III. ait, verè dici, *Dominus vobiſcum*, eo quòd Angeli adſtant orantibus, iuxta illud Pſalmi 137. *In conſpectu Angelorum pſallam tibi.* Quilibet etiam homo habet Angelum ad ſuam cuſtodiam deputatum. *Actor.* 12. *Matth.* 18. *Illos igitur*, inquit, *habemus in oratione participes, quos habebimus in glorificatione conſortes.* ſic ille. At Alexander, & S. Thomas opinantur, Sacerdotem ita loquentem, cum Eccleſia ſermonem habere, cuius perſonam gerit miniſter ille, qui Sacerdoti ſacrificanti inſeruit. Sanè retenta ſunt verba antiqua ob honorem, & venerationem antiquitatis: & cùm ibi ita loquimur, mentem aliò conuertimus ad primum illum, & veterem Eccleſiæ morem, cuius memoriam reuocamus.

Miſſas priuatas celebrare licet, & miraculis probatur.

Quòd verò contra Nouatores Miſſas priuatas celebrare liceat, antiquæ hiſtoriæ id etiam miraculis confirmatum prodiderunt. Nam Paulinus in vita Ambroſij refert, cùm aliquando Romæ adeſſet, ſacrificium in domo cuiuſdam matronæ nobiliſſimæ obtuliſſe, & paralyticum in lecto iacentem miraculosè ſanaſſe. Et Auguſtinus *lib.* 22. *de Ciuit. Dei, cap.* 8. refert, quendam Presbyterum ſuum ſacrificium corporis Chriſti in quadam priuata domo, quæ à dæmonibus vim noxiam patiebatur, obtuliſſe, & orationibus ſuis habitatores illius domus ea vexatione dæmonis liberaſſe. Theodoretus etiam *in Hiſtoria religioſa cap.* 20. de ſe narrat myſticum ſacrificium in priuata domo, cuiuſdam viri Sancti Maris vocati, propter eius conſolationem obtuliſſe. Pius tandem I. ſummus Pontifex *in ſua epiſt.* 1. ad Iuſtum Veronenſem Epiſcopum habet: *Euprepia titulum domus ſuæ pauperibus aſſignauit, vbi nunc cum pauperibus noſtris commorantes Miſſas agimus.* Et hoc maximè ſolitum erat fieri tempore perſecutionis Tyrannorum, vel Hæreticorum, vt ſumitur ex multis, quæ narrat Victor *lib.* 3. *de perſecut. Vvandalica*, & Sozomenus *lib.* 7. *Hiſtor. cap.* 5. & Auguſt. *in Breuiculo Collation. cap.* 17. Item in illo tempore dicebantur Miſſæ in cryptis. Vnde Cornelius Papa ad Lupicinum Viennenſem Epiſcopum exaggerans vim perſecutionis ait: *Neque in cryptis notioribus Miſſas agere Chriſtianis licet.* Vbi expendo particulam *Notioribus*, nam ſignificat in ſecretioribus, & priuatim, & occultè dici potuiſſe. Dicebantur denique tunc in carceribus teſte Cypriano *epiſt.* 5. apud quem notanda eſt prudens monitio: *Ita*, inquit, *vt*

Presby

ANNO DOM.

Presbyteri quoque, qui illic apud Confeſſores offerunt, ſinguli cum ſingulis Diaconis per vices alternent. quibus verbis etiam ſignificat, Miſſas illas fuiſſe priuatas quoad modum, & quoad perſonarum concurſum.

Accedit, ſemper fuiſſe licitum Sacerdotibus, quotidie celebrare, ſi vellent, ſicut de S. Andrea Apoſtolo dixiſſe legimus: Ego omnipotenti Deo immolo quotidie, non taurorum carnes, nec hircorum ſanguinem, ſed immaculatum agnum in altari. Hieronymus etiam *epiſt. 150. ad Hedibiam, quæſt. 2.* de ſe dicit: *Quotidiè in ſacrificiis eius de genimine vitis vera rubentia muſta calcamus.* Quod de Miſſis priuatis, quæ ab ipſo quotidiè dicebantur, neceſſariò intelligi debet. Nam de eodem Hieronymo, ait Epiphanius *epiſt. ad Ioannem Hieroſolymitanum*, quæ eſt 60. inter epiſtolas Hieronymi, ipſum non fuiſſe ſolitum publicas Miſſas celebrare. De Caſſio etiam Narnienſe Epiſcopo refert Gregor. *hom. 37 in Euang.* morem illi fuiſſe, *Quotidianas Deo hoſtias offerre, ita vt penè nullus dies vitæ eius abſcederet, quo non omnipotenti Deo hoſtiam placationis immolaret.* Finiam hoc, ſi prius adiecero definitionem Concilij Trident. *in ſeſſ. 22. can. 8.* vbi ſic habet: *ſi quis dixerit, Miſſas, in quibus ſolus Sacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoq́; abrogandas, anathema ſit.*

At vbi Soter per ordinationes quinque menſe Decembri habitas Presbyteros octo, Diaconos nouem, Epiſcopos vndecim creaſſet, martyrio coronatur, ac ſepelitur via Appia in cœmeterio Calixti. Sedit annos quinque (alij nouem) m. 3. d. 21. vacat tum Sedes dies 21.

Mirum eſt autem quanta opulentia [a] affluxerit Romana Eccleſia his temporibus, quæ in mediis perſecutionibus largè ſuppeditaret afflictis, & egentibus, non modò Romæ, & in Italia, ſed & per prouincias. Audi quæ Dionyſius Corinthi Epiſcopus in epiſtola ad Romanam Eccleſiam apud Euſeb. *lib. 4. cap. 23. Apud vos,* inquit, *iam mos inueterauit, vt omnes fratres variis afficeretis beneficiis, & Eccleſiis permultis, quæ in quaque ciuitate ſunt, vitæ mitteretis ſubſidia: ſed planè non ſolùm egentium ſubleuatis inopiam, verùm etiam fratribus, qui ſunt ad metalla damnati, opem fertis, ſiq́; per ea beneficentiæ ſubſidia, quæ iam à primis Eccleſiæ veſtræ iactis fundamentis paſſim mittere conſueuiſtis, cùm ſitis Romani Romanorum conſuetudinem à Patribus traditam ſedulò obſeruatis, quam quidem certè B. Soter veſter Epiſcopus, & hactenus cuſtodiuit diligenter, & mirum in modum ſuo propenſo ſtudio adduxit: idq́; non modò opes in ſanctos reficiendos, delegatas benignè ſubminiſtrando; verùm etiam fratres ad ipſum aduenientes, tanquam Pater indulgens, & clemens in liberos, beato, ac pio ſermone ad virtutem cohortando.* Hactenus ex epiſtola Dionyſij. Quam conſuetudinem ſeruat Eccleſia Romana vſque adhuc, vt pia mater omnium fidelium: ſed maximè id probauit Gregor. XIII. Romanus Pontifex, cuius effuſa beneficentia in omnes gentes ad Antipodas vſque penetrauit, cui meritò ex S. C. in Capitolio ſtatua poſita eſt, cùm communis Patris, & Paſtoris elogio, atque his verbis inter cætera: *ſeſtertium octingenties, ſingulari beneficentia in egenos diſtributa.* eſt horum ſumma vicies centena millia aureorum.

a *Romanæ Eccleſiæ opulentia.*

179. Hoc anno immanis, & atrox, in nonnullis Prouinciis excitatur in Chriſtianos, ex temerario populi impetu, perſecutio, horrendis criminibus illis obiectis, quæ cùm propria eſſent Gnoſticorum [b], in omnes Chriſtianos conferebantur.

b *Vitia propria Gnoſticorum ipſis Chriſtianis obiiciuntur: contra quos immanis perſecutio excitatur.*

Eodem tempore M Aurelius Imperator columnam [c] magnam Ioui pluuio erexit, quam temporibus noſtris Sixtus V. Papa, reiectâ Gentilium ſuperſtitione D. Paulo Apoſtolo, oppoſita deſuper ingentis ſtaturæ ſtatuâ æreâ, ſed deauratâ, dicauit.

c *Columna Aurelia.*

179. ELEVTHERIVS natione Græcus, ex Patre Abundio, de oppido Nicopoli in locum demortui Pontificis ſucceſſit. Hic conſtituit, vt nulla eſca vſualis, quæ tamen rationabilis, & humana eſt, quam Deus creauit, à Chriſtianis repudiaretur. Sicut enim Marcionitæ, Encratitæ, & Manichæi, de quibus eſt intelligendus Apoſtolus Paulus, *1. ad Tim. cap. 4.* ita etiam Priſcillianiſtæ, Montani, Sectatores, à quibuſdam cibis, velut à malo principio conditis, abſtinebant. Montanus [d] verò, præterquàm quòd priuatâ auctoritate tres Quadrageſimas inſtituerit, quibus non niſi aridis cibis veſcendum eſſe docuerit, noua ieiunia, & nouum ieiunandi modum inſtituit. Pontifex Eleutherius hac de re conſultus, illorum tanquam ſuperſtitioſam, & blaſphemam ſententiam, huius autem velut illegitimam, & irratio-

d *Montanus tres Quadrageſimas inſtituit, & non niſi aridis eſcis in eis vtendum.*

nabilem

nabilem condemnat.

a Marcion,& Valent. ab Eccleſia eiiciuntur.

Hoc eodem anno Eleutherius Marcionem [a],cum Valentino, adhuc à tempore Aniceti Papæ Romæ agentem,ſæpius conuerſum,ſæpius relapſum,& inſtar canis ad vomitum,& ſuis ad volutabrum luti redeuntem,planè Eccleſiâ eiecit. Vide Tertullian. *de præſcrip. hæretic. cap.* 30.

b M. Aurel. Imp. moritur.

M. Aurelius Antoninus Imperator 17. Aprilis,in expeditione Marcomannica, in Pannonia, mortem [b] voluntariam obit,morbo affectus,abſtinentia cibi, anno ætatis 59. minus diebus nouem, fertur illum mori voluiſſe, cùm filium talem videret futurum,qualis extitit. 182.

c Commodus eius filius in Imperium ſuccedit.

Poſt eius mortem,Commodus in caſtris agens cum Patre,hæreditarium [c] capeſſit Imperium, annorum natus decem & nouem.

d Lucius Britannorum Rex,miſsis legatis,miniſtros à Papa petit, vt in fide inſtruatur.

Hoc anno Lucius [d] Britannorum Rex, diuino lumine illuſtratus, legatos ad hunc Pontificem miſit, per quos diuini verbi Miniſtros aliquos, ac Sacerdotes, qui populum in fide & moribus inſtruerent,enixè petiuit, & duos quaſi Apoſtolos à Pontifice miſſos,Domitianum nimirum,& Fugatium,impetrauit. Tertullianus quidem,qui his temporibus viuebat, miratus, teſtatur, Britannos ſubiecisse colla Chriſto: Britannorum,inquit,inacceſſa Romanis loca,Chriſto ſunt ſubdita. *lib. aduerſ. Iud. cap.* 7. 183.

e Chriſtiana Religio in India floret.

Hoc tempore Chriſtiana Religio apud Indos [e] fœliciſſimè propagatur, Pantæno Philoſopho Chriſtiano, Alexandriæ ſub Iuliano Epiſcopo docente, prædicandi conſilio ad eos profecto. Euſeb. *lib.* 5. *cap.* 10. Hieronymus, ponit eum profectum ad Brachmanas, ſub Demetrio Iuliani ſucceſſore, *in ſcriptoribus, & epiſt. ad Magnum* 84. 185.

f Templum Pacis Romæ incendio conſumitur.

Templum Pacis [f] Romæ, opus tota vrbe maximum, repentino incendio conſumitur, itémque Palatium, & vrbis pars magna: nec prius ſedatum incendium,quàm repentinis imbribus extingueretur, vt Diuino nutu, & inchoaſſe,& deſiiſſe incendium putaretur. Dion. Euſ. *in Chron.*

g Eleutherius claudit diem.

Eleutherius habitis tribus ordinationibus in menſe [g] Decembri, quibus creauit Presbyteros duodecim, Diaconos 8. & Epiſcopos per diuerſa loca quindecim,hoc anno moritur, gladio, an aliter,non conſtat: martyr tamen vocatur in Martyrologio (quod ipſum nomen Confeſſoribus etiam aliquando tribuitur) cùm ſediſſet annos quindecim,& viginti tres dies: Ceſſat Epiſcopatus dies 5. 194.

h Commodus Imperator compreſſis faucibus ſtrangulatur.

Commodus hoc eodem anno [h],quorundam conſpiratione,à Narciſſo athleta, compreſſis faucibus ſtrangulatur. *Dion.*

VICTOR natione Afer, ex Patre Felice, anno Chriſti 194. qui eſt vltimus Commodi Imperatoris,ipſis Calend. Iunij, in locum Eleutherij defuncti ſubrogatur. Conſtituit (quod prius Apoſtoli Eccleſiæ tradiderunt) vt Paſcha die Dominico celebraretur ex Eleutherij ſententia (vt Damaſus ait) à 14. Luna primi menſis,vſque ad 21. Quæ res in Concilium Nicenum tranſlata, conſtitutum eſt, vt Paſcha poſt quartamdecimam Lunam celebraretur, tum ne Iudæos imitari videremur: vt in tota Eccleſia vna eſſet ratio Paſcha celebrandi: tum etiam quia aliter facientes, quandoque vno anno bis: quandoque nunquam Paſcha Orientales celebrarent. Interdum enim accidebat,vt id vno anno poſt æquinoctium, & ſequente anno ante æquinoctium vernum celebrarent. Vide Bellarm. *lib.* 3. *de cultu Sanctorum.*

i Chriſtianorum res florent.

Hoc tempore res Chriſtianorum [i] iam longâ pace florebant, in dieſque fidei profeſſio augmenta capiebat, in maximis potiſſimum vbique vrbibus: vniuerſæ enim multitudines, & domus totæ ad fidem accedebant. ex Nicephoro, *libro* 5. *capite* 26. 195.

k Aelius Pertinax Imp. in breui occiditur.

Eodem anno Ælius [k] Pertinax, Italus, ex laude Pompeia, ex Præf. Prætorio, Prætorianis militibus iuuantibus, Senatu libentiſſimè conſentiente, decernitur Imperator, cùm eſſet annorum 67. qui cùm perditiſſimum Reipublicæ ſtatum, quàm primùm in priſtinum reſtituere feſtinaret, à militibus occiditur 82. Imperij die. *Dion.*

l Iulianus Imp. ſed breui contemptus.

Didius Iulianus [l] militiæ,domique ſpectatus, à militibus emit Imperium, & à Senatu perterrito,confirmatus, cùm reclamante populo, dies 66. illud tenuiſſet,à militibus occiditur.

Seue

Seuerus [a] Carnuti ab exercitu acclamarut Imperaror: & attractis ad ſe Prætorianis militibus, conſenſu Senatus, & militum, turſum Imperator appellatur. Hic fauit Chriſtianis.

a Seuerus Imperator.

196. Hoc tempore floret Clemens [b] Alexandrinus. Euſeb. *in Chron.*

b Clemens Alexand.

197. Tertullianus [c] Afer Carthaginenſis, omnibus ſcientiis inſtructus, & Latinorum omnium, eius tempotis diſertiſſimus, per hæc tempora floret. Hieronymus *de Scriptor.*

c Tertull. floret.

Sub hoc Pontifice plurima Concilia de Paſchæ celebratione coacta ſunt.

198. Hoc anno habirum eſt [d] Concilium Romæ, in quo Theophylus Cæſarienſis Epiſcopus per Victorem vocatus interfuit: & Victor ipſe eidem præfuit. Decretũ eſt Paſcha, non 14. Luna primi menſis, ſed potiùs die Dominico poſt 14. Lunam, & Vernale æquinoctium occurrente, prout ab Apoſtolis traditum eſt, celebrandum eſſe. Euſeb. *lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 22. Liber Pontificalis in vita Victoris.*

d Concil. Rom. de Paſchate celebrando die Dominico poſt 14. Lunam Martij.

Eodem anno, auctoritate Victoris, Cæſareæ in Palæſtina [e], Theophylus Cæſarienſis Metropolitanus Epiſcopus hoc Concilium coëgit, quo de tempore Paſchatis celebrandi idem conſtitutum eſt.

e Concilium Palæſtinum in Cæſarea ad idem.

Eodem tempore, & ob eandem cauſam in Ponto [f] à Palma celebratum eſt Concilium Ponticum, & de Paſchatis obſeruatione, idem quod in præcedentibus definitum eſt. Euſeb. *præd. loco.*

f Conc. Ponticũ ad idem

Eodem tempore Cõcilium Gallicum [g] ſub eodem celebratum eſt ob prædictam quæſtionem, & controuerſiam: cui Irenæus præſedit: conſtituit in hac cauſa quod ſuperius deſcripta Concilia decreuerunt. Euſeb. *præd. loco.*

g Concilium Gallicum ad idem.

Eodem tempore & ob eandem cauſam celebratum eſt Concilium [h] Oſroënum. Euſeb. *lib. 5. cap. 22.*

h Concilium Oſroenum ad idem.

Eodem tempore celebratum eſt Concilium [i] Aſiaticum ob eandem cauſam, in quo Epiſcopi Aſiatici putantes ſe Euangelio, & maiorum traditionibus inhærere, à conſuetudine celebrandi Paſcha die 14. primi menſis, etiam ſi in Dominicum non incideret, recedendum non eſſe conſtituerunt, ídque per Polycratem Epheſinum Epiſcopum ad Victorem Rom. Pont. reſcripſerunt. Victor Pontifex hoc reſpõſo accepto, Concilium reprobauit, & quam diu minatus fuerat excommunicationis ſentẽtiam, contra pertinaces executus eſt. Hanc Victoris ſentẽtiam contra Orientales, poſtea Patres Nicæni Concilij confirmarunt. Euſeb. *lib. 5 c. 23.*

i Conc. Aſiaticum ad idem: ſed reprobatum.

Victor pro ſua ſumma auctoritate, omnes Eccleſias [k], aliter quàm Romana, Paſcha celebrantes excommunicat. Quod aſperiùs factum, viſum eſt pluribus, vt Eccleſiis Galliæ, quæ cùm alioqui cenſerent die Dominico celebrandum Paſcha, per Irenæum de ea re expoſtularunt cùm Victore, non quidem vlla ex parte de poteſtate dubitantes: ſed quòd non iudicarent expedire ob huiuſmodi rem, tantam Eccleſiæ portionem, à communione ſegregare, quod anteceſſores eius facere nunquam attentaſſent. Euſeb. *lib. 5. cap 24. & 25.*

k Victor excommunicat omnes qui diuersè ab Eccleſia Romana Paſcha celebrarent.

At longè alia fuit ratio anteceſſorum, & Victoris ipſius: nam illi hoc indulſerunt, cum Catholicis agentes, qui illam obſeruationem, ex quadam traditione retinentes, non propterea, aliter facientes damnabant, nec ſe ab Eccleſia ſegregabant. Iam verò Victoris tempore obſeruatio [l] tranſierat in dogma, & hæreſim, affirmantium decima quarta die neceſſariò, ex præſcripto legis, cum Iudæis Paſcha celebrandum, in quorum numero erant Montaniſtæ: qua de re Blaſtus quidam Romæ iam ſchiſma fecerat, vt ait Tertullianus *de præſcript. capite 53.* vt iam conniuere, eſſet ſchiſma, & hæreſim fouere. Meritò igitur, & ſummo iure, Victor violentum quidem, ſed neceſſarium adhibere remedium coactus eſt. Qui ex hac cauſa ex Eccleſia ſe auulſerant, diu in ſchiſmate perſeuerarunt, ſub nomine *Quartadecimanorum.*

l Victoris actio propugnatur.

Sub hoc Pontifice Patripaſſiani hæretici, quorum auctor eſt Praxeas Montani diſcipulus, qui Patrem, non filium paſſum eſſe docebant, exorti ſunt. Extat liber Tertulliani aduerſ. Praxeam.

201. Hoc anno Tertullianus [m] ab Eccleſia Catholica defecit, Montaniſta factus, cauſam defectionis ab Eccleſia S. Hieron. *in lib. de ſcript.* inuidiam, & contumeliam Clericorum Romanæ Eccleſiæ fuiſſe dixit.

m Tertullianus deficit ab Eccleſia.

203. Hoc anno Victor Papa, anno ſui Pontificatus decimo inchoato, per menſem

Digitized by Google

vnum, & dies 28. martyrio coronatur, & ſepelitur in Vaticano iuxta corpus S. Petri. Euſeb. *lib. 3. cap. 27.*

a Ordinatio Clericorum publicè fiat.

b Cauſæ Eccleſiæ maiores ad Sedem Apoſtolicam deferantur.

c Chriſtiani 14. annum agentes, communicent in Paſcha.

Zepherinvs poſt dies vndecim, 8. die Auguſti ordinatur: hic ergo natione Romanus, ex Patre Abundio, diuinæ rei magis, quàm humanæ intentus, conſtituit, vt aſtantibus [a] Clericis, & laicis fidelibus, & Leuita, & Sacerdos ordinaretur: quod poſtea in Chalcedonenſi Concilio confirmatum eſt. Item in epiſtola ad Sicilienſes tradit illud, quod & alij multi tradiderunt, quòd iudicia Epiſcoporum, & maiores Eccleſiæ [b] cauſæ à Sede Apoſtolica ſunt terminanda, quia ſic Apoſtoli, & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt. Ordinauit etiam, vt omnes Chriſtiani [c] annum 14. agentes communicarent in Paſcha, & multa alia. Et cùm ex ordinationibus quatuor menſe Decembri habitis, Presbyteros tredecim, Diaconos ſeptem, Epiſcopos tredecim creaſſet, 26. Auguſti, cùm ſediſſet annos 18. totidémque dies, moritur. Euſebius *in Chron.* quòd verò in Martyrologio legatur ſubiiſſe martyrium, vel id ei priuatim accidit, vt aliis nonnullis, in pace Eccleſiæ, quòd fortè reſtiterit Heliogabalo, omnes etiam Chriſtianorum religiones, ſub ſui Dei cultum redigere conanti; vel quòd aliquando conſueuerint appellati [d] martyres, qui Chriſtianæ profeſſionis occaſione ſupplicia ſuſtinuiſſent, licèt poſt tormenta ſuperſtites, diem extremum in pace clauſiſſent. Vacat ſedes dies ſex.

d Martyres aliquando etiam qui martyrio vitam non finierunt, dicti ſunt.

e Scotorum Regis ad fidem conuerſio.

Sub hoc Pontifice, anno ſcilicet 203. Donaldus Rex [e] Scotorum aſpernato malorum dæmonum cultu, cùm ſe Chriſto paulò ante addidiſſet, apud Victorem Romanum Pontificem, per Legatos obtinuit, vt viri doctrinâ & religione inſignes in Scotiam ab eo miſſi, ſe cum liberis, & coniuge, Chriſti nomen profitentes, baptiſmate inſignirent.

f Scotica nobilitas Regē ſecuta eſt.

Regis exemplum Scotica [f] nobilitas ſecuta, auerſata impietatem, Chriſtique religionem complexa, fonte ſacro abluta eſt. Donaldus ſacris Chriſtianis receptis, primus omnium Scotorum Regum, nummum argenteum, aureúmque ſignauit, vnâ parte ſalutiferæ Crucis, alterâ ſui capitis effigie expreſſa, quo ſuſceptos à ſe primùm inter Scotos Reges Chriſtianæ pietatis memoriam ad poſteros propagaret. Incœpere Scoti tunc primùm ſacras litteras colere, Sacerdotibus præceptoribus, quos Victor Pont. ad Chriſti dogma propalandum, in extremam miſerat Albionem. Hector Boëtius, *Scot. hiſtoriar. lib. 6.*

g Cataphrygæ hæretici damnantur.

Per hunc Pontificem Cataphrygæ [g], diſputatione publicâ, cui Caius, vir apprimè diſertus, ac pius præerat, conuicti, vnà cum Marcione, Praxea, Sabellio, Valentino, & cæteris anathemate damnati ſunt. Hieron. *de Script. Eccleſ. in Caio.* Euſebius *lib. 6. hiſt. cap.* 14 Optat. Mileuit.

h Natalius in hæreſim lapſus cilicio indutus, & cineribus conſperſus, pœnitens à Pontifice benignè acceptatur.

Natalius [h] Confeſſor in Theodori Coriatij hæreſim largitione pecuniæ inductus, poſtquam ad reſipiſcentiam frequenter admonitus, & ab Angelis grauiter cæſus fuiſſet; tandem cilicio indutus, cineribus conſperſus, magno cum mœrore, ac lachrymis ad pedes Zephirini Pontificis, & ad genua Clericorum, ac laicorum deuolutus, ſupplex in Eccleſiam, & ad pœnitentiam recipi petens, ab hoc eodem Pontifice benignè acceptatur. Euſebius *libro 5. hiſtor. capite 27.*

i Calicis vitrei, & lignei, ſicut & argentei, atque aurei vſus in his temporibus.

Hic Pontifex fecit conſtitutionem, vt patenas vitreas miniſtri ante Sacerdotes portarent, dum Epiſcopus Miſſam celebraret. Pro quo ſciendum, quòd ſicut his temporibus vitreas patenas in vſu fuiſſe hinc conſtat; ita etiam calicem [i] vitreum, ligneum, atque etiam argenteum hoc tempore vſitatum fuiſſe aliunde probatur. De calice vitreo ſcribit S. Gregorius Papa *lib. 1. Dialog. cap. 7.* S. Donatum Aretinæ Eccleſiæ in Galliis Epiſcopum, ac Martyrem, vitreum calicem à Paganis fractum orando inſtauraſſe. Hier. *epiſt 4. ad Ruſticum: Nihil*, inquit, *illo ditius, qui Corpus Domini caniſtro viminco, ſanguinem portat in vitro.* De eodem Cyprianus Gallus in vita Cæſarij Epiſcopi Arelatenſis; *An non*, inquit, *in vitro habetur ſanguis Chriſti?* Epiphan. *in Panar. hæreſ.* 34. refert, Marcū hæreſiarcham, Apoſtolorum tēporibus proximū, calice vitreo, quo in his ſactis peragendis vtebatur, populum dementaſſe ſic, vt colorē vini albi, qui foris apparebat in vitro, populus arte magica, & præſtigiis illuſus, rubrū iudicaret, atque ita vinum in ſanguinem conuerſum eſſe crederet. Hiſce etiā tēporibus ante Chriſtianos Imperatores fuiſſe in Eccleſia ſacra vaſa argētea, conſtat ex vita S. Vrbani apud librū Pontificalem, & *epiſt.* 165. S. Auguſt.

ANNO DOM.

vbi ex Actis Proconſularibus refert, Chriſtianos temporibus Diocletiani habuiſſe Calices aureos duos, argenteos ſex, &c. Gregor. Turonenſis *de glor. Martyr. cap.* 38. ſcribit, ſub eodẽ Diocletiano vaſa ſacra miniſterialia argentea è cryptis, in quibus Sancti Martyres ſacra peragentes deliteſcebant, effoſſa eſſe. Ligneum Calicem vſurpatum eſſe, expreſsè dicitur *can. vaſa, de conſecr. diſt.* 1. idémque apertè colligitur ex Conc. Triburienſi, *cap.* 18. vbi prohibentur Sacerdotes, ne in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumant. Quia tamen propter fragilitatem vitri, vſus vitrei Calicis [a] periculoſus eſt; tandem circa tempora Caroli Magni, in Concil. Rhemenſi ſtatutum eſt, vt Calix Domini cum Patena, ſi non ex auro, omninò ex argento fiat. Si quis autem tam pauper eſt, additur, ſaltem vt ſtanneum Calicem habeat. Vide Baron. in Notis ad Martyrolog. die 7. Auguſti.

a *Calicis vitrei vſus cur prohibitus.*

204. PERSECVTIO quarta Seueri [b] edicto generali indicitur. Euſeb. *in Chron. & in hiſt. lib. 6. cap.* 2. Occaſio potuit eſſe, cõuerſio Philippi Præfecti Auguſtalis Ægypti ad Chriſtianiſmum, quam ægerrimè tuliſſe, Seuerus indicat epiſtola ad eum ſcripta, digna quæ legatur, in qua Deorum cultum repudianti, & ceſſatio à Magiſtratu, & ablatio facultatum indicitur: quibus ab Imperatore acceptis litteris, morbum ſimulat, vt interim ſecreto, quæ ſupererant facultates, erogaret in pauperes, & ſic ſe ad martyrium præpararet.

b *Perſecutio ſub Seuero IV.*

De excipiendo [c] martyrio, vel fugâ declinando, variè per hæc tempora plures ſub Chriſtiano nomine ſectæ, & ſenſerunt, & ſcripſeruut. Catholici quidem, parati ſemper ad vitam pro fide profundendam, latebris tamen vel fuga, iuſta ratione, ſe à furore perſequentium ſubducebant, idque ex præſcripto Euangelij, Cùm perſequuntur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam. *Matth.* 10. niſi Spiritus ſancti peculiari impulſu ad aliter faciendum impellerentur. Origen. *in Ioan. cap.* 32. Clem. *Strom. lib.* 4. Marcionitæ contra, in odium Creatoris, vt *loco cit.* Clem. ait, morti ſe temerè ingerebant. Montaniſtæ quoque hac in parte, Marcionitarum cognati, cùm initio nullam, vel leuem, nomine fidei, perſecutionem paterentur, idque illis Catholici exprobrarent, inſtigatione poſt pſeudoparacleti, martyria affectarunt, quorum ſtudia probauit Tertullianus, inuectus in Catholicos, *libro de fuga.*

c *Martyrium an excipiendum, an verò aliquando fuga declinandum.*

Hac vrgente perſecutione ſæuiſſimâ, excogitata eſt à Catholicis, non modò ſingulis, ſed etiam Eccleſiis redemptio vexationum, per pecuniarum [d] ſolutionem, quam idem Tertullianus improbauit, *eod. lib. de fuga, cap* 12. *&* 13. ſed probauit S. Petrus Alexandrinus Epiſcopus, & Martyr, *can.* 12. *ex Prou.* 13. Pretium redemptionis animæ viri, propriæ diuitiæ, & *ex Act.* 17. per ſatiſdationem datam à Soſthene, & aliis.

d *Pecuniâ redimitur vexatio.*

205. Hoc anno S. Irenæus [e] Lugdunenſis Epiſcopus, vir planè Apoſtolicus, Galliam, quam mirificè doctrinâ illuſtrauit, nobilitauit ſanguine: de anno martyrij planè non conſtat, ſed initio perſecutionis occiſum, credibile eſt.

e *Irenæus.*

208. Origenes [f] creditur per hoc tempus, quod & valdè adoleſcens eſſet, & non cum viris modò, ſed etiam cum mulieribus, inſtitutionis cauſa, ſermones conferret, ad tollendam omnem impudicitiæ ſuſpicionis occaſionem, ſententiam illam Domini, *Matth.* 19. imprudenter interpretatus, ſeipſum excidiſſe. Euſebius *libro 6. cap.* 7.

f *Origenes.*

213. Seuerus, non tam corporis morbo, quàm animi mœrore confectus, Eboraci in Britannia moritur. Antoninus & Geta fratres capeſſunt imperium.

214. Antonini Aug. iuſſu Geta frater in matris gremio occiditur.

217. Hoc anno celebratum eſt Concilium AFRICANVM (improbatum tamen) in quo Agrippinus Carthag. Eccleſiæ Epiſcopus, qui his Tertulliani temporibus, ſedere cœpiſſe creditur, primus antiquam conſuetudinem Eccleſiæ, qua ratus haberetur hæreticorum baptiſmus, ſecundùm Catholicæ Eccleſiæ formam collatus, prætextu quodam pietatis, quòd quæcunque hæreticorum eſſent, Catholica Eccleſia deberet abominari, conuellere niſus, ingentium turbarum in Eccleſia auctor fuit, cùm ex ſententia Concilij, omnium Africæ, & Numidiæ Epiſcoporum, de iterando baptiſmate hæreticorum, Canonem ſtatuit.

219. M. Antoninus Imp. in Meſopotamia, Macrini opera, à Marciano Centurione Pugione confoſſus, occiditur, cùm imperaſſet annos ſex, m. 2. d. 5. *Dion.*

220. Succedit M. Aurelius Antoninus Caracallæ filius, quòd in Phœnicia Sacerdo-

ANNO DOM.

tem ageret, in templum ſolis, quem Heliogabalum vocant, Heliogabalus ductus, 16. Calend. Iun. Imp. ab exercitu acclamatur, & 8. Idus Iunij, Macrino, ob ingentem ſæuitiam, cum filio Auguſto necatis, cùm imperaſſent tantùm annum vnum, m. 1. dies 28. in Imperio ſtabilitur.

Eodem anno Antoninus Imperator, cùm Germaniam, inde Aſiam, ac poſtea Syriam peragraſſet, Alexandriam veniens, dum de Ægypriis, eum illudentibus, vindictam, ingenti editâ cæde excipit, Chriſtianum ſanguinem, in perſecutione ſub Seuero ibi præcipuè immaniter fuſum, neſciens, vltus eſt. Dio.

a Quatuor anni tempora, & in illis ieiunium celebrari, ab Apoſtolica traditione originem ducere confirmat expreſsè S. Leo in ſerm. 2. de ieiunio Pent. & in ſerm. 8. de ieiunio ſeptimi menſis. Idem etiam auctor in ſerm. 7. de ieiunio decimi menſis, teſtatur hæc ieiunia quatuor temporum in vniuerſa Eccleſia celebrari.

b Excommunicati vitandi.

CALIXTVS natione Romanus, Patre Domitio ex regione vrbis Rauennatum Zephirino ſuccedit. Conſtituit, vt ter in anno [a] ieiunaretur, die Sabbathi præſertim, frumenti, vini, & olei gratia ſecundùm Prophetam, videlicet quarto menſe, ſeptimo, & decimo, inchoando annum Hebræorum more. Verùm poſtea, mutata ſententia, in quatuor anni tempora tranſtulit, in Vernale, Æſtiuale, Autumnale, & Hyemale: quibus temporibus deinceps ratio ſacrorum Ordinum habita eſt, cùm antea id quidem tantummodo Decembri menſe fieri conſueuiſſet. Sciendum tamen eſt, Calixtum non fuiſſe primùm horum ieiuniorum primum inſtitutorem, ſed primum fuiſſe, qui ſcriptis id ſeruari mandauit, quod antea Apoſtolicâ traditione obſeruabatur. 221.

Hic Pontifex vetat, excommunicatos [b] à Sacerdotibus ab aliquo recipiendos, ante vtriuſque partis iuſtam examinationem. Et ne cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo communicent. Et quod ſimili excommunicationi ſubiacebunt, iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, qui cum excommunicatis ſcienter communicauerint.

Item prohibet matrimonia inter conſanguineos, quia has & diuinæ & ſæculi prohibent leges. Leges diuinæ hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, non ſolùm eiiciunt, ſed & maledictos appellant. Leges verò ſæculi, infames tales vocant, & ab hæreditate repellunt.

c Romana Eccleſia caput omnium Eccleſiarum. Idem decernit Stephan. I. & Sixtus III. & alij.

Item data epiſt. ad Benedictum Epiſcopum hæc inter alia de Primatu Eccleſię Romanæ habet: *Nulli verò dubium eſt, quod Apoſtolica Eccleſia mater ſit omnium [c] Eccleſiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et ſicut Dei filius venit ſacere voluntatem Patris, ſic & vos voluntatem veſtræ matris, quæ eſt Eccleſia, cuius caput (vt prædictum eſt) Romana exiſtit Eccleſia.*

Heliogabalus annos natus decem & octo, ob nefandas ſuas turpitudines, ſenatui, populóque Romano, atque militibus redditus execrabilis, occiditur, raptatur, & in Tyberim proiicitur.

Alexander Mammeæ filius, conſpirantibus omnibus militibus, Senatu, populóque Romano, acclamatur Imperator.

Cœmeterium Calixti.

Hoc anno conſtrui fecit Eccleſiam S. Mariæ trans Tyberim, & cœmeterium [d], vbi multi Sacerdotes, & Martyres requieſcunt, quod appellatum eſt Calixti. At ſepultus eſt ipſe in cœmeteriu Calepodij, viâ Aureliâ. *lib. de Rom. Pont.* 226.

De Cœmeteriis.

De cœmeteriis, de quibus in actis Martyrum frequens fit mentio, hîc videtur aliquid dicendũ: plura qui volet, adeat fontem, ipſos Annales. Cogebantur Chriſtiani, ex Romanis legibus, mortuos ſuos extra mœnia ſepelire, quos non vt Gentiles cremabant, ſed vnguentis delibutos condiebant, & in ea loca deferebãt, quæ modò [e] cœmeteria, interdum areæ, tumbæ, ſeu catacumbæ, vel cryptæ arenariæ, ex natura loci, nomine comparato, dici conſueuerunt: ſed cœmeteria vſitatius, quod fides doceret, Chriſtianos non mori, ſed rurſus excitandos, interea in Domino obdormire. Quæ conſuetudo ſepeliendi mortuos in cryptis ſumpta videtur ab Hebræis, de quibus, præter loca Scripturæ, habemus recentius exemplum apud Epiphanium *hæreſ. 30. Abducunt miſerum adoleſcentem*, inquit, *poſt occaſum Solis, in propinquas tumbas, ſepulchra autem ſic appellantur, ſpelunca videlicet in petris effoſſa, ac conſtructa.*

Cœmeteriorũ numerus.

Quadraginta tria huiuſmodi cœmeteria in tabulis Vaticanis recenſentur. Nam præter duo cœmeteria [f] Caliſti, & Calepodij, illud fuit cum primis nobiliſſimum poſitum in Vaticano, in quo S. Petri, & aliorum plurimorum ſummorũ Pontificũ corpora condita ſunt: aliud Oſtrianum viâ Salaria, in quo idem S. Petrus dicitur baptizaſſe, cuius mentio eſt in Actis Liberij Papæ. Quorum ad Nymphas viâ

ANNO DOM.

Numentana in prædio Seueræ, ſeptimò ab vrbe lapide. Sextum Soterio nominatum, non longè à cœmeterio Calixti, iuxta quod ſitum erat cœmeterium Zepherini: Octauum Prætextati viâ Appiâ: Nonum Pontiani: Ciriacæ matronæ decimum in agro Verano: Vndecimum Lucinæ viâ Aureliâ: Duodecimum Aptoniani, viâ Latinâ: Decimum tertium Felicis Papæ viâ Aureliâ, ſecundo ab vrbe lapide: Decimum quartum Priſcillæ, viâ Salariâ, tertio ab vrbe lapide, iuxta cryptam S. Creſcentionis: Quintumdecimum Timothæi, viâ Oſtienſi, in loco, vbi nunc eſt Baſilica S. Pauli: 16. Nouellæ dictum, viâ Salariâ: 17. S Ballinæ inter viam Appiam, & Ardeatinam, idémque nominatum Marci Papæ. Inſuper cœmeterium Iulij viâ Flaminiâ, aliud eiuſdem nominis viâ Aureliâ: rurſus aliud quoque eiuſdem nominis viâ Portuenſi, quod numeratur: 20. rurſus cœmeterium Damaſi, inter viam Ardeatinam, & Appiam: 22. verò quod dicebatur Anaſtaſij Papæ, tempore pacis intra vrbem in Exquilino factum: 23. Hermetis: aliud Nicomediæ, viâ Ardeatinâ: 25. S. Agnetis viâ Nomentana: 26. S. Felicitatis viâ Salariâ: 27. dictum Iudanorum: 28. Heræi: 29. Sanctorum Felicis, & Adaneti: 30. verò Tiburtij, & Valeriani: 31. Sanctorum Petri, & Marcellini viâ Lauicanâ: 32. Marci, & Marcelliani: quod ſequitur 33. dictum Quarti, & Quinti: itémque illud Sanctæ Agathæ viâ Aureliâ: 35. Cœmeterium Vrſi: & aliud quod dictum eſt Cardianum: 37. autem dictum eſt inter duas lauros: 38. ad Cliuum cucumetis, viâ Salariâ: Cœmeterium verò Thraſonis ad S. Saturninum ponitur 39. 40. verò Cyriacî, via Oſtienſi: 41. Petronillæ: 42. Ianuarij: denique 43. Simplicij, & Seruiliani.

Denique Calixtus vbi ex ordinationibus quinquies per menſem Decembrem actis, Presbyteros ſexdecim, Diaconos quatuor, Epiſcopos octo creaſſet, martyrio coronatus eſt, ac ſepultus, vt dictum eſt, in cœmeterio Calepodij, tertio ab vrbe milliario pridie Idus Octob. ſedit annos quinque (alij ſex) m. 10. d. 10. Vacat tum ſedes dies ſex.

VRBANVS natione Romanus, Patre Pontiano, cùm poſt martyrium Calliſti Sedes ſex diebus vacaſſet, 22. Octob. qui eſt Alex. Imp. III. ei ſubſtituitur. Hic multos ſanctitate vitæ, & doctrinâ ſingulari ad fidem traduxit. Inter hos autem Valerianum virum præſtantiſſimum, Beatæ Cæciliæ ſponſum, & Tiburtium eiuſdem Valeriani fratrem, qui poſtea martyrium conſtanti animo tulêre. Quam conditionem Virgo ipſa ſubiit in domo paternâ, iam antea ſuo rogatu ab Vrbano Deo dicata. Hic Pontifex *in epiſt. decretali ad vniuerſos Epiſcopos* refert, quòd in exordio naſcentis Eccleſiæ, cùm fideles vniuerſi venderent omnia quæ poſſidebant, & pretium eorum ponerent ad pedes Apoſtolorum, tunc videntes Sacerdotes ſummi, & alij, plus vtilitatis poſſe afferre, ſi hæreditates, & agros, quos vēdebant, Eccleſiis traderent, eo quod ex ſumptibus eorū, tam præſentibus, quàm futuris temporibus plurima poſſent miniſtrare fidelibus, quàm ex pretio eorum, cœperunt prædia [a], & agros, quos vendere ſolebant, matricibus tradere, ac de ſumptibus eorum viuere. Ipſæ verò res in ditione ſingularum parœchiarum Epiſcoporum erant, ſunt vſque hodie, & futuris ſemper debent eſſe temporibus.

a *Prædia Eccleſiis traduntur.*

Pontifex autem Vrbanus vbi ex ordinationibus quinquies menſe Decembri habitis, Presbyteros nouem, Diaconos quinque, Epiſcopos nouem creaſſet, martyrio coronatus eſt, & ſepultus in cœmeterio Prætextati viâ Tiburtinâ. Sedit annos ſex (alij quatuor) m. 10. d. 12. Sedes autem dies 30. tum vacat.

230. Hoc anno Origenes ſextam [b] editionem ſacræ Scripturæ Nicopoli apud Actium littus in doliis occultatam, repertam eſſe fatetur, & ſuis quinque iam elaboratis, illam quoque adiunxit. Epiphanius *lib. de menſ.* Euſebius *lib. 6. hiſtor. cap. 12.*

b *Sexta editio Scripturæ.*

Vt autem de variis diuinæ Scripturæ tranſlationibus plenior, ſed breuis cognitio, & ordo temporis [c], quo tales tranſlationes innotuerunt habeatur, ſciendum quòd,

c *Editionum Scripturæ tempora.*

Prima [d] Scripturæ diuinæ interpretatio ex Hebraico fonte in Græcam linguam facta fuit (quidquid aliqui aliter opinati ſint, vt Clem. Alex. *in Strom.* & Euſebius *de præpar. Euangel. lib.* 10. *capite* 1. 2. 3. cùm planè conſtet contrarium

d *Prima ex LXX.*

ex Ioſepho lib. 12.*cap.*2.*Antiq.*ex Phil.2.*de vita Moyſis,& ex Ariſtaa)*à Lxxii. Interpretibus Hebræis,rogante Ptolemęo Philadelpho,& quidem diuino conſilio elaborata,ante aduentum Chriſti, annis 280. vt exactè numero deducto,colligitur ex ſeptuaginta Olympiadibus apud Euſeb.

a 2.*Aquila.*

Secunda ab Aquila Pontico [a], Iudaizante hæretico, ſub Adriano: Hic Aquila Ponticus è Gentili Chriſtianus, ſed ob ſtudium Aſtrologicæ vanitatis, Eccleſiâ eiectus, poſt Iudæus, Scripturam ex Hebræo planè vertit, contrarius editioni Lxx. Epiphan *lib.de ponder.& menſ.*Hieronymus vocat illum hæreticum Iudaizantem, & duas, ait, edidiſſe Scripturæ interpretationes, poſteriorem priore fideliorem, in Zacch.*cap.*3.*&* 4.Quòd verò *infrà cap.*8.ex quorundam opinione ponit, hunc Aquilam ante Chriſti tempora vixiſſe, diſcipulum Achilæ, improbabile eſt.

b 3.*Theodot.*

Tertia fuit [b] Theodotionis primis Commodi annis circiter annum Dom. 184. Hic ex Tatiani hæretici ſectatore, & mox ex Marcionita, tranſiit ad Iudæos, & editionem illam ex Hebræo laborauit, multum Lxxii. Interpretibus conſentaneam, quam Epiphanius, & Athanaſius quartam vocat, quòd quarto loco eſſet in Hexaplis Origenis. Eam Eccleſia, quamuis hominis infidelis, non proſcripſit, quippe quæ Danielem ab eo tranſlatum, vt tradit Hieronymus, *Præfat. in Danielem.* in frequentiorem vſum olim recepit, ea fortè de cauſa, quòd ad conuincendos Iudæos, vt Iudæi, & Chriſtianis infenſi, auctoritatem haberet, vſi ſunt Patres eius interpretatione adhibitâ cenſurâ Origenis.

c 4.*Symmach.*

Quarta à Symmacho [c] Samarita Iudæo, vt Epiph. *de menſur. & ponder.* vel ex Chriſtiano Ebionita, vt Hieronymus *in Apolog. contra Ruffinum*, ſub Seneto, circa annum Domini 203. noua Diuinæ Scripturæ interpretatio edita eſt, in qua, vt Hieronymus dicit, non verbum ex verbo reddidit, ſed ſententias ex ſententiis, & ſenſum ex ſenſu.

d 5.*Inuenta ab Orig.*

Quinta portò Editio [d], inuenta fuit ab Origene in Hiericho, ſub Antonino ad annum Dom.219. vt eſt apud Epiph.*de menſ* & Euſeb. *lib.*5.*cap.*12.

e 6.*Origenis.*

Sexta denique [e] Nicopoli habita apud Actium, medio tempore Alexandri Imperatoris anno Domini 23. vt habet Epiphanius. Origenes enim antea Tetrapla collegerat, nempe in ſingulis paginis, quatuor ordine diſpoſitis columnis, vt prima eſſet editio Lxx. Interpretum, ſecunda Aquilæ, tertia Symmachi, quarta & vltima Theodotionis. Poſtea verò ad Hexapla elaboranda animum adiecit, in quarum ſingulis paginis, ſex eſſent diſtinctæ columnæ, quarum prima contineret textum ipſum Hebraicum, Hebraicè ſcriptum, ſecunda, eundem textum ipſum Hebraicum, ſed Græco charactere exaratum: tertia Aquilæ verſionem: quarta Symmachi: quinta Editionem Lxx. ſexta denique Theodotionis tranſlationem, additis autem ad has, quinta, & ſexta Editionibus, ab Hebræis, ſed piis hominibus, vt putat Hieron. elaboratis, Octapla perfecit. Epiphan.

Quidam ex ordine, & diſpoſitione Origenis, harum Editionum, putarunt, primos Interpretes eſſe Aquilam, & Symmachum ante editionem Lxx. quod non eſt ita; ſed Origenes ſciens Lxx. editionem exactam eſſe, atque ſinceram, ipſam in medio locauit, quo hinc atque hinc poſitas interpretationes redargueret.

f LXX.*Interpretum editio.*

g *Interpretes qui.*

Circa portò [f] editionem Lxx. multa inter veteres auctores quæruntur, & controuertuntur, quæ hîc breuiter tantùm ſunt attingenda. Ac primum qui fuerint hi Lxx. Interpretes [g]? Plerique affirmant ad hoc peculiare opus, delectos fuiſſe ex ſingulis tribubus ſenos, vtriuſque linguæ peritiſſimos: alij putant, ampliſſimum illum Senatum Lxxii. Seniorum à Moyſe primitus Dei conſilio inſtitutum, quorum munus erat de lege, Rege, Sacerdote, atque Propheta decernere, hoc tantum opus, quaſi ex officio, obiiſſe, quam ſuam ſententiam confirmari putant ex Ariſtæa, & Origene, qui frequenter eos vocant Seniores, cuius etiam ſententiæ fuit S. Hilarius *in Pſalm.*2.

h *Quorum librorum interpretes.*

Deinde [h] quorum librorum facta ab illis interpretatio? S. Hieron. aliquando viſus eſt propendere in eam ſententiam, vt Pentateuchum tantùm verterint. Sed longè probabiliùs eſt, vniuerſam vertiſſe, vt ſcribit Iuſtinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, Euſebius. Quo verò [i] modo facta hæc interpretatio? illud certum eſſe videtur, quod omnium conſenſu celebratur, eos ſpatio

i *Quo modo.*

dierum

ANNO DOM. 230.

dierum ſeptuaginta duorum, mitabili conſenſione, diuinas literas apud Pharum Ægypti, ex Hebraico ſermone, in Græcum idioma tranſtuliſſe: vtrum autem ſinguli ſingulis cellulis incluſi, quod magni auctores tradideruot, Iuſt. Iren. Clem. Alex. Cypr. Hieroſ. & alij plures: an bini, & bini, vt Epiphan. prodidir, an potius omnes ſimul inter ſe conferentes, interpretationem illam fecerint, magna quæſtio eſt.

Quo genere [a] vſi interpretationis? alij ex Phil. *lib. 2. de vita Moſ.* putant eos omnia tranſtuliſſe ad verbum. At S. Hieron. *ep. 101. ad Pammachium, de optimo genere interpretandi*, ſæpius teſtatur, eos, non verba verbis, ſed ſententias ſententiis teddidiſſe: Legerat vtique ipſe Ariſtæam, atque Philonem, nec tamen eo ſenſu eorum verba accipienda putauit.

a Quo genere vſi interpretationis.

Cuius verò illa [b] auctoritatis? Summæ. Si quidem Inteтptetes illos, diuino afflatos ſpiritu eam perfeciſſe interpretarionem, & prophetice interdum fuiſſe locutos, conſtanter omnes teſtati ſunt, Ariſtæas, Philo, Ioſephus, Iuſtinus, Irenæus, Euſeb. Clem. Alex. Epiph. Chryſoſt. Cyrill. Tertull. Hilar. Aug. & alij. Quin & B. Hie. qui aliquando iniquior 70. Interptetibus videri poteſt, aliquid ſupra humanas vires, & ſtudium iiſdem tribuir, dum *in præfatione 1. in Paralip.* ſcribit: *Si verſio LXX. integra haberetur, vt ab eis edita fuit, fruſtra ſe laboraturum in Bibliis transferendis*: & *præfat. 2.* dicit, *LXX. Interpretes Spiritu ſancto plenos, quæ vera ſunt tranſtuliſſe*: & *Apologia in Rufinum lib. 2.* affirmat, *ſe nunquam LXX. Interpretibus detrahere voluiſſe.* Hanc interptetationem Iudæi [c] vniuerſi probarunt, eam in Synagogis induxerunt, Philo, & Ioſephus ea vſi ſunt, deniq; oblato ſupplice libello Iuſtiniano Imp. petierunt, eandem, ſicut antea factum fuerat, in ſuis ipſorum ſynagogis legi debere: Apoſtoli eam citarunt, & Eccleſiæ eam legendam tradiderunt. Meritò igirur eadem in Eccleſia, communis eſt habita, quandiu ſincera permanſit.

b Cuius auctoritatis.

c Editio LXX. Iudæis probata.

Poſt verò multæ corruptelæ tandem in eam inuectæ ſunt, negligentiâ, vel maliriâ, aut etiam ignorantiâ aliquorum: quamobrem ea primùm ab Origene, deinde à Luciano Martyre, poſtea ab Heſychio, quartò demom ab Hieronymo fuit multis mendis expurgata. Cùm verò ob triplicem [d] communem Lxx. Editionem, dum ſuam quiſque propriam commendaret, non leues conflarentur ſeditiones: ob eámque cauſam ſæpè veritatem Hebraicam, vel alias à profanis editas, tranſlationes, conſulendi pareret occaſio, his & aliis rationibus permotum ſe fuiſſe dicit S. Hieron. vt Hebraicam quoque Editionem, in Latinum conuerteret.

d Triplex communis editio LXX.

Inter omnes autem veteres Latinas [e] interpretationes 70. Itala nempe Romana, præſtitit cæteris, quòd verborum tenacior eſſet, & fœliciùs exprimeret ſententiæ perſpicuitatem, vt S. Aug. affirmat. Latina Hieronymi poſterior editio ex Hebræo, Eccleſiæ, antiquitatem excolere conſuetæ, initio minus grata fuit, donec paulatim, quænam, qualíſve eſſet, omnium eruditorum ſtudio, & labore perſpecta, atque pia, pura, vera, ſynceráque comperta, magno honore randem, ſummáque laude in Eccleſiam fuit introducta, veteri non exploſa. Eandem S. Aug. multum probauit: nequaquam tamen antiquæ illi Lxx. præferendam putauit.

e Latinæ interpretationes.

Cũ igitur duplex vſurparetur in Eccleſia Romana Editio, Vetus 70. noua Hieronymi (ſic enim eas diſtinguunt Eucherius, & S. Gregorius) accidit poſt Gregorij tempora (quo verò potiſſimùm anno, quóve auctore incertum) vt quoniam duę ſimul vulgatæ Editiones, Vetus, & Noua, diſſenſionum, ac contentionum interdum miniſtrarent occaſionem, & in diuerſa ſtudia fideles ea in re diſtraherentur ab inuicem, dum alij Veterem, & Nouam alij ſequerentur, diuino afflante numine prouiſum eſt, optiméque conſultum, vt ad Eccleſiaſticum communem vſum, vna ex duabus, quæ vſui omnibus eſſet Eccleſiis, conflaretur, quæ communis omnibus, atque Vulgata [f], vno nomine, à cunctis diceretur, exploſa illa Veteris, & Nouæ nomenclatura, quæ res planè euenit ex ſententia. quæ quidem Vulgata Editio cùm conflata fuerit, ex ea Interpretum Lxx. à Hieronymo emendata, & ex illa alteram quam ex Hebræo idem vertit, meritò eſſe Hieronymi dici poſſe videtur. Nec verò ſic paſſim mixta fuit, vt veluti centones, fuerit coagmentata, cùm in ea repetiantur libri integri iuxta Lxx. Editionem poſiti, nempe Pſalmorum, & alij. Porrò Pſalterium [g], quo vtimur in Vulgata, non ex Hebræo, nec ex Hexaplis, ſed ex illa communi, quam diximus, Editione Lxx. ab aliis ſæpius emendata:

f Vulgata.

g Pſalterium quo vtitur Eccleſia, quale.

rurſum verò Vulgata cõtinet Prophetas minores, ſecundùm factam ab Hieronymo ex Hebraico verſionem: ſed & quatuor maiores, paucis tamen exceptis. Librum Iob itidem, prout ab eodem ex Hebraico, & Arabico eſt tranſlatus. Recepta igitur vna communis Editio, magna conſenſione à tota Occidentali Eccleſia, duæ illæ Vetus & Noua, vulgatæ, paulatim negligi cœperunt, & obliterari: atque etiam veterrima illa Editio LXX. vt iam penè extincta [a] videretur: quæ tamen his propè diebus quaſi rediuiua, opera, atque induſtria Antonij Cardinalis Caraſæ Bibliothecarij apparuit, tum Græca, tum Latina. Hactenus de Editionibus veteris Teſtamenti.

a *Editio LXX. tum Græca, tum Latina, reſtituta.*

b *Noui Teſtamenti editio Latina.*

Quoad nouum [b], cùm exemplaria valde eſſent corrupta, & mendis ſcaterent, iuſſu Damaſi, Hieronymus illud emendauit ex Græco, pluribus Latinis Codicibus inter ſe collatis. Quæ emendatio, inquit, *præfatione ad Damaſum in quatuor Euangelia*, ne multum à lectionis Latinæ conſuetudine diſcreparet, ita calamo temperauimus, vt iis tantùm, quæ videbantur ſenſum mutare, correctis, reliqua manere pateremur, vt erant. Sunt qui contendant, Editionem Noui Teſtamenti, non eſſe Hieronymi: plures qui affirment, & eam à calumniis fortiter vindicent. Quòd verò offendantur aliqui rudiore quadam, & impolita eius Editionis dictione, ac propterea Hieronymi eſſe negent, à cuius ſtylo penitus diſcrepet: hoc ipſum probat, eius eſſe, qui cùm non nouam ipſe cuderet, ſed veterem emendaret editionem, illa ipſa verba rudia, ſimplicémque dicendi ſtylum, ne in minimo quidem mutare voluit, vbi verba, atque ſententiæ à Græco, vt ait, non diſſentirent. Et certè non eſt veriſimile, Editionem auctoritate tanti Põtificis, à tanto viro, emendatam, recognitam, probatam, traditam Romanæ Eccleſiæ, totóque ſtatim Occidentali orbe diffuſam, à poſterioribus fuiſſe neglectam, atque reiectam. Hæc eadem Editio ex decreto ſacroſancti Concilij Trid. ad veteres Codices emendata, opera Cardinalis Carafæ, & aliorum doctiſſimorum hominũ, iuſſu Sixti V. Pont. tandem proximis annis prodiit. Vide infra in Concilio Trident. anno 1545. verſus finem. Atque hæc de Diuinæ Scripturæ editionibus, occaſione Hexaplorum Origenis, ſub vnum aſpectum ſubiicere, opportunum iudicauimus, licèt pleraque minus ad hæc tempora pertinerent.

c *Scriptura ſacra ex traditione habetur.*

Quibus adiungimus nos, Scripturas ſacras ex traditione [c] haberi. Serapion enim VIII. Epiſcopus à S. Petro Antiochiæ, teſte Euſebio *l. 6. c. 9.* ſuppoſititia quædam Euangelia propterea reiecit, *quia*, aiebat, *talia non ſunt nobis tradita*. Et Iren. *l. 3. c. 1.* Tertull. *4. aduerſ. Marcio. c. 5.* Clem. *6. Hypotypoſ.* Athan. *in Synopſi.* Euſeb. *contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum*, ait, *Eccleſia à finibus terræ, vſque ad fines, diuinarum Scripturarum teſtimonia ex non ſcripta [d] traditione obſignat.* & *l. 3. c 24.* elegantiſſimè. Et cùm alij libros canonicos reiicerent, alij lacerarẽt; canonem attexuerunt, S. Innocentius *ep. ad Exuperium Tholoſ.* Concil. Carthag. *cap. 47.* Aug. *de doctr. Chr. cap. 2.* idem ſic dicit: *Nouum, & vetus Teſtamentum recipimus, in illo librorum numero, quem ſancta Eccleſiæ Catholicæ tradit auctoritas. ſerm. 191. de temp. lib. 11. cont. Fauſtum cap. 2.* docet, ſacros libros haberi ex Eccleſiæ auctoritate firmatæ: *Ab ipſis fundatiſſimis Sedibus Apoſtolorum, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione.* & hoc ipſum frequentiſſimè reperit in iiſdem libris contra Fauſtum.

d *Scripturæ ſacræ ſenſus ex Eccleſiaſtica regula habendus. Clem. Alex. 6. Strom. & idem habet in 7. Idem habet S. Irenæus l. 4. c. 63.*

e *Origenes an fuerit hæreticus.*

Magna per hoc tempus concitata eſt tempeſtas aduerſus [e] Origenem, de qua 232.
idem *in præfatione ſexti Commentarij in Io.* non quidem ratione abſciſſionis, aut ordinationis, nam hæc antea præceſſerant; ſed quòd vulgata ab eo ſcripta, vel (vt ipſe excuſabat) eius nomine edita, multis hæreſibus abundarent, quo nomine à Demetrio Alexandriæ Epiſcopo fuit excommunicatione damnatus, & probata contra eum ſententia, à cæteris quoque Eccleſiis rata habita: cuius rei gratia mox Origenes, pro ſui defenſione litteras ad vniuerſam Eccleſiam ſcripſit, amaritudine plenas. Et cùm neget eos à ſe dictos, vel ſcriptos errores, hæreticus dici non potuit: ſatis enim ea improbauit, dum conſtanter ſua eſſe negauit. Sed in eo minus videtur excuſatione dignus, quòd cùm ſciret, tam multa ſua ab omnibus impugnari, nullum tamen ediderit retractationum Commentarium, cùm ſibi ſatis ſuperfuerit otij, & temporis, vt ad Catholicæ fidei normam ea attemperaret.

f *S. Cæcilia geſta.*

Hoc eodem anno, cùm à Cæcilia [f] clariſſimâ Virgine, eius ſponſus Valerianus

admoni

Anno Dom.

admonitus, ab Vrbano Pont. baptizatus, Angelico eſt factus dignus aſpectu, ſimúlque Tiburtius eius germanus, ab eadem ad Chriſtum conuerſus, & ab eodem Pont. baptizatus eſt: qui iubente Turcio Almachio, Vrbanam Præturam adminiſtrante, tenti ſunt; additúſque his Maximus, cubiculi Imp. præfectus: hi tres ob Chriſti nominis confeſſionem gladio cæſi, nobilis martyrij coronam adepti ſunt. Tertia poſt hos Cæcilia, perſtánſque in fidei confeſſione, diſtributis per vnum Papam, reliquis ſubſtantiis in pauperes, & rogãs, vt domum ſuam Eccleſiam conſecraret, cùm nec balnei calore, ad eam extinguendam parati, læſa eſſet, nec tripliciſpiculatoris ictu, obtruncata; triduo poſt, animam ſuam Domino [a] commendans, martyrium conſummauit: quam idem Vrbanus Papa ſepeliuit in Cæmeterio Calixti, vbi & Valerianum cum aliis antea ſepelierat. *a Cæciliæ Virginis Martyrium.*

Quòd porrò de eadem S. Cæcilia legitur, conſueuiſſe Euangelium Chriſti [b] geſtare in pectore, ab aliis quoque ſactitatum inuenitur: & ſi fides præſtatur S. Andreæ actis, etiam Apoſtolorum temporibus id vſurpatum apparet. Sancta, piáque maiorum fuit conſuetudo: niſi aliqua accedente ſuperſtitione labefactaretur. Eius meminit S. Ioannes Chryſoſt *hom. 73. in Matth.* dicens: *Multæ mulierum modò faciunt, Euangelia ex collo appendentes.* *b Cæcilia Virgo Euangelium geſtabat in pectore, quod etiã à tempore Apoſtolorum factitatum eſſe conſtat.*

233. Inter alia verò Vrbanus Papa fecit miniſteria [c] ſacra omnia argentea, & patenas argenteas viginti quinque appoſuit. *lib. de Rom. Pont.* & cùm reſoderetur crypta illa, qua fideles ſacra agentes, occluſi fuerant, inuenta ſunt in ea, multa ſacra miniſterialia vaſa, ex argento confecta. *Gregor. Turon. de glor. Mart. c. 38.* *c Miniſteria ſacra argentea.*

Et quia in epiſtola ſua decretali hic Pontifex dicit: Omnes fideles per manus impoſitionem Epiſcoporum Spiritum ſanctum poſt baptiſmum accipere debent: aliqui affirmare audent, ab Vrbano ſacramentũ [d] Confirmationis inſtitutum eſſe; ideò eos grauiter errare, breuiter ſic oſtendimus, quia Apoſtoli in Actis *cap.* 8. *&* 19. dicuntur, ſuper baptizatos manus impoſuiſſe, vt Spiritum ſanctum acciperent, vnde ſacramentum Confirmationis adminiſtrarunt. Accedit, quòd Tertullianus Vrbano antiquior, Confirmationis pluribus in locis meminit vt in lib. de reſur. car. & lib. de bapt. ait: Deinde manus imponitur, per benedictionem aduocans, & inuitans Spiritum ſanctum. *d Confirmationis ſacramentum ab Vrbano Papa eſſe inſtitutum, hæreticè ab aliquibus aſſeritur, cùm à Chriſto Domino ſit inſtitutum, & ab Apoſtolis frequenter adminiſtratum.*

De hoc Sacramento S. Dion. Areop. Apoſtolorum temporibus æqualis *c. 2. par. 2. Eccleſ. Hier.* & *cap. 4. par. 3.* Duo Clemẽtes, alter Romanus in ſuis Apoſtol. Conſt. libris, alter Alex. Iuſtinus Martyr, aliíque plures de hoc ſacratiſſimo Sacramento ſcripſerunt longè antè Vrbani Pont. tempora. Quomodo ergo ſigillum Domini, & ſacratum hoc vnguentum ab Vrbano inſtitutum eſſe potuit, quod prædictorum teſtimonio à Chriſto inſtitutum eſt? *Vide Bellar. lib. 2. de Confirm. cap. 5. & 6. & 4. de Rom. Pont. cap. 8.*

Pontianvs natione Romanus, patre Calphurnio poſt interregnum 30. dierum 8. Cal. Iul. Vrbano Papæ ſuccedit. Hic Pontifex, inſtigantibus ſacrificulis idolorum, mandato Principis ab Vrbe Roma in Sardiniam inſulam cum Philippo presbytero deportatur, eo potiſſimum tempore, quo Origenes Germanum presbyterum Antiochenum, & Beryllum Arabiæ Epiſcopum ab hæreſi ad veritatem reduxit. Negabat Beryllus Chriſtum ante incarnationem fuiſſe. Pontianus, verò multas calamitates, & grauia tormenta pro fide Chriſti in Sardinia paſſus tandem moritur. Cuius corpus poſtea à Fabiano Pontifice Romam cum magnâ veneratione, ac totius Cleri ſupplicationibus reportatum eſt, ac ſepultum viâ Appiâ in Cœmeterio Calixti. Hic autem ex ſacris ordinibus bis menſe Decembri habitis, ſex presbyteros, diaconos quinque, Epiſcopos ſex creauit. Vixit autem in Pontificatu annis quinque, alij nouem, m. 5. d. 2. Vacat tum ſedes à martyrio eius dies decem.

Persecutio [e] Qvinta Maximini. *e Perſecutio 5.*

273. Alexander in expeditione Germanica, Maximini dolo, vnà cum Mammea matre, apud Maguntiam occiditur.

Maximinus [f] propter grauem inuidiam, qua contra Alexandri Imperatoris familiam, in qua complures fideles, & Chriſtiani verſabantur, flagrabat acerbam *f Maximinus Imp. acclamatur.*

perſecu

Anno Dom.

perſecutionis tempeſtatem concitauit, iuſſitque ſolos Eccleſiarum præſides, tanquam auctores doctrinæ Euangelicæ, neci dari. *Euſeb. lib. 6. cap. 21.*

ANTHERVS natione Græcus, patre Romulo, poſtquã Sedes 13. diebus vacaſſet, 3. Decembris Pontifex creatur Maximino imperante. Statuit, vt res geſtæ Martyrum diligenter exquiſitæ, à Notariis ſcriberentur: conſcriptas tecondi in ærario Eccleſiæ mandauit, ne vnà cum vita bene agentium memoria aboleretur. 238.

a Epiſcopum an liceat de vna ciuitate tranſire in aliam.

Hic Pontifex rogatus ab Epiſcopis Bethicæ, & Toletanæ Prouinciæ, ſi liceret [a] mutari Epiſcopum de vna ciuitate in aliam; reſpondit, licere quidem communi vtilitate, aut neceſſitate fieri, ſed non libitu cuiuſquam, aut dominatione. Vt Petrus Apoſtolorum Princeps de Antiochia tranſlatus eſt Romam, & alij quidam Apoſtolica auctoritate mutati ſunt. Sed auaritiæ, vel præſumptionis, aut propriæ vtilitatis, & voluntatis cauſa, non ſunt mutandi. At verò vno tantùm Epiſcopo creato, martyrium ſubiens Antherus, in Cœmeterio Calixti via Appia ſepelitur tertio Nonas Ianuarij. Sedit annum vnum, m. 1. d. 12. Alij dicũt, quòd ſedit annos vndecim. Vacat tum Sedes d. 13.

FABIANVS natione Romanus ex patre Fabio poſt interregnum tredecim dierum, 16 Ianuarij, à Gordiano, & Philippo vſque ad Decium Imper. peruenit.

b Fabianus per columbã Pontifex diuinitus deſignatur.

Hic Pontifex creatur non ſine particulari Dei inſtinctu, & viſibili ſigno: dum enim Electores de ſucceſſore deligendo agerent, derepente [b] Columba è ſublimi euolans, quæ ſimilitudinem Spiritus ſancti ſuper Saluatorem in ſpecie columbæ deſcendentis repræſentare videbatur, eius capiti inſediſſe memorãt: ac propterea populum vniuerſum, pariter vno ſancti Spiritus inſtinctu commotum, magna cum alacritate, & vno animorum conſenſu illum tali dignitatis gradu dignum acclamaſſe, & abſque mora arreptum illum in Sede Pontificia collocaſſe. Multa fecit: ſeptem Notariis regiones diuiſit, qui à Notariis Martyrum res geſtas colligerent ad cæterorum exemplum, qui Chriſti fidem profitebantur. Statuit, vt ſingulis quibúſque annis in cœna Domini, vetere combuſto, chriſma [c] renouaretur, qui ſic aiebat, S. Romana Eccleſia, & Antiochena à tempore Apoſtolorum cuſtodit. Hæc Hieroſolymorum & Epheſianorum tenet. In quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incendi, & non amplius, quàm vno anno vti permiſerunt. Priuatum hæreticum, à Concilio Africano condemnatum, ipſe etiam Donatus Carthag. Epiſcopus Eccleſiaſtica cõmunione priuauit. Philippum Imp. à Pontio martyre Chriſti fide imbutum Eccleſiam in profeſto Paſchę ingredi, eiúſq; participem eſſe volentem, non prius admiſit, quàm peccatorum ſuorum confeſſionem, & exomologeſim prius edidiſſet, próque iis debitam pœnitentiam perſoluiſſet. Demum martyrio coronatur, vbi ex quinque ordinationibus menſe Decembri habitis, presbyteros duos & viginti, Diaconos ſeptem, Epiſcopos vndecim creaſſet. Sepultus eſt autem in cœmeterio Calixti viâ Appiâ 14. Cal. Febr. Sedit annos 14.

c Chriſma renouatur annuatim ex trad. Apoſt.

Maximinus Imp. ex Germania in Italiam veniens, Aquileiam munitiſſimam vrbem expugnare fruſtra conatur. Milites fatigati, & pertæſi ſæuitia Maximini, eum cum filio obtruncant, & càpita Romam mittunt.

Extincto Maximino, Maximus Pupienus, & Cælius Balbinus, liberas Imperij capeſſunt habenas: ſed ægrè ferentes milites, parere à Senatu iuſſis Impp. ambos, Agonalibus ludis Capitolinis, occidunt. Occiſis Maximo & Balbino, milites è veſtigio Gordianum Cæſarem acclamant Auguſtum annum agentem 16.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

d Concilium Labeſitanũ.

LABESITANVM [d] in Africa nonaginta Epiſcoporum, aduerſus Priuatum hæreticum, quem omnium ſententia damnatum, Fabianus quoque Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & Donatus Carthaginenſis, Eccleſiaſticâ communione priuatunt. Cypr. *ad Cornel. ep. 55.*

e Concilium Philadelphicum.

Synodus PHILADELPHICA [e] in Arabia, aduerſus errores Berylli Boſtrorum Epiſcopi, aſſerentis Chriſtum non habuiſſe ex ſe Diuinitatem, ſed ſolam Patris in eo extitiſſe: qui confutatus à Synodo, & maximè ab Origene, reſipuit. Euſeb. *lib. 6. c. 26.*

Gordianus Imp. à Philippo collega occiditur. Imperauit annis ſex. Philippus Imperij habenas ſolus accipit.

Philip

ANNO DOM.

Philippus Imp. Romam reuertitur.

247. 248. Hoc anno Heraclas, Alexandrinus Epiſcopus, vndecimo, vel potius quartodecimo ſuæ Sedis anno moritur, qui fauit Origeni. Succedit Dionyſius, qui & ipſe fuerat Origenis diſcipulus. Hic maiorem veritatis, quàm amicitiæ habens rationem, ipſum Origenem, qui ſcripta ſua multis erroribus aſperſa, euulgarat, cœpit acriter impugnare, & in multis hæreſeos accuſare. At Origenes ex hac [a] occaſione, rectæ ſuæ fidei profeſſionem, primò ad Fabianum Rom. Pont. tanquam ad totius Catholicæ Eccleſiæ Præſulem, mox ad alios miſit Epiſcopos. Hęc ferè ex Euſeb. *lib.6.c.8.& 29.* Quòd verò compertum eſt, Origenem, his Philippi Imp. temporibus, Romam iuiſſe [b], par eſt credere, eum à Fabiano, in re tanta ad dicendam cauſam euocatum, vel quòd ſuę fidei confeſſio, recepta nō eſſet; Romam ad eum, ſe purgaturum acceſſiſſe. De hoc eius aduentu Romam, nihil prorſus Euſebius. at veniſſe ipſum Romam his temporibus, cùm Plotinus Romæ doceret, Porphyrius, qui aderat, in vita Plotini perſpicuè demonſtrat. Cæterùm non diutiùs Romæ moratus eſſe videtur Origenes, qui ad Orientem regreſſus, aduerſus obortas hæreſes in Arabia, vnà cum [c] Orrhodoxis Epiſcopis certamen iniit.

a Origenes ſuam fidei cõfeſſionẽ ad Papam mittit.

b Origenes Romã pergit.

c Orig. cum orthodoxis Epiſcopis hæreticos confutat.

249. Hoc anno habetur Concilium [d] in ARABIA aduerſus quoſdam aſſerentes, hominum animas vnà cum corporibus, vno eodémque momento temporis interire, & penitus extingui: at demùm tempore reſurrectionis vniuerſæ carnis, cum eiſdem vitam denuò recuperaturas. Inuitatus Origenes, & partes veritatis ſuſcipiens, aberrantes ad rectam fidem traduxit. *Euſeb. lib.6.c.30.*

d Concilium Arabicum.

Per hæc tempora inſtauratur hæreſis [e] Helceſitarum, nuper oborta, Euſeb. ex Origene *lib.6.c.31.* Hi docebant, licere fidem ſolo ore negare: epiſtolas Pauli non recipiendas: Chriſtum eſſe creaturam, & alia impia. In Arabia quoque exoritur hæreſis [f] Valeſiorum, à Valeſio Arabo diffamata, quæ & Eunuchorum dicta eſt, eo quòd omnes pariter caſtrarentur. Hi verò, Origenis exemplo, talia ſe rectè facere exiſtimaſſe putantur, Euangelium ſecundùm litteræ corticem intelligentes. Epiphan. *hæreſ.19 & 53.* Aug. *cap.52.*

e Hæreſis Helceſitarum.

f Hæreſis Valeſiorum.

250. Hoc anno Cæcilius Cyprianus [g], defuncto Donato Epiſcopo Carthagin. ſummo tum Cleri, tum populi totius conſenſu, vno tantùm aduerſante Feliciſſimo presbytero, eiuſdem Sedis Epiſcopus eligitur. Fuiſſe Cyprianum genere illuſtrem, potentiâ clarum, ſuæque Ciuitatis Senatorem, ampliſſimam, primariámque eius ordinis obtinuiſſe dignitatem, atque diſciplinis Philoſophicis, inſigniter ornatum, & eloquentiſſimum, teſtatur S. Gregor. Nazian. *orat. qua eum laudat.* Cæcilius presbyter eum ad fidem perduxit, à quo & grati animi ſignificatione nomen accepit, vt diceretur, Cæcilius Cyprianus.

g Cyprianus floret.

PERSECVTIO [h] SEXTA DECII.

h Perſecutio Decij 6.

253. Viuente adhuc Philippo, Decius poſt Macrinum qui citò ſublatus eſt, ab exercitu Illyricorum, Imperator eſt acclamatus. Qui continuò cùm inuaſiſſet Imperium, ob quod ſe etiam Philippos interfeciſſe docuit, ad perſequendos, interficiendóſque Chriſtianos, ſeptimus, poſt Neronem, feralia ſparſit edicta, plurimóſque Sãctorum ad coronas Chriſti, de ſuis cruciatibus miſit. Euſeb. *lib.6.c.32.* Oroſ. *lib.7.c.21.* Fuiſſe autem à Deo permiſſam talem perſecutionem ob corruptam Chriſtianam diſciplinam, luculenter B. Cyprianus, oculatus teſtis, *libro de lapſis* ſic diſſerit. *Tormenta* [i] *venerunt, & tormenta ſine fine tortoris, ſine exitu damnationis, ſine ſolatio mortis: tormenta, qua ad coronam non facilè dimittant, ſed tamdiu torqueant, quamdiu deficiant: niſi ſi aliquis Diuina dignatione ſubtractus, inter ipſa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam, non termino ſupplicij, ſed velocitate moriendi.* Dion. Alex. ad Fabium Antiochenum apud Euſebium *lib.6. c.34.* & Gregor. Nyſſenus in Thaumaturgo. *Neque* [k] *aliud tum publicum*, inquit, *aut priuatum quidquam agebatur, aut nullum ponebatur ſtudium ab his, qui tractabant publica, quàm vt obſiderent, & punirent eos, qui fidem ſequebantur. Erant autem non ſolùm mina verborum terribiles, ſed cum iis varius apparatus ſuppliciorum, nullum non afferebant ſtuporem: & antequam veniretur ad periculum, metum incutiebant hominibus. Enſes, & ignes, & beſtia, & foſſa, & inſtrumenta ad torquendum membra accommodata, & ferrea in igne cathedra, & ligna erecta,*

i Cypriani diſcurſus de varus tormentorum generibus tempore perſecutionis.

k Gregorius Nyſſenus varia tormentorum genera huius temporis luculentiſſimè deſcribit.

in quibus

in quibus eorum extenſa, qui perſiſtebant, corpora porrectis, horrendis laniabantur vngulis,& alia innumerabilia,ad multiplices corporum cruciatus,inuenta, ab eis excogitabantur: vnúmque ſtudium erat iis,qui hanc habebant poteſtatem, vt nullus eo poſſet oſtendi ſcelere ſuperior. Alij quidem deferebant:alij verò indicabant: alij verò ſcrutabantur eos, qui erant abſconſi:alij inuadebant eos,qui fugiebant:alij autem iniectis oculis in facultates fidelium,vt rebus eorum potirentur,prætextu pietatis, & religionis,eos, qui fidem amplectebantur,exagitabant. huc vſque Gregorius. ANNO DOM.

Attociras autem Perſecutionis,in Romanam Eccleſiam, ſatis ex eo colligitur, quòd occiſo Sancto Fabiano, aliiſque presbyteris in carcerem concluſis, vel diſperſis,ne per annum quidem (quod nunquam aliàs accidiſſet) valuit ei ſubrogari ſucceſſor, licèt cauſæ grauiſſimæ intercederent, quibus conſultandis opus eſſet Epiſcopo. Pauci autem ex Clero Romano [a], magno modeſtiæ exemplo, ab electione Rom.Pont.abſtinuerunt. *Poſt exceſſum nobiliſſimæ memoriæ Fabiani* (ſcribit Clerus Romanus ad Cyprianum ep. 31.) *nondum eſt epiſcopus propter rerum, & temporum difficultates,conſtitutus,qui iſta omnia moderetur.*

a *Cleri Romani laudabilis modeſtia.*

S.Fabianus Papa, initio perſecutionis martyrio coronatur 20. Ianuarij. Vacat Sedes vno anno, & vltra.

Hoc anno Clerus [b] Romanus, probè ſciens,ex antiquiori conſuetudine, ſublato viſibili vniuerſalis Eccleſiæ capite,ſuarum eſſe partium (quippe qui vt propinquiora membra,capiti inhærent) Catholicæ Eccleſiæ vbique locorum poſitæ, proſpicere, atque conſulere, in iis, quæ licerent, ipſius capitis munera expleuerunt.

b *Clerus Rom. vacante Sede,Capitis munera explet.*

Quæ autem hoc anno vacantis Sedis, ab eo in vnum collecto, erga cæteras, in orbe Rom.poſitas Eccleſias,acta ſunt,licèt non appareant;ex his tamen quæ geſta ſunt in Eccleſia Africana, ex eiuſdem Cleri,ac Cypriani Carthagin. Epiſcopi litteris,vltro citróque datis,ac redditis, quid cum principalioribus cæteris Eccleſiis actum ſit,facilè poſſumus intelligere.In hoc ergo Concilio Clerus Rom.determinat,vt in articulo mortis conſtituti, præuia confeſſione & pœnitentia recipiantur: aliorum verò cauſa, & reconciliatio ad electionẽ noui Romani Pontificis ſuſpendatur.Cypr. *ep.52.ad Antonianum.* Quæ autem Romæ in hac ſunt Synodo de lapſis coërcendis,vel recipiendis, decreta, eadem vniuerſæ Eccleſiæ Catholicæ ſeruanda præſcripta, ad ſingulas toto Orbe diffuſas Eccleſias, miſſa ſunt, vt conſtat *ex citata ep.* Tantam enim in Sede Petri ineſſe auctoritatem omnes intelligebant, vt vniuerſus,longè,latéque diffuſus Catholicus Orbis, ſibi ſeruandum eſſe indubitanter haberet quod ſciret à Petri Cathedra dimanare.

Hoc anno Paulus [c] Anachoretarum poſtea Princeps, puer ſecedit in deſertum.

c *Paulus primus Anachoreta.*

CORNELIVS ciuis Romanus, patre Caſtino, poſt Paſcha, menſe nimirum 254.
Aprili,vel ſaltem eo tempore,quod intermedium eſt inter Paſcha, & initiũ Maij, Decio Imp.adhuc viuente,in Sede Pontificia, poſtquàm à martyrio Fabiani vltra annum vacaſſet,Deo volente,Clero,& plebe approbante,ſubſtituitur.

Hic inſtantibus hæreticis, Centumcellas in exilium mittitur. Sed priùs inſtãte Lucinâ matronâ ſanctiſſimâ, corpora SS.Petri,& Pauli è Catacumbis, vbi minus tuta eſſe videbantur, noctu leuant. Et quia Decius intellexit, Cornelium à Cypriano litteras accepiſſe,eum è Centumcellis Romam perduci iubet, quem ita in Telluris templo,aſtante Vrbis Præfecto alloquitur:*Sic*, inquit, *obſtinatè vitam ducere inſtituiſti,vt neque Deos cures, neque præcepta, vel minas principum timeas, & contra Rempublicam litteras accipias,ac mittas?*Huic Cornelius:*De laudibus Chriſti,de ratione redimendarum animarum, non de imminutione Imperij litteras accepi,& reddidi.* Tum Decius iratus,ſanctiſſimum virum plumbatis cædi, atque ad Templũ Martis duci iubet,vt ſimulachrum eius adoraret. Id ſi facere abnueret, capitali pœna afficeretur:Vir autem ſanctus,dum ad ſupplicium duceretur,omnia bona ſua Stephano Archidiacono commiſit:& deinde tertio Nonas Maij obtruncatur. Cuius corpus B. Lucina vnà cum quibuſdam Clericis noctu ſepeliuit in arenario prædij ſui viâ Appiâ,non longè à Cœmeterio Calixti. Cornelius autem menſe Decembri ſacrorum initiandorum poteſtatem bis fecit, vnde presbyteros quatuor, diaconos quatuor,Epiſcopos ſeptem creauit:Sedit annis duobus, m. 2. d. 3. Alij,non

vltra

ANNO DOM. 254. vltra annum, m. 5. & d. 14. ipſúmque non ſub Decio, ſed ſub Gallo, & Voluſiano Impp. 14. Sept. an. 255. martyrium ſubiiſſe aſſeuerant. Sedes autem diebus 35. tum vacat.

SCHISMA [a] PRIMVM. a Schiſma I.

Tempore Cornelij Papæ factum eſt primum ſchiſma in Eccleſia Romana, quod quidem primùm in Africa contra Cyprianum Nouatus: deinde Romæ eiuſdem Nouati ſuggeſtione Nouatianus presbyter, contra ſe, à quibuſdam diſcolis Antipapa creatus, inuexerat, eóque Eccleſiam vniuerſam diſcindere conatus eſt.

Occaſio fuit, lapſorum ad Eccleſiam ſuſceptio. Cùm enim Cyprianus non facilè admittendos exiſtimaret, Cornelius autem Romanus non ſe difficilem in ſuſcipiendis exhiberet; Nouatus in Africa, ſuſcipiendos quidem omninò, neque tam difficultet; Nouatianus autem Romæ, nulla ratione ſuſcipiendos, variata ſententia aſſerebat.

Habitis in ea cauſa, Patrum cœtibus, Conciliiſque, etſi hæteſes, non ius Nouatiani fouere ſatis apparebat; adhuc tamen non dabatur iuri locus, adhuc ambitionis æſtus vigebat, adhuc inter Cornelij, ac Nouatiani aſſeclas æſtuabat diſſidium. Fuêre propterea, qui per Nuncios, Legatóſque Romam miſſos, concordiam meditarentur. Id Cyprianus magnâ per totam Africam auctoritate per Caldorium, & Fortunatum Epiſcopos nequicquam cùm pertentaſſet, librum de vnitate Eccleſiæ edit, quo cunctos ad concordiam hortando, multis edocet, vnum eſſe Chriſtianæ Reipublicæ corpus, atque vnius animo regendum. Vni Petro regimen diuinitùs datum: cæteros Antiſtites, Præſuléſque in partem curarum adſcitos, eiuſdem iuſſa expectare debere. Proinde enitendum, vt ſeditionis auctoribus ſublatis, vnum Ducem, atque Paſtorem ſibi præponant: eum non alium, niſi Cornelium, qui non per ſeditionem, aut turbas; ſed vocatus, electúſque Petri obtinuerit Sedem iure ſibi videri.

Cùm multa Cyprianus in hanc ſententiam fauenda oratione edidiſſet, dolo, ac fraude detecta, ingentem multitudinem à Nouatiano demouit, ac Cornelio addixit: mens enim, nō voluntas ſub dolo vnius viri ingenio ad errorem prolapſa erat. Supplices ad eiuſdem pedes proiecti, veniam orant, vt parentem Pontificémque venerantur. Extat apud Cyprianum certa verborum formula, quę in publico fidelium cœtu ſententiam animi ſui declarantes, in Eccleſiæ gremium admiſſi fuêre. Quæ quoniam plurimùm momenti haud dubio obtinet ad detegēdam, quæ perniciosè nuper noſtrorum Patrum memoria inſurrexêre per varias Prouincias hæreſes, ex præcipuè, quæ contra Eccleſiæ vnitatem, ac Romani Pontificis auctoritatem, inclytum, ac religione inſigne Angliæ Regnum, miſerum in modum infecêre, hoc loco referre, non abs re fore duxi Ita etenim antiquo, ac vetuſto teſtimonio clarum, compertúmque fiet, non iure Angliæ Reges dum ſingulis Regibus, Principibúſque liberum, atque independens in ſuis cuique Regnis circa Relligionem ius tribuunt, Eccleſiam in tot capita, quot Principes, Regéſque ſint, diuidere; his planè verbis ſchiſma deteſtantes, Pontifici ſe addixêre:

Nos Cornelium Epiſcopum Catholicæ Eccleſiæ electum à Deo omnipotente, & Chriſto Domino ſcimus: nos errorem noſtrum confitemur: nos impoſturam paſſi ſumus, perfidia, & loquacitate captioſa: nam etſi videbamur quaſi quandam communicationem cum ſchiſmatico, & hæretico homine habuiſſe, ſincera tamen mens noſtra, ſemper in Eccleſia fuit: nec enim ignoramus, vnum Deum eſſe, vnum Chriſtum eſſe Dominum, quem confeſſi ſumus: vnum ſpiritum ſanctum, vnum Epiſcopum in Catholica Eccleſiā eſſe debere. Cypr. *ep.* 46.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt Concilia.

CARTHAGINENSE à Cypriano habitum eſt, de lapſis [b], peracta pœnitentia admittendis, de quo ipſe *epiſt. ad Antonianum, 52. & 56. ad Fidum, & alibi.* In illo auditus eſt Feliciſſimus ſchiſmaticus cum ſequacibus quinque presbyteris, & cum illis tertiò eſt excommunicatus. Cypr. *ep. 42. & 55. & 67. ad finem.* b Carthaginenſe concilium in cauſa lapſorum.

ROMANVM ab ipſomet [c] Cornelio, in eadem cauſa de lapſis, in quo ſtatuta, in Africano Cypriani Concilio, confirmata ſunt, & ſtatutum, vt ſacerdotes pœnitentes ad laicam tantùm communionem admitterentur. Cyprian *ep. 52. ad Anton.* c Romanum Concilium ad idem.

& 68. *ad Hiſpanos.* quo modo vnum de Epiſcopis, qui Nouatianum in ſchiſmate conſecrarant, admiſſum, ſcribit Cornelius ad Fabium Antiochenum. Eſt autem laica communio, vt ſacramentum ſub vnica tantùm ſpecie ſumatur.

Hoc eodem anno 254. in Sicilia, præclariſſimum martyrium ſubiit Agatha, celeberrima inter Martyres.

... ; citus.

Decius [a] Imperator, anno 2. Imperij, per tres menſes inchoato, aduerſus Gothos bellum gerens, cum filio extinguitur. Euſeb. *in hiſt. l. 7. c. 1.*

... Gallus & Voluſianus ...

C. Vibius Trebonianus, Gallus [b], Galliarum limitanei exercitus in Mœſia Dux, cuius proditione Decius fuerat profligatus, inuadit Imperium, filiúmque Voluſianum poſtea ſibi aſciſcens, Auguſtum creat. Euſeb. *lib. 7. c. 1.*

... Concilium Romanum ...

Concilium ROMÆ [c] habetur (MAXIMVM appellat Euſebius) 60. Epiſcoporum, totidem & amplius presbyterorum, & Diaconorum, in quo Nouatianus hæreticus, & ſequaces damnati ſunt. In hoc ergo Concilio, lapſos recipiendos, ſed non abſque pœnitentia, decernitur. Euſeb. *lib. 6. c. 35.* 255.

d Nouatianus ſchiſmaticus, hæreſim profitetur.

Sciendum autem quòd Nouatianus [d] ad ſchiſma addidit etiam hæreſim, negans, ſemel lapſos in Eccleſiam amplius admittendos, ſed Dei iudicio relinquendos, nec vllum lapſorum habendum eſſe diſcrimen, criminúmve diſtinctionem, quæ ex Stoica diſciplina, quam profeſſus erat, introducere in Eccleſiam eſt conatus. Nouatianum, ſuóſque ſequutos eſſe Tertullianum demonſtrat Pacianus *ep. ad Sympronianum 1.*

Capita ſectæ Nouatianorum hæc erant: Vt lapſi ad pœnitentiam non reciperentur. Secundas nuptias abnegabant. Baptiſmum, & præuiam fidem, atque confeſſionem repudiabant. Remiſſionem peccatorum in Eccleſia non reperiri aſſerebant. Mundos ſe, & hos prædicabant, & in ſignum munditiæ candidis veſtimentis amicti incedebant. Montaníque dogmata introducebant. vnde præclarum eſt, quod ei Cyprianus inculcabat: *Ne putes, inquit, frater chariſſime, hinc, aut virtutem fratrum minui, aut martyria deficere, quod lapſis laxata ſit pœnitentia, & quod pœnitentibus ſpes pacis oblata. Manet verè fidentium robur immobile, & apud timentes, ac diligentes corde toto Deum, ſtabilis, & fortis perſeuerat integritas. Nam & mœchis à nobis pœnitentiæ tempus conceditur, & pax datur: non tamen idcirco virginitas in Eccleſia deficit, aut continentiæ propoſitum glorioſum per aliena peccata langueſcit. Floret Eccleſia tot virginibus coronata, & caſtitas, ac pudicitia tenorem gloriæ ſuæ ſeruat: nec quia adultero pœnitentia, & venia laxatur, continentiæ vigor frangitur.*

e ... cilium Italicum.

Item celebratum eſt Concilium [e] ITALICVM eadem de re. Hieron. *in Cornelio.*

f Concilium Africanum.

Item AFRICANVM, [f] Idibus Maij celebratur 42. Epiſcoporum, cuius extat Synodica ad Cornelium Papam, Cypriani *epiſtola 54.* in qua rationem reddunt, quòd cùm non niſi peracta plena pœnitentia ante decreuiſſent lapſos recipiẽdos, modò ſtatuerint, vt etiam non perfecta, qui agere non deſtitiſſent, reciperentur, propter imminentem ſcilicet nouam perſecutionem, crebris oſtenſionibus demonſtratam, quo paratiores eſſent ad prælium: *Idoneus [g] enim eſſe non poteſt ad martyrium,* inquit Cyprianus, *qui ab Eccleſia non armatur ad prælium: & mens deficit, quam non recepta Euchariſtia erigit, & accendit.* Reliqui [h] per orbem Catholici Epiſcopi, quod Romæ ſtatutum fuerat probantes, nouæ Nouatiani reſtiterunt impietati, in quibus eminuit maximè Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus, qui plures de pœnitentia ad diuerſos ſcripſit epiſtolas, Fabiúmque Antiochenum Epiſcopum in Nouatianum propenſum, ad ſaniorem mentem reuocare ſtuduit: quod ipſum & Cornelius Rom. Pont. præſtitit, *epiſt. ad Fabium Antiochenum.*

g ... priani ponderanda ... ra.
h ... copi Romana de... ...

i ... aduerſæ factiones ... contra Eccleſiam.

Duæ hoc tempore, & inter ſe contrariæ [i] ſchiſmaticorum factiones, pari tamen conatu, aduerſus Eccleſiam conſpirarunt. Nouatiani, contendentis, lapſorum neminem in Eccleſiam recipiendum eſſe, & Feliciſſimi; omnes abſque pœnitentia mox ſuſcipiendos: inter quos media incedens Eccleſia, omnibus pacem dat, ſed non abſque præuia pœnitentia Sed notanda eſt, ſchiſmaticorum, & hæreticorum inconſtantia, & fraus; Nouatus enim, qui in Africa ſchiſmatis inuentor fuerat aduerſus Cyprianum, quòd non ſtatim omnes lapſos ad Eccleſiam reciperet; Romam veniens, Nouatiano acceſſit, aduerſus Cornelium, neganti quemquam lapſorum eſſe recipiẽdum. ab his duobus ſchiſmatis anteſignanis, denominati ſunt:

ANNO DOM.

Nouatienſes [a] quidem à Nouatiano, vt eſt apud Cypr. *ep.73.* Nouatiani à Nouato: ſed obtinuit tamen vſus, vt omnes, licèt ab inferiori, Nouatiani nominarentur. Et ob nominum ſimilitudinem accidit, vt apud veteres, maximè apud Græcos, alterum nomen pro altero, Nouatus pro Nouatiano aliquando vſurparetur.

a *Nouatiani à quo ſic nuncupati.*

Concilium [b] ANTIOCHIÆ conuenit, ad Eccleſiam illam ſchiſmate Nouatiani diſciſſam, redintegrandam, ad quam è Cappadocia, Aſia, Syria, atque Ægypto etiam conſtat conuocatos eſſe Epiſcopos. Cuius Acta non extant. Sed eius meminit Euſeb. *lib.6.c.vlt.* ex epiſtolis Dionyſij Epiſcopi Alexandrini, in quarum vna certiorem ſe factum dicit de obitu Fabij Epiſcopi Antiocheni, & ſubrogatione Demettiani, quod ipſum habet Euſeb. *in Chron.*

b *Concilium Antiochenum.*

SEPTIMA [c] PERSECVTIO.

c *Perſecutio VII.*

Hoc tempore excitatur à Voluſiano Imp. in Eccleſiam Romanam, de qua Cornelius Papa *in ep. ad Lupicinum Viennenſem Epiſcopum*, quæ vna [d] extat ex illis, quas Rom. Epiſcopus, more maiorum, de perſecutione excitata, ad aliarum Eccleſiarum Epiſcopos dare conſueuit, quibus eos ſtrenuè agere hortatur. *Tomo primo Biblioth. SS. PP.*

d *Papa ſolebat ad Epiſcopos dare litteras de perſecutione excitata.*

256. Inſtaurata perſecutione, dira, & immenſa [e] lues, ab Æthiopia orta, in vniuerſum prope orbem progreſſa, vix intra decennium quieſcit. Eutrop. *in Gallo, & Voluſ.* Euſeb. *in Chron.* Eiuſmodi clades, non niſi impietatem, nemine vlciſcente, per Angelos malos immitti ſolere, ſed ad Euangelij profectum à Deo permitti, planè demonſtrat Gregor. Nyſſenus, dum luem Neocæſareæ in Ponto exortam, cùm Gregorius Thaumaturgus illam ſuſcepiſſet Eccleſiam adminiſtrandam, & cauſam eius, atque progreſſum, ſimúlque modum deſcribit, *in Vita eiuſdem Gregorij.*

e *Decennalis lues orbem depaſcitur.*

Florentius Pupianus ſchiſmaticus, Cyprianum hoc anno, eius Sedis ſexto, contumaciter impugnat, & ad ſe purgandum prouocat: ad quem Cyprianus reſcribens *epiſt. num. 69.* eum perpetua ferè ironia eludit, in qua illa præclara dicit: Loquitur illic Petrus, ſuper quem ædificata fuerat Eccleſia, Eccleſiæ nomine docens, & oſtendens: quia etſi contumax & ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat, Eccleſia tamen à Chriſto non recedit, & illi ſunt Eccleſia, plebs Sacerdoti adunata, & paſtori ſuo grex adhærens: Vnde ſcire debes, Epiſcopum in Eccleſia eſſe, & Eccleſiam in Epiſcopo. Et ſic, qui cum Epiſcopo non ſit, in Eccleſia non eſſe; & fruſtra ſibi blandiri eos, qui pacem cum Dei ſacerdotibus non habentes, obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt.

Origenes [f] cùm ad ſexaginta nouem annos vitam propagaſſet, ex hac luce migrauit. Euſeb. *in Chron.* Qui viuens in ſcribendo ſæpè eſt redargutus erroris, nempe à Demetrio Alexandrino, & aliis; adeo vt apud Fabianum Papam, cauſam dicere coactus fuerit; multò amplius poſt mortem eſt hæreſeos accuſatus: quamobrem pluribus opus habuit [g] Apologiis, quarum primam à ſe operà Pamphyli Martyris, adiutus elucubratam, Euſebius affirmat *lib.6. c.26. & 29.* Magnam ſanè fuiſſe, tanti viri lapſum, in Eccleſia Dei offenſionem, atque tentationem, pluribus docet Vincentius Lerinenſis, *contra hæreſ. c.23.* Fuiſſe eam pariter conſtat, & ſaluberrimam commonitionem, ne videlicet quempiam, quantumlibet eruditum virum, ſibi quis ſequẽdum ſuſcipiat, quẽ non inſiſtere veſtigiis Sanctorũ Patrũ inuenerit.

f *Origenis obitus.*

g *Origenes multis infamatus hæreſibus, vt pluribus eguerit Apologiis.*

LVCIVS natione Romanus, patre Porphyrio, Imperatore Gallo, & Voluſiano poſt interregnum 35. dierum. 20. Octob. & qui Cornelium ad Centumcellas in exilium ſecutus fuerat, ad Vrbem cum collegis reuerſus, vnanimi omniũ conſenſu eidem Cornelio ſuccedit. Romam veniens poſt exilium, multa laude digna conſtituit; inter cætera verò, vt duo presbyteri, & tres diaconi, in omni loco Epiſcopum aſſectarentur, nec deſererẽt propter teſtimonium, vt ait, Eccleſiæ. Calumniæ enim in Cornelium à Nouatiano confictæ, huius ſanciendi decreti cauſam dediſſe putantur. Alia præter hæc, apud Gratianum, decreta Lucij, *tomo 1. Concil. ſub Lucio*, in vnum ſimul collecta habentur.

Hic Pontifex *in ep. ad Epiſcopos Galliæ, & Hiſpaniæ* tradit, quòd Eccleſia [h] Romana eſt Apoſtolica, & mater omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata ſuccubuit,

h *Eccleſia Romana omnium Eccleſiarum mater, hæreticis nouitatibus nunquam deprauata.*

ſecundùm ipſius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem : *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua.*

Antequam verò ad martyrium, iubente Valeriano, duceretur, omnem poteſtatem Eccleſiæ Srephano Archidiacono ſuo permiſit. Ter autem dandis ordinibus ſacris vacauit Decembr. menſe: vnde presbyteros quatuor, diaconos quatuor, Epiſcopos ſeptem creauit. Sepultus eſt in cœmeterio Calixti viâ Appiâ 8. Calend. Sept. Sedit anno vno (alij tribus) m. 8. d. 3. Vacat tam Sedis dies quinque & triginta.

Stephanus natione Romanus, patre Iulio, cùm iam de Imperio actum videretur, poſtquã 35. diebus Sedes Pontificia Paſtore deſtituta fuiſſet, 9. Apr. hoc anno 257. qui eſt 4. Galli, & Voluſiani: Valeriani, & Galieni 3. in Sede Ponrificia collocatur. Inſtituit hic Pontifex, ne Sacerdotes & Leuitæ veſtibus ſacris alibi, quàm in Eccleſia, & peragendis ſacris vterentur. Ne, ſi ſecus facerent, pœnam Balrhazar Regis Babylonis ſubirent, qui vaſa ſacra profanis vſibus applicuerat. Stephanus autem cùm opere, & verbis multos Gentiles ad fidem Chriſti conuertiſſet, conquiſitus à Galieno, vt quidam volunr, vel ab his, qui ex Deciani edicto, Chtiſtianos perſequebantur, vnà cum pleriſque ſuorum ad martyrium rapitur. Capite verò mulctatus, in Calixti cœmeterio viâ Appiâ ſepelitur 4. Nonas Auguſti: cùm iam ex ordinibus ſacris bis menſe Decembri propoſitis, presbyteros ſex, diaconos quinque, Epiſcopos tres creaſſet. Sedit annis tribus (alij ſeptem) m. 5. d. 2. Sedes autem ad dies duos, & viginti tum vacat. 257.

a *Aquariorum hæreſis.*

Hoc anno Cyprianus *epiſt. 63. ad Cæcilium*, ſtudet emendare quoſdam, qui errore induti, in ſacrificio [a] aquam tantùm adhibendam eſſe, iactabant, ex eiuſmodi occaſione. Quòd enim perſecutione vrgente, ſummo mane, ſeu potius nocturno tempore, conuenientes ſecretò ad ſacram ſynaxim, atque Euchariſtiam, Chriſti ſanguinem in vini ſpecie bibentes, ex vini odore, poſſent deregi Chriſtiani, loco vini aquam offerre, conſultius exiſtimarunt, ne odore vini, velut quodam Chriſtianiratis indicio, palàm fierent. In ea epiſtola multa ſunt præclara, pertinentia ad ſacrificium Dominicum: ſed illud in primis, quod ait: *Si Ieſus* [b] *Chriſtus Dominus, & Deus noſter, ipſe eſt ſummus Sacerdos Dei Patris, & ſacrificium Patri ſeipſum primus obtulit, & hoc fieri in ſui commemorationem præcepit; vtique ille Sacerdos, vice Chriſti verè fungitur, qui id quod Chriſtus fecit, imitatur, & ſacrificium verum, & plenum, tunc offert in Eccleſia Deo Patri, ſi ſic incipiat offerre, ſecundùm quod ipſum Chriſtum videat obtuliſſe.*

b *Sacrificium idem modò offertur, quod olim obtulit Chriſtus.*

c *Gall. & Voluſ. Impp. necantur.*

d *Valerianus Imp. acclamatur.*

Gallus, & Voluſianus Imperatores, aduerſus Æmilianum proficiſcentes, qui acclamatus erat Imperator apud Iteramnam à militibus [c] occiditur, qui & ipſum Æmilianum, poſt quatuor menſes necauerunt. Valerianus verò [d] quem ex antiquioribus monumentis, conſtat iam anno ſecundo Galli, & Voluſiani acclamatum fuiſſe, ab Alpino exercitu, Imper. ipſúmque mox ſibi aſciuiſſe filium collegam, vnà eum eodem, hoc ipſo anno integro, atque ſecuro potitus eſt imperio.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

e *Concilium Africanum.*

Hoc eodem anno celebratum fuit Concilium [e] Africanum contra Aquarios, de quibus ſupra. Ad hoc etiam Concilium querelam detulit Rogatianus Epiſcopus, de Diacono ſuo proteruo, expoſtulans, quòd fuerit ab eo conuitiis impetitus: & tale reſponſum retulit (*epiſt.* Cypr. 65.) nomine omnium Collegarum, nimirum, vt Diaconus agar pœnitentiam audaciæ ſuæ, & honorem ſacerdotis agnoſcat, & Epiſcopo præpoſito ſuo, plenâ humilitate ſatisfaciat. Quòd ſi vltra, inquit, te contumeliis ſuis exacerbauerit, & prouocauerit, fungeris circa eum poteſtate honoris tui, vt eum vel deponas, vel abſtineas.

f *Presbyter non poteſt tutor inſtitui.*

Altera memorabilis querela illa fuit, quòd moriens Chriſtianus homo, presbyterum filiis ſuis tutorem [f], ex Teſtamento, nominaſſet, quod iam pridem cautum fuerat, ne fieret, Concilio Epiſcoporum: ea appoſitâ pœnâ, vt qui id feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur; neque enim apud altare Dei meretur, inquiunt, nominari, in Sacerdotum prece, qui ab altari, ſacerdotes, & miniſtros voluit auocare. qua pœna eum terreri voluit Concilium, vt apparet *ex epiſt.* Cyprian. 66. ſuo, & Concilij nomine ſcripta. Vbi nota,

eos

ANNO DOM.

cos excommunicaſſe [a] defunctum, quem viuentem iam vinxiſſet delictum. Itémque illud, peculiare eſſe, & fuiſſe, pro defunctis [b] offerre Deo ſacrificium, eorúmque nomina apud altare nominari ſolere.

a *Defuncti etiam excommunicantur.*
b *Pro defunctis offertur.*

Sed illud planè obſeruatione digniſſimum, Epiſcopos nullam habuiſſe rationem, quarumcunque legum ciuilium (quæ plurimæ erant pro pupillis, ita vt non dignitas, non conditio, non diuerſa Religio, à retinenda impoſita tutela excluderet) quæ aliqua ex parte officere, & impedimento eſſe viderentur Eccleſiaſticis functionibus, quantumuis huiuſmodi Decretis, & ſanctionibus ipſos Principes, alioqui Chriſtianis ſemper infeſtos, poſſent concitare, & ad conflandam perſecutionem, leues eorum animos permouere. Fauerunt poſtea Chriſtiani Impp. eiuſmodi Epiſcoporum decretis, ſancientes, ne Clerici, vel Monachi, ad tutelam ſuſcipiendam, compelli poſſent. Sacroſanctum verò Concilium Chalcedon. à legitima tutela, & datiua, quæ ab Epiſcopo imperata eſſet, noluit Clericos excuſari

238. Hoc anno celebratum fuit CONCILIVM [c] AFRICANVM II. in cauſa Baſilidis, & Martialis; & determinatum, Libellaticos omnes ad pœnitentiam quidem agendam poſſe admitti: verùm ab ordinatione clericali, atque ſacerdotali dignitate rectè prohiberi. Baſilidem etiam, & Martialem ſua Epiſcopali dignitate rectè ſpoliatos, Sabinum, ac Felicem in locum ipſorum rectè ſuffectos fuiſſe.

c *Concilium Africanum.*

De qua re conſultus Cyprianus à Clero, ex plebe Legionenſi, & Aſturicenſi in Hiſpania, cùm omnia probaſſet, quæ ex decreto Romani, & Africani Concilij acta fuerant, & ſic fieri oportuiſſe confirmaſſet, ſic loquitur: *Nec reſcindere ordinationem iure perfectam poteſt, quod Baſilides poſt crimina ſua detecta, & conſcientiam etiam propria confeſſione nudatam, Romam pergens, Stephanum collegam noſtrum, longè poſitum, & geſtæ rei, ac tacitæ veritatis ignarum fefellit, vt exambiret reponi ſe iniuſtè in Epiſcopatum, de quo fuerat iuſtè depoſitus. Hoc eò pertinet, vt Baſilidis, non tam abolita ſint, quàm cumulata delicta, vt ad ſuperiora peccata eius, etiam fallaciæ, & circumuentionis crimen acceſſerit: neque enim tam culpandus eſt ille, cui negligenter obreptum eſt, quàm hic execrandus qui fraudulenter obrepſit. Epiſt. eſt num.* 68.

Hoc eodem anno celebratum fuit CONCILIVM [d] ICONIENSE contra Cataphrygas: & conſtitutum eſt, nihil eorum, quæ ab hæreticis facta ſunt, ab Eccleſia Catholica recipiendum eſſe. Ordinationes, baptiſmum, manuum impoſitiones, aliúdve ſacrum quoduis ab hæreticis adminiſtratum inualidum eſſe.

d *Concilium Iconienſe.*

Stephanus autem Papa Epiſcopos [e] Orientales hęc conſtituentes excommunicat: ipſam verò Synodum erraticam, contra Apoſtolorum traditionem erroneum dogma confirmantem reprobat.

e *Stephanus PP. Epiſcopos excommunicat, Conciliúmque reprobat.*

Hic vides, Apoſtolicam [f] traditionem velut quendam murum inexpugnabilem Stephanum Papam eorum ſententiis oppoſuiſſe, eáque ferè ſola fretum, illum baptiſmum ratum, validum, & nequaquam reiterandum eſſe definiuiſſe, quem miniſter hæreticus iuxta formã à Chriſto præſcriptam, & ab Eccleſia vſurpatam, contuliſſet. Ad hanc ſententiam Stephani Pontificis non modò omnes ferè Patres Africani, verùm etiam ij, qui propugnatores erant contrarij dogmatis Firmilianus, Dionyſius, & Cyprianus acceſſerunt: quod ex Aug. *ep.* 48. *ad Vincent. & de baptiſ. contra Donat.* 6. *cap.* 2. item ex Hieron. *contra Lucifer* aliiſque rationibus probat Baronius *an* 258. *n.* 49. 50. 51.

f *Traditio Apoſtolica velut murus inexpugnabilis aduerſus omnes Epiſcopos à Stephano Papa allegata præualuit*

Notetur etiam quanta vis Traditionum Apoſtolicarum, quantáque Petri [g] ſucceſſori inſit auctoritas, qui nullis fermè armis, quàm maiorum traditione vallatus, omnem Orientalium, & Occidentalium Epiſcoporum impetum ſuſtinuerit, eorúmque tela ex diuinis ſcripturis conſertim petita, vnico traditionum clypeo excepta retorſerit.

g *Petri ſucceſſoris quanta auctoritas.*

Eodem tempore celebratum eſt CONCILIVM [h] SYNADENSE, & idem euenit, quod in præcedenti.

h *Concilium Synadenſe.*

Eodem tempore celebratum eſt CONCILIVM [i] AFRICANVM, ſeu CARTHAGINENSE & idem determinatum eſt, quod in præcedenti, ſcilicet, vt baptiſmus hæreticorum reiteretur. Et idem ſtatutum eſt in Concilio Carthag. II. Quæ omnia Stephanus Papa reprobauit. Cyprianus *epiſt.* 74. *ad Pompeium Sabratenſem in Africa Epiſcopum.* De qua re audiamus Vincentium Lerinenſem: *Cum verò* [k] *undique ad nouitatem rei cuncti reclamarent*, inquit, *atque omnes quaqua*

i *Concilium Africanum ſeu Carthaginenſe.*

k *Stephani factum probat Lerinenſ.*

E 3 *verſum*

a Traditio antiqua commendatur.

verſum Sacerdotes, pro ſuo quiſque ſtudio reniterentur: tunc beata memoria Papa Stephanus, Apoſtolicæ Sedis Antiſtes, cum cæteris quidem collegis ſuis, ſed tamen præ cæteris, reſtitit, dignum, vt opinor, exiſtimans, ſi reliquos omnes tantùm fidei deuotione vinceret, quantum loci auctoritate ſuperabat. Denique in epiſtola, quæ tunc in Africam miſſa eſt, idem his verbis ſanxit: *Nihil innouandum* [a], *niſi quod traditum eſt* (*nempe ſeruetur.*) *Intelligebat enim vir Sanctus, & prudens, nihil aliud rationem pietatis admittere, niſi vt omnia, quâ fide, à Patribus ſuſcepta forent, eadem fide filiis conſignarentur, nóſque religionem, non qua vellemus, ducere, ſed potius qua illa duceret, ſequi oportere: ídque eſſe proprium Chriſtianæ modeſtiæ, & grauitatis, non ſua poſteris tradere, ſed à maioribus accepta ſeruare. Quis ergo tunc vniuerſi negotij exitus? Quis vtique, niſi vſitatus, & ſolitus? Retenta eſt ſcilicet antiquitas, & exploſa eſt Nouitas. Sed fortè tunc ipſi Nouitiæ adinuentioni patrocinia defuerunt? immò verò, tanta vis ingenij adfuit, tanta eloquentia flumina, tantus aſſertorum numerus, tanta veriſimilitudo, tanta Diuina legis oracula, ſed planè nouo, ac malo more intellecta, vt mihi illa conſpiratio, nullo modo deſtrui poſſe videotur, niſi ſolam tanti molıminis cauſam, ipſa illa ſuſcepta, ipſa defenſa, ipſa laudata, nouitatis profeſſio deſtituiſſet. Poſtremò ipſius Africani Concilij, ſiue Decreti, quæ vires? donante Deo, nullæ, ſed vniuerſa, tanquam ſomnia, tanquam fabulæ, tanquam ſuperflua abolita, antiquata, calcata ſunt.* Sic ille.

b Cyprianus reſiſtẽs Põtifici an peccauerit.

c Cyprianus mutata ſententia, cum Catholica Eccleſia ſenſit.

Eodem tempore Cyprianus acceptis epiſtolis Stephani Papæ, congregato Concilio cum maiori numero Epiſcoporum, tacito nomine Stephanum Papam ſugillat. In qua [b] quidem re, aliqui Cyprianum à mortali excuſant, quia non peccauit, niſi ex ignorantia: putauit enim Pontificem pernicioſè errare, & ſtante illa opinione, tenebatur ei non obedire, quia non debebat contra conſcientiam agere. Ignorantia autem Cypriani non videtur fuiſſe craſſa, & affectata, ſed probabilis, & proinde excuſans à mortali, quia ſciebat Pontificem non definiuiſſe tanquam de fide: & ſimul videbat ſecum conſentire Concilium LXXX. Epiſcoporum. Alij verò, & fortaſſe probabilius ſentiunt, Cyprianum mortaliter peccaſſe, cùm præcepto Apoſtolico non paruerit, & ſine modo, Pontificem rectè ſentientem vexauerit: debuit enim ſubdere iudicium ſuum iudicio ſuperioris ſui, ſummóque Pontifici præcipienti obedire, nec verba illa contumelioſa contra eum effutire, quæ *in epiſtola ad Pompeium* ſunt, vbi vocat eum *ſuperbum, imperitum, cæca, ac praua mentis.* Scio B. Auguſtinum defendere Cyprianum *in epiſt.* 48. *ad Vincentium*, in qua aſſerit, non eſſe ipſius iſta ſcripta, vbi hæc inueniuntur. Vel eum poſtea pœnituiſſe [c] erroris, mutaſſéque ſententiam ante mortem, & cum Catholica Eccleſia conſenſiſſe: licèt diu in ſua ſententia permanſerit. Ducor ad hoc aſſerendum, quia ipſe *in lib.* 2. *epiſt.* 3. *& ſerm.* 2. *de ablut. pedum*, ait: *Baptiſmum repeti, Eccleſiaſtica prohibent regulæ.* Et vltimò pro fidei defenſione, martyrio coronatus eſt ſub Valeriano & Galieno die 14. Septemb. & ab Eccleſia, vt ſanctus venerarur. Quod nullo modo fieret, ſi in mortali peccato diem ſuum obiiſſet. Præterea id quod inter Stephanum Papam, & Cyprianum tunc controuertebatur, non pertinebat ad dogmata neceſſaria fidei, neque ab Eccleſia communiter recipiebatur, & Summi Pontifices (quamuis nondum definiendo) illi contradicebant, & ideo neque ipſe Cyprianus ita illi adhærebat, vt illam inter dogmata fidei ſuæ reputaret. Quòd verò vnitatem Eccleſiæ ſemper retinuerit, patet ex D. Auguſt. qui *lib.* 1. *de baptiſ. cap.* 18. ſic ait: *Vnitatem orbis terræ, atque omnium gentium, & diligendo tenuit, & diſputando defendit.* Et inferius. *Aut non ſenſit omninò, quod eum ſenſiſſe recitatis, aut hoc poſtea correxit in regula veritatis, aut hunc quaſi næuum ſui candidiſſimi pectoris cooperuit vbere charitatis, dum vnitatem Eccleſiæ toto orbe creſcentis, & copioſiſſimè defendit, & perſeuerantiſſimè tenuit vinculum pacis.* Quaſi diceret, quid priuata opinione ſentiret, ſemper animo fuiſſe ſubiectum regulæ Eccleſiæ. Vide Baron. *an.* 258. *n.* 42. *& ſeq. item an.* 259. *n.* 1. 2. *&* 3. & S. Aug. *lib de vnico baptiſmo cont. Petilianum cap.* 14. Cyprianum in vnitate pacis cum Stephano permanſiſſe affirmat. Adde quòd S. Hier. *contra Luci-*

ferranos,

ANNO DOM.

ferianos, ait, Afticanos Patres[a] nouum Dectetum emiſiſſe. Quod confirmatur *ex ep. ad Stephanũ Papam à Dionyſio Alexandrino ſcripta*, quæ habetur apud Euſeb. *lib. 7. cap 4. Iam ſcito*, inquit, *frater, omnes Orientales Eccleſias, quæ antè fuerant propter errorum peruerſitatem, nonnulla diſſenſione diſtracta, ad concordiam denuò eſſe reductas: omnes etiam Eccleſiarum Præſides, qui vbique locorum ſunt, ſummo animorum conſenſu conſpirare, & ob pacem hanc, præter omnium expectationem, conſtitutam incredibili lætitiâ affici*. ſic ille. Quæ omninò intelligenda ſunt de diſſenſione, ob rebaptizationem excitata, quæ totum Orientem commouerat, non de Nouati ſchiſmate, quod ſolam Eccleſiam Antiochenam exagitauit.

a *Africani Patres nouum Decretum emittunt.*

PERSECVTIO [b] OCTAVA.

b *Perſecutio VIII.*

259. Valerianus Imperator aduerſus Chriſtianos Romæ diram perſecutionem excitabat (quæ octaua numeratur à S. Hieronymo, Auguſtino, Oroſio, atque Seuero) Mago Ægyptio inſtigante, à quo deprauatus, & ad Magicas artes traductus eſt. Dion. Alex. *apud Euſeb. lib. 7. cap. 9.*

260. Stephanus Papa ad Martis ductus exemplum, cùm ad eius orationem tonitruo facto cum fulgure, & coruſcatione, quaſſato templo omnes diffugiſſent, in cœmeterium Lucillæ (an Lucinæ?) ſecedens, rurſum quæſitus, inuentus in crypta, ſacrificium offerens, in ſua ſede obtruncatur, & cum eadem, ſanguine aſperſa, ſepelitur 4. Non. Auguſt.

SIXTVS II. natione Græcus, patriâ Athenienſis, ex Philoſopho Chriſti diſcipulus, poſtquam Sedes 22. diebus Paſtore viduata fuiſſet, in demortui locum ſucceſſit, durante adhuc Deciana, & Valeriana perſecutione: accuſatus verò quòd Chriſti fidem, contra Imperatorum Decreta prædicaſſet, captus, ad Martis templum ducitur, vt, aut Marti ſacrificet, aut ſi id facere noluerit, pœnam capitis ſubeat. Euntem ad ſupplicium, Laurentius Archidiaconus ita alloquitur: Quò progrederis ſine filio pater? &c. Eodem verò die vnà cum Sixto, Diaconi ſex interficiuntur 6. Idus Auguſt. In ſuo Pontificatu ſacrorum Ordinum poteſtatem bis fecit menſe Decembri, vnde & Presbyteros quatuor, Diaconos ſeptem, Epiſcopos duos creauit, Sixti corpus in cœmeterio Calixti, viâ Appiâ ſepelitur. Sedit anno vno (alij duobus) m. 10. d. 23. Vacat tum Sedes d 35.

Sub hoc Pontifice detecta fuit à Dionyſio Alexandrino hæreſis Sabellij[c] Ptolemaide in Pentapoli propagata: vtpote quæ deteſtabilem de Deo omnipotente Patre Domini noſtri Ieſu Chriſti blaſphemiam contineret: & quod multum falſæ doctrinæ de vnigenito filio eius complecteretur: & quòd cœcam de Spiritu ſancto ignorationem comprehenderet, Trinitatem negaret, perſonarum diſtinctionem[d] exploderet, diceretque ea tantùm eſſe nomina ad diuerſos effectus diuinitatis inſinuandos compoſita; & vnam tantùm perſonam eſſe. Quamobrem illud in conſequentia deducebatur, vt ſicut Filius, ita & Pater, & Spiritus ſanctus ab eis æquè dicerentur, proh ſcelus, incarnati & paſſi. Epiph. *hæreſ.* 57. Hac igitur deteſtabilis hæreſis diſſeminatione commotus Dionyſius Alexand. certiorem de more facit Romanum Pontificem, epiſtola ad Sixtum ſcripta, apud Euſeb. *lib. 7. cap.* 1. Is porrò antiquus mos Eccleſiæ fuit, vt de noua emergente hæreſi, conſuleretur Romanus[e] Pontifex, vt modò à Dionyſio, primæ ſedis poſt Romanam Epiſcopo, factum videmus.

Angelicorum[f], & Apoſtolicorum hæreſis germen, vt putat Epiphanius *hæreſ.* 60. & 61. Encratitarum, & Catharorum commemoratur, qui & Apotactici dici voluerunt, à renunciatione, quam ipſi facientes bonorum, non facientes, damnabant erroris, & cœlibatum profitentes, arrogantiſſimè nuptiis obligatos reiiciebant.

Poſt triduum à Sixti martyrio, nempe 4. Idus Auguſti, Laurentius[g] patriâ, & natione Hiſpanus, Diaconorum primatius, clariſſimus athleta in fide, illuſtre certamen obiens, poſt diuerſa tormenta, demùm craticulæ impoſitus, igne aſſatus, inſignem martyrij coronam conſecutus, admirandâ planè animi virtute de perſecutorum perfidia triumphauit.

261. DIONYSIVS, cuius originem Damaſus inueniri potuiſſe negat, poſt Sixtum glo-

c *Sabellij hæreſis.*

d *Conc. Sardicenſe epiſt. ad omnes Epiſcopos: Nos autem hanc percepimus, & erudıti ſumus, hanc habemus Catholicam, & Apoſtolicam traditionẽ, & fidem, atque confeſſionem, vnam eſſe ſubſtantiam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. & Alex. Papa epiſt. Decret. 1. ait: Fidem quoque S. Trinitatis ſic docendam à Patribus accepimus, vobiſq; tradendam ſubditis deſtinamus. S. Hier. epiſt. ad Damaſum ait: Hanc fidem à Domino iam inde, & ab initio per ſacroſanctos eius Apoſtolos, vt edocti ſumus hanc à maioribus noſtris ſanctiſſimis, qui fidem ab his acceptam religioſè conſeruarunt, doctrinam veram, & indubitatam per manus traditam accepimus.*

e *Hæreſi noua emergente, Rom. Põt. conſulẽdus.*

f *Angelici, Apoſtolici, Apotactici hæretici.*

g *S. Laurentij illuſtre martyrium.*

ANNO DOM.

rioſum Chriſti martyrem hoc anno 261. pridie Idus Septembris, Valer. & Galien. ſe primum Imperij annum agentibus, ex Monacho Pontifex creatus, Presbyteris Eccleſias, & cœmeteria in vrbe ſtatim diuiſit: Parœcias, & Diœceſes foris diſtribuit, quo quiſque finibus ſuis, limitibúſve contentus eſſet. Quæ etiam antea ſic diſtributa, ſed ſine ſcripto fuerãt: nunc autem id ſcripto firmatum fuit. Pluráque alia cùm ſtatuiſſet, moritur, ſepelirúrque in cœmeterio Calixti, vbi ex inſtitutionibus duabus menſe Decembri habitis, Presbyteros duodecim, Diaconos ſex, Epiſcopos ſeptem creaſſet. Sedit annos vndecim (alij dicunt ſex) m. 2. d. 4. Vacat tum Sedes dies ſex.

a *Cyprianus martyrio afficitur.*

Hoc eodem anno Cyprianus [a], qui præcedenti anno in exilium deportatus, diuinâ viſione, de morte quæ ſubeunda illi eſſet, & de genere mortis admonitus fuerat, hoc anno Baſſo, & Fuſco Coſſ. eodem die, poſt exactum annum, capitis obtruncatione, Carthagine martyrio eſt coronatus 18. Cal. Octob. ſub Valeriano, & Galieno Impp. Cum cereis [b], & ſcholaribus, cum voto, & triumpho magno ſepultus eſt. Pontius eius Diaconus ſpectator, egregium Commentarium ſcripſit. Eius memoria ab vniuerſa Eccleſia Catholica celebratur. Omnia eius ſcripta, ab Eccleſia recipiuntur, præter ea, quæ ſunt de baptiſmo hæreticorum. Prudentius *Hym.* 13.

b *Cum cereis & pompa ſepelitur.*

c *Chriſtianorum pietas erga Gentiles.*

Hoc anno cùm peſtis immanis graſſaretur, admiranda [c] Chriſtianorum pietas erga ipſos etiam Gentiles enituit, Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum de populo plurimorum, qui morbo laborantibus, libentiſſimè miniſtrantes, mortem oppetiuerunt, & Eccleſia eos vt Martyres celebrat, pridie Calend. Martij. Dionyſius *apud Euſebium lib. 7. cap. 17.* 263.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

d *Dionyſius Alex. dum hæreſim Sabellij vehementius oppugnat, fuit delatus ad Papam, & monitus reſipiſcit, fidéq́ Catholicam profitetur.*

ROMANVM in cauſa [d] Dionyſij Alexandrini, qui per hæc tempora obortam, & propagatam hæreſim Sabellianam, quæ in ſanctiſſima Trinitate, perſonarum diſtinctionem, ac proprietatem, penitus auferebat; ſicut vnam ſubſtantiam, ita pariter & perſonam in ea prędicans, vt ſibi ſubditi hominis, id eſt, Lybis oppugnate aggreſſus, dum vehementius in eam obnititur, dum perſonas accuratius diſtinguere, ac ſuis proprietatibus ab inuicem exactius diſcriminare contendit, in contrariam viſus eſt inflecti partem, nimirum diuinas perſonas, non tantùm ab inuicem diſtinxiſſe ſuis proprietatibus, ſingulis attributis, ſed etiam diuiſiſſe ab inuicem: quare à Pentapolitanis quibuſdam, tanquam de fide non rectè ſentiens, delatus eſt ad Romanum Pontificem Dionyſium, illi cognominem; qui coacto ea de re, Romæ Epiſcoporum Concilio, cognitáque à maioribus, traditâ, ſyncerâ fide, ac ſtabilitâ, ipſum Dionyſium Alexand. commonuit, vt quid de ea re ipſe ſentiret, litteris declararet, quod & per epiſtolam fecit: & poſt Apologia, quatuor libris conſcripta, ſuam Catholicam fidem de perſonarum diſtinctione, & naturæ conſubſtantialitate teſtatam fecit, ſéque Romano Pontifici, & vniuerſæ Synodo Orthodoxum probauit.

e *Paulus Samoſatenus hæreticus.*

Hoc anno Paulus [e] Samoſatenus Epiſcopus Antiochenus, dogmatizat, Chriſtum hominem iuſtum, non Deum verum: & iudaizans, circumciſionem docebat. Et ex eiſdem principiis aſſerebat, Chriſti in Euchariſtia ſanguinem eſſe corruptibilem. Dion. Alex. *epiſt. aduerſus eum ſcripta.* 265.

Hic etiam Paulus Samoſat. Eccleſiaſticos hymnos tanquam neotericos, & nuper inuentos reiecit. Ex quo facto luce clarius nos habemus contra Nouatores, vſum [f] eiuſmodi Hymnorum in Eccleſia eſſe vetuſtiſſimum. Quibus adde Concilium Tolet. IV. *Can.* 12. præcepiſſe, vt Hymni à Sanctis Patribus, Hilario, & Ambroſio compoſiti, in Officio Eccleſiaſtico retineantur. Quidam enim iam tunc cœperant eos contemnere, propterea quod in ſacris litteris non haberentur.

f *Hymnorum cantus in Eccleſia vſus antiquus.*

g *Synod. Antioch.*

Synodus ANTIOCHÆ [g] celebratur ſeptuaginta Epiſcoporũ aduerſus Pauli Samoſateni hæreſim, ad quam euocatus Dionyſius Alexandr. excuſans ſenectutem, & imbecillitatem, per epiſtolam, ſententiam ſuam de illa controuerſia expoſuit. Paulus errorem confeſſus, & emendationem pollicitus, Sedem retinere permiſſus eſt. 168.

Gallienus Imperator cum fratre, & filiis apud Mediolanum, à militibus, Duce Cecropio, dolo Claudij, interficitur 12. Calend. Aprilis, & Flauius 269.

Anno Dom.

Claudius eligitur, probante, & plaudente Senatu. Trebell. *in Gallieno.*

271. Hoc anno Claudius [a] Imperator lue tactus occubuit. Quintilius eius germanus, excepto Imperio, ob ſeueritatem, à militibus infra menſem occiditur: Domitius [b] Valerius Aurelianus, obſcuris parentibus Syrmij natus, fauore militum, oblatum, ſolus tenet Imperium, equi amantiſſimus, quod epiſtola indicat ad Vicarium ſuum, de continentia & diſciplina militum, particulam aſcribere libet: *Si vis* [c] *Tribunus eſſe, imò ſi vis viuere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat: ouem nemo contingat: vinum nullus auferat: ſegetem nemo detrahat: oleum, ſal, lignum, nemo exigat: annona ſua contentus ſit. De præda hoſtis, non de lachrymis prouincialium habeat: arma terſa ſint: ferramenta ſamiata, calciamenta fortia: veſtis noua, veſtem veterem excludat: ſtipendium in baltheo, non in popina habeat: torquem brachialem, & annulum apponat. Equum ſaginarium ſuum defricet: captum animal non vendat: mulum centuriatum comiter curet: alter alteri, quaſi ſeruus obſequatur: à medicis gratis curentur: haruſpicibus nihil dent: in hoſpitiis caſtè ſe agant: qui litem fecerit, vapulet. Ex Vopiſco.*

a *Claud. Imp. obitus.*

b *Domitij Valerij. Aureliani Imper. electio.*

c *Domitij Valerij Imper. ad milites iuſſa: quæ vtinam ab omnibus exercituum Ducibus ſeruentur.*

272. Paulus Samoſatenus Antiochenus Epiſcopus, abdicatam ſemel hæreſim, atque priori Antiocheno Concilio proſcriptam, reſtituere moliens, nouo Concilio, omnium ſententia [d] damnatur, & Sede deiicitur. Euſeb. *lib. 7. cap. 23. & 24.* qui & Synodicam ad Dyonyſium Papam, & alios Epiſcopos ex Concilio miſſam recenſet ex parte: nam qua parte perſtringuntur Ariani, dum Chriſti natura Diuina, Patri conſubſtantialis aſſeritur, & prædicatur, Arianorum fautor Euſebius, malo dolo omiſit. Profeſſio fidei in hoc Concilio edita, extat in Concilio Epheſino, quæ non modò Paulum, ſed & Sabellium condemnat.

d *Paulus Samoſatenus altero Conc. Antiocheno damnatur.*

Concilium de eadem ipſa re ROMÆ à Dionyſio habitum, innuit Athanaſius *lib. de Synodis.*

Verùm cùm Paulus damnatus, Epiſcopali domo cedere nollet, Aurelianus [e] Imperator rogatus ſententiam, ſanctiſſimè præcepit, vt domus Eccleſiæ illis tribueretur, quibus Chriſtiani Italiæ, & vrbis Romæ Epiſcopi, per litteras tribuendam præſcriberent: notat enim Synodum Epiſcoporum, de Paulo à Dionyſio Romæ habitam, quod & teſtatur Athanaſ. *lib. de Synodis.*

e *Aurel. Imper. ſententiam fert pro Catholicis.*

Dionyſius Rom. [f] Epiſcopus, pro Eccleſia Dei aduerſus hæreticos, & perſecutores, pluribus laboribus exanthlatis, 26. menſis Decemb. migrat ad Dominum: ad hunc enim annum eum perueniſſe, epiſtola Synodica ex Concilio Antiocheno ſatis probat.

f *Dion. Papa moritur.*

PERSECVTIO [g] AVRELIANI NONA.

g *Perſecutio IX.*

273. Aurelianus malè animatus in Chriſtianos, perſecutionem moliens, diuina ſubitò vltione deterritus eſt, à ſubſcribendo in eos edicto, cùm derepentè brachium obriguiſſe, & debilitatum eſſe ſenſiſſet. Euſeb. *lib. 7. cap. 24. in fine.* Verùm, ipſum perſecutum eſſe fideles, & ob eam cauſam cœleſti vindicta eſſe ſublatum, idem affirmat *in Chronico.* Hæc perſecutio à Sancto Auguſtino *in lib. de Ciuitate Dei 18. capite 32.* nona, à Sancto Leone verò *ſermone 2. de Pentecoſt.* Octaua appellatur.

FELIX natione Romanus, Patre Conſtantino, vltimo die anni 272. Dionyſio ſucceſſit tempore Aurel. Imperator. Hic, quod abſque ſcripto Canone, traditione tantùm ſeruabatur, decreto ſtabiliuit, ſupra ſepulchra [h], aut memorias Martyrum Miſſas celebrari, ipſorúmque Martyrum in Miſſa commemorationem fieri. Idem inſiſtens prædeceſſoris veſtigiis, ſcribit epiſtolam ad Maximum Alexandrinum Epiſcopum Dionyſij ſucceſſorem, qua vtramque hæreſim inter ſe contrariam, Sabellij, & Pauli, vno ictu confodit. Extat eius fragmentum *Actio. 1.* Conc. Chalcedon. & citatur à Cyrillo *in ſua Apolog. 12. capitum.* quod epiſtolæ fragmentum, cùm citetur ſupradictis locis, poſt epiſtolam Iulij, decepit aliquos, vt putarent eſſe Felicis II. qui vixit ſub Conſtantio. Felix ergo primus vbi repetitis ſacris ordinibus menſe Decembri, Presbyteros nouem, Diaconos quinque, Epiſcopos quinque creaſſet, Martyrio coronatur, & viâ Aureliâ ſepelitur tertio Calend. Iunij in Baſilica, quam antea in honorem Dei condiderat, ſecundo ab vrbe milliario.

h *Miſſa ſupra Martyrū corpora celebrantur.*

ANNO DOM.

hario. Sedit autem annos duos, menſes quinque, vno minus die. Vacat tum Sedes dies quinque.

EVTYCHIANVS natione Tuſcus, Patre Maximo, pridie Nonas Iulij, Felici ſucceſſit tempore Aureliani. 275.

a Manichæorum hæreſis.

Hoc anno innoteſcit hæreſiarcha Manes, à quo Manichæi [a] dicti ſunt, qui negabant, Chriſtum humanam naturam ſuſcepiſſe. Carnem porrò ſuam probroſis contumeliis, & immunditiis, in immenſum gurgitem turpitudinum merſi afficiebant, ſeſéque omni libidinum genere polluebant, matrimonium damnabant. Omnem generationem auertebant, impediebant, execrabantur, eleemoſynas deteſtabantur: carnis reſurrectionem ridebant: Sanctorum reliquias, & Martyrum cultores abominabantur. Chriſtum, ſerpentem, qui Adamo, & Euæ ſcientiam boni & mali infudiſſet, blatterabant: aliàs Solem hunc orbis viſibilem euulgabant, vel in Sole habitare aſſerebant: animarum tranſmigrationem introducebant, & alia multa, vt patet ex Epiph. *hæreſ. 66.* & ex Auguſt. *lib. 20. contra Fauſtum, cap. 21.* Hilar *lib. 6. de Trinit* Athanaſ. *epiſt. ad Solitarios.* 277.

b Aureliani Imp. obitus.

Aurelianus Seuerus, truculentus, ſanguinarius, Princeps, etiam ipſis Gentilibus, quanto magis Chriſtianis, inter Byzantium, & Heracleam, cùm iter faceret, denſo agmine ſtipatus, caſu fulminis [b] conſternatus, paulò poſt à ſuis occiditur. Euſeb. *in Chron.* Vopiſcus. 278.

c Tacitus Imp. nominatur.

Tacitus poſt ſeptem menſes, vel ſex, vt Vopiſcus à Senatu [c], ſic ponente exercitu, nominatur Imperator. 7. Calend. Octob.

d Taciti Imp. mors.

Tacitus adeptus Imperium, iubet ceſſare perſecutionem, per omnes Prouincias, & expletis ſex Imperij menſibus, moritur [d], morbo, an ferro, incertum. Vopiſcus. 279.

e Florianus Imp. ſed paulò poſt moritur.

f Probus Imperator.

Florianus [e] Taciti germanus, quaſi hæreditarium ſuſcepiſſet Imperium: quod cùm vix duobus menſibus tenuiſſet, apud Tarſum à militibus occiditur, cùm interea auditum eſſet ab Orientalibus militibus electum eſſe, quem Senatus optaret, & populus Romanus acclamationibus petierat, M. Aurelium [f] Valerium Probum, qui Sirmio ex Pannonia oriundus, Patre Tribuno militari natus, iuuenis adhuc, magno nomine virtutis, eam dignitatem promeruit. Vopiſcus.

g Creaturarum benedictio in altari, ex Apoſt. traditione.

Conſtituit Eutychianus ex traditione [g] Apoſtolorum fruges, fabas, & vuas ſuper altaria benedici: hæc fortaſſe Eutychianus, vt magis obniteretur erroribus Manichæorum, qui quòd à malo principio creaturas exortas, atque execrabiles eſſe dicerent, ipſe contra eiſdem benedicens, ac verbo ſanctificans, pro eiſdem Domino gratias ageret: quod antea traditione Apoſtolica vſurpatum (vt eſt apud Clem. *in Conſtitutionibus, lib. 6. capite* 46.) fortè Eutychianus Decreto ſanxit faciendum. 283.

Conſtituit præterea, vt quicunque fidelium Martyrem ſepeliret, non ſine Dalmatica, aut ſine Colobio purpurato id faceret: quem vſum longius progreſſum religiouis prætextu, vt ſacrorum etiam Miniſtrorum corpora Dalmatica tegerentur, D. Gregor. poſt Decreto prohibuit, vetans etiam corpora Rom. Pont. cùm perferrentur humanda, tegi Dalmaticis.

Hic Pontifex duas ordinationes menſe Decembri habuit, in quibus Presbyteros quatuordecim, Diaconos quinque, Epiſcopos nouem creauit: deinde Martyr efficitur, cùm ſediſſet annos nouem. Sepelitur viâ Appiâ, in cœmeterio Calixti, octauo Calend. Auguſt. Vacat tum Sedes dies octo.

h Probi Imp. mort.

Probus compreſſis tyrannis, Romã veniens, de Germanis, & Bohemis, triumphat. Vopiſcus bellum Perſicum parans, cùm per Illyricum iter faceret, à militibus [h] per inſidias, anno Imperij ſui quinto (*Vopiſcus*) interimitur. 283.

i M. Aurel. Carin. Imp. electio.

Marcus Aurelius [i] Carus, Romæ natus ex parentibus Illyricis, à militibus creatur Imperator. Idémque filios Carinum, & Numerianum Cæſares dicit.

k Carus Imp. fulmine extinguitur.

Carus Imperator dum cœptam à Probo in Perſas expeditionem proſequitur, morbo, vel vt alij dixerunt, fulmine [k] extinguitur. *Vopiſcus.* 284.

l Diocletianus Imp. acclamatur, qui Maximianum conſortem Imperij aſciſcit.

Carinus in Occidente, Numerianus in Oriente, capeſſunt Imperium: ſed Numerianus mœrore patris ægrotans, ab Apio Socero, regnandi cupido, interficitur: re autem comperta, ab exercitu acclamatur Imperator, Aurelius Valerius [l] Diocletianus Dalmata, qui 11. Calend. Maij accepit Imperium. Qui, Ca-

rino

ANNO DOM.

rino in pugna victo, Maximianum aſciſcit conſortem Imperij.

284. Caivs natione Dalmata ex genere Diocletiani Imperatoris, cùm 9. diebus Pontificia Sedes vacaſſet, 16. Calend. Ian. Pontifex creatur, tempore Carini, & Numeriani Impp. Conſtituit ne prophanus quiſpiam ſacris initiatum in iudicium vocaret, néve paganus, aut hæreticus accuſandi Chriſtianum hominem, poteſtatem haberet.

Persecvtio [a] Diocletiani decima.

a Perſecutio X.

285. Quanta fuerit tempore huius Imp. perſecutio in Chriſtianos, ex numero Martyrum, & qualitate martyriorum, quæ in Martyrologiis leguntur, liquidò conſtat. Nam quieſcentibus vndique bellis externis, ac ciuilibus penitus extirpatis, ad expugnandos, penitúſque delendos Deorum inimicos inſenſiſſimos, Chriſtianos, iidem Imperatores, Diocletianus, & Maximianus in Oriente, & Occidente conſpirant: omnes comparant vires, cunctas admouent machinas. Diabolus ad exterminium Chriſtianorum, non modò calcaribus eos vrget, ſed & Pontifices, & Sacerdotes Gentilitiæ ſuperſtitionis, per ſe ſatis incenſos, magis, ac magis inflammat, & ignobile vulgus pariter ſpontè furens excitat, & ad fidelium bonorum prædam allicit, & impellit: omnes denique ad horribilium, & terribilium inſtrumentorum, ad excruciandum adinuentiones acuit & accendit. Tot, tantáque ab inferis deorſum, & ab hominibus deſuper terram, aduerſus Chriſtianam Religionem inermem vndique comparantur, vt eorum tantùm cogitatio, vel aſpectus, fortia quæque pectora timore concutere, robuſtos quoſque animos proſternere potuiſſet, ſi propriis tantùm viribus Chriſtianis obnitendum foret, & non magis fide, qua aliàs ſæpè ſancti vicerunt regna, effugauerunt aciem gladij, fortes facti ſunt in bello, &c. *Heb.* 11.

Exemplum præclarum Theophilæ Virginis S. Baſilius *lib. de Virgin.* affert tempore huius perſecutionis. Cùm ferueret, inquit, perſecutionis immanitas, electę Virgines, propter ſponſi fidem, ad illudendum impiis hominibus traditæ, corporibus inuiolatæ perdurarunt, in eo ſcilicet, cuius gratia id perferebant, impiorum conatus, ab earum carne irritos arguente, & integra eorum corpora cuſtodiente.

Huius autem S. Virginis, cùm à lictoribus traheretur [b], hæc præclara feruntur verba, cùm manus & oculos in cœlum tollens, & miſerabiliter aſpiciens: *Mi Ieſu*, inquit, *meus amor, mea lux, meus ſpiritus, meus cuſtos caſtitatis, & vitæ, vide eam, quæ eſt tibi deſponſa, vide, ô ſponſe, in quem nulla cadit reprehenſio, & feſtina: quoniam non eſt tempus quidem precandi, ne pactum conuentum fallam: ne prodas me beſtiis, ne lupi tuā pecudem lanient. Serua ſponſe, ſponſam, meam conſerua caſtitatem, fons caſtitatis, vt tuum quoque nomen, nunc quoque maximè glorificetur, quod intelligenter glorificatur ab Angelis.* Hæc illa quidem orauit cum lachrymis, effectum autem Deus reddidit.

b Exemplum præclarum Virginis Theophilæ ab Angelo cuſtoditæ ne violaretur.

Introducta Virgo in proſtibulum, prolato de ſinu Codice Euangeliorum, lectioni ſe dedit, qui verò primus ex intemperantioribus ad eam ingredi auſus eſt, tremore agitatus, procumbit mortuus, qui poſt aliquot horas ingreditur ſecundus, nimio ſplendore obcœcatus, fores, quibus exiret, quærebat, quod æquè pluribus accidit, nullis egredientibus. Quod mirati alij plures, non iam Virginem quęrentes, ingrediuntur, ſed quid factum eſſet explorantes, vident admirabilia, & terribilia, Virginem quidem ſedentem, & libro incumbentem; propè verò iuuenem admirabili ſplendore, & fulgore collucentem, ac metu, cùm penè obriguiſſent, exclamant: *Quis eſt ſicut Chriſtianorum Deus?* nec ſpectaculum ferentes, inde ſe proripiunt, omnes quidem obliti libidinis: nonnulli etiam impietate abiurata. Quibus auditis, Maximianus rem magicis adſcribit artibus. At iuuenis (id eſt, Angelus Domini) puellæ aſſiſtens proſtibulo eductam ad veſtibulum Eccleſiæ cum pace dimittit. Congregati ad nocturnas, de more, preces Chriſtiani, eam cum gaudio excipiunt, & auditis quæ circa illam admirabilia patrarat Dominus, gratias illi ingentes cum lachrymis agunt.

Inter alias verò perſecutiones, grauiſſima fuit illa, qua Decreto de libris [c] comburendis, ad eos tradendos Chriſtiani vbique vrgebantur, & additis tormentis, crudeliter cogebantur: qui ergo atrocitate pœnarum perterriti, quos apud ſe

c Perſecutio grauiſſima de ſacris Codicibus tradendis.

habebant

ANNO DOM.

a *Vide infra ſub anno 303.*

habebant Codices traderent, Traditores [a] vocati, quorum ingens fuit numerus. Sed propè infinitus illorum, qui mortem potiùs, per acerbiſſima tormenta, elegerunt, quàm libros prodere. Quorum omnium memoriam, vna die, nempe, ſecunda Ianuarij Romana Eccleſia celebrat, hoc præconio. *Romæ* [b] *commemoratio plurimorum Sanctorum Martyrum, qui ſpreto Diocletiani Imp. edicto, quo tradi ſacri Codices iubebantur, potius corpora carnificibus, quàm ſancta dare canibus maluerunt.* In qua tanta atrocitate perſecutionis multi ad Barbaros confugientes, licèt captiui, benignè tamen habiti ſunt, & titus Chriſtianos liberè paſſi exercere, vt eſt in Edicto Conſtantini pro Chriſtianis, apud Euſebium in eius vita. *lib. 2. cap. 51. & 52.*

b *Martyrologium Romanum.*

c *Africana Eccleſia ex hac perſecutione maximam paſſa eſt iacturam.*

In hac tanta perſecutione, Eccleſia [c] Africana, præ omnibus Eccleſiis ſenſit iacturam, quæ nullo vnquam remedio, poſterioribus redimi valuit temporibus, non quidem cæde martyrum (nam id quidem lucrum fuerat exiſtimandum) ſed quòd complures Epiſcopi impio parentes edicto, ſacros Codices, cùm tradidiſſent, vnà ſimul conſpirantes aduerſus pios, quos calumniis oppreſſerant, ſchiſma immortale conflarunt. Ex Optat. *lib. 1. contra Parmen.*

d *Miraculum pro vera fide.*

Hoc anno quidam Hieracita ex Manichæorum hæreſi natus, venerat ad Macharium in Ægypto: & cùm per multam [d] loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in Eremo, conturbare auſus eſſet, etiam coram ipſo præſumpſit fidei ſuæ aſſerere prauitatem. 287.

Cui cùm reſiſteret ſenior, & contradiceret, ille verba ſimplicia argumentis callidis eludebat. Sed cùm videret Sanctus, fidem fratrum periclitari; Quid opus eſt, inquit, nos verbis contendere ad ſubuerſionem audientium? Exeamus ad ſepulchra fratrum, qui nos præceſſerunt in Domino, & cui noſtrûm conceſſerit Deus ſuſcitare mortuum de ſepulchro, ſciant omnes, quia illius fides probatur à Deo. Hic ſermo, omnibus qui aderant fratribus, placuit. At ille: Tu, inquit, qui propoſuiſti, prior reuoca. Et Macharius proſternens ſe in oratione ante Dominum, vbi ſufficienter orauit, eleuatis ſurſum oculis ad Deum; Tu, inquit, Domine, quis ex duobus nobis rectam fidem teneat, oſtende, eleuato hoc mortuo. Et cùm hæc dixiſſet, Fratris cuiuſdam nomen, qui nuper fuerat ſepultus, euocauit: cui ille, cùm de tumulo reſpondiſſet, accedentes Fratres continuò, quæ ſuperpoſita erant, auferunt: & eductum eum cùm de ſepulchro, reſolutis faſciolis, quibus conſtrictus erat, exhibuerunt viuentem. Hieracita verò vbi hæc vidit, obſtupefactus, in fugam verſus eſt: quem Fratres quoque omnes inſequentes, extra terminos terræ illius exturbarunt.

Caius autem ſummus Pontifex cùm ſediſſet annos duodecim, menſes quatuor, & dies quinque, quo quidem tempore Presbyteros quinque & viginti, Diaconos octo, Epiſcopos quinque creauit, quater ordinationibus factis menſe Decembri habitis, captus à perſecutoribus, vnà cum Gabino fratre, eiúſque filia Suſanna, martyrio [e] coronatur, & via Appiâ in cœmeterio Calixti ſepelitur decimo Calend. Maij. Vacat tum Sedes dies vndecim. 296.

e *Caij Papæ martyrium.*

MARCELLINVS natione Romanus, Patre Proiecto, Diocletiani Dalmatæ obſcuro loco nati, & Maximiniani temporibus poſt interregnum vndecim dierum 3. Maij, ad Pontificatus apicem aſcendit. Vigente hoc tempore duriſſima Diocletiani Imperat. perſecutione, ductus hic Pontifex ad ſacrificia Gentium, cùm minis inſtarent carnifices, vt thura Diis exhiberet, metu perterritus, Deos alienos adorauit. Cuius peccati mox illum tantoperè pœnituit, vt Sinueſſam ad Concilium plurimorum Epiſcoporum venerit cilicio indutus, vbi lachrymis profuſis, ſcelus ſuum palàm confeſſus eſt. Quem tamen damnare auſus eſt nemo, ſed omnes vnà voce clamarunt: *Tuo te ore, non noſtro iudicio iudica: nam prima* [f] *Sedes à nemine iudicatur.* Marcellinus Romam reuerſus Imperatorem adit, grauiter eum accuſans, quòd ſe ad tantam impietatem impuliſſet. Quamobrem ille Marcellinum vnà cum tribus aliis Chriſtianis, Claudio, Cytino, & Antonino, capite plecti iubet. Quorum proiecta corpora, cùm triginta ſex dies iuſſu Imperat. ſepultura caruiſſent, beatus Marcellus à S. Petro in ſomnis admonitus, Presbyteris, & Diaconis, Hymnis [g], ac luminaribus adhibitis, honorificè ſepelienda curauit in cœmeterio Priſcillæ viâ Salariâ. Rexit Eccleſiam annos ſeptem, menſes vndecim, dies viginti tres: quo tempore fecit Ordinationes duas menſe Decembri, 297.

f *Prima Sedes à nullo iudicatur.*

g *Funebris pompa honorifica.*

quibus

ANNO DOM. quibus creauit Presbyteros quatuor, Epiſcopos per diuerſa loca quinque. Vacat tum Sedes dies 25.

Sub hoc Pontifice fuit perſecutio magna in Eccleſia, ita vt intra 30. dies 17. millia hominum promiſcui ſexus per diuerſas Prouincias martyrio coronarentur.

Duo Concilia habita ſunt hoc tempore.

303. CIRTHENSE [a] vnum in Numidia, vbi cõuenientes Epiſcopi, vt ibi in locum defuncti, Epiſcopum ordinarent, cognouerunt pariter cauſam eorum, qui ſacros Codices tradidiſſent, qui & Traditores [b] dicti ſunt. Fragmentum eiuſdem Synodi extat apud Aug. *contra Creſcon. lib. 3. cap. 26. & 27.* Eadem Acta Cirthenſia ſummatim complexa recitantur ab Optato Mileuitano, *contra Parm. lib. 1.* Pro qua re ſciendum, quòd tunc in omni prouincia Præſides, & ſingulis ciuitatibus, oppidis atque vicis officio inuigilabant, vt à Chriſtianis Codices ſacri traderentur: & ad hoc iidem vrgebantur, additiſque tormentis cogebantur. Qui atrocitate pœnarũ perterriti, quos apud ſe libros haberent, tradebant, Traditores appellabantur. Quã plurimi verò eorum tradere nolentes, ſanguine ſuo gladios, ignes, & alia mortis inſtrumenta rubricarunt. De Chriſtianorum in perferendis tormentis alacritate, Seuerus *lib. 2. cap. 51. & 52.* hæc habet: *Hac [c] tempeſtate omnis ferè ſacro Martyrum cruore orbis infectus eſt: quippe certatim glorioſo in certamine ruebatur; multoq́; auidius tum martyria glorioſis mortibus quærebantur, quàm nunc Epiſcopatus ambitionibus appetuntur. Nullis vnquam magis bellis mundus exhauſtus eſt, neque maiore vnquam triumpho vicimus, quàm cùm decem annorum ſtragibus vinci non potuimus.*

a *Concilium Cirthenſe.*

b *Traditores qui dicebantur.*

c *Martyrium auidè quæritur.*

Vigebat in Africa his temporibus conſuetudo [d], quam in aliis quoque prouinciis ſeruatam credimus, vt quamuis ingens eſſet Martyrum numerus, ingraueſcente perſecutione, non tamen abſque delectu, omnes qui paſſi eſſent, in Eccleſiaſticas Martyrum tabulas inferrentur: neque paſſim cunctis deſerretur honor, atque cultus, probatis tantùm martyribus debitus. Sub cuius enim Eccleſia aliquis martyrio vita functus eſſet, Epiſcopus rem geſtam ad Primatem eius Prouinciæ perſerebat, ille verò rurſum totius Africæ Primatem, nempe Carthaginenſem Epiſcopum de iiſdem, quæ geſta eſſent magna diligentia admonebat, qui re accuratius conſideratâ, & cum aliis quoque communicato conſilio, decernebat, cuinam Martyrum cultus deberet impendi, cuíve denegandus eſſet. Eſt de his planè exemplum Menſurij Epiſcopi Carthaginenſis (*apud Auguſt. in Breuic. collat. diei 3. cap. 13.*) reſcribentis ad Secundum Primatem Numidiæ, qui illos interdixit honore martyrij, qui non diuini Spiritus impulſu, ſed temeritate quadam, nulla à perſecutore facta interrogatione, ſe ſacros habere libros, quos non eſſent daturi profiterentur. Eodem pertinet, quod eſt apud Optatum *lib. 1. contra Parmenionem, de Lucilla Hiſpana, potentiſſima fœmina. Cùm Lucilla*, inquit, *correptionem Archidiaconi Cæciliani ferre non poſſet: quæ inter ſpiritualem cibum, & potum* (id eſt, ante Euchariſtiam) *os neſcio cuius Martyris, ſi tamen Martyris, libare dicebatur. Et cùm præponeret Calici ſalutari os neſcio cuius hominis mortui, etſi Martyris, ſed nondum vindicati* (id eſt, nondum legitima auctoritate probati) *correpta cum confuſione irata diſceſſit. Iraſcenti, & dolenti, ne diſciplinæ ſuccumberet, occurrit ſubitò perſecutionis enata tempeſtas.* Hæc Optatus.

d *Martyres quomodo in Tabulas Eccleſiaſticas referebantur.*

Concilium alterum congregatum fuit SVESSANVM [e] trecentorum Epiſcoporum, & triginta Presbyterorum, ad quod ipſe Marcellinus caput cinere aſperſum habens, ſe præſentauit, & peccatum ſuum confeſſus eſt. Quem tamen nemo iudicare, neque condemnare auſus eſt: quia *Prima Sedes à nemine iudicatur.*

e *Concilium Sueſſanum.*

Hoc anno Diocletianus [f], & Maximianus abdicant ſe Imperio, vitam priuatam amplectuntur, ille quidem Nicomediæ, hic verò Mediolani. Succedunt Diocletiano quidem in Oriente Maximinus Galerius: Maximiano verò in Occidente, Conſtantius Chlorus.

f *Dioclet. & Maxim. abdicant ſe Imperio, ſuccedunt Max. Galerius, & Conſtantius Chlorus.*

304. MARCELLVS natione Romanus, patre Benedicto, ex regione Viæ latæ, die 21. Nouemb. in locum demortui ſubrogatus, à Conſtantio, & Galerio vſque ad Maxentium peruenit. At diuino cultui intentus, vbi Priſcillam matronam Romanam impuliſſet, Cœmeterium ſuis ſumptibus viâ Salariâ conſtruxit.

ANNO DOM.

Maxentius verò vbi Lucinam matronam Romanam inſtituiſſe Eccleſiam Dei rerum ſuarum hæredem,intellexiſſet,iratus,& ipſam mulierem relegauit ad tempus,& Marcellum captum,impellere minis conatus eſt,vt & Epiſcopatu ſe abdicaret,& Chriſtianum nomen deponeret.Quem vbi contemnere, & deridere ſua præcepta videt, in catabulum, ad cuſtodienda animalia publica(vt quidam volunt)ſtatim incluſit.Quo in loco nec orationes vnquam, nec ieiunia prætermiſit. Parœchias item non ſecus,ac ſi liber eſſet,epiſtolis gubernabat.Menſe autem nono captiuitatis ſuæ à Clericis noctu è catabulo liberatus eſt. Qua ex re maiore percitus ita Maxentius, ſanctiſſimum virum in catabulum redegit: vbi cùm fœdè,& incommodè habitaret, pedore & ſitu mortuus eſt Cuius corpus Lucina ſanctiſſima,via Salaria ſepeliuit,in cœmeterio Priſcillæ, decimo ſeptimo Calend. Februarij. Poſtea autem, re Chriſtiana creſcente, catabuli domus in Eccleſiam erigitur,B.Marcelli nomine,quæ etiam ætate noſtra inuiſitur. Sedit annos quinque,m.6.d.21.Ex ſacris Ordinibus menſe Decembri habitis, Presbyteros ſex & viginti,Diaconos duos,Epiſcopos 21. creauit.Vacat tũ Sedes eius morte dies 20.

Huius Pontificis,extat epiſtola Decretalis,ad Epiſcopos Antiochiæ,vbi primò definit de primatu Eccleſiæ Rom.ad quam omnes, quaſi ad caput,iuxta Apoſtolorum ſanctiones,Epiſcopi ſuffugere,eámque appellare debent, vt inde accipiant liberationem,vnde acceperunt informationem,& conſecrationem.Cui ceſſit Antiochena,quæ olim erat prima.

a Concilia Generalia abſque Sedis Apoſtolicæ auctoritate conuocari nõ poſſunt, ex ſanctione Apoſtolica.

Deinde dicit ab Apoſtolis ſancitũ eſſe,vt nulla [a] Synodus fieret, præter eiuſdẽ Sedis auctoritatem.Hoc idem renouauit Conc. Nicænum I. vt teſtatur Synodus Alexandrina in epiſt.Synodica ad Felicẽ.& Iulius I.*in epiſt.ad Orientales*,qua hunc Canonem allegans,ipſos reprehendit,quod ſine ſuo conſenſu, Antiochiæ Concilium celebraſſent.Vide in Conc.Chalcedon.*Act.*1.Dioſcorus Alexandrinus iubetur inter Epiſcopos non ſedere,eo quòd ſine auctoritate Apoſtolicæ Sedis Synodum facere auſus fuiſſet.Vnde veriſſimũ eſt illud Pelagij II.*in epiſt 1.ad Orientales. Generalium Synodorum conuocandi auctoritas, Apoſtolica Sedi, B.Petri ſingulari priuilegio tradita eſt.*Item illud Valentiniani Imp.qui vt refert Sozom.*lib.6.c.7.*cùm ab Epiſcopis rogaretur,vt permitteret iis Concilium celebrare reſpondit: *Mihi qui ſum in ſorte plebis,fas non eſt,talia curioſiùs perſcrutari.Sacerdotes,quibus iſta curæ ſunt,quacunque voluerint,loco conueniant.*Quod obiiciunt aduerſarij,à Conſtantino Nicęnũ: à Conſtantio,Sardicenſe: à Theodoſio ſeniore Conſtantinopolitanum: à Theodoſio iuniore Epheſinum,à Martiano Imp.Chalcedonẽſe Concil.conuocatũ,aut indictũ eſſe,infra loco ſuo diluemus.Vide etiam Bellar.*lib.1.de Cõcil.cap.12.& 13.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt tria Concilia.

b Concilium Elibertinũ, ſeu Eliberitanum.

ELIBERTINVM [b], ſeu ELIBERITANVM in Betica, Hiſpaniæ prouincia,in quo plures nobiles Confeſſores conuenere, in quibus magnus Oſius Confeſſor,Cordubenſis Epiſcopus,& Valerius Cæſarauguſtanus.Celebratũ eſt autem ad Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam,eo animo,vt fideles ab idololatria acrioribus intentatis minis,longiùs abſterrerent.Quã cùm adeò vehementer,vt par erat,deteſtarentur,etiam in publica lætitia lucernas,& in cœmeterio cereos [c],more Gẽtilium,accendere vetuerũt.Gentiles enim carminibus magicis, accenſis cereis, aliiſve ſuperſtitionibus adhibitis,eas aduocare ſatis expreſſè habetur *in lib.* 1. *Reg. c.*28. *Quare me inquietaſti vt ſuſcitarer?* Imagines [d] quoque in Eccleſiæ parietibus pingi noluerunt,ne fugere coacti, in manibus infidelium relictæ, ludibrio eſſent. Et ne fideles in Capitolium, ſeu locum ſacrificiorum ſacrificij tantùm videndi cauſa aſcenderẽt,ſeuerè interdixerunt.In eodem Concilio congregatis Patribus, placuit in totum prohibere Epiſcopis,Presbyteris,Diaconis,ac ſubdiaconis poſitis in miniſterio,abſtinere à coniugibus ſuis,& non generare filios.Quod quicunque fecerit,ab honore Clericatus exterminatur.Quòd quidem iam à temporibus Apoſtolorum,in Eccleſia ſemper antea ſeruatum eſt. 305.

c Cerei in cœmeterio accenſi cur vetitum.

d Imagines in parietibus pingi,cur vetitum.

Galerius Maximianus duos Cæſares creat, Maximianum, atque Seuerum, & Orienti præficit.*Eutropius.* 306.

e Conſtantinus Imper.

Conſtantinus [e] Imp.in Britannia Eboraci,Conſtantino filio, natu maiore, ex Helena,qui extremo illo tempore,opportunè inſidias Galerij Maximiani fugiens aduenerat,ſucceſſore relicto Imperij,moritur.

CAR

ANNO DOM.

CARTHAGINENSE I.[a] vbi conuenientes Epiſcopi, in locum Mēſurij ordinant Cæcilianum Diaconum, Epiſcopum Carthaginenſem Cōtra quem ſchiſma conflatur, ab hoc triplici genere hominum: ab ambientibus illum Epiſcopatum, ſpe ſua fruſtratis; à Presbyteris, qui commendatum ſibi à Menſurio aurum, & argentū, Eccleſiæ reddere recuſabant, & à Lucilla factioſa, & pecunioſa fœmina, illi infenſiſſima, quòd ab eo Diacono, admoneri ob Eccleſiaſticā diſciplinā, ferre non potuit. Hi igitur, cùm Numidiæ accitis Epiſcopis, Carthagine conuenientes, vitio factū Cæcilianum pronunciant, & damnant, & Maiorinū quendā Lucillæ domeſticū, ipſa ſuffragante, ordinant Epiſcopum. Hi ordinatores, de numero Traditorū iam ante in Concilio Cirthenſi crimina confeſſi, indulgentiam ſibi inuicem tribuerant, & crimen traditorum, per ſummum nefas, in Cæcilianum, & ordinatores eius, atque adeò in omnes ipſi communicantes contulerunt. Optat. *lib. contra Parm.* & Auguſt. *lib. 1. cap. 3. contra Parm. & in Breuic. coll. 3. cap. 14.*

a *Concilium Carthaginenſe I. Schiſma.*

Hoc tempore accidit ſchiſma[b] Meletianū, qui cùm eſſet Epiſcopus in Ægypto, à Petro Alexandrino Epiſcopo, multis conuictus criminibus, & in primis, quod idolis ſacrificaſſet, in Synodo depoſitus, non ſe purgare ſtudēs, ſchiſma fecit, adeò vt illius ſectatores, etiam nunc, pro Chriſtianis, Meletiani vocitentur. ſic Athan. *in Apol. 2.* cui potiùs fides adhibenda, quàm Epiphanio qui falſa hac de re hiſtoria, multo aliter prodidit de Meletio. Acta etiam S. Petri, cum Athan. conſentiunt. item *Socr. lib. 1. cap. 3.*

b *Schiſma Meletianum.*

308. CONCILIVM[c] CARTHAGIN. II. pariter Schiſmaticorum Donatiſtarū contra Cæcilianum. Donatiſtæ enim per varias calumnias in Cæcilianum Epiſcopum Carthag. allectis ſibi Numidis, & Mauritanis Epiſcop. & ipſis impiis traditoribus, colligunt Carthaginenſe Concilium (mirum dictu) 270. Epiſcoporum. Auguſt. *epiſt. ad Vincentium* 48. *ex Tychonij Commentariis.* cuius tamen memoria Concilij, remanſit apud ipſos penitus antiquata, quòd qui ſe puros iactarent, & alienos à proditoribus, tantam hanc multitudinem ex Traditoribus conflatam negare non poſſent, eóque potiùs vtebantur Concilio, quod ante biennium ſeptuaginta Epiſcopi in Cæcilianum celebraſſent.

c *Concil. Carthagin. II. Schiſma Donatiſtarum.*

In hoc autem Concilio omnes Cæcilianum abſentem condemnauerunt, quòd ad illos venire noluerit. Porrò Cæcilianus, iure merito conſpirantē inimicorum multitudinem non curabat, cùm ſe, videret, & Rom. Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit Principatus, & cunctis terris, vnde Euangelium ad ipſam Africā venit per cōmunicatorias litteras eſſe coniunctum, vbi paratus erat, ſuam cauſam dicere, ſi aduerſarij eius ab eo illas Eccleſias alienare conarentur.

Sub eodem hoc Pontifice, anno ſcilicet 305. S. Ianuarius[d] martyrij coronam accepit. Cuius corpus Neapolim tranſlatum, in magna veneratione eſt, maximè propter miraculum ſanguinis ipſius inſigne, quod vſque ad hodiernum diem viget. Cùm enim eius ſanguis (qui in vitrea ampulla aſſeruatur, & aliàs concretus, atque durus ſemper permaneat) ad caput Martyris admouetur, protinus liquefieri, mox fluere, & ebullire, maximâ omnium admiratione, conſpicitur.

d *S. Ianuarius apud Neapolim.*

Item anno 307. Catharina[e] quoque Virgo Alexandrina, opibus, generis ſplendore, & exquiſita doctrina inſignis, cùm Maximini Imperatoris libidini obſecundare nollet, Chriſtianitatis damnata, poſt rotas, & reliqua tormenta, gladio occumbens, lac pro ſanguine, ex iugulo percuſſo fudit. Cuius corpus ab Angelis, in Sina Arabiæ monte, mirabiliter collocatum eſt.

e *S. Catharina Virgo Alexandrina.*

309. Marcellus Papa hoc anno, vſus Eccleſiæ pace, quam ſimulatio Chriſtianæ Religionis in Maxentio præbebat, ordinandæ Eccleſiæ, ſuperiori perſecutione perturbatæ, inſiſtens, nouum cœmeterium viâ Salariâ, & viginti quinque titulos[f] in vrbe conſtituit, quaſi Diœceſes ad baptiſmum, & pœnitentiam multorum, qui ad fidem veniebant, & ad ſepulturas Martyrum. *ex lib. de Rom. Pont.* Quo innuitur, impetraſſe à Maxentio, vt corpora Sanctorum Martyrum in vrbe ſepelirentur, quod iure Romano veritum erat.

f *Tituli in Vrbe inſtituuntur.*

EVSEBIVS natione Græcus, Patre Medico, poſtquā Sedes 20. diebus vacaſſet, 5. Februarij, Pontifici Marcello ſucceſſit tempore Conſtantini, & Maxent. Impp. Inſtituit hic Pontifex, ne prophani, quos laicos vocant, Epiſcopum in iudicium vocarent. Habita autem ſemel ratione ſacrorum Ordinum menſe Decembri, cùm

Preſbyteros 13. Diaconos 3. Epiſcopos 14. creaſſet, Romæ moritur, ac in cœmeterio Calixti, viâ Appiâ, ſepelitur 6. Non. Octob. Sedit autem annos duos (alij ſex) m. 7. d. 3. Vacat tum Sedes diem vnum.

a Sacrificium altaris in lineo panno tantùm celebretur.

Hic Pontifex ſtatuit, ne ſacrificium altaris in ſerico panno, aut tincto quiſquã celebrare præſumat, ſed in puro [a] lineo ab Epiſcopo benedicto, quod communi conſenſu & conſuetudine, Beda, & Burchardo teſtibus, in Eccleſia receptũ eſt, & ex Cõcilio Rhemẽſi III. confirmatũ *Can. Sacratas, diſt.* 24. Id appellatur *Palla ſacra*, quia eſt veluti pallium, & indumentũ Chriſti in altari. Cõmuniter verò appellatur *Corporale*, quia Syndonem repræſentat, qua corpus Chriſti inuolutum fuit, vel quia in eo corpus Domini ſuperponitur. Idẽ Põtifex. Oportet Epiſcopũ moderatis

b Epiſcoporum menſa qualis.

epulis [b] cõtentum eſſe, ſuóſq; cõuiuas ad comedendũ & bibendũ nõ vrgere, quin potius ſobrietatis præbeat exemplum. Remoueantur ab eius conuiuio cuncta turpitudinis argumenta: non ludicra ſpectacula, non fatuorum ſtultiloquia, non ſcurrilium admittantur præſtigia. Adſint peregrini & pauperes, & debiles, qui de Sacerdotali menſa Chriſtum benedicentes, benedictionem percipiant. Recitetur ſacra lectio, ſubſequatur viuæ vocis exhortatio, vt non tantùm corporali cibo, imò verbi ſpiritualis alimento, conuiuantes ſe refectos gratulentur, vt in omnibus honorificetur Deus.

c Petrus Alexand.

Nonus hic eſt annus perſecutionis, quo S. Petrus Alexãdrinus [c], Epiſcopus 12. 310.
ſuæ Sedis anno, inter Epiſcopos eminentiſſimus, obtruncatione capitis 25. Non. martyrio coronatur, cũ quoque alij complures Ægyptij Epiſcopi. Euſeb. *lib.* 7. *c. vlt.*

d Arius excommunicatur.

Ab hoc Arius [d] excommunicatus fuit ob ſchiſma cum Meletio, non verò ob hæreſim, quod habent Acta edita (cùm S. Athanaſ. *Orat.* 1. *cont. Arian* dicat, eum primò ab Alexandro Epiſcopo, noua intercedente hæreſis cauſa excommunicatum) poſt verò præbita illi indulgentia, Eccleſiæ reſtitutus, & Diaconus ordinatus eſt, ſed cùm rurſum ad Meletium deſciuiſſet, ne amplius reiiceretur, idem Petrus admirabili quadam viſione admonitus (quod viſus ei eſſet Chriſtus veſte diſciſſa dicens, hanc mihi diſcidit Arius, caue ne eum in communionem recipias) Achillam & Alexandrum Preſbyteros, pro eo interpellantes, conteſtatus eſt.

e Luciana editio Sacræ Scripturæ.

Hoc anno Lucianus [e] Antiochenus Preſbyter, doctiſſimus, idémq; ſanctiſſimus 311.
totam ſacram Scripturam valdè adulteraram, Hebraicè doctiſſimus reſtituit: eáq; Editio Luciana dicta, qua ab Antiochia Conſtantinopolim vſque, interiectæ Eccleſiæ vtebantur. Scripſit & libellos de fide, quibus abuſi ſunt Ariani ad ſuum dogma ſtabiliendum, cùm vocabulo, *Conſubſtantialis*, vſus non fuiſſet, alioqui rectè ſentiens de fide. Hieron *de Scriptor.*

f Pax Eccleſiæ datur.

Hoc eodem anno Pax [f] Eccleſiæ de improuiſo reſtituitur. Galerius enim Maximianus diuinitùs percuſſus acerbiſſimo & horribili morbo, agnoſcens id ſibi euenire ob ſuam immanitatem in Chriſtianos, Edicto relaxat perſecutionem, & liberum vſum ſuæ religionis Chriſtianis permittit, & vt Deo ſuo pro ſua, & Reipublicæ ſalute ſupplicent, monet. Euſeb. *lib* 8. *cap.* 28. *&* 29.

Melchiades natione Afer poſt interregnum Pontificium 7. dierum, 3. Octob. Conſtantini temporibus Pontifex creatur. Inſtituit, ne die Dominico, néve quinta Feria ieiunaretur: quia hos dies Pagani, quaſi ſacros celebrabant: multa quoque in oblationibus faciendis conſtituit, quòd Manichæorum hæreſis in vrbe Roma tum maximè innaleſcebat. Sub finem anni 313. 4. Idus Decẽb. Melchiades Papa, cùm ſediſſet annos 2. menſes 2. & dies 7. ſpiritum Deo reddidit. Inter Martyres recenſetur, more priſco: quo etiam Confeſſores, Martyrum vocabulo nominabãt.

g Crucis ſignum Conſtantino proficiſcenti ad bellum apparet.

Hoc anno Conſtantinus Imp. dum cogitat de bello Maxentio inferendo poſt 312.
meridiem, Crucis ſignum [g], ex lucis ſplendore figuratum, in ipſo cœlo manifeſtè videt, in itinere, ſpectante, & obſtupeſcente exercitu: atque in eo hæc verba: In hoc vinces. Quod & factum eſt.

Conſtantinus autẽ, qui ob ſalutaris ſigni apparitionem, Sacerdotes Chriſtianæ Religionis apud ſe habuit, à quibus de fidei myſteriis erudiretur, vt refert Euſebius, poſt adeptam de Tyrãno tam admirabilem victoriam, quo animo fuerit erga

h Palatium Lateranenſe Papæ donatum à Conſtantino.

primarium Chriſtianæ Religionis Antiſtitem, munificentia in eum oſtenſa declarat, ſiquidem Regiam domum, & Palatium [h] Fauſtæ, in Laterano ei donatum, ad habitandum conceſſit.

Indi

ANNO DOM.

Indictionum [a] origo ad hęc tempora videtur referenda,nam ante Conſtantini tempora nulla apud exteros earum fit mentio:& apud Eccleſiaſtica monumenta, prima eſt mentio in Concilio Romano, ſub Iulio Papa, qui Siluestro ſucceſſit:& apud S. Ambroſ.*in epiſt.ad Epiſcopos Aemilia Prouinciæ.*in faſtis certè Græcis habetur ſub finem,ſub huius anni Conſulibus,cœptus eſſe numerari.

a Indictionum origo.

313. Hoc anno,nouo reſcripto [b] Conſtantinus cauet, conceſſæ à ſe Clericorum immunitati *l.1. de Epiſc.& Cler.Cod.Theodoſ.*

b Clericorum immunitati cauet Conſtantinus.

Schiſmatici,Donatiſtæ [c],Cæcilianum Carthaginis Epiſcopum,apud Conſtantinum accuſant: qui primum tres illis dat Epiſcopos de Gallia: mox agnoſcens, hoc ad ſummum Antiſtitem pertinere, cauſam ad Melchiadem defert.

c Donatiſtarum appellatio.

Hic verò,ſimul cum aliis Epiſcopis decem& nouem,cauſa cognita [d],ROMÆ in domo Fauſtæ, in Laterano, Donatum à Caſis nigris, factionis Schiſmaticorum auctorem,damnant,Cæcilianum abſoluunt.

d Concilium Romanum.

Donatum verò,eo quòd lapſos,non per ſolam manus impoſitionem,ſed potius rebaptizando, Eccleſiæ reconciliaſſet, & Cæcilianum calumniatus fuiſſet, iuxta propriam confeſſionem,& teſtium depoſitionem, iuſto iudicio condemnauit.

Donatus verò & ſequaces rurſus [e] à iudicio Epiſcoporum, appellant ad Conſtantinum,qui indignè admodum ferens,tantam eorum peruicaciam, *in Epiſt. ad Epiſc.*illa profert:*O rabida furoris audacia,ſicut in cauſis gentium fieri ſolet,appellationē interpoſuerunt.*Et paulò antè dixerat:*Meũ* [f] *iudicium poſtulant,qui ipſe iudicium Chriſti expecto.Dico enim(vt ſe veritas habet)Sacerdotum iudicium ita debet haberi,ac ſi ipſe Dominus reſidens iudicet,nihil enim licet his aliud ſentire, niſi quod Chriſti magiſterio ſunt edocti.*Optat.& Aug.qui rem hanc totam luculenter deſcribunt, ille quidem *lib.1.contra Parm.*hic autem *epiſt.68. & in Breuic.*

e Donatiſtarum appellatio.

f Conſtantini aurea verba.

314. SYLVESTER,natione Romanus,Patre Ruffino, poſtquam Epiſcopatus Romanus per obitum Melchiadis integro menſe vacaſſet, ipſis Calend. Februarij anni 314.in Melchiadis locum ſucceſſit,Imper.Conſtantino.Cui Imperatori, cùm lepræ curandæ cauſa,ſibi ex infantium ſanguine,medicorum conſilio,balneum parari iuſſiſſet,ſancti Apoſtoli Petrus,& Paulus in quiete apparuerunt,præcipientes ei,vt ſi ex lepra liberari vellet,omiſſa impij balnei immanitate,Syluestrum in mõte Soracte accerſeret, à quo ſalutari lauacro recreatus, in omni ditione Romani Imperij templa Chriſtiano more ædificari imperaret: ſublatíſque inanium Deorum ſimulachris, vero Deo cultum adhiberet. Conſtantinus igitur, cœleſtibus monitis obtemperans,Syluestrum diligentiſſimè conquiſitum vocat:à quo Apoſtolorũ imagines recognoſcẽs,baptiſmo ſanatur,& ad tuendam,propagandámq; Chriſti religionem inflammatur. Interim verò, Sylueſter multa decreta [g] fecit Eccleſiæ Dei vtilia: in his,vt à ſolo Epiſcopo Chriſma conficeretur, vt Presbyter Chriſmate,baptizati ſummum liniret verticem; vt Diaconi Dalmaticis in Eccleſia,& palla linoſtina ad læuam vterentur: vt in lineo tantùm velo,ſacrificium altaris conficeretur.Pręſcripſit tempus omnibus,qui Ordinibus initiati eſſent,exercendi ſingulos Ordines in Eccleſia,antequam quiſque ad altiorem gradum aſcẽderet.Vt laicus,Clerico non inferret crimen.Ne Clericus,apud prophanum iudicem cauſam diceret.Prouidit,vt Clericis copioſis,egentes coniungeret: & ſacris Virginibus,quæ ad victum neceſſaria eſſent,ſuppeditarentur.Vixit in Pontificatu annos viginti vnum,menſes decem,diẽ vnum.Sepultus eſt in cœmeterio Priſcillę, viâ Salariâ.Fecit ordinationes ſeptem menſe Decembri,quibus creauit Presbyteros quadraginta duos,diaconos viginti quinque,Epiſcopos per diuerſa loca ſexaginta quinque.

g Syluestri Decreta.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Anno 314.celebratum fuit CONCILIVM [h] ARELATENSE.Donatiſtæ enim qui proximo anno,à Concilio Romano quo abſolutus fuerat Cæcilianus,ad Conſtãtinũ appellarant,ipſo maximè indigentes,ex eius tamen indulgentia,putantes,ſic poſſe diſſidentem Eccleſiã Africanã vniri, obtinent hoc anno,nouũ fieri iudiciũ Arelate Cõcilio coacto,vbi ipſe erat:ſed prius mandat Proconſuli Africę Æliano cognoſci cauſã Felicis Epiſcopi Aptũgitani, quẽ Cæciliani ordinatorẽ, fuiſſe ſacrorũ librorũ traditorẽ Donatiſtæ fuerant calumniati. Quod factũ eſt hoc anno poſt quatuor menſes à Concil. Rom.& Fœlix innocens repertus,& abſolutus eſt.

h Concilium Arelatenſe.

Anno Dom. 314.

a *Imp. Conſt. ſedet in Concilio, vbi non de fide ſed iudicium de perſona agitabatur.*

Acta apud Aug. epiſt. 152. *& poſt Collationis, cap.* 33. Conſtantinus autem [a], quamuis Cathecumenus ſedet in Coneilio, in quo non de fide tractabatur, ſed iudieium de perſona agirabatur. Euſeb. *in vita Conſtantini, lib.* 1. *cap.* 37.

Præfuit eidem Concilio Sylueſter per legatos, Claudium, & Vitum Presbyteros, Eugenium, & Cyriacum Diaconos. Cæcilianus innocens pronunciatur in Concilio Arelarenſi, & multi Donatiſtæ cum eo in gratiam redeunt, aliis in obſtinatione perſiſtentibus. Ex Auguſt. *epiſt.* 68. Euſeb. *in vita Conſtant. lib.* 1. *cap.* 38.

b *Epiſcopus non ſolùm de Eccleſiaſticis rebus, verùm & de ciuitatibus decidentibus, ſtandum eſt.*

Hoc eodem anno Conſtanrinus promulgauit edictum ampliſſimum de ſententiis, & teſtimonio Epiſcoporum [b], quo declarat, adeò deferri velle ſententiis Epiſcoporum, vt non tantùm velit in iis, quæ ſpectant ad Eccleſiaſticas controuerſias, ſed etiam ciuiles diſceptationes, & ſæculares cauſas, ac lites, vt illibatæ permaneant, adeò vt neque Præfectus Prætorio, cuius ſummum ius erat, atque poteſtas; vel alius quilibet Magiſtratus, poſſet eas inualidas reddere. Quòd quidem reſcriptum habetur *in l.* 1. *de Episc. iudic. Cod. Theodoſ.* & eſt tale.

Imp. Constantinvs A. Ablavio PP.

Religionis eſt, Clementiam noſtram ſciſcitari voluiſſe, quid de ſententiis Epiſcoporum, vel ante moderatio noſtra cenſuerit, vel nunc ſeruari cupiamus, Ablaui Pater cariſſime. Itaque quia à nobis inſtrui voluiſti, olim prærogatæ legis ordinem, ſalubri rurſus Imperio propagamus. Sanximus namque (ſicut edicti noſtri forma declarat) ſententias Epiſcoporum quolibet genere prolatas, ſine aliqua ætatis diſcretione inuiolatas, incorruptaſq; ſeruari: ſcilicet, vt pro ſanctis ſemper, ac venerabilibus habeatur, quidquid Epiſcoporũ fuerit ſententia terminatum Siue itaque inter minores, ſiue inter maiores, ab Epiſcopis fuerit iudicatũ, apud vos qui iudiciorũ ſummam tenetis, & apud cæteros omnes Iudices ad executionẽ volumus peruenire.

c *Legant Principes, & Iudices.*

Quicunque itaque litem habens [c], *ſiue poſſeſſor, ſiue petitor fuerit, inter initia litis, vel decurſis temporum curriculis, ſiue cùm negotium peroratur, ſiue cùm iam cœperit promi ſententia, iudicium eligit ſacroſanctæ legis Antiſtitis, illicò ſine aliqua dubitatione, etiamſi alia pars refragatur, ad Epiſcopum cum ſermone litigantium dirigatur. Multa enim, quæ in iudicio captioſæ præſcriptionis vincula non patiuntur, inueſtigat, & promit ſacroſanctæ Religionis auctoritas. Omnes itaque cauſæ, quæ Prætorio iure, vel ciuili tractantur, Epiſcoporum ſententiis terminatæ, perpetuo ſtabilitatis iure firmentur: nec liceat vlterius retractare negotiũ, quod Epiſcoporum ſententia deciderit. Teſtimonium etiam ab vno licèt Epiſcopo, perhibitum, omnes Iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cùm teſtimonium Epiſcopi à qualibet parte fuerit repromiſſum. Illud enim eſt veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à ſacroſancto homine, conſcientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto ſalubri aliquando cenſuimus, hoc perpetua lege firmamus malitioſa litium ſemina comprimentes, vt miſeri homines, longis, ac penè perpetuis actionum laqueis implicati, ab improbis petitionibus, vel à cupiditate præpropera, maturo fine diſcedant. Quidquid itaque de ſententiis Epiſcoporum, Clementia noſtra cenſuerat, & iam hac ſumus lege complexi, grauitatem tuam, & cæteros pro vtilitate omnium latam, in perpetuum obſeruare conueniet. Dat. III. Non. Maij. C. P.* De qua ampliſſima iudiciaria poteſtate Eccleſiæ Catholicæ à Conſtantino collata, meminiſſe videtur Euſeb. *lib.* 4. *vitæ Conſtantini, cap.* 27. Sozom. *lib.* 1. *cap.* 9.

d *Pontifices qui exemptionem clericorum à foro ſæculari ſtatuerunt.*

Occaſione huius conceſſionis, placuit hic ſimul ponere tum Pontifices, tum etiam Concilia, quæ hanc Clericorum à foro ſæculari [d] exemptionem ſtatuerunt: Nam in primis hanc exemptionem ſeruandam eſſe in Eccleſia docuerunt, & præceperunt Pontifices, & Concilia ferè ab initio Eccleſiæ, vſque ad præſentem diem vt conſtat ex Alex. I. *epiſt. ad omnes Orthodoxos*, qui ſedit anno 109. teſtatúrque à temporibus Apoſtolorum id obſeruatũ fuiſſe quod poſtea etiam præcepit Caius Papa, *epiſt. ad Felicem Epiſcopum anno* 283. & Marcellinus *epiſt.* 2. *ad vniuerſos Epiſcopos Orientis anno* 196. Sylueſter Papa in Concilio Romano quod ſub illo primum in ordine ponitur. *Can.* 4. *anno* 314. Gelaſ. apud Gratian. *in cap. Chriſtianis, & cap. Sylueſter.* 11. *q.* 1. & Bonif. V *in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ*, vt refert Grat. *ſupra in cap. nullus.* 3. nam in originali non inuenitur, & magis videtur, caput illud deſumptum *ex Authent. Nullus. C. de Epiſcopis, & Clericis.* Idem tradit Greg. quem Gratian. *ibidem* refert *ex lib.* 9. *ep. Indic.* 4. *epiſt.* 32. ad Romanum defenſorem Siciliæ, & idem habet

Google

ANNO DOM. 314. *in epiſt.74.ad Bonifacium defenſorem Corſicæ* Idem ſtatuit Leo I.*in epiſt.96.ad Epiſcopos,& Presbyteros Thraciæ* & Teleſphorus Papa *9.à Petro in ſua ep.ad omnes fideles.*

Multa præterea Concilia[a] generalia,& prouincialia,antiqua,& recentiora,clericos non à laicis,ſed ab Epiſcopis, vel à Conciliis prouincialibus iudicandos eſſe tradiderunt, vt conſtat ex Conc. Chalcedon.*act.* 15.*c.*9. & ex Carthag. III. antea coacto,anno 397. *cap.* 9. vbi inter alia dicitur, malè de Eccleſia ſentire clericum, qui de iudicio ſæculari petit auxilium.Et *in c.*38.petitur facultas ab eodem Concilio ad implorandum brachium ſæculare contra quendam incorrigibilem Epiſcopum,& reſpondet Aurelius,conſentientibus aliis,hoc non eſſe contra formam diſciplinæ,quando Clericus admonitus, contumax fuerit, & contempſerit. Et in Concilio Tolet. III. *c.* 13. puniuntur Clerici, deferentes iudicia Eccleſiaſtica, & ad ſæcularia euntes.

a *Concilia,quæ exemptionem clericorum à foro ſæculari decreuerunt.*

Idémque habetur in Conc.Agath.tempore Symmachi *c.*8.*&* 32.Aurelian. III. *c.*31.Mileuit.*c.*19.Matiſcon.*c.*8.& 32.& latiùs Matiſcon.II.*c.*9.*&* 10. vbi notanda ſunt illa verba:*Reuerendiſſimi Canones, atque ſacratiſſimæ leges de Epiſcopali audientia in ipſo penè Chriſtianitatis principio ſententiam protulerunt; tamen quia eadem poſtpoſita,humana in ſacerdotes graſſatur temeritas*,&c.Quæ verba ſunt valdè notanda,tum pro exemptionis antiquitate, tum quia in eis inſinuatur, illam magis eſſe per canones,& legem declaratam,atque defenſam,quàm inſtitutam: hoc enim ille modus loquendi indicat:*Pro Epiſcopali audientia protuliſſe ſententiam.*

Idem refertur ex Concilio Pariſ. *in c.*2. *de foro compet.* & ex Conc. Lateran. ſub Alex. III. in cap.*ſi clericus. ead.tit.* in quo multa ſunt decreta de diſtinctione vtriuſque fori,& plura *in cap qualiter,& quando.& cap.Clerici.& cap. cùm non ab homine.de Iudiciis.* Deinde in Concilio Colonienſi I. *par.* 9.*cap.* 20. dicitur *hanc vnitatem eſſe antiquiſſimam.*Et in Conc.Lateran.ſub Leone X.*ſeſſ.*9. in Bulla reformationis, innouantur omnes ſanctiones Apoſtolicę in fauorem libertatis Eccleſiaſticę,*Cùm à iure*,inquit,*tam diuino,quàm humano laicis poteſtas nulla in Eccleſiaſticas perſonas attributa ſit.*Ac denique Conc.Trid.[b] *ſeſſ.*25.*cap* 20.*de Reform.*ſic inquit:*Decernit,& præcipit ſancta Synodus, ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias ſanctiones Eccleſiaſticas in fauorem Eccleſiaſticarum perſonarum, ac libertatis Eccleſiaſticæ, & contra eius violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreta innouat, exactè ab omnibus ſeruari debere.* Ex his ergo teſtimoniis euidenter concluditur, datum eſſe in Eccleſia Chriſti Clericis priuilegium exemptionis à poteſtate ſæculari. Nam impoſſibile eſt,tot Pontifices ſanctos, & ſapientes, quorum multi etiam Martyres fuerunt, & tot Concilia Eccleſiam in hoc decepiſſe. Vnde etiam eſt incredibile, Clericos contra Imperatores,& Reges priuilegium hoc per tyrannidem,vel iniuriam vſurpaſſe.

b *Concilium Trident.omnes ſacras ſanctiones innouat.*

Eodem anno celebrata eſt ANCYRANA[c] SYNODVS decem & octo Epiſcoporum Orientalium in primis illuſtrium, quorum plures in Nicæno Concilio fidem Catholicam egregiè propugnarunt, quod ſtudio Vitalis Antiocheni, Primariæ Sedis Epiſcopi, conuocatum credibile eſt. In eo viginti quatuor Canones ſtatuti.Omnia autem ad mores reformandos.

c *Ancyrana Synodus.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM[d] NEOCÆSARIENSE, quod poſt Ancyranum legitur fuiſſe,in quo Patres 17.ſtatuerunt Canones 14. quorum auctor maximè fuit Vitalis Epiſcopus Salonitanus. Peractum eſt hoc Concilium ad Oeconomiam Eccleſiaſticam rectè inſtituendam, paucis annis poſt Ancyranum:vel eodem anno, quo Ancyranum, vt placet Honuphrio. Cauſam tam Ancyranæ, quàm Neocæſarienſis Synodi dederant lapſi pœnitentes ad Eccleſiam reduces, qui ad quem modum reciperentur, ne videlicet & diſciplina Eccleſiaſtica relaxaretur, & benignitatis viſcera poſtulantibus aperirentur, Epiſcopi ſanxerunt.

d *Concilii Neocæſarienſ.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM[e] ROMANVM in quo ad inſtantiam Conſtantini Imper. & Helenæ matris contra Iudæos Syluester Papa, & Epiſcopi de aduentu Meſſiæ validiſſimè diſputantes, victoriam reportarunt.

e *Concilium Romanum.*

Iudæi hoc anno liuore Chriſtianæ proſperitatis tabeſcentes, & Chriſtiano Principi ſubeſſe indignè ferentes, ſeditionem mouerunt, rebellionémque moliti ſunt:quos ille(Conſtantinus)amputatis illorum auriculis,ac rebellionis ſigno im-

preſſo corpori illorum per omnia loca circumferebat, ceu fugitiua mancipia; erudiens alios omnes, ne in poſterum eadem conarentur. Chryſoſt. *adu. Iud. hom. 2. Tom. 5.*

a Concilium Alexandrinum I.
b Arius.

Eodem anno celebratum eſt Concilivm [a] Alexandrinvm I. in quo Arius ab Alexandro Alexandrino Epiſcopo condemnatur, à communione Catholica reiicitur, & presbyteratus ordine exauctoratur. Iſte Arius [b] palàm contra veritatem pugnans, filium creatum & factum affirmabat: & quod tempus fuit aliquando, cùm non erat. Alexander igitur Apoſtolicæ doctrinæ Patronus, primùm exhortatione, & conſilio eum à ſententia deducere tentauit. Cæterùm, vbi Coribantum more inſanire vidit, & impiam doctrinam palàm prædicare (concredita enim fuerat Ario ſacrarum litterarum interpretatio) de dignitate ſacerdotali dimouit. Qui tamen adhuc in Vrbe verſans, & ſeditiones faciens, ſingulóſque decipiens, multos perdidit.

c Colluthiana hæreſis.

His quoque diebus ipſis Alexandriæ Colluthianorum [c] hæreſis emerſit, auctore Collutho Alexandrino presbytero, qui cùm non eſſet Epiſcopus, eius tamen perſonam vſurpabat, & presbyteros ordinabat, ſectam conflabat, hæreſimque docebat. Paucis annis gauiſus eſt Colluthus ſuæ hæreſis coaleſcentia: nam qui ab ipſo ſunt nominati Colluthiani hæretici, de calcaria, quod aiunt, in carbonariam ſe transferentes, Arianis coniunxerunt, atque Meletianis aduerſus Catholicos.

d Donatiſtæ iterum appellant.

Donatiſtæ [d] deteſtabiles, ab Arelatenſi Concilio, poſt Romanum, damnati, ruſſum appellantes ad Conſtantinum, tertio Mediolani ab eo damnantur; Cæciliano abſoluto: Qui quidem Imperator appellationem admiſit, non Eccleſiaſticum ius vſurpans, ſed improbitati eorum indulgens, & importuniſſimæ contentioni finem imponere ſtudens.

At illi iudicium Conſtantini calumniantes, reuerſi in Africam, Baſilicam Catholicorum, quam Imperator in Conſtantina ciuitate ædificauerat, occupant, patienter ferentibus Catholicis, qua de modeſtia laudantur à Conſtantino, qui & fiſcalem locum ad aliam ædificandam Baſilicam tradit.

e Conſtantinus abſtinet à cæde.

Manſuetiſſimus porrò Imperator, ingentem Donatiſtarum factionem veritus, ne Africam perturbaret, omni humanitate cum eis agendum cenſuit, & à ſanguine [e] eorum, peſſimè meritorum, abſtinuit; vel ne ab hæreticis, Chriſtianorum perſecutor haberetur; & ne quos ipſe occideret, ab illis Martyres haberentur; contentus aliquando exilio aliquos damnaſſe, & priuaſſe Baſilicis.

f Arius.
g Euſeb. Nicomed. & Euſeb. Cæſar. Ario fauent.

Arius [f] cum aſſeclis, ob negatam conſubſtantialitatem filij cum Patre ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino cum Concilio centum Epiſcoporum anno Dom. 315. excommunicatus, & depoſitus, in Palæſtinam proficiſcitur, vbi inſinuatus in gratiam aliquorum Epiſcoporum, Euſebij maximè Nicomedienſis, [g] Euſebij Cæſarienſis, & quorundam aliorum, eos habet ſuæ hæreſis fautores: & dum litteris ad Alexandrum ſcriptis videri volunt pacem conciliare, cùm illæ litteræ eſſent encyclicæ hæreſim ſpargunt, & fautores colligunt. Contra quos ipſe Alexander, quanquam iam ſenex, ac penè decrepitus, acriter inſurgit, (Athanaſ *orat. 1. cont. Arian.*) & plurimas encyclicas litteras ſcribere, pro fide Catholica tuenda, compellitur, quas numero LXX. extare apud ſtudioſos, aſſerit Epiphanius, *hæreſ. 69.* 318.

h Oſius Legatus in Orientem mittitur.

Syluеſter, acceptis Alexandri litteris, de tanta re, excitata in Eccleſia diſcordia per Arium, Oſium [h] Cordubenſem Epiſcopum, pro officio Legatum mittit in Orientem, qui conuento Conſtantino, & eius acceptis litteris, ad extinguendum tantum incendium, Alexandriam occurrat. id ſatis colligitur ex eo, quòd Oſius Legatus Sedis Apoſtolicæ, Generale Concilium Alexandriæ celebrauit, de quo Athanaſ. *Apolog. 2.*

i Euſebij tum Nicomedienſis, tum Cæſarienſis dolus.

His auditis de Religione contentionibus Conſtantinus valde permotus, litteras dat ad Alexandrum, & Arium (quas recitat Euſeb. *lib. 2. Vitæ. c. 63.*) pietate quidem ſua, & pacis ſtudio dignas, quatenus verò ſummum caput Chriſtianæ Religionis, id eſt, Diuinitatem filij Dei, quam Alexander aſſereret, & Arius negaret, leuiculam quæſtionem appellat, planè indignas, vt vel ab Euſebio [i] Nicomed. dictatas, vel à Cæſarienſi deprauatas, & corruptas ſuſpicati liceat. Eiuſmodi certè ſunt, vt omninò videatur, Conſtantinus de tota controuerſia, ab Ariano homine,

ANNO DOM.

in Alexandrum calumnioſè edoctus, dum Arium presbyterum, quaſi æquat cum Alexandro, & contemptim quodammodo de tantu Epiſcopo, & de tota re loquitur.

Hoc eodem anno deſerta loca, & ſolitudines, reddita Eccleſiæ pace, ſub Antonio [a] magno duce, agminibus Monachorum celebrantur. *a Antonius Abbas.*

319. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ALEXANDRINVM II. contra Arianorum tumultus. *b Concil. Alexand.* Cui præſedit Oſius Sylueſtri Papæ Legatus. Athan. *in Apolog. de fuga ſua.* In hoc Concilio, damnato [c] Ario, Iſchyras quoque à Colluthio, *c Arius damnatur.* non vero, ſed imaginario Epiſcopo, presbyter ordinatus, cùm talem ſibi titulum vendicaſſet, in eadem Alexandrina Synodo in præſentia Oſij depoſitus eſt, & cum laicis in ordinem redactus, atque in eo ſtatu reliquum tempus permanſit. Peruerſum dogma Sabellij exploſum, ſtatutúmque vt ſicut in ſanctiſſ. Trinitate vna prædicaretur eſſentia, ita tres dicerentur hypoſtaſes, id eſt, ſubſiſtentiæ.

Hoc eodem anno Conſtantinus hanc legem pro Clericorum immunitate [d] *d Clericorum immunitas.* promulgauit: Qui diuino cultui miniſteria Religionis impendunt (id eſt) hi, qui Clerici appellantur, ab omnibus omninò muneribus excuſentur: ne ſacrilego liuore quorundam à diuino obſequio auocentur. Porrò hanc legem ita moderatus eſt, vt eam non in iniuriam Cleri promulgatam fuiſſe declarauerit. *Vide lib. 2. de Epiſc. & Cleric. Cod. Theodoſ.* Sozom. *lib. 1. cap. 9.*

Hoc anno, vel ſequenti, celebratum eſt CONCILIVM [e] LAODICENVM *e Concil. Laodicen.* Prouinciale, quod ab aliquibus dicitur confirmatum in ſexta Synodo generali in Trullo celebrata præſente Conſtantino. In hoc Concilio Patres ſtatuerunt Canones 59. quibus regulas expoſuerunt Eccleſiaſticas.

321. Hoc anno Donatiſtæ ſchiſmatici, Catholicum [f] nomen aucupantes, cùm ſcirent, *f Catholici nomen Donatiſtæ vſurpant.* non niſi ex communione cum Rom. Pontif. quempiam nanciſci poſſe nomen Catholicum, id vt, etſi non verè, ſaltem fictè aſſequerentur, eò ſtultitiæ adacti ſunt, vt ex ſuis Epiſcopis quempiam amandarent, qui Romæ ageret, ibique ſuæ communionis homines colligeret, ac ſic gloriarentur, ſe Romæ habere Epiſcopum, ac proinde nomen Catholicum promereri, quaſi Romano Pontifici communione coniuncti. At Optatus [g] Mileuitanus, hac vna argumentatione omnem *g Catholica Eccleſia quæ.* eorum machinam diſſoluit, funditúſque diiecit, quòd non ſupra ſolidum fundamentum, nec ſupra petram eſſet ædificata, dum nullam haberet manentem à Petro ſucceſſionem, ex quo Catholica Eccleſia, veræ vnitatis ſoliditate compaginata, omnibus innoteſceret. Legendus eſt Optat. *lib. 2. in Parm.* Aug. *ep. 163. & 165. & lib. 2. contra ep. Gaudentij cap. 2.* quoniam ille auſus fuerat affirmare, & teſtimonio Cypriani confirmare, partem Donati eſſe Eccleſiam Catholicam, contra illam, inquit: *Attende, quam Eccleſiam* [h] *dixerit ille Catholicam. Eccleſia,* inquit, *Domini luce perfuſa per totum orbem radios ſuos porrigit, ramos ſuos in vniuerſam terram copia* *h Catholica Eccleſia qua ſit.* *vbertatis extendit. Vnum tamen caput eſt, & origo vna, & vna mater, fœcunditatis ſucceſſibus copioſa. Quid igitur, & vos ipſos fallitis, & alios fallere mendaciis impudentibus vultis, ſi huius martyris teſtimonio veſtra eſt Eccleſia Catholica, oſtendite, illam per orbem totum radios ſuos porrigere: oſtendite, illam per vniuerſam terram ramos ſuos copia vbertatis extendere: hinc enim ex Græco vocabulo Catholicum nominatur.* Idem latè proſequitur *ep. 48 & 170. & lib. 2. cont. litteras Petiliani.* De hac etiam veritate eſt integrum caput tertium apud Vincentium Lyrinenſem, *In ipſa Catholica Eccleſia magnopere curandum eſt, vt ita teneamus, quod ab omnibus creditum eſt, hoc eſt enim verè, propriéq; Catholicum (quod ipſa vis nominis, ratióque declarat, qua omnia verè vniuerſaliter comprehendit) ſed hoc ita demum fit, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatem, conſeſſionem Sequemur autem vniuerſitatem hoc modo, ſi hanc vnam fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia.* Denique Cyrillus Hieroſolymit. eandem enucleans vocem, *catecheſi* 18. ita dicit: *Regum quidem poteſtas certis locis, & gentibus terminos habet, Eccleſia autem Catholica per vniuerſum orbem indefinita eſt potentia.* Et eleganter Felix Papa I. *ep. 1. in principio*, Eccleſiam quatuor mundi conſtructam eſſe lateribus adſtruxit. Conſtat igitur ex antiquis Patribus, proprietatem Eccleſiæ Chriſti eſſe, vt per vniuerſum orbem ſit diffuſa: & ex eorundem Patrum confeſſione patet, hanc eius proprietatem nomine, *Catholica*, ſignificatam eſſe. Ex quo rectè concluditur, ſectam illam, quæ non ſolùm intra terminos

vnius regni continerur,& per torum orbem non diffunditur;verùm etiam,Eccleſiam per totum orbem diffuſam damnat,& ab ea ſeparatur, Catholicam eſſe non poſſe.

a Conſtantinus labitur.

Conſtantinus [a] qui hactenus tot,ac tanta,támque inſignia pro Chriſtiana Religione ſtatuerat,quique anno ſuo 14.de Haruſpicibus non conſulendis ſeueriſſimè ſanxerat: hoc decimo ſuo ſexto extremo, in deterius prolapſus, indignum Chriſtiano Imperatore,quantumuis Cathecumeno, reſcriptum dedit, ad Maximum Præfectum Vrbis,quo Haruſpices conſulendos eſſe decernit. *l.1.de Pag.Cod. Theodoſ.*

b Conſtātinus reſipiſcit, & baptizatur.

c Conſtantini munificētia in Eccleſiam.

d Conſtantinus duodecim cophinos terræ plenos portat.

324 Sed hoc anno in ſe reuerſus Conſtantinus [b],expiationem quærens, à Syluestro & baptiſmum, & purgationem ſuſcepit. Totis autem diebus ſeptem, quibus pro more Eccleſiæ,fuit in albis Conſtantinus,præclara ſanxit pro Chriſtiana Religione.Prima [c] die, Chriſtum eſſe verum Deum, qui ſe mundaſſet à lepra, & hunc ab omni orbe Romano coli debere. Secunda die, Pœnas decreuit in blaſphemos, & deriſores Chriſti. Tertia in eos, qui cuipiam Chriſtianorum contumeliam irrogaſſent. Quarta Imperatoriis Priuilegiis Romanam Eccleſiam præ cæteris voluit illuſtrare. Quinta ſanxit, Vt qui ad Eccleſias confugiſſent,ſecuri in omnibus eſſent.Sexta & ſeptima.Ne abſque licentia Romani Pontificis,alicubi conſtruerentur Eccleſiæ,& de exſoluendis decimis:quę duo abſunt in Græcis exemplaribus. Octaua, fodit primus ad Baſilicam S.Petri Vaticanam conſtruendam,& [d] duodecim cophinos terræ plenos,ſuppoſitis humeris,baiulans aſportauit,& ita gaudens & exultans in curru ſuo,cum Epiſcopo ſedens,ad Palatium redijt. Eidem porrò Baſilicæ mirum,quæ,quanta,quàm pretioſa dona,quàm immenſos reditus contulerit,quæ Anaſtaſius per ſingula exequitur. Baſilicam quoque B. Paulo Apoſtolo ædificauit, quam pretioſis ornamentis, & ampliſſimis reditibus ornauit, & locupletauit. Intra Lateranenſe Palatium Baſilicam aliam extructam, ampliſſimis & pretioſiſſimis muneribus,& reditibus;vt aliàs,illuſtrauit,& ditauit,quæ ab imagine argenteâ Saluatoris,dicta eſt Baſilica Saluatoris.

e Conſtantini donatio.

De donatione [e] Conſtantini facta Eccleſiæ Romanæ lege *in Annalibus.* cuius quidem donationis magnum planè eſt argumentum, quòd Francorum Chriſtianiſſimi Principes,ſuis ipſorum Diplomatibus, ea à Longobardis ablata, ſe Romanæ Eccleſiæ reſtituere, profeſſi ſunt:ſi enim Romana Eccleſia ante collata illa, à Francorum Regibus, priuilegia, iam potiebatur rerum dominio, vnde illud ſibi, niſi iure debitum potuit vendicaſſe?cùm certum ſit,nulla id factum armorum vi, atque violenta graſſatione: ſilentibus præſertim, nec minimùm quidem reclamantibus, qui tum regnabant in Oriente Imperatoribus, alioqui in Rom. Eccleſiam patùm æquis, quam auſi fuerunt (quod queritur S. Gregorius) redigere ſub tributo.

f Synodus Romana.

Hoc eodem anno,poſt baptizatum Conſtantinum,collecta eſt ROMÆ [f] SYNODVS à Syluestro 3.Cal.Iun. Criſpo & Conſtantino tertiùm Coſſ.in Thermis Traiani, in gremio Sedis ſuæ (ſi quidem titulum ibi Syluester nuper erexerat, & Conſtantinus multis donis, & reditibus auxerat) affuêre ducenti & triginta Epiſcopi,vt habet vetus Creſconiana collectio. In eo *prima Actione* damnati aliquot Hæretici: nam quod de Ario & Ariana hæreſi, nulla in eo fiat mentio,illud videtur à Syluestro,& Conſtantino tum initum conſilium, vt ſequenti anno, maiore apparatu,totius Orbis Epiſcoporum,in Oriente, Synodus celebraretur. Alia ſunt ad pacem, & diſciplinam Eccleſiaſticam conſeruandam inſtituta, in quibus, illud de bonis [g] Eccleſiaſticis,quibus iam Eccleſia incipiebat affluere,vt pars vna Pontifici cederet,alia verò Clericis,tertia Eccleſiarum fabricis ſeruaretur,quarta eſſet in pauperes eroganda. Altera die, *& Actione*, alia plura ad ſtatum Eccleſiæ pertinentia,ſtatuta ſunt.

g Bonorum Eccleſiaſticorum diuiſio.

Vltimo verò loco,eiuſmodi lex reperitur eſſe ſancita: *Nemo etiam diiudicet primam Sedem: quoniam omnes Sedes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari. Neque quoque ab Auguſto, neque ab omni Clero,neque à Regibus, neque à Populo Iudex iudicabitur.*

Anno Dom.

Concilivm Primvm [a] Generale Nicænvm.

325. Hoc anno, qui erat annus Pontificatus Sylu. XII. & Conſtantini Magni XX. Imperij celebratum eſt Concilivm celeberrimum Nicænvm I. vt conſtat ex Actibus Concilij II. Chalcedon. Quod auctoritate Syluestri Rom Pont. curante, petente, & fauente Couſtantino magno Imp. coactum eſt. Falsò quidam, vt Sozom. *lib. 1. cap. 16.* Niceph. *lib. 2. cap. 14.* ſcripſerunt, ſub Iulio Papa celebratum eſſe. Sozomenus *lib. 2. cap. 13.* ait: *Constantinus indicit Concilium Nicæa vrbe Bithyniæ, ſcribitq́ ad omnes Eccleſiarum Præſules, vt ad diem præſtitutam adſint.* Quod dicit (*Conſtantinus indicit Concilium,*) intelligitur de litteris Imp. quas ex ſententia Epiſcoporum ſcripſit. Vnde Ruffinus *lib. 5. cap. 1.* dicit, *Ex ſententia Sacerdotum Constantinus Concilium euocauit.* Et vt ait Socrates *lib. 2. cap. 13. id Eccleſiaſticus Canon omnino prohiberet: Quo,* inquit, *vetitum erat, ne decreta, abſque ſententia Epiſcopi Romani, Eccleſiis ſanciantur.* Quod omninò tranſactum Romæ, inter Syluestrum, & Conſtantinum, tenendum eſt. Alexandrum quoque, qui antea de hæreſi Ariana excitata, interpellarat Rom. Pontificem de eadem re egiſſe per litteras cum Conſtantino, Epiphan. tradit, *hæreſ.* 68. Conuenerunt treçenti, decem & octo Epiſcopi, omnes ferè ex Oriente; ex Occidente verò Oſius Cordubenſis Epiſcopus [b] Syluestri Papæ Legatus.

Damnata eſt in eo hæreſis [c] Arij, negantis Diuinitatem filij in Trinitate. Editum eſt ſymbolum fidei, in quo Diuinitas filij plenè [d] eſt explicata: additáque eſt illa particula (*conſubſtantialem* [e] *Patri*) cùm Ariani contenderent, non eſſe dicendum, eiuſdem ſubſtantiæ, ſed ſimilis. Quod autem ad aſtruendam Spiritus [f] ſancti Diuinitatem, nihil præterea addiderit Nicænum Cōcilium Symbolo Apoſtolorum, id ob eam cauſam accidiſſe S. Baſilius ait, *epiſt.* 78. quod nulla tunc ea de re controuerſia mota eſſet. Hier. idem ait *epiſt.* 65. Sed in primis S. Athan. *ad Iouinianum de fide; Sed nec,* ait, *alienauit Spiritum ſanctum à Patre & filio, ſed eum vnà glorificauit cum Patre & Filio, & in vna ſancta Trinitatis fide, eo quòd ſit vna in ſancta Trinitate Deitas.* Item Epiphan. *hær.* 64. *Satis,* ait, *expreſſam Spiritus ſancti Diuinitatem illis verbis: Et in Spiritum ſanctum, ſicut dixerant, Credimus in Patrem, & in Filium.*

a *Concilium Oecumenicum I. Nicænum.*

b *Oſius Cordubenſis Epiſcopus Papæ Legatus præſedit.*

c *Concilij Acta.*

d *Filij Diuinitas explicatur.*

e *Nomine* ὁμοούσιον *ex traditione Synodus hæc, conſubſtantialitatem Filij expreſſerunt. Vnde Athan. ep. ad Afros. docet, quòd Epiſcopi itȩpe Nicenæ Synodi, nõ has voces ipſi excogitarint, ſed eas à Patribus conteſtatas acceperint, & ſuis ſcriptis inſeruerint. Siquidem priſci Epiſcopi ante annos prope centū, & triginta, tum qui Romanæ Vrbis, tum qui noſtræ ciuitatis Præſules eſſent, accuſauerunt eos, qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarēt conſubſtantialem Patri. Et ep. de Synodis Arimini, & Seleuciæ, docet, Nihil nouum Patres illos Synodi Nicenæ ſtatuiſſe, ſed quod à SS. Apoſtolis traditum erat: non enim dixiſſe (viſum eſt) ſed ſic credit Eccleſia. Epiph. hær. 75. Aug. ep. 174.*

f *Spiritus ſancti Diuinitas hîc non aſtruitur.*

Symbolvm [g] Nicænvm.

Credimus [h] in Deum Patrem omnipotentem, omnium viſibilium & inuiſibilium Creatorem; Et in Dominum Ieſum Chriſtum Filium Dei natum ex Patre, & vnigenitum, hoc eſt, ex ſubſtantia Patris, Deum ex Deo, lumen de lumine, Deum verum ex Deo vero, genitum non factum, & conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt, tam in cœlis, quàm in terra. Qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit, & incarnatus eſt, & homo factus eſt; paſſus eſt; & reſurrexit tertia die; & aſcendit in cœlos; venturus inde ad iudicandum viuos, & mortuos; & in Spiritum ſanctum. Hæc eſt regula Catholicæ fidei, ex Athanaſ. *ad Iouin: anū, de fide:* quæ verò ſequuntur, *Eos autem, qui dicunt, Erat, quando non erat,* &c. ſunt anathematiſmi [i] pronunciati aduerſus omnes impias Arianorum poſitiones, ne vlla ex parte hæreſis conſiſtere poſſet.

Vſus [k] concinendi in Eccleſia Symbolum Nicænum, in Eccleſiis Orientis, vbi hæreſis Arij magis inualuit, magis etiam debuit frequentari. In Eccleſia Conſtantinopolitana cùm antea ſemel in anno, Paraſceue ſcilicet Dominicæ paſſionis tēpore, quo Epiſcopus catechizabat, recitaretur; *Timotheus Epiſcopus,* inquit Theodorus Lector, *ab amicis rogatus, per ſingulas ſynaxes dici curauit, ad reprehenſionem videlicet Macedonis, quaſi ille Symbolum hoc non reciperet.* Eccleſia verò [l] Romana, cuſtos fideliſſima antiquitatis, quod didicerat ab Apoſtolis, Symbolum nullo prorſus additamento, quòd nec vlla hæreſi maculata fuit, diutius retinuit. Ruffin. *in Expoſit. Symboli.* Vide infra ſub anno 1014.

In hoc verò Concilio, ſicuti nec in Conſtantinopolitano citato nulla fit mentio de deſcenſu [m] Chriſti ad inferos, quia nulla tunc circa hoc difficultas vertebatur. Quòd verò ita factum ſit, habetur ex Symbolo Apoſtolorum: Quódque ex

g *Symbolum Nic.*

h *Huius Symboli ſapientiſſimus Architectus fuit Oſius Cordubēſis. Athan. epiſt ad ſolitorios.*

i *Anathematiſmus.*

k *De vſu Symboli Nicæni in Eccleſia Orientis.*

l *Eccleſia Rom. diutius retinuit vſum Symboli Apoſtolici.*

m *De deſcenſu Chriſti ad inferos, cur hîc non ſcribatur.*

inde

a *Quòd ex inde animas SS. PP. eduxerit, traditio eſt.*

inde ſanctorum Patrũ [a] animas extraxerit, ex traditione habetur, ex Ignat. *epiſt. ad Trall.* Tertull.4.*cont. Marc.c.*6. Iren.*lib.*5.*c* 31 Orig.*hom.*15.*in Gen.* Athan. *de Incarn.Chriſti.* Chryſoſt *hom.*4.*in Marcum.* Hieron.*ep.*23.*c.*3. Ambroſ. *ad c.*4. *ad Epheſ.* Aug.*de Ciu.Dei.lib.*20.*c.*15.*& ep.*99.ait Aug. *Et de illo quidem primo homine Patre generis humani, quod cùm ibidem ſoluerit, Eccleſia ferè tota conſentit: quod eam non inaniter credidiſſe credendum eſt, vndecunque hoc traditum ſit, etiam ſi Canonicarum Scripturarum hinc expreſſa non proferatur auctoritas.*

b *Paſcha quando celebrandum.*

c *Syri, Apoſtolicam traditionem prætexentes, Paſcha more Iudæorum celebrabant.*

Terminatis in Synodo, quæ ad Arium, & Arianam hæreſim ſpectare videbantur: quæſtio illa de tempore Paſchatis [b] celebrandi reliqua erat. Vetus hæc controuerſia fuit, iam tempore Polycarpi agitata, ſub Victore autem Romano Pont. celebrato in Palæſtinâ Concilio, definita At quamuis plurimi reſipuiſſent, Syri [c] tamen, Apoſtolicam traditionem prætexentes, adhuc in ſchiſmate perſiſtebant, more Iudæorum, die 14. Lunæ, ſanctum Paſcha celebrantes, non autem die Dominico, poſt dictam Lunam, vt cæteræ omnes Eccleſiæ. Fuit magno cum labore eadem cauſa ad finem perducta, & omnes ſponte ad Eccleſiæ conſortium redierunt, & pro Eccleſia aduerſus Arianam hæreſim ſtrenuè depugnarunt.

d *Aureus numerus quãdo inſtitutus.*

Ad facilius inueniendum cuiuſlibet anni Paſchalem diem, conſtitutus eſt in Nicæno Concilio *numerus* [d] ille, qui *aureus* nominari conſueuit, decem, & nouem annorum periodum continens.

e *Romana Eccleſia primatum habet.*

Præterea recognouerunt Patres, Eccleſiam Romanam [e] primatum habere ſuper omnes alias Eccleſias. *Perpendimus,* inquiunt, *omnem quidem Primatum, & honorem præcipuum ſecundùm Canones antiquæ Romæ Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari.* Vnde mirum eſt, quid in mentem venerit aliquibus Græcis (in quibus fuit Theodorus Balſamon) dicere, Romanam Eccleſiam à Nicæno Concilio priuilegia quibus potitur, eſſe ſortitam, & tunc eſſe inſtitutum Romanum Patriarchatum, atque tres alios, quo nihil inſulſius dici potuit Sed Nicolaum Papam audiamus, ad Michaëlem Imp. Romanæ Sedis aduerſarium.

f *Primatus Eccleſiæ Romanæ non à Synodo, ſed à Chriſto in B. Petro datus.*

Eccleſiæ Romanæ priuilegia Chriſti ore, in B. [f] *Petro firmata, in Eccleſia diſpoſita, antiquitùs obſeruata, & à ſanctis vniuerſalibus Synodis celebrata, atque à cuncta Eccleſia iugiter venerata, nullatenus poſſunt minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari: quoniam fundamentum, quod Deus poſuit, humanus non valet amouere conatus, & quod Deus ſtatuit, firmum, validúmque conſiſtit: illéque potiſſimùm peccat, qui Dei ordinationi reſiſtere tentat. Priuilegia, inquam, eius Sedis, vel Eccleſiæ perpetua ſunt; diuinitùs radicata, plantata ſunt, infringi poſſunt, transferri non poſſunt: trahi poſſunt, euelli non poſſunt: quæ ante Imperium veſtrum fuerunt. & permanent (Deo gratias) hactenus, illibata poſt vos, & quouſque Chriſtianum nomen prædicatum fuerit, illa ſubſiſtere non ceſſabunt, immutilata. Iſta igitur priuilegia, huic S. Eccleſiæ à Chriſto donata, à Synodis non donata, ſed ſolummodo celebrata, & venerata; per quæ non tam honor, quàm onus nobis incumbit, licet ipſum honorem non meritis noſtris, ſed ordinatione Dei gratiæ per B. Petrum, & in B Petro, ſimus adepti, nos cogunt, nóſque compellunt, omnium habere ſollicitudinem Eccleſiarum Dei.* Et inferius.

Proinde animaduertendum eſt, quia non Nicæna, non denique vlla Synodus, quidquam Romanæ contulit Eccleſiæ priuilegiis quæ in Petro nouerat eam totius veræ poteſtatis pleniter meruiſſe, & cunctarum Chriſti ouium regimen accepiſſe: ſicut B. Præſul Bonifacius atteſtatur, vniuerſis Epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis, ſcribens: Inſtitutio vniuerſalis naſcentis Eccleſiæ de B. Petri ſumpſit honore principium, in quo regimen eius, & ſumma conſiſtit. Ex eius enim Eccleſiaſtica diſciplina, per omnes Eccleſias, religionis iam creſcente cultura, fons emanauit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeo vt non aliquid ſuper eam cauſa ſit conſtituere, cùm videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri. Omnia denique huic nouerat Domini ſermone conceſſa. Si omnia, ergo nihil defuit, quod illi non ceſſerit. Denique ſi inſtituta Nicænæ Synodi diligenter inſpiciantur, inuenietur profectò, quia Romanæ Eccleſiæ nullum eadem Synodus intulit incrementum; ſed potius ex eius forma, quod Eccleſiæ Alexandrinæ tribuerit, particulariter ſumpſit exordium.

g *Clerico non licet habere ſubintroductam mulierem.*

Præter prædicta de fide, alia quoque determinata ſunt in Synodo ad correctionem morum: præcipuè verò interdixit per omnia magna Synodus, non Epiſcopo, non presbytero, aut diacono, nec alicui omninò, qui in Clero eſt, licere [g] ſubin-

Anno Dom. 325.

habere mulierem,niſi fortè aut matrem,aut ſororem,aut amitam, vel eas tantùm perſonas, quæ ſuſpiciónes effugiunt.

De Clericis verò, qui antequàm ordinarentur, coniugati [a] eſſent,num initiati poſtea factis Ordinibus, cum iiſdem conſuetudinem habere poſſent, an aliquid à Patribus ſtatutum fuerit,non apparet. De huiuſmodi verò rogatione, quod ſcribunt Socrates *lib.1.c.8.* & Sozomen. *lib.1.cap.12.* (qui longè poſt Concilium Nicænum ſcripſerunt) Paphnutium Epiſcopum interceſſiſſe, quo minus legem ferrent;qua ne Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi,ac Subdiaconi vxoribus,quos ante ſacros acceptos Ordines habuiſſent,vti poſſent,prohiberentur,ſalſum eſſe oportet: quoniam traditio Eccleſiæ tam Orientalis, quàm Occidentalis, ab Apoſtolis vſque ducta,hoc habebat,vt (quod S. Hieron. ſcripſit *ad Pammachium ep.50.in fine)* Epiſcopi,presbyteri,diaconi, aut Virgiues eligantur, aut Vidui, aut certè poſt Sacerdotium in æternum pudici. Nihil quidem SS. Nicæni PP. aliud ſtatuerunt, quàm quod traditio habebat , & ne vllius ſuſpectæ mulieris contubernio vterentur , in quibus vxores contineri , ſatis apparet. Et S. Baſilius apertè declarat, dum ad Petragorium ſcribens , decrepitæ ætatis ſacerdotem (*epiſt.17.in additionibus*) increpat,quòd presbyteram (quæ eſt vxor) quam in presbyterium cooptatus, quòd Canones hoc iuberent, reliquerat) in domum admiſiſſet,excommunicationem,niſi eam dimitteret,acriter comminatus: *Sed*,inquit,*eijce illam ex ædibus tuis,& trade in Monaſterium,ſit illa cum Virginibus : tu inter viros miniſtra.*Lege Canonem à SS.PP.noſtris in Nicæna Synodo conſtitutum,qui manifeſtè interdixit, ne quis mulierculam ſubintroductam habeat.

a De Clericis coniugatis quid ſtatutum ſit.

Item ſtatuunt,vt excommunicati [b] ab vno , ab altero non recipiantur : vtque bis in anno Antiſtites Concilia celebrarent,ad quæ cauſæ deferrentur eorum,qui ab Epiſcopo ſe iniuſtè paſſos aliquid,conquererentur.Et alia multa vtilia ſtatuuntur.

b Excommunicati ob vno Epiſcopo.

Zozimus Papa , vt eſt in Concilio Carthaginenſi VI. *cap. 3.* citat Canonem Nicænum de appellatione ad [c] Sedem Apoſtolicam , quem Theodoret.*lib.2.c 4.* digito ſignat,dum ſcribit : *Etenim Iulium Epiſcopum , qui tum Romanam rexit Eccleſiam,Euſebiani de criminibus,quæ falsò contra Athanaſium confixerant,per litteras certiorem fecerant. Ille Eccleſia Canonem ſecutus* (non alium certè, quàm Nicænum) *& eos iuſſit Romam venire,&c.*& D.Athanaſium,qui pro ſe in iudicio reſponderet,vocauit:ſiquidem Athanaſius aduerſus Arianorum iudicia contra ſe lata,Romanum Pontificem legitimè appellarat. Vltimo denique loco Patres [d] Nicæni Concilij ad Sylueſtrum Papam ſcribit petentes cõfirmationem decretorum: *Quidquid autem,* aiunt,*conſtituimus in Nicano Concilio precamur,veſtro oris conſortio cõfirmetur.Oret Beatitudo tua pro vniuerſo Concilio.*Datum 8.Cal.Iul.Accept.13. Cal. Nou. Paulino, & Iuliano Coſſ.

c Appellatio ad Sedem Apoſtolicam.

d Concilij Patres à Papa confirmationem petunt omnium decretorum.

Præterea,glorificationis hymno,i.*Gloria* [e] *Patri,& Filio,& Spiritui ſancto*(qui ab Apoſtolis ipſis,vnà cum fide traditus eſt Eccleſiæ,*vt eſt apud Baſil.de Spiritu ſancto, ad Amphiloch.c.7.27.& 29.*)illud à Nicæna Synodo factum eſt [f] additamentũ:*Sicut erat in principio,& nunc & ſemper,& in ſæcula ſæculorũ.Amen.*idque occaſione Arianorum , blaſphemantium Dei filium, non ſemper cum Patre fuiſſe, ſed tempore cœpiſſe,vt habetur in Concilio Vaſenſi I.habito ſub Conſtantio, *c.1.*Ado *in Chro. A.D.*337.ſed & eoſdem Arianos,vt baptiſmi formam corruperant,ita etiam hymnum glorificationis,dicentes:*Gloria Patri per Filium,in Spiritu ſancto.*vt Sozomenus tradit *lib.3.cap.19.in fine.*

e Gloria Patri, & Filio,& Spiritus ſancto.

f Sicut erat in principio,&c.quando, & qua occaſione additum.

Vſum porrò huius hymni glorificationis [g] in Eccleſia fuiſſe ex traditione Apoſtolica,ante Concilium Nicænum,eſt ſanè veriſimile:nam ſi de eo Concilium ſtatuiſſet,vniuerſalis,& vniformis per Eccleſiam eius fuiſſet vſus,& obſeruatio.at ſecus apparet ex Caſſiano *lib.1.c.8.* Abſoluto Concilio Nicæno Conſtantinus,ſummis fauoribus, & ſtudiis Epiſcopos proſequitur : epulo excipit, muneribus donat ampliſſimis,mandat per Prouincias Clericis,Virginibus,viduis, certum frumenti numerum ſuppeditari.Euſeb.*Vita lib.3.c.20.*

g Gloria Patri,& Filio, & Spiritus ſancto , ex trad.Apoſtolica.

In hoc eodẽ Concilio Conſtantinus Imp.libellos aduerſus Epiſcopos, [h] & preſbyteros ſibi oblatos,combuſſit:teſtatur id Sozom.*lib.1.c.16.* Et ad Epiſcopos conuerſus hęc,quæ extant apud Ruffinum *lib.1.c.2.* dixit: *Deus vos conſtituit Sacerdotes,*

h Conſtantinus fatetur ſe non debere iudicare Sacerdotes.

& poteſtatem dedit de nobis iudicondi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur: vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari: propter quod Dei ſolius inter vos expectate iudicium, & veſtra iurgia, quæcunque ſunt, ad illud diuinum examen reſeruentur. Vos autem nobis à Deo dati eſtis Dij, & conueniens non eſt, vt homo iudicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in medio Deorum: in medio autem Deus diiudicat. Theodoretus *lib.* 1. *cap.* 11. addit, Conſtantinum iureiurando adiecto dixiſſe, ſe ne verbum quidem inſcriptum perlegiſſe. *Nam Sacerdotum* [a], inquit, *vitia non ſunt populo* [b] *aperienda, ne ille, cauſa offendiculi arrepta, licenter peccare aggrediatur.* Quin etiam eum hoc adieciſſe memorant: ſi ſuis oculis Epiſcopum, alienæ vxori ſtuprum inferre fortè videret, facinus illud nefandum, ſuo paludamento ſe obtecturum, ne facinoris aſpectus eos, qui idipſum cernerent, vlla ex parte læderet. *Baron. anno Chr.* 325. *num.* 42. *& anno* 342. *num.* 30.

a *Notanda ſententia.*

b *Sacerdotum vitia populo non ſunt aperienda.*

In hoc Conc. *can.* 11. videntur condemnari ij, qui Chriſtiani facti, ad militiam reuertuntur: quaſi non liceat Chriſtianis militare. At Concilium damnat, non militiam, ſed eos, qui militare [c] cingulum, quod erat inſigne honoris, ambientes, à Chriſti fide ſuſcepta recedebant.

c *cingulum militare quodnam fuerit.*

Subſcripſerunt S. Synodo omnes Patres, excepto Euſebio Nicomedienſi, & Theogni Nicæno. Sed Deus pacis, & non diſſenſionis, duorum illorum diſſenſum, duorum Epiſcoporum iam vita functorum admirabili, & miraculoſo conſenſu voluit confundere, trecentorúmque illorum, & ampliùs Patrum conſenſum miraculo illuſtrare. Niceph. *lib.* 8. *c.* 23.

d *Synodus Nic. miraculosè etiam à duobus Epiſcopis defunctis confirmatur.*

Duo ſancti Epiſcopi Chryſantus [d], & Muſonius, cùm nondum deciſioni ſuas adieciſſent ſubſcriptiones, accidit, vt diuinâ prouidentiâ ab humanis excederent. Diuini patres ad locum ſepulturæ illorum acceſſerunt, & quod purius vita functi in cœlis cernerent, ſubſignationem tanquam à viuentibus petentes, Canonum libellum loculo ſuperimpoſuerunt, totámque illam noctem in orationibus vigilarunt. Die ſequenti, cùm ad loculum veniſſent, ſolutis, quæ erant impoſita, ſignaculis, cùm ſanctam reuoluiſſent deciſionem, inuenerunt ſanctorum Patrum adiectas illis ſubſcriptiones; adeo vt citra dubitationem vnuſquiſque, etiam ex eis, qui erant extrinſecus, fateretur, ſanctorum illorum Patrum chorum conſtare præſentia, & ope ſanctiſſimæ Trinitatis. Subſcriptio autem fuit in hæc verba: *Chryſantus, & Muſonius, qui cum Patribus omnibus in S. Prima Oecumenica Synodo conſenſimus, quamuis corpore tranſlati, manu tamen propria nos quoque libello ſubſcripſimus.*

Eodem anno perlatis Romam decretis S. magnæ Synodi, atque litteris, Syluester colligit ex Italia Epiſcoporum Concilium, cuius extat fragmentum *Tom.* 1. *Concil.* Syluester Epiſcopus S. & Apoſtolicæ Sedis Romanæ, dixit: *Quidquid in* [e] *Nicæa Bithyniæ conſtitutum eſt, ad robur S. Matris Eccleſiæ Catholicæ & Apoſtolicæ, à ſanctis Sacerdotibus trecentis decem & octo, noſtro ore pariter confirmamus. Omnes, qui auſi fuerint diſſoluere diffinitionem ſancti, & Magni Concilij, quod apud Nicæam congregatum eſt ſub præſentia piiſſimi, & venerandi Principis Conſtantini Auguſti, anathematizamus. Et dixerunt omnes, Placet.*

e *Syluester confirmat Nicæni Concilij Decreta.*

f *Concilium Gangrenſe.*

Eodem anno, vel circiter, celebratum eſt CONCILIVM [f] GANGRENSE, Prouinciale quidem, confirmatum, vt videtur aliquibus, in Sexta Synodo Generali Conſtantinopoli in Trullo celebrata, vt ex 2. *can. editionis Pariſienſis* conſtat. Congregatum eſt autem aduerſus Euſtathium Sebaſtianenſem in Armenia Epiſcopum. In quo etiam plura ad mores decernuntur.

g *Comam amputare an liceat mulieri.*

In hoc Concilio eſt *Canon* 17. qui ſic habet: *Quæcunq; mulier, religioni iudicans conuenire, comam* [g] *ſibi amputauerit, quã Deus ad velamen eius ad memoriam ſubiectionis illi dedit, tanquam reſoluens ius ſubiectionis, anathema ſit.* Hæc Canon. Et tamen Sanctimoniales modò ſibi comam amputant. Aliqui cõſilij inopes, ad illud vnum confugiunt remedium, vt dicant, Canonem illum Prouincialis eſſe Concilij, nec extra Prouinciæ illius limites vim ſibi aliquam vendicare. Sed hæc non eſt ſoluere difficultatem, cùm conſtet tam illum Canonem, quàm complures alios eiuſdem Concilij in Decretorum libro, quo Eccleſia vtitur, eſſe contentos: quin longè ante Gratiani collectionis tempora Symmachi Papæ auctoritate, ſcimus Canones eius Concilij comprobatos, cùm idem Pontifex in VI.

Digitized by Google

ANNO DOM.

Synodo Romanâ tunc celebrata teſtetur, Canones Concilij Gangrenſis conditos eſſe Apoſtolicâ auctoritate. Hæc idcirco Symmachus, quoniam illi Synodo interfuit Oſius Cordubenſis, qui in Orientem à Summo Pontifice Legatus miſſus fuerat. Senſus ergo illius Canonis ex Sozomeno eruendus eſt, qui vbi agit de Euſtarbio Sebaſteno hæreſiarcha Epiſcopo, aduerſus cuius deliria dicta Synodus tela intorſit, hæc inter alia habet *lib. 3. cap. 13.* *Mulieres*, inquit, *non paucæ adductæ in fraudem, primùm viros deſeruerunt: nonnullæ pietatis ſimulatione caput totondere, & contra quàm ſexum muliebrem deceret, virilem habitum induere. His de cauſis Epiſcopi*, &c. Ex quibus fit manifeſtum, ſanctam Synodum non in ſacratas Deo dicatas Virgines, ſed in hæreticas mulieres viros relinquentes, anathematis ſententiam tuliſſe.

Anno ſequenti poſt Concilium Nicænum, Helena Conſtantini[a] mater in ſomnis diuinitùs admonita à Iudæis antiquiſſimis, Chriſtianis adiutoribus, conſultoribus, & indicibus, instructa, magno gaudio quærentium 3. Maij Crucem repertam, miraculosè à latronum Crucibus diſcretam eſſe, communis Patrum[b], & hiſtoricorum ſententia affirmat.

Quòd verò Græci tantùm exaltationem Crucis 14. Septemb. celebrent, non autem inuentionem, ea eſſe cauſa videtur, quòd inter mobilia feſta ea adnumerabatur: tertia enim die à Reſurrectione Domini celebrabatur Crucis reſurrectio, cùm nimirum ſurſum emergens, miraculis coruſcauit. id enim habetur *ex orat. in S. Crucem habitam à Sophronio Epiſcopo Hieroſolymitano.*

In Inuentione S. Crucis mortuum reſtitutum ad vitam Paulinus, atque Seuerus affirmant: Græcorum autem aliqui ægrotantem potius conualuiſſe teſtantur; verùm vtrumque factum eſſe, Nicephorus tradit *lib. 8. cap. 29.* Teſtatur idem Paulinus ſtupendum planè,[c] ac perenne miraculum de ligno S. Crucis toti orbi notiſſimum; nam cùm vndique è remotiſſimis etiam regionibus Hieroſolymam religionis ergò Chriſtiani confluere conſueuiſſent, acciperéntque de ligno eiuſdem S. Crucis particulam, illud diuina quadam virtute operante, nullam ſentiebat ex diminutione iacturam. S. Cyrillus etiam *Catech.* 10. affirmat, totum terrarum orbem ligno S. Crucis Hieroſolymis accepto eſſe locupletatum. Vide Baron. *in notis ad Martyrolog. Rom. die 3. May ſub lit a.*

a *Crucis Inuentio ab Helena diuinitus admonita.*

b *Paul. ep. 11. ad Seuer. S. Hieron. ep. ad Paulin. de inſtitut. Monachor. S. Ambroſ. orat. in fun. Theod. Chryſ. hom. 84. in Io. Andreas Cret. hom. de exalt. S. Cr. Et demum his antiquior Cyrillus Hieroſol. ep. ad Conſtantium. Idem ex hiſtoricis. Euſeb. in Chronico. Hier. in Chron. Proſp. in Chron. Sulpitius lib. 2. ſacræ hiſtoriæ. Ruffin. lib. 1. c. 7. & 8. Theod. lib. 1. cap. 18. Greg. Turon. lib. 1. hiſtor. Francor. c. 26. Niceph. lib. 8. c. 29.*

c *Ingē miraculum in ligni crucis diſtributione.*

328. Sub hoc tempore floret S. Antonius[d] Cœnobiticæ vitæ auctor, & à S. Athanaſio viſitur; ad eúmque benedictionis gratia, duo pallia attulit, quorum altero (vt auctor eſt Hieronymus *in Paulo*) Pauli primi Eremitæ corpus, cùm ex hac vita migraſſet, eius rogatu, feſtinè allato, inuoluit: alterum idem Antonius moriens eidem, qui dederat, Athanaſio, vltimo legauit elogio, dicens: *Melotem, & pallium tritum, cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date, quod nouum ipſe detulerat.*

d *Antonius Cænobita floret.*

Sanctus autem Athanaſius cùm ſciret, Inſtitutum[e] Monachorum ſeminarium eſſe Epiſcoporum, & Eccleſiæ Doctorum, complures ex illis tum Cœnobitis, tum Anachoretis, ad curam Paſtoralis officij adſciuit, quos & Meletianis, atque Arianis opponeret, & ouibus ſibi commiſſis præficeret. Dracontius ex his vnus repugnabat. Ad quem ille: *Neque enim*, inquit, *tu ſolus ex Monachis es conſtitutus Epiſcopus, neque ſolus monaſterio præfuiſti, neque ſolus à Monachis delectus es. Noſti enim Serapionem Monachum eſſe, & quot Monachorum præfectum? Neque à te ignoratur, quot Monachorum pater fuit Apollonius. Noſti Agathonem: neque ignotum habes Ariſtonenſem. Memor es Ammonij cum Serapione peregrè profecti. Fortaſſe etiam audiſti de Cuc in ſuperiori Thebaide: poteris etiam reſciſcere de Paulo, qui eſt apud Latos, & de aliis multis: & tamen iſti Epiſcopi conſtituti, non contradixerunt*, &c.

e *Monachorum inſtitutum ſeminarium eſt Epiſcoporum, & Eccleſiæ Doctorum.*

Hoc tempore erant ab Antonio conſtituta innumerabilia[f] in Thebaide Monaſteria, tanquàm tabernacula, plena diuinis Choris pſallentium, legentium, &c. Tantum enim ieiunandi, & vigiliarum ardorem cunctorum mentibus ſermo Antonij afflauerat, vt futuræ ſpei auiditate, multi ad illam ſublimem viuendi perfectionem conuolarent. Vnde ſi quis tunc ad Ægypti ſolitudines veniret, paradiſo quouis omnem illam dicebat Eremum digniorem, & innumerabiles Angelorum cœtus in corporibus fulgere mortalibus.

f *Monaſteria innumerabilia conſtructa.*

a Meletiani, & Ariani contra Athanaſium.

Anno Dom. 329.

Meletiani, & Ariani ad deturbandum [a] Epiſcopatu Athanaſium, communicatis conſiliis, Legatos mittunt, qui eum apud Conſtantinum accuſent, de indicto Ægyptiis tributo, de pendendis Eccleſiæ linteis, & exacto.

b Conſtantinus fatetur non eſſe ſuæ iuriſdictionis de hoc cognoſcere.

At presbyteri Athanaſij, qui ibi fortè præſentes aderant, eos, audiente Imperatore, de calumniâ vicerunt, oſtendentes, non fuiſſe illam indictionem, nec tributi exactionem, ſed rogationem, & liberam collationem, ſpontaneámque oblationem, pro Chriſtiano more fieri ſolitam, ad Eccleſiam exornandam, quòd linteis, ſeu velis fiebat. Chriſtianiſſimus autem Princeps, quamuis accuſatorum nequitiam, plus certò exploratam habuiſſet, & innocentiam Athanaſij; tamen non ſuæ iuriſdictionis [b] eſſe fatetur de his cognoſcere, & ſententiam ferre (quòd res Eccleſiaſtica inter Eccleſiaſticos agenda eſſet) verùm illis verbis: *Veſtri autem eſt, non mei iudicij ea de re cognoſcere*: ad Comprouinciales Epiſcopos cognitionem cauſæ remittit, vt non Athanaſij modò, ſed & Macharij presbyteri, de fracto calice accuſari, cauſam ipſi peruestigent.

c Conſtantinopolis ciuitas Deo dicatur.

330. Hoc anno Conſtantinus Imper. nouam Romam [c] Conſtantinopolim Chriſtiano ritu Deo dicat, in memoriam ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ. Euſeb. *lib. 1. cap 22.*

d Athanaſius fraudem hæreticorum Conſtantino manifeſtam facit.

Athanaſius occurſurus Antiochiam [d] ad iudicium de Arſenio Epiſcopo occiſo (de quo crimine accuſatus erat) Arſenium, quem ante quinque, vel ſex annos non viderat, à Meletianis in diuerſas partes amandatum, omnibus veſtigiis indagatum, Tyri denique repertum, ſiſtit iudicio Pauli eius Vrbis Epiſcopi Orthodoxi, apud quem negans, ſe eſſe, qui eſſet, conuictus tandem, confeſſus eſt, ſe eſſe Arſenium, & totam de ſimulatione ſuæ necis, ex Euſebij Nicomedienſis conſilio fabulam pandit. Ex Athan. *Apolog. 2.*

e Conſtantinus Athanaſio plorans gratulatur.

f Meletiani Antiſtites aliqui facti pœnitentes, ad Athanaſium ſupplices dant litteras.

331. Athanaſius, miſſo Machario presbytero ſuo Conſtantinopolim, docet Conſtantinum de Arſenio reperto, & de tota calumnia, & in ſe hoſtium fraude detecta, qui Dalmatium à cognitione cauſæ deſiſtere, & accuſatores abire iubet, & per litteras [e] gratulatur Athanaſio, & Meletianorum impudentem improbitatem deteſtatur. Tam immane ſcelus, illud maximum bonum eſt conſecutum, vt cùm Arſenius ipſe Epiſcopus, tum etiam Ioannes Antiſtes, & Anteſignanus Meletianorum [f], facti pœnitentes, ſupplices pro venia conſequenda, Athanaſio litteras dederint, atque à ſchiſmate recedentes, eidem ſe Catholica communione coniunxerint.

g Conciliabulum Tyrij.

335. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [g] TYRIVM à Conſtantino indictum, inſtantibus Euſebianis, euocatis ad illud Epiſcopis, ab ipſiſmet deſignatis, vt affirmat idem Conſtantinus litteris ſuis ad Synodum, apud Euſebium *lib. 4. Vita. cap. 2.* ad quod conueniſſe Epiſcopos, non niſi ſexaginta, & nullum ex Occidentalibus, teſtatur Socrates: quantumuis Euſebius ſua, ſuorúmque, pro more, oſtentans, ex Aſia, Africa, & Europa, illuc conueniſſe Epiſcopos ſcribat; quaſi Nicæno non impar voluerit oſtentare. Porrò conueniſſe, ait, tum ad dedicationem Templi, tum ad componendas diſcordias inter Ægyptios obortas. Athanaſius ad hoc Concilium accedit: ſed cùm iniquiſſimè contra ſe agere cerneret, Meletianos, & Euſebianos Iudices vt inimicos ob hæreſim reiicit, & omnia integra, cognitioni Conſtantini reſeruat.

h Sylueſter Papa moritur.

Hoc anno S. Sylueſter [h] Romanus Pontifex migrat è vita, pridie Calend. Ianuarij.

i Conciliabulum Hieroſolymitanum.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [i] HIEROSOLYMITANVM Euſebianorum in cauſa Arij reſtituendi.

k Conſtantinus Athanaſium relegat.

l Conſtantinus ab Athanaſio excuſatur.

336. Conſtantinus, calumniis impulſus Arianorum, Athanaſium [k] relegat in Gallias. de quo immani facinore, Alexandrinum Concilium eum excuſat (apud Athanaſium, *Apologia 2.*) quòd Arianorum fraudibus deceptus, cùm ſupplicium capitale poſceretur, exilio damnato, eorum cupiditatem expleuit. Athanaſius verò (magno Chriſtianæ modeſtiæ exemplo erga Principes eum [l] excuſat (*ep. ad ſolit.*) quòd calumnia Euſebianorum, eum in Gallias ad tempus amandarit, quo liber eſſet ab eorum crudelitate, qui illi per inſidias imminebant.

Nuncio

ANNO DOM.

Nuncio de Athanaſij exilij perlàto Alexandriam populus, Monachi, & Virgines, tumultuari cœperunt præ eius deſiderio, & Antonius pro eodem ſæpius ſcripſit ad Imperatorem, qui & Alexandrinis turbulentiam obiectauit, & ad Antonium reſcripſit, ſe non poſſe Concilij ſententiam non probare, quòd Athanaſium damnaſſet.

Ariani, relegato Athanaſio, impetrant reſtitutionem Arij [a] Alexandriam à Conſtantino: quò reuerſus, tum Euſebianorum, tum Imperatoris litteris communitus, malè acceptus eſt ab Alexandrinis, eam ciuitatem vniuerſam, de integro in magnas [b] turbas conijcit: ac propterea à Conſtantino Conſtantinopolim acceſſitur.

a *Arius reſtituitur.*

b *Alexādria tumultuatur.*

Arius euocatus, ſe Imperatori ſiſtens, de fide interrogatus, verbo, & ſcripto fidem Catholicam iuratus profitetur, per ſummam ſimulationem. Quare iuſſus Alexander Conſtantinopolitanus Epiſcopus, eum recipere in communionem, & recuſans, dum vim timet, cum populo ieiuniis, & orationibus inſiſtens, vindicem Chriſtum in Arij impietatem impetrat, dum ab Euſebianis Arius magno faſtu ad Eccleſiam deductus, exonerandi alui neceſſitate, ad locum declinare compulſus, vnà cum excrementis, viſcera, diuino miraculo effundens, miſerè [c] moritur. Atha. *ad Serap. orat. 1. cont. Arian.*

c *Arius miſerè moritur.*

Diuinitùs damnatâ ad hunc modum Arianâ hæreſi, plurimi ex iis, qui ante decepti erant, conuerſi ſunt: ingens terror, & exanimatio Euſebianæ factioni incuſſa eſt, fama rei per vniuerſum ferè orbem diuagata. Imperator magnopere illo exitu lætatus eſt: quique Arij, & Arianorum, tanto prodigio perſuaſus, deteſtatus eſt errorem: ſeipſum quoque arguit leuitatis, ob miſſum Athanaſium in exilium, quem reuocandum [d], Alexandriam deſtinauit: ſed morte præuentus, non perfecit, ipſo atteſtante Athan. *orat. 1. contr. Ar.*

d *Conſtantinus Athanaſium reſtitui iubet.*

336. MARCVS natione Romanus, patre Priſco poſt intertegnum quindeci[illegible] dierum, Conſtantino Magno Imperat. Syluestro ſucceſſor factus eſt. Inſt[illegible] vt Epiſcopus Oſtienſis, à quo Rom. Pontifex conſecratur, pallio vteretur: & vt diebus ſolennibus ſymbolum in Miſſa clarâ voce caneretur. Duas Romæ Baſilicas ædificauit, alteram in Vrbe, alteram viâ Ardeatinâ, quas Conſtantinus auctas, magnis muneribus exornauit. Duobus annis, menſibus octo, & diebus viginti, quibus vixit in Pontificatu, bis menſe Decembri creauit Epiſcopos octo, presbyteros vigintiquinque, diaconos ſex, ſepultúſque eſt in cœmeterio Balbinæ. Vacat tum Sedes dies 20.

Quod dicitur, inſtitutum à Marco, vt Oſtienſis [e] Epiſcopus Romanos Pontifices conſecraret, antiquior videtur fuiſſe eius rei vſus: nam Dionyſius Papa à Maximiano Oſtienſi Epiſcopo conſecratus habetur; meminit quoque S. Aug. eiuſdem vetuſtiſſimi ritus, agens aduerſus Donatiſtas, *in Breuic. Collat. diei tertiæ. cap. 16.*

e *Oſtiēſis Epiſcopus Pōtificem conſecrat: cuius altioris vſus antiquior eſt, quàm quòd à Marco Papa incœperit.*

Quòd verò ad Pallium [f] ſpectat; eo donatum à Marco Oſtienſem Epiſcopum dicitur. Primò autem hìc mentio in rebus geſtis Rom. Pont. habetur de Pallio ſummi honoris, & poteſtatis plenitudinis indice, idémque dictum Phrygium, quòd Phrygiorum crucibus intexi ſoleret, & potiſſimùm eſſet Roman. Pontificum inſigne: ab eodem Metropolitanis aliquando ſolitum impertiri. Cur autem Phrygium [g], pallium appellatum, cùm veteris pallij forma longè diuerſa eſſet, & amplior? An quòd vt olim in Sacerdotio Hebræorum (*Exod. 28.*) erat ſummi Sacerdotis ſuperhumerale inſigne, quod nefas eſſet, aliquem alium Sacerdotum, vel Pontificum indui: ita in Chriſtianæ Religionis Sacerdotio, genus illud indumenti, quod pallium dicimus, Summi tantùm Pontificis ceſſit vſui: & quod inhæret, dum Pontifex ſacra ageret, indumento illi, quod pallij præ ſe ferebat imaginem (nos planetam, ſeu caſulam dicimus) inde fortaſſe accidit, vt Phrygium ipſum, præcipuum ſacerdotalis Pallij ornamentum, itidem pallium appellaretur, cùm alioqui pallij nomine, omne operimentum in rebus ſacris ſignificari ſoleret: vnde & vela oblata ſanctæ Cruci in Eccleſia, à Gregorio Turonenſi Epiſcopo erecta, Venantius Fortunatus pallia appellat, quæ & ipſa Crucum imaginibus eſſent contexta.

f *Pallij vſus, & ſignificatio.*

g *Pallium cur Phrygium appelletur.*

Anno Dom.

a *Baſilicam magnificentiſſimam 12. Apoſt. dedicat.*

Hoc eodem anno Conſtantinus Baſilicam [a], artificio, amplitudine, ornamentis magnificentiſſimam in honorem XII. Apoſtolorum Conſtantinopoli dedicat, in illud tranſlatis Sanctorum, Andreæ Apoſtoli, Lucæ Euang. & Timothei Pauli diſcipuli, corporibus. Euſeb. 4. *Vitæ. cap.* 58. 59 *&* 60. Socr. *l.* 1. *cap. vlt.*

b *Collegium pro curãdis mortuorum corporibus inſtituit.*

Primus, Corpus conſtituit ex nongentis, & quinquaginta diuerſorum Collegiorum & artium officinis, ad curanda [b], & efferenda defunctorum corpora: quod & à publicis muneribus, & à tributis voluit eſſe immune.

c *Conciliabulum Conſtantinopolitanum.*

Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [c] CONSTANTINOPOLITANVM contra Marcellum Ancyræ Epiſcopum Arianis inſenſiſſimum.

IVLIVS natione Romanus, patre Ruſtico prope finem Imp. Conſtantini ad 337.
Pontificatus apicem aſcendit. Multis incommodis vexatus, tandem poſt menſes decem Romam ab exilio redit, audita præſertim Conſtantini morte. Non deſtitit tamen Iulius Orientales Epiſcopos reprehendere, maximè verò Arianos, qui iniuſſu Rom. Pontificis Antiochiæ Concilium indixerant. Cùm verò ex ſacris Ordinibus ter menſe Decembri in vrbe habitis, presbyteros decem, & octo, diaconos tres, Epiſcopos nouem creaſſet, moritur, ac ſepelitur viâ Ardeliâ in cœmeterio Calepodij ab Vrbe milliario tertio, pridie Idus Aug. Sedit annos quindecim, m. 2. d. 6. Vacat tum Sedes dies 25.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

d *Concilium Romanum.*

Iulius Romanus Pontifex ipſo ſui ingreſſus primo anno ROMÆ [d] CONCILIVM celebrat centum, & ſexdecim Epiſcoporum, tum vt certæ fidei confeſſionem ipſe Iulius ederet: tum etiam vt Arianam hæreſim antea condemnatam, ſuo etiam calculo damnaret.

Hoc eodem anno Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans Magni Conſtantini filij Imperium capeſſunt.

e *Athanaſius reſtituitur.*

Athanaſius, biennio integro, & menſibus quatuor, Treueris commoratus, Ale- 338.
xandriam [e] in ſuam Sedem per Conſtantinum iuniorem, ex litteris Conſtantini Patris, non quidem libente, ſed permittente tamen Conſtantio, reſtituitur: Omnium omnis generis hominum plauſu, & gaudio incredibili, præterquàm Arianorum, Alexandriæ exceptus eſt Athanaſius. Theodor. *lib.* 2. *c.* 2.

f *Concilium Alexandrinum.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] ALEXANDRINVM pro Atha- 933.
naſio.

g *Athanaſius deponitur.*

Hoc anno celebratum eſt ab Euſebianis CONCILIVM ANTIOCHENVM 340.
I. in quo Ariani Athanaſium [g] depoſuerunt, & Gregorium Cappadocem ſubſtituerunt.

h *Athanaſius Romam pergit.*

Hoc eodem anno Athanaſius in Romanam [h] Vrbem Monachiſmum inuehit, exemplo monaſteriorum Virginum, ac Viduarum, quæ in Thebaide constructa erant.

i *Athan. ſymbolum ſuum Romæ reliquit.*

Symbolum quoque fidei Catholicæ Eccleſiæ Romanæ Athanaſius tunc [i] reliquit quod incipit: *Quicunque vult ſaluus eſſe*, &c. vt dicit Hilarius *lib. de Synodis.* Quod quidem vniuerſæ Italiæ, Galliarum, Hiſpaniarum, & Orientales Eccleſiæ, Conſtantinopolitana, Seruiana, Bulgarica, Ruſſica, Moſcouitica, Polona, Germanica, amplexæ ſunt, & ad ipſius formulam profitentur.

Hoc eodem anno Conſtantinus iunior Imp. inuadere auſus fraternæ ditionis Imperium, apud Aquileiam, ad Alſam Flauiam occiditur. S. Hieron.

Nec aſſentiendum eſt iis, qui hoc Symbolum Athanaſij eſſe negant, quia hoc refellitur, tum ex Gregorio Nazianzeno *in orat. de laudib. Athan.* vbi dicit, eum compoſuiſſe perfectiſſimam fidei confeſſionem, quam totus Occidens, & Oriens veneratur; tum verò ex Auguſtino, qui nominatim Athanaſium Epiſcopum Alexandrinum *in Pſalm.* 120. integrum verſiculum huius ſymboli adducit: & ſine nomine Athanaſij vtitur integris ſententiis huius ſymboli, tanquam in Eccleſia notiſſimi, *lib.* 5. *de Trinit. cap.* 8. *& epiſt.* 174. *ad Paſcentium. Enchirid. cap.* 36. *& ſerm.* 295. *de tempore.* tum etiam quia in Concilio Tolet. IV. *cap.* 1. recitatur confeſſio, ferè ad verbum deſumpta ex hoc ſymbolo, & fuit celebratum hoc Concilium circa annum Dom. 633. & proinde ante ſchiſma Græcorum. Adde quod Gennadius Scholarius *in lib. pro defenſione Concil. Florent. cap.* 1. *ſect.* 5. dicit, Græcos ſui temporis dicere ſolitos, Athanaſium fuiſſe ebrium,

quando

ANNO DOM.

quando hæc ſcripſit. Ex quo apparet, illos non negaſſe, Athanaſium ita ſcripſiſſe. Vide Card. Bellarm. *lib. 2. de Christo cap. 25.* vbi plura ex Athanaſij locis congerit, ad probandum, Spiritum ſanctum à Patre, Filióque procedere.

341. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [a] ROMANVM II. in quo cognita Athanaſij innocentia, eum in communionem Eccleſiæ receperunt, eúmque litteris communicatoriis ad ſuos redeuntem dimiſerunt. a *Concil. Romanum.*

Hoc eodem anno quidam Audæus [b] Meſopotamius hæreſim ſuſcitauit. Docebat enim, Deum humanâ eſſe figurâ. Lapſum ab Eccleſia debere Paſcha cum Iudæis celebrare. Tenebras, aquam & ignem eſſe ingenita. Peccata ſacris libris ab adulterinis, *o*, bipertito diuiſis, & hinc inde poſitis, ſi quis per eos tranſierit, hac ratione confiteri & dimitti. b *Audæorum hæreſis.*

342. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] ROMANVM III. pro defenſione iuſtæ abſolutionis Athanaſij, Marcelli, & aliorum. c *Concil. Romanum.*

Eodem anno Syrmij, quæ eſt ciuitas Illyrici, noua hæreſis exorta eſt, auctore Photino [d] Epiſcopo, qui Filium Dei ſolum hominem affirmauit. d *Photini hæreſis.*

343. Hoc anno Paulus [e] Eremitarum, & Anachoretarum primus, cùm iam centum & tredecim annorum eſſet, & vitam cœleſtem in terris egiſſet, ad ſuperiorem patriam euolauit: atque à magno Antonio ſepultus eſt. Hieron. *in vita Pauli.* e *Paulus primus Eremita moritur.*

344. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] ANTIOCHENVM II. ab Arianis, in quo ipſi aliam fidei formulam ediderunt, qua ſpecie tenus Ariana hæreſis condemnatur: ſuppreſſo nihilominus *Conſubſtantialitatis* nomine. f *Concil. Antiochenum.*

Eodem anno MEDIOLANI [g] celebratum eſt à Catholicis CONCILIVM, in quo antea oblatam fidei formulam examinantes, ob nouitatem & nomen *Conſubſtantialitatis* omiſſum meritò reiecerunt. g *Concil. Mediolanenſe.*

346. Hoc anno congregatum eſt CONCILIVM [h] COLONIENSE contra Euſratam blaſphemum, & hæreticum, qui Chriſtum negabat eſſe Deum. In quo damnatus eſt, & Epiſcopatu priuatus. *Prateolus.* h *Concil. Colonienſe.*

CONCILIVM GENERALE OECVMENICVM SARDICENSE.

347. Hoc anno celebratum eſt SARDICENSE [i] CONCILIVM, quod fuit Oecumenicum & generale, ſed nihilominus pro vno, & eodem cum Nicæno I. computatur; tum quia in hoc fuerunt ferè iidem Præſules, qui in illo: tum etiam, quòd Nicænam Synodum confirmarunt. Præſidebat nomine Iulij Papæ Oſius [k] Epiſcopus Cordubenſis, Archidamus, & Philoxenus Presbyteri, & Protogenes Sardicenſis. Synodus ergo ex pluribus, quàm triginta quinque prouinciis coacta, cognitâ Arianorum malitiâ, permiſit Athanaſio cum ſuis, vt cauſam diceret, tum de calamitatibus ſuis, tum de calumniis, quas paſſus eſſet: auditíſque eius rationibus hominem [l] innocentem pronunciauit: eorúmque accuſatores Sycophantas, & facinoroſos, & quiduis potius, quàm Chriſtianos appellari debere. Eos igitur cum pace dimiſerunt. Abſoluto iudicio Athanaſij, Marcelli quoque Ancyrani, & Aſilepæ Gazenſis Epiſcopi cauſa fuit iudicata: & illi quidem innocentes iudicati: Euſebiani autem calumniatores citati, non comparentes, paribus omnium Epiſcoporum ſententiis damnati fuere.

i *Concil. Sardicenſe.*

k *Oſius Cordubenſis nomine Iulij Papæ huic Synodo præſidet.*

l *Athanaſius innocens repertus abſoluitur, & in priſtinum reſtituitur.*

Porrò Euſebiani ex Concilio Sardicenſi fugientes, ad Vrbem Philippi in Thracia ſitam [m] ſe contu[illegible], & in eadem vrbe conciliabulum fecere, & titulo Sardicenſis Concilij vul[illegible]ere: multíſque eo nomine verum Concilium æſtimantibus impoſuere. Huius conciliabuli Sardicenſis circumferebatur Symbolum fidei, quo ſimplices deciperentur, cùm tamen magna Synodus Sardicenſis Decreto ſanxerit, ne quid vlterius de fide ſcriberetur: & Patres omnes ſeſe contentos Nicæna fide declararunt, vt cui nihil deeſſet, & in qua integra, & ſolida pietas contineretur. m *Euſebianorum fraus detegitur.*

Hinc liquet, quare aliqui putauerint, Sardicenſe Concilium partim fuiſſe approbatum, partim verò minimè. Illam partem, in qua maior Epiſcoporum pars rectam fidei confeſſionem fecerunt, eique ſubſcripſerunt, amplectentes: eam verò, in qua ſeptuaginta ſolùm Epiſcopi Orientales Arianam fidem profeſſi ſunt,

rencientes. Verius eſt, quòd duo fuerunt Concilia Sardicenſia, vt dictum eſt.

a *Concilium Magnum, Plenarium, Generale, Vniuerſale, Oecumenicũ.*

Circa titulum huius Concilij, ſciendum, quòd Patres olim ad pleniſſimum Concilium ſignificandum, illud *Magnum* [a] nominare conſueuerunt, ſicque ſæpiſſimè nominatum eſt Concilium Nicænum, & eadem ratione Athanaſius Synodum hanc Sardicenſem Magnam appellat. Idem quod *Oecumenicum* dicimus, maiores *Plenariũ* appellare cõſueuerunt, vt Aug. *ep.* 162. Reſtabat adhuc plenariũ Eccleſiæ vniuerſæ Concilium. Quo verò omnes earum prouinciarum Epiſcopi, qui ſub vno Primate erant, conueniebant, *Generale* à maioribus dici conſueuit, quomodo Athanaſius Alexandrinum appellat, *Apolog.* 2. & Synodo Carthag. III. Vniuerſale illud Concilium anniuerſarium, ad quod ſingulis annis ex omnibus Africæ prouinciis Epiſcopi conuenire in vnum conſueuerant. In Gallia verò, vt quolibet triennio celebraretur vniuerſalis Synodus, ſtatutum eſt Concil. Matiſc. II. *cap.* 20. Obtinuit tamen vſus poſtea, vt Concilium [b] *Vniuerſale*, idem diceretur quòd *Oecumenicum*, ob idque Concilium collectum ex totius Chriſtiani orbis prouinciarum Epiſcopis, nominari Oecumenicum conſueuit. Vel ex ea cauſa, quòd ex omnibus terrarum prouinciis antiſtites ſint conuocati. Vel ex ea, quòd in eo decernerentur, quæ ad vniuerſum orbem terrarum, ipſam vniuerſalem Eccleſiam pertinerent. Quòd igitur ex Oriente, & Occidente, ac Septentrione Sardicam accerſiti ſunt Epiſcopi, & præfuit illi Synodo Sedis Apoſtolicæ legatus, Sardicenſe Concilium Oecumenicum dici poteſt.

b *Concilium Vniuerſale ex vſu Oecumenicum dicitur.*

c *Concil. Carthag. I.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] CARTHAGINENSE I. nam Schiſmaticis Epiſcopis deturbatis, & populis ad Catholicæ Eccleſiæ vnitatem compaginatis, mox per Gratum Catholicæ communionis Epiſcopum Carthaginenſem, Carthagine Concilium conuocatum eſt: in quo ipſe de pace, & vnitate confectâ, coràm Epiſcopis in Synodo præfatus eſt. In eo fuerunt quatuordecim Canones ſanciti, quorum primus, de rebaptizatione, quam Donatiſtæ intulerant, tollendâ: ſecundus de Martyribus, *Martyrum dignitatem nemo profanus infamet*, &c. quòd ſcelerati Donatiſtæ, allecti gloria Martyrum, voluntariam mortem opperterent, &c. 348.

d *Quare primum dicatur hoc Concilium.*

Hoc verò primum appellatur Carthaginenſe [d] Concilium, non quòd non alia plura celebrata antea fuerint, etiam ſub Ethnicis perſecutoribus; ſed quòd aliis deperditis, illorum quæ extarent, hoc ipſum antiquiſſimum probaretur.

e *Concil. Mediolanenſe. Vrſacius & Valens reſipiſcunt, & veniam petunt.*

Hoc anno Vrſacius, & Valens, veteres Arij diſcipuli, & acres Athanaſij calumniatores, cùm hoc anno haberetur MEDIOLANI [e] CONCILIVM, abſente tamen Conſtante, adhuc in viuis Imperatore, præſentibus Romanæ Eccleſiæ Presbyteris, pœnitentiam & veniam poſtulant, ſed pro negotij grauitate, Romam ad Iulium, de more remittuntur, vt coram ipſo, ſpectante Romanâ Eccleſiâ, exomologeſim agerent. *Quia* (inquit Athanaſ. *epiſt. ad Solit.* *Vrſacius & Valens, quaſi à ſua ipſorum conſcientia flagellati, pœnitentiam profeſſi ſunt: litteraſq; amicas, & pacatas ad Epiſcopum, quas nullas ab eo acceperant, miſere, Romamq; abeuntes, pœnitentiam egere, confitentes, omnia quæ vel dixiſſent, vel feciſſent contra Athanaſium, falſa eſſe, & nihil aliud, quàm calumniam, neque id ſimpliciter egere, ſed ita vt anathemate execrarentur Arianam hæreſim, & pœnitentiam ſuam ſcripto promulgarent.* ſic Athanaſius. Poſtea verò relapſi ſunt, vt infra anno 355. 350.

f *Cõcil. Hieroſolymitanũ*

Eodem anno HIEROSOLYMIS [f] celebratum eſt CONCILIVM, in quo Epiſcopi illi, qui olim ſententiæ in Athanaſium ſubſcripſerunt, delictum ſuum deteſtati, atq; confeſſi, eam, quam poſtulauit communionem, & reconciliationem [g] præſentis Athanaſij impetrarunt. Et actum eſt, vt conſenſu omnium Epiſcoporum reſtitueretur Athanaſius ad communionem, & ad priſtinam dignitatem. Hiſtor. tripart. *lib* 4. *cap.* 34.

g *Epiſcopi aliàs contra Athanaſium, nunc errorem deteſtantur, & Athanaſio præſenti reconciliantur.*

h *Athanaſius ad ſuam Eccleſiam reuertitur.*

Athanaſius autem Conſtantij litteris etiam communitus, ad triennium in ſua Eccleſia [h] perſeuerauit, totus in Synaxibus, & Epiſcoporum Conciliis celebrandis, & congruentia Sardicenſi, & Hieroſolymitanæ Synodis ſanciendo.

Hoc anno Conſtans Imperator ætatis 27. Imperij 13. perfecto, menſe Martio, Auguſtoduni in Gallia, interficitur à Magnentio Legato, qui primus Chriſtianorum, regnandi libidine, prodito Domino inuadit Imperium. Socrates *lib.* 2. *capite* 9. & 16.

Magne

ANNO DOM.

Magnentius Decentium germanum ſuum Cæſarem creat.

Hoc anno Conſtantius, collecto in expeditionem exercitu, edicit, vt omnes ſacro expiecotur baptiſmo, alioquin militiâ abdicentur (Theodot. *lib. 3. cap. 3.*) ex quo factum eſt, vt Geotiles [a], qui id facete tecuſarent, exuti militiâ, ad pagaoitatem redacti, Pagani paritet, id eſt, non milites dicerentur; indéque poſtea vſutpatum, vt Ethnici [b] omnes à Chriſtianis Pagani ſint nominati, quòd excluſi vrbibus, circa pagos ſuos Deos colerent, & clandeſtina ſacra peragerent.

a *Pagani vnde dicti Gentiles.*

b *Ethnici omnes Pagani cur dicti.*

351. Hoc anoo celebratum eſt CONCILIVM [c] VASENSE ad mores.

352. Iulius [d] Papa migrat è vita, cùm ſediſſet annos 15. menſes 5. dies 17. Indices Vaticani.

c *Concil. Vaſenſe.*

d *Iulij Papæ mors.*

LIBERIVS natione Romanus, patre Auguſto, Cooſtantij, & Conſtantis temporibus fuit. De hoc Pontifice aliqui putarunt, ipſum fuiſſe hæreticum, eo quòd conſenſerit Conſtantioo hæretico. Sed quod ipſe cum Arianis conſenſerit, hiſtoria reuocatur in dubium, eo vel maximè, quia io epiſtola ad Athanaſium & Epiſcopos Ægypti, in Alexandrina Synodo coogregatos, ioſectatur Arianos, & gratulatur, quòd Epiſcopi Ægyptiorum permaneant in fide Synodi Nicænæ. De ipſo autem Liberio duo [e] ſunt certa, vnum verò dubium. Primò certum eſt, eum ab ioitio Pontificatus vſque ad exilium, quod pro fide Chriſti pertulit, acerrimum defenſorem fuiſſe Catholicæ Religionis, prout hiſtorici communiter de eo affirmant. Secundò certum eſt, Liberium poſt reditum ab exilio, fuiſſe etiam verè Orthodoxum, & pium. Nam, vt ſcribit Socrates *lib. 4. cap. 11.* poſtquam redierat ab exilio Liberius, noluit recipere ad Eccleſiam Macedooianos, niſi apertè hæreſim deteſtarentur. Prætetea, etiam poſt mortem ſemper Sanctus eſt habitus, vt planum eſt ex verbis Sancti Ambroſij, *lib. 3. de Virgin. in principio*, & ex verbis Epiphanij *hæreſ. 75* & Baſilij *in epiſt. 74 ad Epiſcopos Occidentis.*

e *Liberius an fuerit hæreticus.*

Dubium verò eſt, an medio tempore aliquid egerit contra fidem. Sulpitius *lib. 2.* Sozom. *lib. 4. cap. 10* Socrat. *lib. 2.* & Niceph. *lib. 9. cap. 35. 36. & 37.* indicant, Liberium ſemper eundem fuiſſe, nec vnquam de fidei conſtantia aliquid remiſiſſe. Sed verior videtur ſententia Athanaſij *in epiſt. ad Solit.* & Hieron. *in Chron.* aſſerentium, eum tædio exilij inflexum tandem fuiſſe ad ſubſcriptiooem hæreſeos. Nam niſi hoc dicatur, cogimur Felicem II. qui Liberio viuente Pontificatum geſſit, è numero Pontificum excludere: cùm tamen hunc ipſum Felicem, vt Papam, & Martyrem, Eccleſia Catholica veneretur. Denique Sozom. & Nicephor. *vbi ſupra* ſubindicant, Liberium in Concilio Syrmenſi conueniſſe cum Valente, & Vrſacio Arianis: & ea pace facta, Sedem ſuam recepiſſe, adiutum etiam litteris eiuſdem Concilij. Non tamen propter hoc Liberius [f], aut hæreſim docuit, aut hæreticus fuit, ſed ſolùm peccauit actu externo, quemadmodum S. Marcellinus. Poteſt benè dici, quòd etſi non expreſsè, interpretatiuè [g] tamen in hæreſim cooſenſerit: Nam Athanaſium damnari permiſit, quem ſciebat, cauſa fidei perſecutionem pati: & cum Valente, & Vrſacio communicauit, quos non ignorabat, hæreticos eſſe: etiamſi illi aliud ſe eſſe ſimularent.

f *Liberius Papa licèt peccauerit, non tamen hæreticus fuit.*

g *Interpretatiuè poteſt dici, quòd in hæreſim conſenſerit.*

Sub hoc Pontifice ædificatum eſt Romæ in Colle Exquilino [h] celeberrimum templum in honorem Deiparæ impeoſis Ioaonis Patritij. In eiuſdem Baſilicæ [i] erectione, ea de re fuit vterque per viſum admonitus, & miraculo confirmatus, deſcendentibus niuibus in Nonis Auguſti, formam Templi monſtrantibus. A Liberio fundatore Baſilica diu vocata eſt *Liberiana*: poſtea à Sixto III. Pontifice reſtitota, & amplior facta fuit circa annum Domini 432. Dicta eſt deinde *S. Maria ad Præſepe*, ob tranſlata in eam ex Bethleem ſacra Chriſti incunabula. Poſtremò appellata eſt *S. Maria Maior.* Cui quidem Baſilicæ noſtris temporibus Sixtus V. inſigne ſacellum conſtruxit: & idem fecit Paulus V. & ſicut in Capella Sixti V. repoſitum eſt Chriſti Domini Præſepe: ſic in Capella Pauli V. repoſita eſt ſanctiſſimæ Dei genitricis Imago deuotiſſima, à S. Luca depicta.

h *S. Mariæ Maioris templum conſtruitur.*

i *De huius Baſilicæ excellentia, deq; miraculis cereorum illic accendi ſolitorum, quòd ſcilicet eiuſdem ponderis erant poſtquam tota nocte, & die accenſi fuiſſent, ſicut antequàm incenſi eſſent, Vide Petrum Cluniacen. lib. 2. cap. 30. De aliis item cereis Natalis Domini die illic poni ſolitis cum nota annorum currentiũ à Paſſione Dominica, meminit Beda de temp. rat. cap. 45.*

Statuit hic Pontifex, vt ſi euenerit fames, inæqualitas aëris, peſtilentia, vel alia tribulatio qualiſcuoque, ſtatim ieiuniis, eleemoſynis, & obſecratiooibus, Domini miſericordia deprecetur.

Hoc anoo Conſtantius abſque ſpe liberorum, & Imperio, ob inſtantia à Perſis, & Tyrannis bella, nutante, Gallum ex Conſtantio Conſtantini Magni fratre, &

Galla

Galla matre genitum, Cæſatem creat, collocatâ ei in matrimonium ſorore Conſtantinâ, vt profectutus ipſe in Occidentem aduerſus Tyrannos, relinqueret, qui Orientis adminiſtraret Imperium.

a Iulianus Magicis ſtudiis ſe addicit, & ſpecie dæmonis territus, ſigno Crucis ſe muniens, liberatur.

Iulianus, & ipſe Conſtantij frattis Conſtantini filius, inuidia fraternæ dignitatis extimulatus, & in ſpem erectus fore, vt aliquando potiretur Imperio, profecto Conſtantio Imp. in Occidentem, ſe totum magicis [a] ſtudiis addixit, & ſciſcitandis Oraculis, & ariolis impendit. Ac tum accidit illud, vt cùm horribili ſpecie dęmonibus apparentibus, ille præ metu, ex conſuetudine, ſe ſigno Crucis muniens, eos fugarit, & præſtigiator contra dixerit, eos auſugiſſe, quod eius factum abominarentur. *Ex Theodor. Gregorio Nazianzeno, & Eunapio.*

Sub hoc Pontifice pluta habita ſunt Concilia. 351.

b Concil. Romanum.

Hoe anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ROMANVM ad abſtergendas 351.
calumnias contra Athanaſium excogitatas; & ſtatutum eſt, vt legatio de cogendo Concilio Aquileiæ ad Conſtantium mitteretur.

Hoc anno Conſtantius Imperator apud Murſum Pannoniæ confligens cum Magnentio, vindictam expoſcente numine, de innoxio Conſtantis ſanguine, illum profligat, & intetficit, & Decentium Cæſarem ad laqueum adigit. Marcellin. *Hiſtor. lib.* 11.

c Hoc primum bellum Chriſtianorum inter ſe.

In hoc primùm [c] bello Chriſtiani contta Chriſtianos: Cruces contra Cruces in vexillis, & labaris, proh ſcelus, concurrere: ſed quorum alterius partis Tyrannus Dux eſſet, alterius verò Hæreticus Imperator, vt non aliis planè, quàm his auſpicibus, tantùm decebat aggredi neſas.

d Vnde magis afficitur Conſtantius Arianis.

Conſtantius dum confligitur, longè ab acie in æde Martyrum cum Valente [d] Murſonum Epiſcopo Ariano reſidens, euentum pugnæ expectat. At Valens, qui callidè per ſuos diſpoſuerat, moneri de pugnæ euentu, primus victoriam nunciat, ab Angelo id ſibi ſignificatum mentiens. Credulus Imperator palàm poſtea dicere eſt ſolitus, ſe Valentis meritis, non virtute exercitus viciſſe. Ab hoc initio illecti Principis extulere animos Ariani, poteſtate Regis vſuri, vbi auctoritate ſua parùm valuiſſent. Ex Seuer. *lib.* 2.

e Proſpera inflant Conſtantium, vt ſe æternum vocet.

Conſtantius ex hac victoria, qua Orientali, Occidentale adiecit Imperium, in tantam venit arrogantiam, vt (teſte Ammiano *lib.* 15.) *æternitatem* [e] *meam*, ſubſcriberet, & *Orbis totius ſe Dominum* appellaret, & ſe ipſum *æternum* nominaret, vt extat in pluribus eius Reſcriptis, & Ariani illi adulantes, ſuum Cæſarem *æternum* appellarent (Athanaſ. *de Synodis*) qui Filium Dei æternum eſſe negarent. In eo planè illud verum eſſe comprobatum eſt: *Nihil* [f] *eſſe infælicius fælicitate peccantium*: ſi ſiquidem ex hoc proſpero rerum ſucceſſu putabat, & iactabat, ſuam perfidiam, id eſt, Arianam, diuino calculo comprobatam: ex qua perſuaſione tenaciſſimè illi deinceps adhæſit, omnique conatu promouit, quaſi in eo, Deo magnum obſequium præſtaret; etiam ad modum Gentilium, Catholicam Eccleſiam perſequens, & affligens. Huius eius falſæ perſuaſionis occaſione S. [g] Lucifer Calaritanus, librum ad eum ſcripſit de Apoſtaticis Regibus, qui cùm impiiſſimi fuiſſent, magna tamen temporali fœlicitate potiti fuiſſent.

f Nihil infælicius fælicitate peccantium.

g S. Lucifer Calaritanus contra Conſtantium ſcribit.

h Prodigium viſæ Crucis in cœlo.

Hoc tempore, cùm expugnatus eſſet Magnentius, ſignum Crucis [h] maximum mirificè apparens, adeò vt admirabili ſplendore, ſuperaret lucem diei, viſum eſt Hieroſolymitanis, circa tertiam diei horam, cùm eſſet dies feſtus, qui dicitur Pentecoſte, pertingens à loco, qui dicitur Caluariæ, vſque ad montem Oliueti. Cyril. Hieroſol. poſt Maximum, de ea apparitione epiſtolam ſcripſit ad Conſtantium, extat in fine eius Catecheſi Myſtagog. Celebris anniuerſaria memoria eſt huius apparitionis apud Græcos. *in Martyrol. 7. Maij.*

Hoc porrò prodigio videtur ſignificatum, quod cùm mundanus Imperator, bellum geſturus contra Eccleſiam, impietatis vexillum erexiſſet, Chriſtus vexillum ſuum, quo impietatem debellauerat, ſuſtuliſſe, & cœlitùs oſtendiſſe, quaſi illud intonantem: *Confidite, ego vici mundum.*

i Conciliabulũ Arelate.

k Conſtantium hoc anno in Gallia egiſſe Arelate, auctor eſt Ammianus libro 14.

Hoc eodem anno CONCILIABVLVM [i] Arianorum ARELATE fit, in 353.
quo per vim & contumelias, Papæ Legatum cogunt, vt Athanaſij damnationi ſubſcribat. Legati [k] Sedis Apoſtolicæ inſtantibus Arianis, conſentiunt ſubſcribere in Athanaſium, ſi tamen iidem hæreſim Arij condemnarent, quam cùm ſe

damnare

Anno Dom.

damnare non poſſe affirmarent, nihilominus Vincentius primarius Sedis Apoſtolicæ Legatus, importunitate Arianorum, & Conſtantij victus Imperat. turpi lapſu, ſubſcribit in Athanaſium, quod item fecerunt Fortunatianus Aquileiæ, & Herminus Theſſalonicæ.

Lapſum Vincentij tanti viri, ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legati, deplorat Liberius, *epiſt.* [a] *ad Oſium Cordub. & altera ad Euſeb. Vercellenſem.*

Sub hoc eodem Pontifice Vrſacius [b], & Valens hæretici, fecere Concilium in Nicæa Thraciæ. Vbi ſtatuentes ſua dogmata diuulgabant, illam eſſe fidem, quæ ab vniuerſali Concilio dictata eſſet, & edita Nicææ: vt ſimilitudine nominis Nicænæ vrbis, ſimpliciores hac ſubreptione deciperentur. Sed nihil profuit eis tale commentum. Paulò poſt namque confuſi, ac deriſi ſunt.

a *Extat in Cod. Vaticano n. 2672.*

b *Vrſacij & Valentis fraudes.*

354. Noua legatio [c] à Liberio ad Conſtantium mittitur, Lucifero Calaritano Epiſcopo, Pancratio Romanæ Eccleſiæ Presbytero, & Hilario eiuſdem Eccleſiæ Diacono, cum litteris ad Conſtantium deſtinatis: alij quoque ad Euſebium Vercellenſem Epiſcopum, quibus negotium Legatorum, de Concilio à Conſtantio impetrando commendabat. Is igitur Euſebius cum Legatis vnà profectus in Gallias ad Imperatorem, enixiùs agens, obtinuit, vt Concilium celebraretur. Quod ſequenti anno Mediolani collectum eſt: qua re cognita, Liberius litteras ad Euſebium mittit, ſui gaudij indices, & eius laudum plenas. Extant hæ litteræ ad Euſebium, *in eius Actis.*

c *Liberius Concilium fieri impetrat à Conſt. per Legatos.*

Gallus Conſtantio ſuſpectus, in Iſtria circumuentus à Conſtantianis, Cæſareis ornamentis ſpoliatus, & ad priuatam vitam redactus, paulò poſt capite truncatur.

Florentiſſimæ hoc tempore erant in Oriente ſcholæ, vt Cæſareæ Palæſtinæ, Alexandriæ, Conſtantinopoli: ſed cæteris omnibus eminebant Athenæ [d], accideréque ſolebat, vt qui in aliis vrbibus aliquandiu verſati eſſent, tum demùm Athenas, quaſi penitus conſummandi, ſe conferrent: quod feciſſe ſcimus Gregorium, & Baſilium. Sed vt præſtantes diſciplinæ Athenis florebant, ita dæmonum cultus, & magicæ artes vigebant. Ad quas addiſcendas, Iulianus (qui fuit Apoſtata) eò ſe contulit. Vbi Gregorius Nazianzenus cum eo verſatus, ex eius aſpectu & moribus, non vanus [e] coniector extitit, eorum quæ poſtea ſecuta ſunt. *Quale malum Romanorum terra nutrit* (falſus eſt) *vtinam falſus ſim Vates.* Ex orat. Gregor. 2. in eum.

d *Gymnaſia in Oriente florent, præcipuè Athenis.*

e *Prædictio Nazianz. de Iuliano.*

355. Concilium Mediolanenſe (trecentorum amplius Epiſcoporum ex Occidente, paucorum ex Oriente) expetitum fuit à Liberio, vt cognita ex conflatis in Athanaſium calumniis, Arianorum perfidia, tum ab ſubſcriptione in ipſum, tum à communicatione cum Arianis, ac multò magis ab eorum hæreſi, Occidentales omnes procul abhorrerent Epiſcopi. A Conſtantio verò eo conſilio conceſſo, vt collectos in vnum, quos poſſet Catholicos Epiſcopos, ipſe præſens ad ſubſcribendum [f] in Athanaſium, adhibita vi quoque compelleret: quod & infœliciſſimè præſtitit. Conuenerant ferè Catholici Epiſcopi, omnia quæ Ariani poſtularent, eſſe facturos, & in Athanaſium ſubſcripturos, modò illi Nicænæ fidei ſubſcripſiſſent: quod diſertè negarũt. Qua re in populum vulgata, magna indignatio exorta eſt: cuius populi iudicium, & impetum timentes Ariani, è Dominico in Palatium Concilium transferunt, vbi omnia pro libidine agunt, Conſtantio ad omnes eorum nutus conſentiente, & cooperante, accuſatorem & Iudicem in Athanaſium agente, & edicto publico eum condemnante. Ibi igitur adacti omnes ad ſubſcribendum in Athanaſium interminatione exilij. Qui ſubſcribere recuſarunt, Legati Sedis Apoſtolicæ Lucifer [g] Calar. in Palæſtinam relegatur (qui miræ conſtantiæ, & præparati animi ad martyrium, contra Cõſtantium Imperatorem ſcriptum librum ad eum miſit legendum) Pancratius Presbyter in exilium agitur. Hilarius Diaconus nudatus cæditur, & in exilium eiicitur. Dionyſius item Mediolanenſis Epiſcopus, & Euſebius Vercellenſis, recuſantes ſubſcribere in Athanaſ. ne cum damnatione Athanaſij, fidem quoque Nicænam damnare viderentur, relegati. Hæc de Actis in Concil. Mediolanenſi breuiter, ex Athan. *epiſt. ad Solit.* & Hilario *ad Conſtantinum.*

f *In Concil. Mediol. Epiſcopi adiguntur ad ſubſcribendum in Athanaſ. recuſantes exulare iubentur.*

g *Lucifer Calaritanus, & reliqui in exilium mittuntur.*

Liberius cognitis inſigniorum Epiſcoporum Occidentalium proſcriptionibus,

encyc

encyclicis eos litteris celebrat, illis gratulatur & rogat, vt ſe de ſingulis certiores faciant. Extant litteræ in Actis S. Euſebij.

Conſtantius ab Arianis inductus ad Liberium dona & litteras mittit, per has minans, per illa blandiens, vt Athanaſium damnaret, & Arianis communicaret. Liberius, cùm repugnaret, per vim Mediolanum ducitur: à quo cùm Conſtantius nihil impetrare poſſet, infracto animo, & ingenti cum libertate, pro fide, & pietate Liberio [a] perorante, & exilium potius eligente, iuſſus fuit deportari vſque Beroëcam Thraciæ.

a Liberius in exilium mittitur.

Felix II. natione Romanus, patre Anaſtaſio, Diaconus Liberij, ab Arianis in eius locum ordinatur Epiſcopus. Fidem ille quidem Nicænam integrè ſeruans, ſed cum Arianis communicans: ob quam cauſam populus illi Romanus non communicauit. Athanaſ. *ad Solitar.* Hieron. *in Chron.* ſed de hoc infra.

Hilarius [b] ciuis Pictauienſis hoc anno, poſt Philoſophos cognitos, ac vanos deprehenſos, diuinæ Scripturæ libros perſcrutatus, ex eis veri Dei cultum accepit, & baptizatus eſt, iam prouectâ ætate, coniugatus, & vnâ filiâ auctus, nec longo poſt tempore, defuncto Pictauienſis ciuitatis Epiſcopo, miro vniuerſorum conſenſu, deligitur eius Sedis Antiſtes.

b Hilarius Pictauienſis.

Hoc anno impatem ſe ſentiens Conſtantius tantis motibus, Iulianum [c] Cæſarem creat, ſorore Helenâ virgine illi in matrimonio collocatâ, & aduerſus Barbaros mittit in Gallias. Ammianus *lib.* 15. qui ab hominibus ignoratus (ait Eunapius) quòd Deorum cultui addictus eſſet, ad conciliandos ſibi animos Catholicorum, quibus ſciebat inuiſum eſſe Conſtantium, non modò Chriſtianus, ſed & Catholicus [d] videri voluit, & Hilarium, ac cæteros Epiſcopos, pluribus officiis demereri ſtuduit, quod de ſe affirmat Hilarius *in libro ad Conſtantium poſt exilium ſcripto.*

c Iulianus Apoſtata Cæſar creatur.

d Iulianus fingit ſe eſſe Catholicum.

Hoc anno Dux militiæ Syrianus, mandato Imp. Alexandriam veniens, cùm populo Alexãdrino, iureiurando pollicitus eſſet, ſe nihil moliturum, donec legationem mitterent ad Imperatorem, ex improuiſo, 5. Calend. Febr. intempeſta nocte, populo in Eccleſia cum Epiſcopo pernoctante in orationibus, cum pluribus, quàm quinque millibus armatorum, cunctam irrupit Eccleſiam, ne quiſquam elaberetur, quærendo ad necem vni Athanaſio intentus: qui à Monachis [e], & Clericis abſtractus per medios milites inoffensè Domino duce, & protectore pertranſiens, nihil ipſis ſentientibus, elapſus, ſolitudinem petiit. Milites porrò tam nefandas, & horrendas cædes Clericorum, virginum, & laicorum fecerunt, vt omnem ſuperarint barbariem.

e Athanaſius à Monachis & Clericis diuinitus liberatur.

Inter cæteros verò, qui pro Athanaſio in exilium fuerunt deportati, vnus fuit 356.
Lucifer [f] Calaritanus, qui adhuc exul duos libros ſcribit contra Conſtantium: tertium contra eundem de non communicando cum hæreticis: rurſum quartum de Regibus Apoſtaticis, quos quidem certo homini ad Conſtantium perferendos dedit. Hos cùm legiſſet Athanaſius, ſic ad eum ſcribit: *Accepimus* [g] *itaque epiſtolas, & libros religioſiſſimæ, ac ſapientiſſimæ animæ tuæ, in quibus perſpeximus imaginem Apoſtolicam, fiduciam Propheticam, Magiſterium veritatis, doctrinam veræ fidei, vitam cæleſtem, Martyrij gloriam, triumphos aduerſus hæreſim Arianam, traditionem integram Patrum noſtrorum, regulam rectam Eccleſiaſtici Ordinis. O verè Lucifer, qui iuxta nomen, lumen veritatis ferens, poſuiſti ſuper Candelabrum, vt luceat omnibus,* &c.

f Lucifer Calaritanus pro Athanaſ. exilium patitur.

g Luciferi opera ab Athanaſio mirificè laudatur.

Hoc eodem anno agitur Bytenis [h] Concilivm, ex quo factione Saturnini Arelatenſis Epiſcopi Ariani, S. Hilarius Pictauenſis Epiſcopus, quòd reſiſteret Arianæ impietati, mittitur in exilium in Phrygiam.

h Conciliabulum Byteninum.

Hoc anno congregatum eſt Concilivm [i] Smirnense: ſed verius 357.
eſt fuiſſe conciliabulum, quia in formula fidei omiſſum eſt nomen *Conſubſtantialitatis.* In hoc Concilio Liberius [k] Papa, Athanaſiô, & Hieronymo atteſtantibus, per vim & minas ſollicitatus, prædictæ fidei formulæ ſubſcripſit, Athanaſium condemnauit, & cum Arianis communicauit, idque per litteras ad Valentes, alióſve ſcriptas, ſignificans, ab exilio liberari, Sedique ſuæ reſtitui petiit. Sed de hoc vide quæ diximus ſuprà.

i Concilium Smirnenſe.

k Liberij caſus.

Sed quod mirum eſt, Oſius [l] etiam Cordubenſis ad hoc inductus eſt, vt cum

l Oſij Cordubenſis caſus miſerandus.

Vſacio

Vrſacio, & Valente communicaret. Huius tanti viri caſus fuit miſerandus ſupra quàm dici poteſt: cùm is per tot annos, tot, tantiſque publicis actionibus, in Oriente, & Occidente ſpectatus fuiſſet, tot ſummis legationibus perfunctus, tot Conciliorum magna ex parte auctot extitiſſet, Elibertini, Arelatenſis, Neocæſarienſis, Alexandrini, & duorum magnorum, atque Oecumenicorum, Nicæni, & Sardicenſis, & aliorum quorum memoria excidit: quem in ſuo Chriſtianæ fidei tyrocinio Conſtantinus Imp. adhærentem ſuo lateri habere voluiſſet monitorem, quem patentem dixiſſet, & fideli affectu coluiſſet, eum ipſum Oſium, quẽ & Ariani Syoodorum Principem dicerent, & Nicæni Symboli formulam concepiſſe, omnes ſcirent: hunc, inquam, in Conciliabulo Sirmienſi ignominioſè proſtratum, turpiſſimè ſactum eſſe eiuſdem Nicænæ fidei proditorem, miſerando, nec aliàs audito exemplo. Socrat. *lib. 2. cap. 22.*

Sed qualem [a] finẽ ſortitus ſit idẽ Oſius, modò dicendũ. Miſerabilẽ quidẽ illum deſcribit Iſidor. Hiſpalenſis, *de viris Illuſtr. c.* 1. cùm dicit, eum in ſententia damnationis ferenda aduerſus S. Gregor. Eliberitanum Epiſcop. Catholicum, & Arianis communicare renuentem, diuinâ vltione percuſſum, de ſeſſu in terram eliſum, atque illicò expiraſſe. Sed præſtat fidem potius habere Athanaſio, res ſui temporis ſcribenti, quàm Marcellino Presbytero Schiſmatico Luciferiano, poſterioris ætatis ſcriptore, qui poſt 200. annos ab Oſio ſcripſit, à quo ea Iſidorum accepiſſe, credibile eſt Athan. igitur *epiſt. ad Solitar.* ſic de Oſio: *Verùm ne ita quidem eam rem pro leui habuit* (ſcilicet Oſius communicationem cum Arianis) *moriturus enim, quaſi in teſtamento ſuo, eorum vim proteſtatus eſt, & Arianam hæreſim condemnauit, vetuitq; eam à quoquam probari, aut recipi.*

a Oſij finis cum reſipiſcentia.

Liberius ipſe [b] Papa poſt biennij exilium, nimia cupiditate, recuperandę Sedis, ærumnis, & metu mortis inflexus, in Athanaſij damnationem ſubſcribit, cũ Arianis communicat, & Sirmienſem primam fidei formulam, in qua expreſſum erat nomen *ſubſtantia* Filio cum Patre communis: & tertiam, in qua aſſerta erat omnimoda Filij cum Patre ſimilitudo (de quibus ſupra) comprobat, vt eſt apud Sozom. *lib. 4. c. 14.* vt excuſari non poſſit à grauiſſimo crimine iniquiſſimæ damnationis Athanaſij, & cõmunionis cum hęreticis, nec tamen iure dici poſſit hęreticus, cùm profeſſiones illæ fidei Catholicæ eſſent, vt probant Hilar. *de Synodis*, & Epiph. *hær.* 73. Quod autem S. Hieron. *de Scriptor. in Fortunatiano, & in Chron.* habet, Liberiũ [c] hęreſi ſubſcripſiſſe: id ita intelligendũ eſt, quòd cùm ſubſcripſiſſet in damnationẽ Athanaſij, inuicti Catholicæ fidei propugnatoris, & communicaſſet Arianis, viſus eſt quodammodo hæreſim approbaſſe, quod tamen non fecit. Legendæ ſunt tres Liberij epiſtolæ, quæ extant in Canonum editione Creſconiana.

b Liberius Papa labitur.

c Liberius non fuit hæreticus.

Hoc eodẽ anno Conſtantius Obeliſcum [d] omniũ maximũ Alexandriâ Romã deuexit, & in Circo maximo erexit: quẽ Sixtus V. Pont. Max. è ruderibus eruit, & ante Lateranenſem Baſilicam dedicauit ſigno Crucis ſanctiſſimæ. Ammian *lib. 7.*

d Obeliſcus à Sixto V. erectus.

358. Hoc anno congregatũ eſt Concilium [e] Ancyræ à Semiarianis, ſic dicti, quia licèt Arianam hæreſim deteſtarentur, & diuinam ſubſtantiam in Filio Dei ſpecie tenus confiterentur, vocem tamen *Conſubſtantialitatis* non recipiebant.

e Concil. Ancyrenſe.

Schisma Secvndvm.

Hoc eodẽ anno exortum fuit Schiſma ſecundũ Felicis cum Liberio: ſed vterque aliquo tẽpore Pontifex legitimus fuit. Hîc tamen operæpretiũ duxi, hiſtoriã Pontificatus [f] Liberij, & Felicis quàm breuiſſimè explicare, ex qua mirabilis Dei prouidẽtia in Apoſtolica Sede conſeruãda apparebit. Liberio igitur in exiliũ ob cauſam fidei deportato, Rom. Clerus iurauit, nullum ſe aliũ, viuo Liberio, in Pontificẽ admiſſurũ. Deinde operâ Arianorum, ac præſertim Acacij Cęſarienſis Epiſc. Felix Diaconus Rom. Epiſc. creatur in locum Liberij, qui propter hoc beneficiũ liberè cũ eis cõmunicabat, licèt ipſe Arianus nõ eſſet. At quãuis etiã Felix Arianus fuiſſet, nihil id Sedi Apoſtolicæ obeſſet: conſtat enim eo tẽpore, Felicẽ ſchiſmaticum Papã, non verũ, & legitimũ Pont. fuiſſe, cùm duo ſimul eſſe non poſſint. Viuebat autẽ tunc, vt verus Põtif. Liberius. Quo circa nemo Catholicorũ Romæ cũ Felice eo tẽpore cõmunicare volebat. Poſt biennium deinde ſucceſſit lapſus Liberij: & tunc Roman. Clerus, abrogatâ Liberio Pontificiâ dignitate, ad Felicem ſe contulit, quem Catholicũ eſſe ſciebat. Et ex eo tẽpore cœpit Felix verus Pontif. eſſe.

f Liberij, & Felicis Pontificum hiſtoria.

Et licèt Liberius hæreticus tunc non eſſet,habebatur tamen, propter pacem cum Arianis factam , hæreticus. Et ex ea præſumptione meritò potuit ei Pontificatus abrogari:non enim homines tenentur,aut poſſunt corda ſcrutari,ſed quem externis operibus hæreticum eſſe vident,ſimpliciter hæreticum eſſe iudicant,ac vt hæreticum damnant. Et hoc eſt quod Hieron. *in Chron.* ait , permultos ex Romano Clero peieraſſe,& ad Felicem acceſſiſſe. Dicuntur enim peieraſſe , quia iuramentum non ſeruarunt, quod ſuſceperunt , de non recipiendo alio Pontifice.

a Felix Conſtantium Imper. Arianum damnat.

Porrò Felix iam verus Papa,animaduertens Eccleſiæ,& fidei periculum, Deo, ſine dubio,inſpirante,qui Eccleſiam ſuam non deſerit , non ſolùm receſſit à communione Arianorum,ſed etiam coacto Concilio declarauit,Imperatorem [a] Conſtantium,& Epiſcopos Vrſacium,& Valentem,cum quibus Liberius pacem fecerat,verè eſſe hæreticos.Et propterea redeũte Liberio in vrbem, Felix cum ſuis ab Arianis eiectus eſt,& non diu poſt mortuus , ſiue capite cæſus,ſiuè ærumnis confectus fuerit:nam de eius exitu planè diuerſa ſcripta reperiũtur. Haud ita diu poſt mortuum ait Sozom.*lib.de Rom.Pont.in Liberio.* depoſitum ab Epiſcopatu , habitaſſe ait in prædio ſuo,via Portuenſi, atque ibi in pace quieuiſſe. 4. Calend. Aug. rurſum in Felice,ipſum,ob damnationem Conſtantij , Coræ in Latio, obtruncatione capitis,martyrio coronatũ eſſe. Marcellinus porrò ſchiſmaticus ſcribit,Cõſtantio ſuperuixiſſe,& vſque ad Conſulatum Valentiniani , atque Valentis, annis videlicet octo poſt Liberij reuerſionem fuiſſe ſuperſtitem , ſed quod de Martyrio legitur,præter Rom. Martyrologium , confirmatum fuit ſub Pontificatu Gregor. XIII.*an.Dom.* 1582.cùm re in diſceptationem adducta,quaſi diuino miraculo , in Diaconia SS.Martyrum Coſmæ,&Damiani,effoſſum eſt corpus S.Felicis [b] Papæ, cum tabula lapidea,cum hac inſcriptione:*Corpus S.Felicis Papa & Martyris, qui dãnauit Conſtantium.* Liber de Rom. Pont. ſediſſe eum ait , annum tantùm , & tres menſes, totidémque dies:quod videtur probabilius quàm quod alij ſcripſerunt.

b S. Felicis Papa & Martyris corpus tempore Gregorij XIII. inuentum.

Liberius,mortuo Felice , abruptâ omni communicatione, quam ignominioſè quidem nimis inierat cum hæreticis,vt Sedẽ ſuam recuperaret,& vexillo Catholicæ fidei erecto,ab omnibus,vt legitimus Eccleſiæ Rom.Pontifex & agnitus [c] ,& receptus,Eccleſiã diſciſſã collegit,& ſarſit,& Catholicã fidẽ mirificè prædicauit.

c Liberius in Sedem reſtituitur.

Hoc anno Sanctus ille toto orbe conſpicuus Antonius [d] Magnus 6. Cal.Febr. ex hac vita in cœlum migrat,cùm iam quintum ſupra centeſimũ vixiſſet annum.

d Antonius Aegyptius moritur.

Fidem Catholicam,deteſtationem Schiſmaticorum,& hæreticorum, quaſi Teſtamento [e] ſuis commendat his verbis : *Cuſtodienda eſt pia fides in Chriſtum,& Patrum religioſa traditio,quam ex Scripturarum lectione,& crebro meæ paruitatis didiciſtis admonitu.* Et poſt alia: *Schiſmaticorum quoque , & hæreticorum venena vitate , meumq́; circa eos odium conſectamini,quia Chriſti ſunt inimici.Scitis ipſi,quòd nullus mihi,nec pacificus quidem ſermo cum eis aliquando fuerit , propter eorum prauam voluntatem , & pertinax contra Chriſtum bellum.* Sed & glorioſiſſimos Confeſſores , Catholicæque fidei defenſores voluit in hunc modum ſuis exuuiis honorare : *Veſtimentum* [f] ,inquit,*meorum ſit iſta diuiſio. Melotem & pallium tritum,cui ſuperiaceo, Athanaſio Epiſcopo date,quod mihi nouum ipſe dederat.Serapion Epiſcopus aliam accipiat Melotem. Vos cilicinum habetote veſtimentum,& valete viſcera mea: Antonius enim migrat , & iam non erit in præſenti ſæculo vobiſcum.* Verba finierat,& oſculantibus ſe diſcipulis , extendens paululum pedes , mortem lætus aſpexit ; ita vt ex hilaritate vultus eius Angelorum ſanctorum,qui ad perferendam animam eius deſcenderant, præſentia noſceretur.

e S. Antonij Teſtamentum.

f S. Antonij bonorum omnium diuiſio.

Sepultus eſt Antonius incognito [g] loco,vt ipſe mandauerat:cauens, ne honore SS. coleretur,quibus imparẽ ſe eſſe agnoſcebat. S.Hilarion cognito eius obitu, licèt lõgè abſens, magno illuc labore ſe contulit,vt natalem eius diẽ in eodẽ,quo defunctus fuerat loco,præuiis nocturnis vigiliis,ex ritu Cath. Eccleſiæ celebraret.

g Incognito ſe loco mãdat ſepeliri Antonius, vt honorem vitet.

h Concil.Ariminenſe.

Arimini [h] conueniunt hoc anno ambarum partium Epiſcopi,Occidentales 40. 359.
in quibus Ariani non amplius 80. & Concilium Oecumenicum celebrant , cui Legatus Apoſt.Sedis Vincẽtius Epiſcopus Capuanus præſedit,in quo Patres Orthodoxi Arianam hæreſim cum ſuis ſectatoribus damnarunt : atque reiectis aliis fidei formulis,vnicum dumtaxat Nicænum fidei Symbolum comprobarunt.

i S.Hieron. locus declaratur.

Quòd verò S. [i] Hieron. *Dial.contra Luciferian.* habet : *Ingemuit totus orbis,& Aria-*

num

Anno Dom. 359.

num ſe eſſe miratus eſt. intelligitur ſic, quia Valens, tanquam noſtros adiuuans, ſubiecit ſententiam, cui inerat occultus dolus, Filium Dei non eſſe creaturam: ſicut cæteras creaturas: intelligens, non vt Catholici Chriſtum non eſſe vllo modo creaturam, ſed contra, eſſe quidem creaturam, ſed non ſimilem aliis creaturis, vt Ariani profitebantur: quæ fraus [a] ſerò animaduerſa à Catholicis, iactata mox eſt ab Arianis, quaſi ſuam victoriam aduerſus Catholicos, canentibus. Dicit ergo S. Hieron. *Ingemuit totus orbis, & Arianum ſe eſſe miratus eſt.* non quidem, quod ſe inuitum, & nolentem Arianam hæreſim, quam in Synodo damnarat, amplexum crederet; ſed quòd in noua fidei regula, *Conſubſtantialitatis*, & *ſubſtantiæ* nomine prætermiſſo (quod ſtatutum fuerat, firmiſſimum munimẽtum aduerſus Arianos) viſus eſſet quodammodo Arianis facere. Sed omninò Ariminenſe Concilium, vt Catholicum debet ab omnibus probari, in quo fidei Sirmiana profeſſio, omnium ſententiis fuit exploſa, vt Nicæna confeſſio ſtabilita, & Ariani, omnium ſententia condemnati.

a *Fraus detegitur.*

Fuit & aliud Concilivm [b], vel potius Conciliabvlvm ſub nomine Arimini, alibi potius, quàm Arimini celebratum: ſed ad decipiendum, hoc nomine decoratum, in quo ad abolendam illam ritè, rectéque peractam Ariminenſem Synodum Catholicam, & Orthodoxam, ea quæ ibi ſtatuta ſunt, de fidei formula, & Filij Dei conſubſtantialitatem, reiecerunt. Baron. *an.* 359. *num.* 40 50. *&* 51.

b *Conciliabulum Arimini falsò adſcriptum.*

Eodẽ anno Selevciæ, [c] Iſauriæ in Oriente celebratur Synodvs, in qua circiter centum ſexaginta Epiſcopi conuenerunt, partim Acaciani, id eſt, Aëtianorum conſortes, Chriſtum omnis cum Patre ſubſtantiæ expertem, impiè tradentes, partim Semiariani, Diuinæ cum Patre ſubſtantiæ, ſuo quodam ſenſu, aſſertores, ad quam Diuino planè concilio euocatus eſt quoque S Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, iam quartum annũ in Phrygia in exilio agens. In ea Synodo per quatuor dies omnia acta per ſummam contentionem & diſſidium, nouis fidei formulis prolatis, in quas non conuenirent. Acaciani damnati, Conſtantinopolim conuolant, quò iam redierat Conſtantius: de quorum ſententia indicit

c *Synodus Seleucienſis.*

Synodvm [d] Constantinopoli, ex proximâ Prouinciâ, ad quam conueniunt Epiſcopi quinquaginta, in qua ex eorundem Acacianorum ſententia, noua fidei [e] formula ſcribitur, quam nonam numerat Socrates, earum, quæ poſt Nicænum Concilium, ab Arianis ſunt, diuerſis temporibus in hanc diem conſcriptæ: ad quã illud impietatis additum, vt ſicut aliàs nomen *ſubſtantiæ* aboleuerant; ita modò nomen *ſubſiſtentiæ*, eámque tranſmiſerunt ad eos, qui Arimini conuenerant, coëgeruntque homines iſtarum prouinciarum (verba ſunt Athanaſij de Synodis) ſubſcribere, exactis per Conſtantiũ in exilium, quicunque auderet contradicere.

d *Synodus Conſtantinopolitana.*

e *Noua Arianorum fidei profeſſio.*

Altercationes Acacianorum, cum Semiarianis, coram Conſtantio deinceps conſecutæ. Acaciani iram Imperatoris veriti, Aëtium ſuæ ipſorum profeſſionis auctorem. [f] damnant. Semiarianos recuſantes negare ſimilitudinem ſubſtantiæ Filij cũ Patre dãnant, & deponunt iidẽ Acaciani, & alios plurimos variis de cauſis, aliis in eorũ locis ſubſtitutis, in quibus Cyrillus [g] Epiſcop. Hieroſolym. abdicatur, quod Patri Filiũ conſubſtantialẽ aſſereret, magna quidẽ ſua cũ laude, quod fidei regulã inter tot fluctus ſolidè retineret, quã Patres Nicææ in Cõcil. Eccleſiæ tradidiſſent.

f *Hæretici ſimul altercantur.*

g *Cyrillus Hieroſol. abdicatur ob fidem Nicænã.*

Dum hæc Conſtantinopoli geruntur, extremo huius anni tempore, perfertur profeſſio fidei in Ariminenſi Synodo nouiſſimè ſcripta, ad perpetuam vim, & auctoritatem obtinendam, ab ipſo Imperatore confirmanda, quã & ab Epiſcopis Seleucienſis Synodi ſubſcribi voluit. Itaque duplici [h] fidei iidẽ Epiſcopi ſubſcripſerunt, cùm tamen inter ſe diuerſæ eſſent, quarum alteram in Oriente, in Occidẽte alteram (quod planè ridiculum eſt) voluit obſeruari. Hæc latius apud Socr. *lib.* 2. *c.* 31. Theod. *lib.* 2. *c.* 27. Baſil. *lib.* 1. *adu. Eunomium, & ep.* 81. Lucifer. *libro, moriendũ eſſe pro Filio Dei.* Greg. Naz. *in laud. Athan.* vbi deplorat miſerabilem Eccleſiæ cladẽ, & Gregorij Patris lapſum, cùm ferè omnes Epiſcopi, alij citius, alij tardius in fraudẽ ſunt inducti, vt Occidentales Ariminenſi illi formulæ, ita Orientales Conſtantinopolitanæ ſubſcriberent, non quidem hæreſim approbantes, ſed dum ſubſcribunt ſimilitudini, tacendo, quam intelligebant, *conſubſtantialitatem* prodere videbantur. Obſeruandum eſt apud Gregorium in lapſu Epiſcoporum, firmitatem in fide [i] Monachorum, qui ſe propterea ab Epiſcopis ſegregarunt.

h *Duplex fidei profeſſio diuerſa ſubſcribenda inducitur.*

i *Labentibus Epiſcopis Monachi ſtant in fide.*

Anno Dom. 360.

Illud autem planè accidit admirandum, & nonniſi à præpotenti Dei manu confectum, vt inter tot Eccleſiarum naufragia, proſcriptiones, & exilia Epiſcoporum, vnus S.[a] Hilarius, qui exulabat, huius anni exordio, his iiſdem increbreſcentibus turbis, fuerit ab exilio relaxatus, & in Gallias liber abire permiſſus, cùm alioqui aduerſus Acacianos, quibus valuit viribus obniti, conatus ſit, ipſum Imperatorem, grauiſſimis orationibus ſæpè perſtrinxit.

a *Hilarius in Gallias ab exilio liber abire permiſſus.*

Macedonius [b] hoc anno ſurgit, qui Epiſcopatu Eccleſiæ Conſtantinopolitanę abdicatus, quod proprium eſt hæreticorum, vt in deterius ſemper prolabantur, licèt ab Acacio diſſentiens, Filium Dei eſſe, & Patri etiam ſubſtantia ſimilem diceret, Spiritum ſanctum tamen non eiuſdem cum Patre, & Filio honoris participem eſſe docuit, ſed miniſtrum eius & famulum: eádémque de illo, quæ de Angelis, verè dici poſſint, diſſeruit, cum quo eadem ſenſerunt quotquot eo tempore ab Acacianis abdicati fuerunt, quæ hæreſis latè propagata fuit Conſtantinopoli, in Bithynia, Thracia, Helleſpõto, & finitimis Prouinciis, ob ea, ad quæ ſolet populus maximè animum attendere, grauitatem, eloquentiam, & viuendi rationem, ſimilem Monachorum. Hæretici hi dicti fuère Macedoniani, Pneumatomachi, Marathonij, à Marathonio quodam, qui ex Quęſtore, & ex opulento, factus Monachus ſectam maximè propagauit.

b *Macedonij hæreſis.*

Hoc anno CONCILIABVLVM ANTIOCHENVM habitum eſt, in quo ab Arianis Meletius Epiſcopus Antiochenus Sede deponitur. Ciuitas enim Antiochena, Eudoxio in Synodo Seleucienſi damnato, & Ammiano illi ſubſtituto, in exilium à Comitibus amandato, vacabat, libentius ferens ſolitudinem ſuam quàm hæreticum ſibi Epiſcopum dari: interim verò pluribus eam Sedem per ſummas contentiones, & ſeditiones ambientibus, Meletius, conſentiente demùm vtraq; parte, Catholicorum, & Eudoxianorum, vnaquęque pro ſe illum ſentire opinãte (& alioqui cum Arianis ſenſerat) ex Sebaſtia Antiochiam transfertur, vir vitâ ſpectatus, & in dicendo promptus, ac magni omninò nominis. Is poſt aliquot habitas morales conciones, ad extremum, ſe doctrinæ Concilij Nicæni [c] ſectatorem profeſſus, quam concionem integrè recitat Epiphan. *hæreſ. 73.* cùm ab Eudoxianis ad ſententiæ mutationem impelli non poſſet, Imperatoris mandato in exilium eiicitur, ſuffecto illi Euzoio, qui vnà cum Ario abdicatus fuerat. Atque hoc totum ex auctoritate Synodi factũ videtur, quæ Antiochiæ ex ipſis Arianis coacta fuit: in qua determinata omnium formula ab illis ſcripta eſt, Filium ſcilicet Patri ſubſtantia, & voluntate diſſimilem eſſe, & ex nihilo ortum, ſicut Ario ab initio placuerat. Atque hic finis tragœdiæ, ab Arianis poſt Nicænum Concilium, per 30. & amplius annos, cuius tot fuerunt actus, quot celebrata Concilia, quorum vltimò funeſtum illud, quod primò eorum inſedit animis; Dei Filium (proh ſcelus) ſubſtantia, & voluntate Patri eſſe diſſimilem, infœliciter concluſum eſt. Ex Sozom. *lib. 4. c. 27.* Theodoret. *lib. 2. cap. 22.* & Athan. *de Synod.* qui Acacium huius totius impiæ molitionis Architectum, qui Conſtantio aſſidebat, facit.

c *Meletius ex Ariano, Nicænæ fidei ſectator fit.*

Eunomius [d] Galata (vt Baſilius, non verò Cappadox, vt Sozomen.) cognomento *Impius*, Scripturarum imperitus, ſed garrulus ſophiſta, Eleuſio deiecto, Cyzici Epiſcopus, Macedonianæ hæreſis propagator, Arianorum, atque adeò omnium hæreticorum arrogantiſſimus, & procaciſſimus, auſus eſt dicere, *Nihil ſe ex diuinis rebus ignorare, ſed ipſam etiam diuinam ſubſtantiam exactè noniſſe, ac ſe Deum ita noſſe, vt ipſe ſeipſum.* Theodor. 4. *fab. hæret.* Baſil. *epiſt. 168. ad ipſum:* hanc eius intolerandam arrogantiam exagitat, & retundit. De aliis eius blaſphemiis Nazianz. *Orat. 3. de Theolog.* in quibus & illa erat: Fidem quam ipſe prædicabat, ſufficere ad ſalutem iactabat, etiam ſi enormia quis crimina perpetraret, atque in iiſdem perſeueraret aſſiduè. En à quo, & quàm præſtanti Doctore hæreſim ſuam recentes hauſerint hæretici. Detraxit etiam, vt alter Porphyrius, ſanctorum miraculis: docuit Anabaptiſmum eorum, qui in nomine ſanctiſſimæ Trinitatis baptizati eſſent. Epiphan. *hær. 75.*

d *Eunomius hæreticus.*

Iulianus Auguſtus, ad ſtabiliendum ſibi Imperium, Chriſtianum [e] ſe ſimulat. Ammian. *lib. 21.* mox impietatem detegit. Idem *ad Maximum.* 361.

e *Iulianus ſimulat ſe Chriſtianum.*

Conſtantius hoc anno 3. Non. Octob. hæreticus [f] moritur. Athanaſ. de Synodis. Hieron. *epiſt. 3. ad Heliodorum.*

f *Conſtantius moritur hæreticus.*

Per.

ANNO DOM.

Per hæc tempora Maſſaliani [a] hæretici,ex Monachis Meſopotamiæ deſerta incolentibus,prodeunt. Euchitæ etiam dicti,quod ex ſententia Domini, ſemper dicunt orandum, hoc vnum ſufficere,cætera omnia neglıgenda, opus manuum, & ieiunia penitus ignorant. Item Enthuſiaſtæ quaſi Diuino ſpiritu afflati,qui ſe ſolos ſpirituales,cæteros omnes carnales appellarunt : plura alia inſana, ridicula,& nefanda dogmata habent. Theodot.*lib.4.fab.hæret.* a *Maſſaliani hæretici.*

Iulianus viginti annos Chriſtianam fidem profeſſus, decem ob metum Conſtantij cam ſimulat: atque hoc primum anno adeptus Imperium, metu ſolutus, Chriſtianam Religionem ſolemniter [b] abnegat (vnde Apoſtata dictus) & ſummus Pontifex impuris ritibus initiatur, qui deſcribuntur à Prudentio. Templa Deorum aperiri,& hoſtias immolari edicit,Pontificem ſe etiam Eleuſianorum ſacrorum creari vult. *Eunap. in Maximo.* b *Iulianus fit Apoſtata*

Summus ipſe Gentilium Pontifex,Pontifices minores creat,& dimittit in Prouincias: Et Magos euocat.*Eunap.*

IVLIANI PERSECVTIO.

362. Nouo genere perſecutionis Iulianus Chriſtianos aggreditur, & blanditias ſibi retinens,populari turbæ,& Magiſtratibus,vim, & coactionem permittens ; id tamen ſedulò agens,ne qui pietatis cauſa, ſed criminis alicuius nomine tantum , vt facinoroſi punirentur,inuidens nimirum illis Martyrij gloriam.

Hoc eodem anno S.Baſilius [c] Cappadox monaſticam vitam inſtituit,de qua ſic ſcribit Euſtachio *in ep.* 79.*Ego,*inquit,*poſtquã multum temporis vanitati impendiſſem, & omnem propè iuuentutẽ inani ſtudio attriuiſſem,quo tenebar,cùm apprehendẽdis infatuata à Deo ſapientiæ diſciplinis immorabar , tandem aliquando vbi velut è graui ſomno expergefactus,ad Euangelicæ veritatis admirabile lumen reſpexi , agnouiq́, inutilitatem ſapientiæ Principum huius ſæculi,qui abolentur ; deplorata plurimùm miſerabili vita mea, ductorem mihi dari optabam , qui ad pietatis me dogmata introduceret : & cùm primis hoc mihi curæ , vt morum correctionem aliquam inſtituerem, quos per diuinam conſuetudinem cum improbis contractam peruerteram. Lecto itaque Euangelio,animaduerſoque illic,quòd plurimùm occaſionis , & momenti afferat, ad perfectionis ſtudium, ſi quis bona ſua vendat, idq́, illis egenis fratribus communicet , & prorſus nulla teneatur huius vitæ cura,nec patiatur mentem ſuam aliqua rerum præſentium affectione turbari,optabam dari aliquem ex fratribus,cui illud vitæ genus arrideret, quo cum vnà profundum vitæ huius pelagus ſuperare liceret. Inueni ſanè multos apud Alexandriam, nec paucos apud reliquam Aegyptum : deinde & alios in Palæſtina,& in Caleſyria, & Meſopotamia , quorum admiratus ſum,tum in ſeruata dieta temperantiam , tum in obeundis laboribus,tolerantiam,ad quorum obſtupui precandi vigorem,& conſtantiam : cùm obſeruarem , quo pacto nec ſomno victi,nec aliqua alia naturæ neceſſitate deflexi,ſublimem ſemper , & inuictum animi ſenſum in fame,& ſiti,in frigore,& nuditate, ſeruarent,nec corporis rationem habentes ipſi,nec ab aliis aliquid illi curæ impendi ſuſtinentes ; ſed quaſi in aliena carne degerent , ipſo opere oſtendentes , quid ſit in rebus vitæ peregrinum eſſe, & conuerſationem in cœlo habere.Cùm illa admirarer, vitámque virorum illorum ob id beatam iudicarem, quòd ipſo opere ſe mortificationem Ieſu circumferre declararent, cupiebam & ipſe,quantum mihi poſſibile eſſet, illos æmulari,* &c. c *Baſilius Magnus monaſticam vitã inſtituit*

His diſciplinis eruditus Baſilius, & craſſo, ac rudi pallio & zonâ, & è rudi corio calceamentis contentus, magno animo purpuram , & thyaram Epiſcopalem contemnens , in ſyluas [d] Ponticas ſeceſſit, Gregoriúmque [e] Nazianzenum ad idem vitæ inſtitutum vocauit. d *Baſilius ad ſyluas Ponticas ſecedit.* e *Gregor. Nazianz. cum Baſilio.*

Iuliano impietatem teſtituere molienti, teſtitere vehementer , inter cæteros Chriſtianos, Presbyteri duo Antiocheni,Eugenius,& Macharius, eum coràm arguentes, vnde ab eo martyrio decorati ſunt.

Idem æquè ferens, Daphneum Apollinis oraculum obmutuiſſe : de cauſa ſilentij Dæmonem interrogans, reſponſum hoc retulit : *Daphnes* [f] *locus cadaueribus ſcatet: id quod Oraculum arcet.* Id verò probè intelligens Iulianus dictum ob S. Babylæ corpus ibi conditum,cuius diuina quadam vi à fundendis oraculis tenebatur, aſportari iubet. Quod quidẽ celebri pompa à Chriſtianis cum magna f *Oraculum Daphnytici obmutuit ob Babylæ Martyris reliquias.*

frequentia, cum hymnis in vrbem illatum eſt, cùm illud ſubinde concinerent: *Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia, & qui gloriantur in ſimulachris ſuis.* quibus excandeſcens Imperator, mandat ſupplicia de Chriſtianis ſumi.

S. Babylæ reliquiis in vrbem illatis, ignis cœlitùs demiſſus, Templi Daphnytici Apollinis tectum, cum eius ſimulacro totum exuſſit.

a Iuliani ſtatua pro ea, quã Hæmorrhoiſſa Chriſto ſtatuerat, repoſita, cælitus deturbatur.

Certior factus Iulianus, Cæſareæ Philippi, vrbe Phœniciæ, præclarã eſſe Chriſti ſtatuam, quam mulier quæ ſanguinis profluuio laborabat, cùm eſſet morbo liberata, ibi collocauerat, eam deturbauit, ſuámque [a] in eo loco poſuit. Quo facto, ignis violentus de cœlo dilapſus, ſtatuam illam circa pectus perſecuit, capútque vnà cum collo in terram deiecit, atque in faciem humi ea in parte defixit, quæ fuerat à pectore diuulſa. *Ex quo quidem tempore ad hodiernum diem* (ſcribit Sozom. *lib.* 5 *cap.* 20.) *atra atque fulminis ictu ambuſta manet. Id temporis igitur, Gentiles ſtatuam Chriſti tanta cum violentia trahebant, vt eam confringerent. At Chriſtiani poſtea eius fragmenta cùm collegiſſent, in Eccleſia poſuerunt, vbi etiam adhuc ſeruatur. Ex baſi, ſupra quam hac Chriſti ſtatua locata erat, herba* [b] *quadam* (vt narrat Euſebius) *qua morbis cuiuſque generis mederi ſolet, enaſcebatur: qua quidem cuius generis eſſet, nemo noſtrorum medicorum, qui vel ſcientia valebant medendi, vel experientia, omnino nouit*: hæc Sozom. *lib.* 5. *cap.* 20. Niceph. *lib.* 10. & alij.

b Miraculum de herba adnaſcente baſi ſtatua Chriſti.

c Concil. Alexandrinum.

Eodem anno CONCILIVM [c] ALEXANDRINVM celebratum eſt ab Athanaſio ex auctoritate Romani Pontificis Liberij, vt colligitur ex Reſcripto Athanaſij ad Liberium, cuius tantùm extat fragmentum, & ex eiuſdem auctoritate, ad eum conueniſſe Euſebium Epiſcopum Vercellenſem, & Luciferum Calaritanum per Legatos. Quid in eo Concilio [d] actum ſit, habetur ex Athanaſio *in epiſt. ad Rufinianum* (extat in Nicæna Synodo II.) *Communi decreto, inquit, placuit, vt hic, & vbique gentium, quicunque lapſi fuiſſent proprio arbitrio, & anteſignani fuiſſent impietatis, ſi reſipiſcerent, ignoſcendum* [e] *quidem illis, verùm non reſtituendos in Cleri numerum. Qui verò non auctores, ſed neceſſitate, & violentia compulſi fuiſſent; viſum eſt illis quidem ignoſcendum, & in Cleri locum reſtituendos, maximè cùm probabilem defenſionem, & excuſationem dederint*, &c. Et paulò poſt: *Hac, & Romã ſcripta ſunt, Romanãq; Eccleſiam omnia cõprobaſſe conſtat.* Et hoc eſt quod dixit S. Hieron. *aduerſus Luciferianos*: *Aſſenſus eſt huic ſententia Occidens, & per tam neceſſarium Concilium è Sathana faucibus ereptus eſt mundus.* Quod maximè dictum videtur propter Concilij Ariminenſis Epiſcopos deceptos, & coactos. Decretum quoque aduerſus Eunomium, Macedonium, & alios Semiarianos, negantes Spiritus ſancti Diuinitatem: necnon tunc recens emergentem hæreſim, quæ poſtea dicta eſt Apollinaris [f], perfectam Chriſti incarnationem diminuentem, nempe animam ab homine detrahentem.

d Concilij huius acta.

e Lapſis reſipiſcentibus ignoſcendum.

f Apollinaris hæreſis.

g Catholicorum controuerſia in Concilio ſopita.

Sopita item in eadem Synodo eſt periculoſa [g] cõtrouerſia inter Catholicos orta, cùm alij affirmarent in Trinitate vnam hypoſtaſim, alij tres hypoſtaſes, atque hi, illos Sabellianiſmi inſimularent: & illi, hos Arianiſmi: cùm tamen vtrique rectè ſentirent. Siquidem, qui vnám hypoſtaſim dicebant, vnam οὐσίαν, eſſentiam, & ſubſtantiam intelligebant: qui verò tres hypoſtaſes, non tres eſſentias, aut ſubſtantias, ſed tres perſonas in vna eſſentia confitebantur. Quibus expoſitionibus inuicem acceptis, & probatis, in vnum conuenerunt, vt omnes pariter Arium, & Sabellium execrarentur. Declaratum præterea eſt in eadem Synodo, confeſſionem illam fidei ab Arianis, ſub titulo Concilij Sardicenſis, promulgatam, eſſe ſpuriam, & in eo Concilio nihil additum ad Confeſſionem Nicænam. De quibus omnibus ſcripta eſt epiſtola Synodalis, prius ad Antiochenos, poſt ad vniuerſos Orientales miſſa. *Extat apud Athanaſium.*

h Concil. Pariſienſe.

Eodem anno PARISIIS [h] CONCILIVM celebratum eſt, in quo Orientalium error aduerſus Nicænam fidei profeſſionem in diuerſis Synodis comprobatus, vnà cum ſuis auctoribus, nomen *Conſubſtantialitatis* in Filio Dei proſcribentibus, penitus condemnatur.

i Lucifer Papa iuſſu ad Antiochenam Eccleſiam reſarciendam pergit.

Lucifer hoc anno, ſtatim [i] vt exilio ſolutus eſt, nomine, vt credibile eſt, Liberij Papæ, Antiochiam proficiſcitur, ad Eccleſiam illam diſciſſam ſarciẽdam, & ad vnitatem ſub vno Epiſcopo redigendam, cùm alij Catholicorum communicarent Meletio, quem Eudoxiani Antiochenſibus dederant Epiſcopum, vt ſuarum

partium

Digitized by Google

ANNO DOM. 262.

partium, qui tamen poſt ſenſit cum Catholicis; alij verò minime illi communicare vellent, eo quòd ab hæreticis datus fuiſſet Epiſcopus. Lucifer [a] igitur præpoperus, vt ait Rufinus, Paulinum Catholicum quidem, & ſanctum virum, ac per omnia dignum ſacerdotio, dat illis Epiſcopum, quem & Synodus Alexandrina, & Romana Eccleſia probauit: nec propterea tamen Eccleſia illa in vnum collecta eſt, quantumuis Meletius vſque ad Valentis tempora exularet.

a Lucifer Paulinum dat Antiochenis Epiſcopum.

Euſebius Vercellenſis Epiſcopus, ſtatim poſt Concilium, Alexandriâ decedens, Antiochiam contendit: & inuento populo in duas diſciſſo factiones, ægrè tulit, & inde Orientem peragrans, infirmos in fide, inſtar præſtantis Medici, ad integram valetudinem reſtituit, doctrina Eccleſiaſtica inſtruxit, erudiuítque (Socrates *lib.* 3. *c.* 7.) quod ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ factum oportuit, illum quidem in Cappadocia fuiſſe innuit S. Gregor. Nazianz. cùm agit de creatione Euſebij Epiſcopi.

Diſſenſionis portò cauſa inter Euſebium, & Luciferum ortæ, vnde noua poſtea ſecta Luciferianorum deriuata eſt, non omninò videtur ea fuiſſe, quam affirmat Socr. *lib.* 3. *c.* 7. & Sozom. *lib.* 5. *c.* 12. & Rufin. *lib.* 1. *c.* 30. quòd Euſebius non probaſſet ordinationem Paulini à Lucifero factam: quomodo enim non probaret, quam Synodus probaſſet, in qua ipſe Euſebius, & Paulinus per Legatos affuiſſet? Ea igitur cauſa fuit, quòd auſterioris ſpiritus cùm eſſet Lucifer, indignè tulit ex Synodi decreto ianuam patefactam Epiſcopis omnibus lapſis, quaſi nihil deliquiſſent: ideóque in Euſebium, quem aduenientem Antiochiam primùm eſt nactus, velut in eius Decreti auctorem inuectus eſt, eóque magis in eum exacerbatus, quòd ex ſuſcepto munere legationis, idipſum præſtaret, vt Epiſcopos, qui cum Arianis communicaſſent, ad ſuas ipſorum Eccleſias, impertitá illis communione Catholica reuocaret.

b Diſſenſionis cauſa quæ?

SCHISMA [d] LVCIFERIANORVM.

c Luciferianorum ſchiſma.

Lucifer igitur non modò improbauit Decretum Synodi, de recipiendis, cum dignitate Epiſcopis lapſis, ſed etiam ſe ab eorum communione ſeparauit, qui eos ſub ſatisfactione, & pœnitentia reciperent: & relictis, ſuæ ſententiæ in Oriente paucis aſſeclis, regreſſus ad ſuam Eccleſiam, *ſiue*, inquit Rufinus, *quia citâ morte præuentus, tempus ſententiæ mutandæ non habuit* (etenim temerè cœpta, ſpatio corrigi ſolent) *ſiue hoc animo immobiliter ſederit, parùm firmauerim.* Ex ipſo autem Luciferianorum ſchiſma, quod licet per paucos, adhuc voluitur, ſumpſit exordium. Miſerandus planè [e] caſus illuſtris Confeſſoris, (ait Baronius) & omni lachrymarum fonte deflēdus, quem dicit Hieron. *in Catalogo*, ſub Valentiniano deceſſiſſe. Quod verò Theodoretus affirmat, eum poſt reditum, nouam excogitaſſe doctrinam, quam ſectati ſint, qui ab eo nomen ſunt conſecuti, falſum probatur ex Ambroſio *in orat. in funere fratris.* Hieronymo *adu. Lucifer.* Aug. *de Agone Chriſtiano, cap.* 30. ac propterea nec S. Epiphan. nec Philaſtrius inter hæreticos recenſuerunt: quod animaduertit S. Aug *de hær. c.* 81. Sic Baronius hoc anno.

d Luciferi caſus miſerandus.

Nihilominus, quod iſte Lucifer in Catholica fide permanſerit, & poſt mortem vt ſanctus veneratus ſit, Traditio eſt antiquiſſima Eccleſiarum Sardiniæ, & Codices manuſcripti, qui in illarum aſſeruantur Archiuiis, habent, Luciferum obiiſſe Catholicum, in eiúſque honorem Calari Templum fuiſſe conſtructum, in quo requieſcunt corpora SS. MM. Ceſelli, & Camerini, quæ anno 1614. in eadem Eccleſia reperta fuerunt.

Nec poteſt dici, ignorantia Sardorum in hoc, errorem aliquem irrepſiſſe per traditionē, quia poſt obitum B. Luciferi pluries habuit Sardinia ſanctiſſimos, doctiſſimóſque viros, & ſignanter SS. Hilarium, & Simonachum, qui tot annis Eccleſiam Romanam rexerunt: & poſtea quaſi centum annis poſt obitum B. Luciferi, anno videlicet 474. trecenti Epiſcopi Africani ab Hunerico Rege Ariano pro fide Catholica exulati, per ſeptem annos in Sardinia commorati ſunt: & poſt, anno 493. Traſimundus etiam Rex Arianus 220. Epiſcopos, etiam Africanos, vnà cum S. Fulgentio, pro eadem fide Catholica exules eiecit, qui 28. annis in eadem Inſula commorati, Sardos doctrina Catholica, & ſanctis moribus illuſtrarunt.

Ex quo ſatis probabiliter colligi poteſt, quòd ab eiſdem ediſcere potuerunt, an Lucifer eorum Epiſcopus,Catholicus obiiſſet,venerandúſque fuiſſet,prout venerabatur,ſcientibus Hilario & Symmacho Sardis Pontificibus Romanis.

Præterea ſanctitatem B. Luciferi Eccleſia Vercellenſis confirmat, dum ſic de illo canit in hymno S.Euſebij:

Tunc Palatini Comites
Vi rapuerunt præſules,
Euſebium,Dionyſium,
Cum eis & Luciferum.
Hos deprecemur ſedulè,
Chriſti captos pro nomine,
Sacris hymnorum meritis,
Cæli fruamur gaudiis.

Vnde dicendum, quòd Lucifer vel non ceciderit ſimpliciter, & quòd diſſenſio illa fuerit rantùm verbalis, vt habet S. Hieron. *in libro contra Luciferianos* his verbis: *Prætereo illa,quæ quidam ex maledicis,quaſi ſatis firma defendunt,hoc illum amore gloriæ,& nominis in poſterum tranſmittendi feciſſe: nec non & pro ſimultate,quam aduerſus Euſebium propter Antiochenam Eccleſiam diſſenſionem ſuſceperat; nihil iſtorum de tali viro credo:Vnum eſt, quod in præſenti conſtanter loquar,verbis eum à nobis diſſenſiſſe,non rebus.* Vel ſi cecidit,reſurrexit:nec illi tempus defuit,vt perperam affirmar Ruffinus,dum dicit *in lib.10. ſua hiſtoriæ, quòd cita morte præuentus, tempus mutandæ ſententiæ non habuit.* Nam aſſertum Luciferi ſchiſma ortum fuit poſt Concilium Alexandr.quod celebratum fuit anno 362.B.verò Lucifer obiit 371. anno 7. Valentiniani ſenioris,quod S.Hier.*in Chronico ſuo* ſcribit: Quocirca à Concilio Alexandrino ad obitum B.Luciferi intercedunt anni nouem,ergo habuit tempus reſipiſcendi. Vnde rectius S. Hieronymus vocat eum beatum, etiam poſt mortem, ſic inquiens,*in Dial.cont.Luciſer. Ventum eſt ad aſperrimum locum,in quo aduerſus voluntatem, & propoſitum meum cogor de B. Lucifero,ſecus quicquam, quàm & illius meritum,& humanitas mea poſsit exiſtimare. Sed quid faciam?Veritas os reſerat, & inuitam linguam conſcium ad eloquendum pectus impellit:in tali articulo Eccleſiæ, in tanta rabie luporum ſegregatis paucis ouibus, reliquum gregem deſeruit:bonus quidem ipſe Paſtor:ſed multam prædam beſtiis relinquens.* Cardinalis Bellarminus quoque *in Apologia ad librum Iacobi Regis Britanniæ*,inrer maiores,& Patres Sardiniæ B. Luciferum ponit cum Hilario ſcilicet Pictauienſi,Gregorio Nazianzeno, & Cyrillo Alexandrino. Et tandem ſanctum,& bearum eum prædicat S.Hilarius,S.Athanaſius,S.Hieron. Ioannes Tilus Epiſcopus Meldenſis primus, Petrus de Natalibus, Hermannus Contractus,Comes Vergerienſis,Mombritius Franciſcus Fara,Ioannes Area,Dimas Serpi,Thomas Bozius Congreg.Oratorij & alij plures.

Et S. Athanaſius, præter illa, quæ in commendatione tanti viri dixerat, quaſi præſciſſurus omnes dubitationes, quæ futuris temporibus,ac noſtris exoriri poſſunt aduerſus B.Luciferi ſanctitatem,adiicit,*Scio,& credo, ipſum Dominum,qui ſancto,& religioſo animo tuo reuelauit omnem notitiam, redditurum tibi etiam pro hoc labore,præmium in Regno cælorum, & ad finem diuina Dei gratia incolumem te memorem noſtri ſemper Beatum conſeruet merito homo Dei, famule Chriſti, particeps Apoſtolorum, ſolatium fraternitatis,magiſter veritatis,& in omnibus deſideratiſsime.* Hæc de B. Lucifero Calaritano dicenda cenſui:reliqua ſciens & prudens omittens, cùm non hiſtoriam,ſed Breuiarium tantùm ſcribam.

a *Euſebij Vercellenſis in Occidentem reditus glorioſus.*

Euſebius autem,bene geſtâ legatione,ad Eccleſias[a] Orientis,quando redierit in Italiam,incertum:ſed illud conſtat,magna gloria ſuſceptum. quod ſignificauit S. Hieronymus *aduerſus Luciferianos*,cùm ſcripſit:*Tunc ad reditum Euſebij lugubres veſtes Italia mutauit,concurrentibus Epiſcopis,Ariminenſibus dolis irretitis, & conteſtantibus ſe deceptos,& in fraudem inductos:quos omnes ad Eccleſiam aggregauit.* Hoc ipſum præſtitit S. Hilárius in Galliis [b],dum coactis Cōciliis Gallicanorū Epiſcoporum, perſeuerantes in errore impietatis,vt Saturninus Atelatenſis, & Paternus à Petragoricis,depoſiti Sede ſunt. qui verò pœnitentes, veram fidem confeſſi ſunt,receperunt priſtinas Sedes.Illud apud omnes conſtitit(ait Seuerus *lib.2.*)vnius Hilarij beneficio Gallias noſtras piaculo hæreſis liberatas.

b *Galliæ per Hilarium de hæreſi liberatæ.*

Anno Dom. 363. Hoc anno Iuliani Apoſtatæ perſecutione graſſante, dum ageret apud Perſas, accidit hoc memoria dignum, vt Dæmon [a], quo internuncio vtebatur, ad res ocyùs cognoſcendas, in Occidentem miſſus, in quodam loco, vbi Publius Monachus aſſiduè orabat, per decem dies ſiſteretur, ſic, vt progredi non poſſet: & re infecta reuerſus, rem Iuliano referret: qui mortem Monacho ex Perſide regreſſus, minatus eſt.

a Miraculum de Iuliani tabellario dæmone per Monachi orationem repreſſo.

Extincto [b] autem Iuliano Apoſtata, ab exercitus Ducibus diuino planè impellente numine 5. Cal. Iul. eligitur Imperator Iouinianus: qui profeſſus ſe Chriſtianum, nolle Gentilibus imperare, audiuit à militibus, & ſe Chriſtianos eſſe. Ammian. *lib.* 25.

b Iuliano extincto, Iouinianus Imp. ſalutatur.

Adeptus autem Imperium Iouinianus, religionem [c] in integrum ſtatim reſtituere inſiſtit, delubra idolorum claudi, ſacra ceſſare mandat (*Socr.* 3. *cap.* 20.) libertatem Chriſtianis, Eccleſiis, Clericis, Virginibus, immunitatem reſtituit.

c Iouinianus religionem priſtinam reſtituit.

Hoc anno ALEXANDRINVM [d] CONCILIVM II. celebratum eſt, in quo decretum eſt, vt ſcriptum Catholicæ fidei libellum ad nouum Imperatorem quàm citò mitterent, ne ille, quod Conſtantio accidit, ab hæreticis præoccupatus, in impietatem tranſuerſus, penitus ageretur. Quod dum feciſſet Athanaſius, Imperatoris fides confirmata eſt.

d Concilium Alexandrinum II.

Eodem anno ANTIOCHENA [e] SYNODVS II. celebrata eſt, in qua dum prius ab Imper. Semiariani reiecti eſſent, Acaciani ne ſuis Eccleſiis eiicerentur, Nicænam fidem abſque altercatione in medium prolatam, recitatam, atque recognitam, communi ſuffragio, omnes ad vnum comprobarunt. Tanti intereſt Principem palam profiteri, ſe verè Catholicum, & Orthodoxæ fidei acerrimum defenſorem eſſe.

e Synodus Antiochena.

Iouinianus in itinere Conſtantinopolim verſus, in loco Dadaſtana dicto, qui Bithyniam à Galatia diuidit, improuiſo caſu, noctu exanimatus inuentus eſt. 13. Cal. Martij. Imperij ſui m. 7. d. 20. Ammianus, Suidas.

Valentinianus Imperator eligitur, nulla diſcordante ſententia & Conſtantinopolim progreſſus, Valentem fratrem, Auguſtum declaratum, conſortem aſciſcit Imperij. Et reſtitutis in labaro crucibus, & Chriſti nomine, ab Apoſtata Iuliano ablatis, partiuntur Imperium, & Valens Orientem, Valentinianus Occidentem tuendum aſſumit.

364. Hoc eodem anno ſeptimo nempè poſt Concilium [f] Seleuciæ, ſub Conſtantio Imp. habitum, LAMPSACI [g] in Helleſponto CONCILIVM celebratum eſt à Semiarianis (in quo Sozom. 4. *c.* 4. & alij lapſi ſunt, putantes, Concilium Catholicorum fuiſſe) aduerſus horrendas blaſphemias, editas in Conſtantinopolitano Conciliabulo ab Eudoxio, Acacio, & aliis Arianorum deterrimis, negantibus filij Dei cum Patre ſimilitudinem, atque ſubſtantiam, cùm illi Semiariani confitentes Diuinam filij cum Patre ſubſtantiam, negarent tamen eum eſſe Patri conſubſtantialem, nec Synodum Nicænam reciperent. Hinc S. Baſilius *ep.* 72. *&* 82. Lampſacenam confeſſionem inter eas numerat, quæ ab hæreticis, diuerſis in locis editæ ſunt. Quia tamen Semiarianorum illorum non erat is ſcopus, vt fidem Nicænam impugnarent, ſed vt execrarentur portentoſam fidei formulam Conſtantinopoli editam, quaſi acturi negotium Catholicæ fidei, quos poſſent ad Lampſacenum conuentum aduerſus Eudoxium, & eius ſectatores, conuocare conati ſunt, etiam non Epiſcopos, inſignes viros, vt Baſilium Magnum, adhuc inter Monachos in Ponto degentem.

f Concilium Seleucienſe.

g Lampſacena Synodus Semiarianor. falsò putatu Catholicorum.

Decreta in ea Synodo Sozom. 6. *c.* 7. pluribus, Socrates 4. *c.* 4. paucis his edisſerit. *Lampſaci in vnum conuenientes; ibi ſimul ac fidei formulam Antiochiæ olim editam, de integro iam confirmauerant* (eidem etiam Seleuciæ dudum ſubſcripſerant) *illam, quæ Arimini iam pridem ab Epiſcopis, qui conſentientem de religione habebant opinionem, expoſita fuit, anathemate condemnarunt. Rursúſque contra Acacium, & Eudoxium, vtpote iure abdicatos, tulere ſententiam*: ſed & blaſphemam de Spiritus ſancti Diuinitate negationem, in eo Concilio probatam fuiſſe, apparet ex his, quæ Socr. *in eo cap.* 4. ſcribit.

h Lampſaceni Concil. Decreta.

Epiſcopi, qui Lampſaci conuenerant, & alij eiuſdem communionis, quorum plerique, quòd olim cum Eudoxio ſenſiſſent, quem modò damnaſſent, ſedibus ſuis priuati erant, ad

eas

ANNO DOM.

eas auctoritate Liberij Papa recipiendas, legationem ad eum mittunt, impudenti, & nefario mendacio, Catholicos ſe fingentes, & ſcripto edentes Nicænam fidem, à quo litteras Communicatorias impetrant, & alias de ſua ipſorum reſtitutione in ſedes ſuas. Extant Liberij litteræ ad Orient. apud Socr. 4. c. 11. Tanta erat auctoritas Romani [a] Pont. vt quantumlibet ſuſpecti homines, & qui hactenus inhæſiſſent hæreticis, iam Catholicos redditos, eiuſdem Rom. Epiſcopi arbitrio, nemo eos recipere detrectaret.

a *Quanta Rom. Pont. auctoritas.*

Redeuntes igitur in Orientem Legati, vbicunque tranſire contingeret, Catholicam fidem profitebantur, vt in Concilio Sieulorum Epiſcoporum, & Illyricorum, à quibus & litteras tulerunt, vt ab aliis Epiſcopis Italiæ, Galliæ, Africæ.

Hoc eodem anno initium habuit Ordo [b] Crucigerorum à Cyriaco Epiſcopo Hieroſolymitano, qui fuit ille Iudas, qui tempore Helenæ Crucem Domini inuenit. Pius tamen II. præcepit, vt tales Religioſi & cœruleo colore vterentur, & crucem in manibus geſtarent.

b *Crucigerorum Ordinis initium.*

Hoc tempore terræ motu [c] totius Orbis, maria egreſſa ſunt terminos ſuos, vt quaſi rurſum Deus diluuium minaretur, vel in antiquum Chaos omnia redirent, naues ad prærupta montium delatæ, pependerunt. Hieron. *in vita Hilarij.*

c *Terræ motus magnus.*

Hoc anno Valens hactenus Catechumenus, in procinctu Gothico, bono conſilio, ſalutarem baptiſmum expetens, vxoris Arianæ blanditiis delinitus, peſſimo conſilio ad Arianos [d] tranſit, & ab Eudoxio Arianorum nequiſſimo baptizatus, ab eo iuramento obſtringitur, vt in impio ſuſcepto dogmate perſeueret, & diuerſa ſentientes vbique Eccleſiis exigat. Theodor. *l.* 4. *c.* 11. Hier. *in Chron.* 365.

d *Valens Imp. Arianam hæreſim amplectitur, & fouet.*

Ex Imperatoris baptiſmo ab Ariano ſuſcepto, Perſecutionis imminens procella præcognita, Orthodoxos Epiſcopos excitat contra aduerſariorum inſultus. Itaque Gregor. [e] Nazianzenus pater, iam ſenio confectus, Gregorium filium, propoſito infœlici ſtatu Orientalis Eccleſiæ, in ſubſidium, antea ſæpe fruſtra euocatum, nunc tandem ex eremo extrahit. Gregorius igitur filius domum reuerſus, apologeticam habet orationem, qua ſeceſſionis ſuæ in eremum, & reuerſionis rationem reddit: & adiutor Patris effectus (non Epiſcopus, quod alij opinati ſunt) illam potiſſimum curæ paſtoralis partem arripit, quæ in Dei verbo prædicando, ſimúlque hæreticos inſectando, veritatémque Catholicam illuſtrando, verſatur, ac prima iſla oratione habita, quæ inſcribitur, *Ad ſancta lumina*, in Gentiles primùm, mox in Arianos inuadit.

e *Gregorius Naz. filius à Gregorio patre Epiſcopo & ſenio confecto, in ſubſidium ſuæ Eccleſiæ euocatur.*

Valentinianus Aug. licèt Catholicus creditus, infamatur tamen, tum vxoris, tum fratris perfidiâ: quódque Arianos non compreſſerit, ſed debacchari in Orthodoxos permiſerit, & Auxentium Arianum, & ab Arianis electum Epiſcopum Mediolanenſem, Catholicis Epiſcopis, & Hilario in primis Pictauienſi Epiſcopo, vehementer reclamantibus, ſedere vſque ad obitum permiſerit. Socr. *lib.* 4. *cap.* 9.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [f] THIANENSE Catholicorum, in quo Euſtathius Sebaſtiæ Epiſcopus à Sede deiectus, reſtituitur.

f *Concilium Thianenſe.*

S. Baſilius ex eremo ſcribens ad Synodum Thianenſem (*quæ eſt epiſt.* 68.) pacem ſe optare ait ab Euſebio [g] Neocæſarienſi Epiſcopo, ſibi infenſo, quam & impetrar.

g *Baſilius ab Euſebio Epiſcopo pacem impetrat.*

Diſſidij cauſa hæc [h] fuit. Vacante Eccleſia Cæſarienſi, per Hermogenis Epiſcopi mortem, de creando Epiſcopo agebatur: & poſt multam cõtentionem, cùm ſe Baſilius clàm ſubduxiſſet; tandem plebs tota, vno conſenſu primarij ordinis virum vnum Euſebium nomine, eximia illum quidem vitæ probitate præditum, nondum tamen diuino baptiſmo conſignatum, innitum, & repugnãtem, (militaribus copiis opem ferentibus) Epiſcopis baptizandum, & conſecrandum offerũt: quod illi non libenter, ſed vi potius adacti, præſtiterunt. Sed poſtquam diſceſſiſſent, vim cauſantes, ordinationem irritam reddere ſtudebant, vrgente etiam Prouinciæ Præfecto, quam tamen Nazianzenus Epiſcopus Gregorius ſenior, ſuo conſilio, & auctoritate ratam vt haberent, effecit; deterrito breui, ſed graui epiſtola, Præfecto, *quem res noſtras, ait, ne bimis quidem oculis aſpicere fas eſt.* Gregor. *in funere patris.* 366.

h *Inter Baſilium & Euſebium quæ cauſa diſſidij fuit.*

Mona

Anno Dom.

Monachi quibus præerat S. Baſilius, oratione violentæ ordinationis Euſebij, ab eius ſe communione ſegregant, & magnam populi; & Magiſtratuum ſecum partem abſtrahunt, & ipſe Euſebius [a] hac de cauſa, & aliis parum æquum animum gerit erga Baſilium, qui, ad inuidiam declinandam, in Ponticas ſolitudines ſecedit in locum Mataza dictum, circa ripas Iris fluminis: quò paulo poſt ſecutus eſt eum, intimus, & clariſſimus ſodalis Gregorius. Hi ſeorſum quidem ab inuicem habitantes, Baſilius quaſi in actione vitam tribuebat, circumeundo regionem, docendo, prædicando, Monaſteria conſtruendo, curam pauperum gerendo, Virginum Collegia inſtituendo, magna morum mutatione totius illius regionis. Gregorius verò, quaſi aſſignans vitam in contemplatione poſitam: cùm tamen ex eorum epiſtolis colligatur, vno, eodémque ſpiritu, paríque ſtudio iiſdem ambos occupatos, detentóſque exercitiis. Quanti porrò Baſilius fecerit Gregorium, illa indicant *ep.* 141. qua reſpondet tentantibus eum reuocare Cæſaream: *Nunc* [b] *quoniam*, inquit, *per gratiam Dei voti noſtri, pro viribus facti ſumus compotes, Organum bene dictum, Puteumque profundum adepti Gregorium, Os illud, dico Chriſti, parumper nobis obſecro, hanc morulam indulgete*.

366. Hoc anno Gregorius [c] vnà cum Euſebio Neocæſarienſi Epiſcopo, iam Baſilio anima æquiori reddito, eum ex eremo in ſubſidium contra hæreticos euocat, ac poſt, ad eum profectus, reducit. Baſilius igitur Euſebium Epiſcopum ſuum, ſic ſtudio, beneuolentia, obedientia demeretur, vt ad Eccleſiam illam adminiſtrandam, is magnam illi auctoritatem contulerit, ſacras literas illi interpretari mandarit, & pro ſe Legatum ad diuerſas Synodos eſſe voluerit.

Hoc anno CONCILIABVLVM [d] Arianorum in CARIA congregatum iterum reiicit vocem (*Conſubſtantialitatis*) conſtantérque affirmat, formulam fidei Antiochiæ, & Seleuciæ editam, tenendam eſſe.

367. Liberius Papa hoc anno moritur ad 5. Idus Sept. cùm ſediſſet annos 15. m. 4. & diem vnum. Vacauit Sedes dies ſex. De quo Pont. [e] apud poſteros præclara, & honorifica memoria remanſit. Ambroſ. *lib.* 3. *de Virgin.* inſerit integrum ab eo habitum ſermonem in conſecratione ſororis, vocans eum beatæ, & ſanctæ memoriæ. Baſil. *ep.* 74. *ad Occidentales* nominat eum beatiſſimum virum. Epiph. *hæreſ.* 75. appellat beatum & apud Bedæ Martyrologium 8. Cal. Octob. cum aliis Sanctis eius nomen reperitur intextum. vt planè appareat omnem maculam, quam olim exul, Arianorum ad tempus communione, etſi non hæreſis prauitate, contraxerat, & poſteriori illa confeſſione tempore Concilij Ariminenſis prorſus fuiſſe deletam.

DAMASVS [f] Hiſpanus, Luſitanus, patre Antonio in locum demortui, Pontificatum adeptus eſt. Hic, indicto primo Conſtantinopolitano Concilio, nefariam Eunomij, & Macedonij hæreſim extinxit. Idem Ariminenſem conuentum à Liberio iam ante reiectum, iterum condemnauit: in quo, vt ſcribit S. Hieronymus, Valenſis potiſſimùm, & Vrſacij fraudibus damnatio Nicænæ fidei condemnata fuit: & ingemiſcens orbis terrarum, ſe Arianum eſſe miratus eſt. Statuit, vt, quod pluribus in locis erat in vſu, Pſalmi [g] per omnes Eccleſias die, noctúq; ab alternis canerentur: & in fine cuiuſque diceretur, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*. Eius iuſſu S. Hieronymus nouum Teſtamentum Græcæ fidei reſtituit. Adulterij accuſatus, publico Concilio cauſam dixit: vbi & innocens abſoluitur, & Concordius, atque Cœleſtios Diaconi, falſi accuſatores damnati, ac ab Eccleſia ſunt reiecti. Cautúmque lege eſt, vt deinceps pœnam talionis ſubeant, qui aliquem falsò accuſauerit. Pacata tandem Eccleſia, Damaſus ocio literario delectatus, vitas Pontificum omnium, qui ante ſe fuêre, conſcripſit, eáſque ad Hieronymum miſit.

Sunt qui putent, verſiculum illum, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, à S. Hieronymo fuiſſe compoſitum rogatu Damaſi Papæ. At nos ſupra in Concilio Nicæno oſtendimus, huius hymni glorificationis antiquitatem. Nec obſtat Bre-

a *Gregor. in laud. Baſil. Baſil. ep.* 12.

b *Baſilius de Gregorio Nazianzeno mira dicit.*

c *Gregor. Baſilium ex eremo eductum Euſebio Neocaſ. reconciliat.*

d *Conciliabulum Arianorum.*

e *Liberij memoria apud poſteros clara, & probata.*

f *Damaſus Concilium Conſtantinopolitanum primùm indixit: & Ariminenſem antea reiectũ, iterum condemnauit.*

g *Pſalmos canendi vſus ex Angelica admonitione, atque exẽplo S. Ignatium didiciſſe, & Antiochenæ Eccleſiæ tradidiſſe, Socrates ſcribit lib. 6. hiſt. c. 8. Quod ergo ſcribit Theodoretus l. 2. c. 24. primos fuiſſe Flauianum, & Diodorum, qui Antiochenis Dauidicos Pſalmos alternatim canendos tradiderunt, non de prima inſtitutione; ſed vel de inſtauratione, vel de commodiore aliqua ratione, alternatim concinente, intelligendum eſſe videtur. Apud Latinos S. Ambroſium fuiſſe, qui hanc ipſam conſuetudinem introduxit, ſcribit Iſidorus lib. 1. de offic. diuinis. cap. 7. ſed hoc de ſolo officio Eccleſiaſtico accipiendum videtur. Nam in ſacrificio Miſſæ Pſalmum alternatim canendum tradidit Cœleſtinus Papa, vt in eius vita legimus. Abſolutè autem vſum alternatim canendi Pſalmos eſt ex Tertulliano, qui in lib. 2. ad vxorem extremo dicit, Pſalmum inter duos ſonare.*

uiari

uiarium Romanum; nam non dicit, tempore huius Pontificis, talem verſiculum compoſitum fuiſſe; ſed tantùm, vt in fine cuiuſlibet Pſalmi iuſſu Damaſi diceretur. Hic Pontifex, vt habetur in epiſtola ſua ad Archiepiſcopum Stephanum, quæ inter Clementis Papæ opera inuenitur, primus reperitur, qui inſcriptione illa vſus ſit: *Seruus ſeruorum Dei*. de qua inſcriptione infra in vita S. Gregorij Magni ſub anno 590. iterum redibit ſermo.

Hic Pontifex *in ſua ep. 4. contra Epiſcopos non*[a] *reſidentes*[b], aliiſque ſuas oues committentes pluta, ſed hoc præcipuè dicit: *Illi Epiſcopi, qui talia præſumunt, videntur mihi*, ait, *eſſe ſimiles meretricibus, quæ ſtatim vt pariunt, infantes ſuos aliis meretricibus tradunt educandos, vt ſuam citius libidinem explere valeant. Sic & iſti infantes ſuos, id eſt, populos ſibi commiſſos, aliis educandos tradunt, vt ſuas libidines expleant, id eſt, pro libitu ſuo ſæcularibus curis inhient, & quod vnicuique viſum fuerit, liberius agant. Pro talibus enim anima negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunt, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, Eccleſiæ deſtruuntur, Sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniunt. Non taliter docuit Dominus, nec Apoſtoli inſtituerunt.*

Declarauit Damaſus Corepiſcopos[c] nihil eſſe in Eccleſia, nec aliquam habere auctoritatem, ſed eorum inſtitutionem improbam, & ſacris Canonibus contrariam. Ideo definiunt prohibitos eſſe, & à ſacra Sede, & à totius Orbis Epiſcopis. Hi Corepiſcopi ortum habuerunt in primitiua Eccleſia propter ſtudium, quod erga pauperes exigebant: qui cùm ex conſecratione ſua nihil eſſent, quàm Preſbyteri, tentarunt exercere munera Epiſcopalia: & propterea eos damnauit Eccleſia, & ab eo gradu reiecit, ad quem ambitione ſua aſcenderant: tantum conceſſit eis, vt inter Sacerdotes locum haberent, & miniſterio Presbyterorum eſſent contenti. Vide *cap. Corepiſcopi. diſt.* 78. Quòd ſi alicubi legatur, Corepiſcopos ordinationes celebraſſe, intelligitur de illis, qui verè erant Epiſcopi, ſed titulares, & in alieno Epiſcopatu cum facultate proprij, & diœceſani Epiſcopi ordinationes celebrabant.

a *Epiſcopi non reſidentes, quibus ſimiles.*

b *De reſidentia Trident. Syn. ſeſſ. 23. c. 1. de reformat. ſic ſtatuit: Declarat ſacroſancta Synodus, omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, ac Cathedralibus Eccleſiis quibuſcunque, quocunque nomine, & titulo Præfectos, etiamſi S.R.E. Cardinales ſint, obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia reſidentiam, vbi iniuncto ſibi officio defungi teneantur: neque abeſſe poſſe, niſi ex cauſis, & modis infra ſcriptis, &c. Vide pro hoc Panor. in c. bonæ memoriæ. de poſtul. & c. ex geſtis. de Cler. non reſident. & cap. Eccleſiæ veſtra. 2. n. 15. de elect. Imola in c. prædicto, Eccleſia veſtra. Felin. in c. nonnulli. nu. 65. de reſcri. Caiet. 2. 2. q. 185. Sot. l. 10. de iuſt. q. 3. art. 4. Vide etiam Pij IV. conſtitut. 10. & 91. Pij V. Conſtit. 65. & Leon. X. conſt. 7.*

c *Corepiſcopi quam auctoritatem habeant.*

d *Schiſma.*

SCHISMA[d] TERTIVM.

Damaſi ad Pontificatum electio, ſine ſanguine non fuit. Pars enim quæ Felici adhæſerat, quæque Liberij communionem exhorruerat, in Baſilicam Sicini conueniens, Vrſicinum Diaconum contra Damaſum creauerat. Quod cùm Orthodoxi ferre non poſſent, Damaſóque adhærerent, ab aduerſariis afflicti ſunt. In ea Baſilica vno die centum viginti ſeptem cadauera peremptorum numerata ſunt, quos efferata ſeditio interemit.

Hoc eodem anno, Valentinianus, poſtquam crebris pulſatus febribus, vix ex inſperato conualuiſſet, Gratianum iam adultum, vel adulto proximum, Cæſarem, & Auguſtum creatum, habent Ammonius *lib.* 27. & Socr. *lib.* 4. *c.* 10.

Hoc anno Valentiniano, & Valente Auguſtis iubentibus, Prætextatus Præfectus Vrbanus Vrſicinum adhuc tumultus contra Damaſum cientem, Eccleſia, & Vrbe vnà cum ſociis eiecit, Damaſóque templum, quod à ſeditioſis clauſum fuerat, reſtituit. 368.

Hoc eodem anno Cæſarius Gregorij frater moriens, pauperes ſuos fecit hæredes, & vitam finiens in patria, à parentibus præclaro funere[e], cum multiplici hymnorum cantu, & celebri pompa, ad Martyrum Sedes elatus, proſequente funus grandæua matre Nonna, facéſque geſtante, & pſalmorum cantu luctum conſopiente, à Gregorio fratre, præclara oratione laudatur. *Suidas.*

e *Cæſarij funus, ritu, quo modo vtimur.*

Defuncto Donato Pſeudoepiſcopo Carthag. partis ſchiſmaticorum, ſubrogatur Parmenianus, qui ſtatim ſcripta edit mendaciſſima aduerſus Catholicos, quibus ſaltem ſimpliciores decipi poſſent: & prouocatus à Catholicis ad Epiſcoporum conuentum, in quo cuncta examinarentur, recuſans cum ſuis, quòd Catholicos indignos ſuo reputaret conſortio, vt immundos, & lapſorum communione inquinatos: ne veritas maneret indefenſa, ab Optato Epiſcopo Mileuitano, in Numidia viro eruditiſſimo, ſeptem[f] libris confutatur.

f *Optatus quando ſcripſerit in Parmen.*

Et cùm conueniret inter vtroſque, Eccleſiam Catholicam non niſi vnam eſſe poſſe; Donatiſtæ ne ſchiſmatici eſſe arguerentur, Catholicam Eccleſiam pe-

nes ſe

ANNO DOM.

nes ſe eſſe tantùm affirmabant: qui verò ab illis ſeparati eſſent, extra Eccleſiam Catholicam vagari: atque hoc probare ſcriptis ſuis Parmenianus adnitebatur, in parte Donati eſſe Catholicam: reliquas verò omnes toto orbe terrarum diffuſas Eccleſias, eſſe ſchiſmaticas, vt totus quæſtionis cardo in eo verteretur, quibus notis certis, & proprietatibus Eccleſia Catholica cõſignaretur, & definiretur. Quem Parmeniani errorem non modò Optatus, ſed & Ticonius Donatiſta eruditus confutauit. Sed ad diſputationem Optati prouocandi eſſent omnes hæretici: viderent enim, eum more maiorum, perſeuerantet definire, à Catholico nomine eos prorſus excludi, quibuſcum Eccleſia Romana [a] non communicat: eóſque tantùm eo nomine legitimè gloriari, quibus Romanus Epiſcopus coniungitur, commercio Formatarum.

a Catholici illi tantùm qui ſentiunt cum Romana Pont.

369\. Et quia anno ſequenti iterum gentes congregabat Vrſicinus, vt Damaſum è Sede denuò exturbaret, ex præcepto Valentiniani iterum fuit repreſſus.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Eodem anno Damaſus habita ROMÆ [b] SYNODO damnat manifeſtè conuictos Arianos Valentem & Vrſacium cum ſociis eiuſdem ſententiæ, de quorum damnatione, & approbatione Nicænæ fidei idem Damaſus ad vniuerſos Chriſti fideles publicas litteras dederat, quarum meminit Athanaſ. *ad Africanos.*

b Concilium Romanum.

Eodem anno S. [c] Hilarius, cùm accepiſſet, Valentinianum Imp. confecto tandem Alemannico bello, Mediolanum ſe contuliſſe, atque Reſcriptum quoddam pro Auxentio Ariano Pſeudoepiſcopo Mediolanenſe, qui ſe Catholicum ſimulabat, dediſſe: dolẽs Imperatorẽ deceptum, ad illum profectus eſt, acturus cauſam aduerſus Auxentiũ, quẽ Euſebius Epiſcopus Vercellẽſis, & alij, crebrò vehemẽter exagitatum, nunquam tamen de Sede à Conſtãtino accepta, depellere potuiſſent.

c Hilar. cõtra Aux. Arianum fruſtra nititur ſubnixum fauore Valentini decepti, & putantis eum eſſe Catholicum.

Eodem anno Damaſus, pro ſua poteſtate, & ſtudio, alterum CONCILIVM [d] ROMÆ cõuocat nonaginta Epiſcoporum ex Italia, & Gallia, ex quo Synodalem epiſtolam dat ad Illyrici Epiſcopos, quos Auxẽtius, promulgata Arimin. & Nicææ Thraciæ fidei formula, magna ex parte ſeduxerat, monens de eius damnatione, & omnes ad Catholicam veritatem inuitat, niſi malint excommunicationem pati, & depoſitionẽ. Theodor. *lib. 2. c. 22.* Sozom. *lib. 6 c. 23.* Damnato [e] Romæ Auxẽtio, in aliis quoque Catholici Orbis prouinciis damnatur cum collegis. S. Athanaſ. *ad Epictetum. Diuerſis*, inquit, *Conciliis per Galliam, & Hiſpanias, & Romæ celebratis, omnes, qui in eo conuentu fuère, iſtos lucifugas, qui ſeſe etiamnum occultant, & quæ Arij ſunt, ſapiunt, Auxentium dico Mediolanenſem, Vrſacium, Valentem, & Caium Pannonem, communi calculo, vnius ſpiritu incitatu, anathemate percuſſerunt.*

d Concilium Romanum.

e Auxentius Romæ damnatus, vbique damnatur.

Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo vitâ functo, adnitentib. bonis, maximè Gregorio ſeniore, & Euſebio illo Magno Samoſateno, Baſilius Monachus, & Presbyter, qui hoc timens, fugam arripuerat, & ægritudinem ſimulabat, Epiſcopus in eius locum ordinatur 18. Cal. Iul. *Martyrolog. Rom.* S. Baſilius Gregorium fidiſſimum ſocium, & amicum in partem curatum adſciſcit, & Petrum fratrem, ex Monacho, presbyterum ordinat. Nyſſen. *epiſt. ad Olympium.*

Valens, belli Gothici ſollicitudine liberatus, conceptã perſecutionẽ à tempore, quo ab Eccleſia Catholica ad Arianos deſciuit, vehementiori conatu, aduerſus Catholicos [f] Oriẽtis Epiſcopos furens Imperator immittit, Edictúmq; promulgat, quo aduerſantes ſibi Epiſcopos, Eccleſiis ſpoliat, & ire in exiliũ iubet. Soz. *l. 6. c. 12.*

f Valentis in Catholicos perſecutio.

Athanaſium populus non patitur eiici in exilium, ſed paulò poſt, diuino, vt creditur, inſtinctu, captatis latebris, quæſitus à ſatellitibus, nec inuẽtus, haud diù poſt à Valente redire iubetur, quod, vt ait Epiph. *hær.* 68. veritus ſit tumultum ampliſſimæ ciuitatis. Sozom. *vbi ſupra.*

Euſebius Samoſatenus [g] Epiſcopus, cùm aduenìſſet, qui nunciũ de exilio attuliſſet, ſilere eo iuſſo, ne à populo periculũ ſubiret, noctu ſenex, ſolus cũ famulo, qui ceruical, & librũ deferret, nauẽ conſcẽdit: mane cognito Epiſcopi diſceſſu, ad eum cõcurrunt, querũtur, lamẽtantur, reducere conãtur: quo renuente, pars aurũ, pars argentũ, veſtẽ alij, alij famulos offerũt, vt in longinquã regionẽ abituro: ille autem paucis quibuſdã, à magis familiarib. acceptis, & monitis, vt ſanã doctrinã reſtituerẽt, ad Iſtrũ contẽdit, vbi in Thracia locus erat exilij, quo tẽpore Gothi Thraciam populabantur, vt appareat, conſilium fuiſſe Arianorum, vt ab hoſtibus necaretur.

g Euſebij Samoſateni præclarum exemplum æqui animi in perſecutione.

Valens Nicomediâ, Cæſaream Cappadociæ progreſſus eſt, eam Eccleſiam diutius vexaturus, quæ vna auſa erat, præter ſuorum Magiſtratuum ſententiam, egregium fidei Orthodoxæ defenſorem Baſilium, ſibi Epiſcopum aſciſcere. Hunc igitur Baſilium Cappadociæ Præfectus, ſæuos, & immanis, nomine Modeſtus, in Imperatoris trahere ſententiam minis tentans, & ſentiens illum ſuperiorem eſſe omnibus comminationibus, & intentatis terroribus, Imperatori ſignificat, quanta Baſilij virtus ſit, & conſtantia: quam is admiratus, vim illi inferri vetat, & illius ingreſſus Eccleſiam, de tanta populi multitudine, ordine, & concinnitate, diuina Pſalmodia, & Baſilij veneranda præſentia obſtupefactus eſt, & aliàs verbis ipſius Baſilij, quaſi diuinis quibuſdam vocibus, ita affectus, & emollitus eſt, vt tempeſtas exortæ perſecutionis, inde, ex parte, detumuerit. Poſt tamen, cùm leuis Imperator, impulſus ad eiiciendum eum in exilium, ſententiam ſubſcriptutus eſſet, filij morbo, quaſi diuinitùs [a] inflicto, retrahitur. Baſilio fit ſupplex Imperator: ad cuius aduocati præſentiam, & deprecationem, lenitur morbus: ſed mox admiſſis Arianis, filius moritur. Modeſtum ipſum quoque Præfectum, morbus obortus, viri ſancti manibus ſubſternit. *Satisfactionem habes*, clamabat, *da ſalutem*. Et quidem hanc conſecutus eſt, vt & ipſe fatebatur, & multis huius rei ignaris perſuadebat. Neque enim illius virtutem admirari, ac prædicare deſinebat. Hæc breuiter ex Gregorio in laudem Baſilij.

a *Valens diuinitùs retrahitur ab eiiciendo Baſilio in exilium.*

Alij ex veteribus alia addunt, vt Theodoretus *lib. 4. cap.* 17. de calamo tertio non reddente atramentum, & dextera tremore occupata, cùm Valens incumberet ad ſcribendam exilij legem. Socrates *lib.* 4. *c.* 21. de puero ægrotante aliquid amplius, & alij pluta.

Aliud quoddam Baſilij certamen narrat Gregorius *in laudem Baſily* cum Præfecto Cappadociæ Euſebio, auunculo Imperatricis, ſed quoto Baſilij anno, neſcitur. Iudicis aſſeſſor viduam quandam nobiliſſimam [b] inuitam trahebat ad nuptias: illa, nullum habens aliud perfugium, confugit ad altare: eam omni ope ſibi tuendam putauit Baſilius. Iudex ſiſti ſibi Baſilium iubet, & arrogantiſſimè tractat. Ciuitas interim armata concurrit, tanto terrore Præſidis, ne diſcerperetur, vt miſerandus, & ſupplex Baſilio factus, vix per eum à periculo eripi potuerit. Viduam porrò illam ad Monaſterium ſacrarum Virginum, cui ſoror S. Baſilij Macrina præerat, Baſilius tranſmiſit.

b *Baſilius protegit vexatam viduam ab iniquo Iudice.*

Athanaſius Præfectum quendam Libyæ, Cappadocem hominem, moribus deprauatum, licèt fide Catholicum, Eccleſiam quandam Libyæ corrumpentem, & in deteriora prolabentem excommunicat, ſcribitque de more litteras, quibus ſignificaretur, ne [c] ab alio vſquam Epiſcopo reciperetur: quæ cùm peruenîſſent in Cappadociam (quo ipſe reuerſurus erat) ad Baſilium Metropolitanum, is eundem à fidelium conſortio declarauit extorrem.

c *Excommunicatus ab vno Epiſcopo, ab omnibus debet reiici.*

Hoc anno Orientales ad Occidentales legationem [d] mittunt, & maximè ad Rom. Pontif. poſcentium opem afflictis Eccleſiis. quos omnes Damaſus Papa per litteras conſolatur. Baſil. *epiſt.* 74. *&* 18. *in Addition. ad Antiochen.* 371.

d *Legatio Orientalium ad ſummum Pontificem.*

Tantam verò fidem Athanaſius de Baſilio [e] concepit, vt eidem iniunxerit viſitationem Epiſcoporum extra Prouinciam Cappadociæ poſitorum, nempe Macedoniæ, & Achaiæ, cui & in mandatis dedit, vt lapſos omnes reciperet, cum fidei Nicænæ confeſſione. teſtatur id ipſe Baſil. *epiſt.* 75. *ad Neocæſarienſ.*

e *Quanti S. Athanaſius S. Baſilium fecerit.*

Accidit autem, vt cùm Armeniam viſitaret, & lapſos pœnitentes Eccleſiæ reconciliaret, [f] Euſtathium Sebaſtenum fidem Catholicam confitentem, & ſubſcribentem, in communionem acceperit: ex quo à Nicopolitano Epiſcopo Theodoto, in cuius conuentu res acta erat, & poſtea aliis, in ſuſpicionem colluſionis cum Euſtathio adductus eſt: vt re vndique diffamata, neceſſe habuerit Apologiam ſcribere, quam ad Terentium Comitem miſit. At cùm Euſtathius, atque ſocij viderent, Baſilium à Theodoto in communionem minimè recipi, ſeque cum ſuis æquè repelli; terga impudenter vertit, & in Baſilium verbis iactare conuicia, & ſcriptis quoque in eum diſſeminate calumniis aggreſſus eſt, quaſi de fide haud rectè ſentiret. Baſil *ep.* 79. *ad ipſum Euſtathium.*

f *Baſilius in inuidiam vocatur, quod Euſtathium hæreticum, ſed Catholicum ſimulantem, in communionem receperit.*

His, & multis aliis modis, ab Arianis vexatus Baſilius, in omnibus ſe cu-

ſtodem

ANNO DOM. 371.

ſtodem eſſe antiquarum [a] traditionum, aduerſus hæreticos, nouitatem in eo accuſantes, ſibique veterem traditionem arrogantes, profitetur, cùm dicit *in oratione contra Sabellianos: Dominus ita docuit: Apoſtoli prædicauerunt: Patres obſeruarunt: Martyres confirmarunt: ſat tibi ſit, vt dicas, quemadmodum edoctus es.*

a *Antiquas traditiones profitetur.*

Sed rurſum grauiſſima omnium in Baſilium conflata eſt calumnia, & ex vnius voculæ occaſione pro concione prolatæ, ingentes in eum concitatæ ſunt turbæ. Res eſt huiuſmodi. Sciendum eſt, obortam olim fuiſſe Antiochiæ contentionem inter Catholicos, & Arianos, (vt ex Theodor. *lib.* 2. *cap.* 24. & Sozom: *lib.* 3. *cap.* 19. conſtat) dum illi hymnum glorificationis concinentes, dicerent, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.* Ariani verò aliter, nempe, *Gloria Patri, per Filium, in Spiritu ſancto.* Quod igitur S. Baſilius (pro more in abſolutione ſermonis, in qua glorificatur Trinitas, non tamen iiſdem ſemper, & conceptis verbis) in hymno, glorificaſſet Patrem per Filium, in Spiritu ſancto, magnam attulit Orthodoxis aliquando [b] admirationem, & ſcandalum: non quòd vllo Decreto ſtatutum eſſet vno modo dicendum, altero abſtinendum; ſed quia vſus ille tantùm erat in Antiochena Eccleſia.

b *Maxima in Baſilium calumnia, quaſi malè ſentiret de Spiritu ſancto.*

Cæterùm S. Baſilius, quòd optimè ſciret, tum diuinæ Scripturæ auctoritate, tum antiquæ traditionis exemplo, tum denique SS. PP. teſtificatione, id abſque diſpendio Catholicæ fidei licenter dici poſſe, ad optimum finem ea licencentia vſus eſt. Cuius quidem rei cauſa probandæ, præclarum illum, atque eruditum [c] Commentarium ſcripſit ad Amphilochium, ſuam de Spiritu ſancto probans Catholicam fidem.

c *Qua occaſione ſcripſerit Commentarium.*

Cæterùm, qui viuenti negotium faceſſere Baſilio non ſunt veriti, mortuo non pepercerunt: vnde opus fuit inſignes pro eo Apologias parare, Gregorium Nyſſenum, Theodorum Antiochenum, & Sophronium, vt auctor eſt Photius *in ſua Bibliotheca.*

In tot, tantiſque ærumnis conſtitutus Baſilius, Magni Athanaſij auxilium, & opem implorauit. *epiſt.* 49. & Gregorium Nazianzenum ad ſe accerſiuit. *epiſt.* 26.

Non modò cum hæreticis, ſed & cum Catholicis illi contentio fuit. Nam diuiſa Cappadocia in duas Metropoles, primam, & veterem, Cæſarienſem, cui præerat Baſilius, ſecundam & nouam, Tyanenſem, cui præerat Anthimus (ſub qua Nazianzum, & Arianzum erat Gregorij patria) diſſidia inter Epiſcopos orta ſunt, Anthimo cupidius alienas Diœceſes, & reditus vſurpante, & Epiſcopos ad ſe trahente. Baſilius huic malo prouidendum putauit, plures Epiſcopatus inſtituendo: ex quo tres vtilitates conſecutæ ſunt (inquit Nazianzenus *in laudem Baſil.*) nam & animarum cura maior ſuſcepta eſt, & quælibet Ciuitas prouentus ſuos habuit, & bellum hac ratione compreſſum, & extinctum eſt. Sed & illud excogitauit Baſilius, vt ab Anthimi ditione, & iure ſibi vendicaret Gregorium, eum creando Saſimorum [d] Epiſcopum: quod cùm magnopere abhorreret Gregorius, multæ graues, & liberæ quærelæ inter eos interceſſerunt, vt apparet *ep.* 31. *&* 32. *ad Baſil.* qui cùm ſe contemptui quodammodo haberi, per epiſtolam conquereretur, Gregorius epiſtolam officij plenam ad eum mittit, *qua eſt* 26. *Quomodo exiguas, &c.* At Baſilius adhuc perſtans in ſententia, per Gregorium ſeniorem, iuniorem peruicit, & Epiſcopum Saſimorum ordinauit.

d *Baſilius Gregorium renuentem, & penè inuitum Saſimorum ordinat Epiſcopum.*

Paulò poſt Anthimus, ſpecie quidem inuiſendi Gregorium ſeniorem ægrotantem, iuniorem omni ratione tentat ad ſe auellere: quod cùm non obtinuiſſet, infenſior illi factus, Saſima occupauit: quare facultate ſublata Saſima adeundi, cùm ex altera parte Baſilium pateretur ſubinfenſum, & Anthimum planè iratum, magnâ animi afflictione confectus, ad Deum ſecedere, ſibique viuere cogitauit. Sed non diu gaudere ſeceſſu illi licuit, reuocatus Patris litteris, & precibus euictus, vt ſibi effœto ſeni in functionibus Epiſcopalibus adiutor eſſet: in quo illi ea conditione ceſſit, vt mortuo eo, liber eſſet.

Illud planè admiratione [e] dignum de Gregorio, quòd ab omnibus habitus ſit

e *Mirum quomodo Greg. vnius tantùm oppiduli Epiſcopus ordinatus, habitus tamen fuerit trium Eccleſiarum Epiſcopus.*

Anno Dom. 370.

Epiſcopus Nazianzenus, etiam tum cùm viueret, ab ipſis quoque Patribus Concilij, cùm illi opponetent trium enm eſſe Sedium Epiſcopum, Saſimorum, Nazianzi, atque Conſtantinopolis; cùm tamen ibi expreſsè publica oratione conteſtatus ſit, ſe ad tempus, vſque ad obitum patris, illam Eccleſiam adminiſtraturum, & ad Gregor. Nyſſenum *epiſt.* 42. ſcribat de ſubrogato in patris locum Eulabio. Hieronymus tamen *in cap. 6. Iſa.* vocat eum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, licèt paulò poſt quidam Maximus eum à Sede deturbatit.

a *Euſebius Vercellenſis moritur.*

Hoc eodem anno S. Euſebius [a] Vercellenſis Epiſcopus moritur (Hieron. *in Chronic.*) Confeſſor, an Martyr propriè? Confeſſorem S. Ambroſius, & alij antiqui ſempet vocant. Martyrem etiam Epitaphium, & Martytologia: an verò id ſecundùm veterem loqnendi vſum, quo illi etiam Martyres dicebantur, qui fidei cauſa poſt confeſſionem aliquid in corpore paſſi eſſent, etiam ſi ex illatis pœnis minimè contigiſſet ſpiritum exhalare: an verò etiam propè Martyr, quòd in patriam reuerſus, poſt taptationem, & cruciamenta, lapidibus obrutus eſt, quod eius vita habet, non facilè affirmari poteſt. certè quæ de Martyrij genere dicuntur, ab antiquis non ſunt deprompta ſcriptoribus.

b *Lucifer Calaritanus moritur.*

Lucifer Epiſcopus Calaritanus [b] moritur, qui cum Gregorio Epiſcopo Hiſpaniarum, & Philone Libyæ, nunquam Arianæ ſe miſcuit prauitati. Hieron.*in Chron.* De hoc Lucifero vide quæ dicta ſunt ſupra ſub anno 362.*verſus finem.*

c *Concilii Romanũ. III.*

Eodem anno CONCILIVM [c] ROMANVM III. congregatum eſt, in quo Apollinariſtarum hæreſis damnata fuit.

Hi dicebant, Chriſtum Diuinitatem loco animæ habuiſſe. Res ita ſe habuit. Detecta hæreſi Apollinaris, Vitalis eius Antiochiæ patronus, Romam ad dicendum cauſam à Damaſo euocatus, edit Catholicæ fidei formulam, ſéque iniuſtè hæreſis accuſatum exclamat. Damaſus eum ſic recipit, vt eius cauſam Paulino Antiocheno Epiſcopo cognoſcendam deleget, libellúmque ad eundem Paulinum dat, cui Vitalis ſubſcribat. quod poſtquàm à Vitale factum eſt, in communionem Catholicam recipitur. Sed is confeſſionem eam doloſè egit. Cùm enim Vitalis, atque Apollinaris Magiſter accuſarentur, quòd affirmarent, Chriſtum fuiſſe mentis expertem, carnémque tantùm abſque mente ſuſcepiſſe humanam.

d *Vitalis hæretici fraus.*

Vitalis in ſua fidei profeſſione confeſſus eſt, in Chriſto ſicut carnem, ita & mentem: ſed per, *mentem*, fraudulenter [d] Diuinitatem intelligens: quâ Romæ fraude cognitâ, Damaſus cum Petro Alexandrino, coacto Concilio, hæreſim cum auctore, & diſcipulis Vitale, & Timotheo damnat. Gregorius Nazianzenus *epiſtola 2. ad Cledon. & in eam Andr. Cret. tom. 1. Concil. edit. nouæ.*

e *Apollinaris errores.*

Apollinaris [e] errores, propter magnum eius nomen in Eccleſia aliquandiu crediti non fuerunt, ſed poſt ſolemnem eorum in Concilio damnationem, cùm amplius occultari non poſſent, & cùm is quàm plurima ſcripſiſſet, intendentes pij omnes accuratius in eius ſcripta, quàm plurimos alios errores detexerunt, qui ſimul cum præcipuo damnati ſunt: in quibus ille fuit millenariorum, qui tunc damnatus, non fuit poſthac amplius auditus.

f *Baſilius rogat Damaſum, vt viſitari curet Orientalem Eccleſiam, vel ſaltem conſoletur per litteras.*

Hoc tempore inſoleſcentibus in dies magis in Catholicos Arianis, tertiam legationem mittit Baſilius [f] ad Rom. Pontificem, & Epiſcopos Occidentis, petens viſitari Orientalem Eccleſiam: ſi id modò fieri non poſſit, ſaltem vt conſolatoriæ litteræ mittantur. *eius epiſt. eſt num.* 74.

g *S. Hieronymus floruit hoc tempore.*

Eodem tempore floruit [g] S. Hieronymus cuius laus eſt per omnem Eccleſiam.

h *S. Hieronymi vita ex Breuiario Romano excerpta.*

Hic Euſebij filius, Stridone [h] in Dalmatia Conſtantio Imp. natus, Romæ adoleſcens eſt baptizatus, & in liberalibus diſciplinis à Donato, & aliis viris doctiſſimis eruditus. Tũ diſcẽdi ſtudio Galliã peragrauit: vbi pios aliquot, & in diuinis litteris eruditos viros coluit, multóſq; ſacros libros ſua manu deſcripſit. Mox ſe in Græciã cõferẽs, philoſophia, & eloquẽtia inſtruct', ſummorũ Theolog. cõſuetudine floruit:

ANNO DOM.

in primis verò Gregorio Nazianzeno Conſtantinopoli operam dedit: quo doctore ſe ſacras literas didiciſſe, profitetur. Tum religionis cauſa viſit Chriſti Domini incunabula, totámque luſtrauit Palæſtinam: quam peregrinationem, adhibitis Hebræorum eruditiſſimis, ad ſacræ Scripturæ intelligentiam ſibi multum profuiſſe teſtatur. Deinde ſeceſſit in vaſtam Syriæ ſolitudinem: vbi quadriennium in lectione diuinorum librorum, cœleſtiſque beatitudinis contemplatione conſumpſit, aſſidua ſe abſtinentia, vi lachrymarum, & corporis afflictatione diſcrucians. Habuit in hac ſolitudine comites Innocentium, atque Hilam, quibus acceſſit poſtea Heliodorus. Quibus omnibus ſuppeditabat Euagrius Antiochenus cuncta neceſſaria, & Hieronymo antiquarios ad ſcribendos libros, quibus ſe ibi abundaſſe teſtatur *epiſt.* 6. Presbyter à Paulino Epiſcopo Antiochenæ Eccleſiæ factus, de controuerſiis quorundam Epiſcoporum cum Paulino, & Epiphanio ad Damaſum Pontificem profectus, eius Eccleſiaſticis epiſtolis ſcribendis adiutor fuit. Verùm, cùm priſtinæ ſolitudinis deſiderio teneretur, in Palæſtinam reuerſus, Bethlehem ad Chriſti Domini præſepe, in Monaſterio, quod à Paula Romana extructum erat, cœleſtem quandam vitæ rationem inſtituit. Tanquam ad oraculum ex omnibus terræ partibus ad ipſum diuinæ Scripturæ quæſtiones explicandæ referebantur. Illum Damaſus Pontifex, illum S. Auguſtinus de locis Scripturæ difficillimis ſæpè conſuluit, propter eius ſingularem doctrinam, & linguæ non ſolùm Latinæ, & Græcæ, ſed Hebraicæ etiam, & Chaldaicæ intelligentiam: & quòd omnes penè ſcriptores, eiuſdem Auguſtini teſtimonio legerat. Hæreticos acerrimis ſcriptis exagitauit: piorum, & Catholicorum patrocinium ſemper ſuſcepit. Vetus Teſtamentum ex Hebræo conuertit: nouum iuſſu Damaſi Græcæ fidei reddidit: magna etiam ex parte explicauit. Multa præterea Latinè reddidit ſcripta Doctorum virorum, & ipſe aliis proprij ingenij monumentis Chriſtianam diſciplinam illuſtrauit. Qui ad ſummam ſenectutem perueniens, ſanctitate, & doctrinâ illuſtris, Honorio Imp. migrauit in cœlum.

Eodem tempore S. Epiphanius Palæſtinus [a] Eleutheropolita floruit. Hic iuuenis in Ægypto verſatus, à Gnoſticis fœminis tentatus, & percognitâ prauâ illorum diſciplinâ, Dei miſericordiâ ſeruatur: & latentes plurimi, illo Epiſcopis eos detegente, expelluntur. *hæreſi vigeſima ſexta*, à præſtantiſſimis Monachis inſtitutus, diu in Ægypto, & poſt in Palæſtina, in diſciplina Monaſtica exercitatus, & pater Monaſterij in Eleutheropolis vicinia illuſtriſſimus habetur. Poſt factus Salaminæ in Cypro Epiſcopus, miraculis, ſanctitate, & doctrinâ clariſſimus, omnibus fuit venerationi.

a *S. Epiphanij primordia, & progreſſus.*

S. Hilarion [b] præſtantiſſimus Monachorum, poſt innumera edita miracula, clariſſimus ſanctitate, octogeſimo ætatis anno, migrat in cœlum. *Hieron.*

b *S. Hilarion migrat in cœlum.*

Eodem hoc anno S. Athanaſius [c] Epiſcopus Alexand. cùm ſediſſet annos 46. ſexto Nonas Maij migrat in cœlum. Eius laudibus impar eſt omnis lingua.

c *Athanaſius moritur.*

379. In Arabia hoc anno exortam eſſe dicit Epiphanius *hæreſi ſeptuageſima octaua, & ſeptuageſima nona*; hæreſim [d] Collyridianorum, qui ſanctiſſimam Virginem pro Deo colebant, eique placentam offerentes ſacrificabant.

d *Collyridianorum hæreſis.*

Sanctus Martinus ſimul ac creatus eſt Turonenſis Epiſcopus, Valentinianum Imperatorem adiit, quædam petiturus, quæ cùm ipſe præſtare nollet, à Palatij iuſſit eum foribus arceri, inſtigante eum maximè Iuſtinâ vxore Arianâ. At eum poſt longas preces, Angelus iubet ad Palatium ire ſecurum; quem indignans conſpicatus Imperator, & dedignans aſſurgere, erumpente flamma de ſella, ſolio ſuperbus excutitur, & Martino inuitus aſſurgit, multúmque complexus, virtutem fatebatur ſenſiſſe diuinam, priúſque omnia præſtitit, quàm rogaretur, colloquio illum, & conuiuio frequenter aſciuit: poſtremò abeunti, multa munera obtulit, quæ vir

e *S. Martinus Angeli monitu, adito Imp. ab eo inuito excipitur.*

beatus, vt ſemper paupertatis ſuæ cuſtos, cuncta reiecit. Ex Seueri *Dialogo lib. 1. cap. 6.* ANNO DOM.

Hoc anno Auxentio Mediolanenſi Epiſcopo Ariano, pluribus Conciliis ablato, iam tandem mortuo, Valentinianus Imp. Epiſcopos hortatur, vt talem eligant, cui ex animo Imperator caput inclinet, & illius reprehenſionem cupidè amplectatur: quam illi electionem Epiſcopis permittentibus, non ſuum dixit hoc, ſed ipſorum munus. Diſſidente igitur ciuitate, & Ariani Arianum expetentibus, Ambroſius[a] Prouinciæ Præfectus, Mediolanum ad Eccleſiam accurrit, ne quid turbarum excitaretur. Audita infantis voce, Ambroſius Epiſcopus, inclamantis, in eum vnum, iam ante turbulentiſſimè diſſidentes, miro modo, conſentiunt, illum vnum omnes expetunt. At Ambroſius repentino caſu perculſus, pluribus fruſtra tentatis euadendi viis, probante in primis populi ſtudium Imperatore, octauo die, poſtquam baptizatus eſt (erat enim Catechumenus) ordinatur Epiſcopus 7. Id. Decemb. quem diem Eccleſia Dei celebrem eſſe voluit. 374.

a Ambroſ. in Epiſcopum diuinitus eligitur.

Ordinatus Epiſcopus S. Ambroſius, aurum & argentum confert Eccleſiæ, vel pauperibus: prædia verò Eccleſiæ, reſeruato germanæ ſuæ vſufructu: nihil ſibi relinquens, vt nudus, & expeditus Chriſtum Dominum ſequeretur. *Paulinus.*

b Concilium Valẽtinum.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM[b] VALENTINVM in Gallia: in quo ſtatutum eſt, de Ordinationibus legitimè faciendis, déque lapſorum pœnitentia.

c Suedri petunt erudiri in fide.

Eodem anno Magiſtratus, Clericique Suedrorum[c] in Pamphilia ad Epiphanium legationem miſerunt, qua petierunt de fide Catholica eius litteris plenius erudiri. Itaque pro illis inſtruẽdis ſcripſit librum de fide, titulo *Anchoratum*, in quo ex vniuerſa Scriptura doctrinæ Dei veritatem congregans, velut anchoram, his, qui volunt ſanctam Patrum fidem, Apoſtolicámque, ac Propheticam, & ab initio vſque huc in ſancta Dei Eccleſia prædicatam, clarè propoſuit, quo quis contineatur, ac muniatur.

d Gratianus bellum contra barbaros acturus, fide armatur.

Eodem anno Gratianus Imp. parans expeditionem[d] in Gothos, Thracias vaſtantes, ſuppetias Valenti laturus, petit ab Ambroſio, quem nouerat Orthodoxũ, libellum fidei. *Petis à me fidei libellum,* inquit, *ſancte Imperator, profecturus ad prælium. Noſti enim fide magis Imperatores, quàm virtute militum, quæri ſolere victoriam, &c. lib. 1 de fide ad Gratian. c. 2. & lib. 2. propè finem. Progredere planè ſcuto fidei ſeptus, & gladium ſpiritus habens: progredere ad victoriam, ſuperioribus promiſſam temporibus, & diuinis oraculis prophetatam.* & illud *Ezech. 38. de Gog* interpretatur de Gothis: cladium Thraciarum cauſam monet eſſe perfidiam, & piorum perſecutiones, quæ reſtaurari non niſi recta fide poſſunt.

Hoc anno S. Baſilius Cal. Ian. octo annis, ſex menſibus, diebus ſexdecim, Epiſcopatu perſunctus, migrat in cœlum. Nazianz. *in Epitaphio.*

Hoc eodem anno Valens Antiochiâ digreſſus, Conſtantinopolim cùm veniſſet, offenſum ſibi populum reperit, & Traianum Ducem, re malè geſta cum Gothis, reuerſum, acerbè increpauit, & ignauiam exprobrauit. At ille liberè,[e] vti virum generoſum decebat; *Non ego,* inquit, *Imperator, victus ſum, ſed tu ipſe prodidiſti victoriam, qui contra Deum aciem inſtruere non deſinis, & ita eius auxilium Barbaris concilias; nam abs te oppugnatus, ſe illis adiungit. Atque Deum ſemper ſequitur victoria, & ad eos accedit, quibus Deus ſe Ducem præbet. Non noſti,* inquit, *quos viros Eccleſiis expuleris, & quibus eas tradideris? Iſta quidem ita ſe habere, & Arintheus, & Victor, qui duces quoque erant, ingenuè confeſſi ſunt, Imperatoremq; hortati, ne reprehenſiones cum veritate coniunctas, iniquo animo ferret.* Socr. *lib. 4. c. vlt.* Theodor. 4. c. 29. 378.

e Libera vox Ducis ad Imperatorem.

Eodem anno egredienti Valenti cum exercitu, Iſaac Monachus cladem, & interitum prædicit, niſi Eccleſiis pacem reddat. *Reuertar,* inquit Imperator, *iratus & te interficiam.* Theodor. 4. c. 30. Sed ſignis collatis pro prælio cum inimico, ſuis in fugam conuerſis, ipſe ſaucius, in agreſtem[f] caſam delatus, ibi ab hoſtibus, iniecto igne, viuus concrematur quinquageſimo ætatis anno, Imp. 14. m. 4. die 9. Ammian. 31.

f Valens Imp. impius profligatur, & comburitur.

Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIVM[g] ANTIOCHENVM: nam Epiſcopi ab exilio regreſſi, ſuíſque ſedibus reſtituti, vnanimi conſenſu, ad ſanandas Orientalis Eccleſiæ plagas ex diutina Arianorũ tyrannide inflictas, Antiochiæ

g Concilium Antiochenum.

conue

ANNO DOM.

conuenientes, Synodum agunt. In hoc Concilio in primis lecta eſt Synodalis Damaſi ad Paulinum Antiochenum de recta fide, epiſtola, quæ continet anathematiſmos aduerſus omnes adhuc oblatrantes hæreſes. Iuxta hanc, omnes quotquot ad Epiſcopatum vel recens ſufficiebantur, vel expulſi præficiebantur, & fidem ſuam vberius exponebant, & hæreſibus nuper excogitatis anathema denunciabant: nec niſi ex hac fidei formula profeſſis, Eccleſias adminiſtrandas, vel committebant, vel reſtituebant. Per quam Theodoretus, vtpote Meletio nimium addictus, Paulinum Sabellianiſmi inſimulat, cùm is, Damaſi commiſſus, litteris de fidei deciſione ab eodem editis, non niſi ad eam regulam, à Damaſo ſtabilitam, tres in vnitate perſonas fuerit confeſſus. Actum deinde in Concilio, de ineunda concordia inter diſſidentes Antiochenos. Poſtremò, in eodem Concilio Legati deſtinati fuerunt ad res Eccleſiarum Orientalium curandas, ordinandas, Epiſcopóſque illi, qui Damaſo Romano communicarent, præſtituendos. Ex eodem Concilio Gregorius Nazianzenus nondum Epiſcopus factus, Conſtantinopolim, ad eam Eccleſiam docendam miſſus, tantum breui tempore ad emendandum populum, vetuſtis hæreticorum venenis infectum profecit, vt tunc primùm Chriſtiani fieri viderentur.

Hoc tempore recedens Hieronymus ex eremo Chalcidonenſi, Hieroſolymis totus fuit in rebus [a] Hebraicis perſcrutandis. Damaſus Romanus ſæpius eum litteris tranſmiſſis interpellabat, ab eo aliqua difficiliora fidei dogmata percontatus. Hieron. *epiſt. 124. 125. & 61.*

a *Hieron. Hebraicas litteras perſcrutatur.*

379. Hoc anno Theodoſium [b] Gratianus ſibi aſciſcit ſocium, Oriente illi credito.

b *Theodoſius Imperij ſocius aſciſcitur à Gratiano, Oriente illi credito.*

380. Et hoc anno ipſe Theodoſius Theſſalonicæ ægrotans, ab Acholio ſanctiſſimo Epiſcopo baptizatur. Socr. *lib. 5. c. 6.* & vt pacem Eccleſię redderet, aureã illam ſanctionem facit, quæ ſic habet, *lib. 1. tit. 1. l. 1. de fide Cathol. Cod. Theodoſ. Cunctos populos quos clementiæ noſtræ regit Imperium, in tali volumus religione verſari, quam diuum Petrum Apoſtolum tradidiſſe [c] Romanis, religio vſque nunc ab ipſo inſinuata declarat; quamq́; Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrũ Alexandriæ Epiſcopum, virum Apoſtolicæ ſanctitatis, hoc eſt, vt ſecundùm Apoſtolicam diſciplinam, Euangelicámque doctrinam Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vnam Deitatem ſub parili Maieſtate, & ſub pia Trinitate, credamus. Hanc legem ſequentes, Chriſtianorum Catholicorum nomen iubemus amplecti: reliquos verò dementes, veſanoſq́; iudicantes, hæretici dogmatis infamiam ſuſtinere, nec Conciliabula eorum, Eccleſiarum nomen accipere, diuina primùm vindicta, poſt etiam motus noſtri, quem in cœleſti arbitrio ſumpſerimus, vltione plectendos.*

c *Rom. Eccleſiæ doctrina ab Apoſtolis tradita.*

Hoc tempore Theophilus Alexandrinæ ciuitatis Clericus, qui poſtea fuit Epiſcopus, ab hoc anno, Paſchalem [d] Cyclum centum annorum inchoat: teſtatur id S. Leo Papa, *epiſt. 64. ad Marcianum Imperatorem.*

d *Cyclus Paſchalis.*

Eodem anno Synodus Orientalium Epiſcoporum, præter Ægyptios raptim, & clam Gregorio (fortè ne id ſciens, fuga ſe ſubduceret.) CONSTANTINOPOLIM conuenit, menſe Maio à Theodoſio ex auctoritate procul dubio Damaſi, euocata, ad confirmandam Gregorio antea collatam Sedem: quæ examinata cauſa declarat, Maximini ordinationem in Epiſcopum Conſtantinopolitanum irritam fuiſſe, & ordinationes item ab eo factas, caſſas, & nullas eſſe: & communi ſententia probat & confirmat Gregorij electionem à populo, & Imperatore factam, & ritu Eccleſiaſtico perfecit. Greg. *in Carm. de vita ſua.*

Cùm autem in Synodo Oecumenica diſſeſſio eſſet inter Patres de Paulino à S. Lucifero Calaritano Epiſcopo deſtinato, ipſéque Gregorius determinaſſet, expectandam prius eſſe deceſſionem Paulini, antequam quicquam innouaretur, illis id indignè ferentibus, ipſe Synodum ingreſſus, ob pacem inter eos conciliandam Sedi ſe ſuæ [e] renunciare ait, & adiens Theodoſium, rogat, vt ſinat ſe, altercantibus inter ſe Epiſcopis, Sedem ſuam relinquere. Quod ille factum admiratus, non tamen coëgit, vt retineret, quod fortaſſe debuit. Et Nectarius Cilix, Tarſenſis, Senatorij ordinis, vir quidem probus, ſed Catechumenus adhuc, & rerum Eccleſiaſticarum prorſus ignarus ſubrogatur.

e *Gregorius renunciat Sedi, & Nectarius ſubrogatur, licèt adhuc Catechumenus.*

Anno Dom. 381.

autem ante VI. Synodum generalem additam eſſe, non ſutreptione, vt Græci mentiuntur, ſed auctoritate Romanæ Eccleſiæ in quodam Occidentali Concilio, vt dicit S. Thomas 1. *p.q.36.art.2. ad 2.* Vel ab eadem Eccleſia Romana id factum putarut, vt placet S. Bonau. *in 1. ſentent. diſtinct. 11. art. 1. quæſt. 1. & in 1. part. quæſt. 36 art. 2.* ad ipſam enim ſpectat dogmatizate, declarare, & addere omnia, quæ neceſſaria ſunt pro inſtructione ſuorum fidelium. Eò magis, quia, vt dicit S. Bonauentura, hoc non fuit Symbolum corrumpere, ſed perficere: vnde nec excommunicationis ſententiam à Concilio latam incurrit, quæ non contra perficientes, ſed contra corrumpentes data eſt. Vel dicendum cum S. Anſelmo, vt probat S. Bonauentura quòd Eccleſia [a] Romana potuit etiam nouum Symbolum edere, cùm plenitudinem poteſtatis à Petro Apoſtolorum Principe acceperit: & Caput Magiſtráque omnium Eccleſiarum ſit: vnde tanquam ſuprema potuit, abſque eo, quòd Græcos vocaret, aſſerere, ſtatuere, & decernere, Spiritum ſanctum procedere etiam à Filio. Nam poſtquam orta fuit hæreſis, quę Spiritum ſanctum à ſolo Patre procedere aſſerebat: debuit Romana Eccleſia remedium per explicationem adhibere, vt errandi occaſiones tolleret. Vnde licèt ante determinationem ſatis fuerit credere, Spiritum ſanctum à Patre procedere, in quo includebatur etiam, quòd à Filio procederet; orta tamen quæſtione, multíſque errantibus, neceſſe fuit remedium adhibere. Quod etiam Concilium Florentinum definiuit his verbis: *Definimus explicationem illorum verborum (Filioq;) veritatis declarandæ gratia, & imminente tunc neceßitate, licitè, & rationabiliter Symbolo fuiſſe appoſitam.*

a Eccleſ. Rom. poteſt etiā nouum Symbolum edere cùm ad hoc poteſtatis plenitudinem habeat.

In hoc verò Concilio [b] nemo adfuit ex Prouinciis Occidentalibus: ſiquidem Damaſus Papa Romæ coëgerat Synodum Occidentalium, atque ad eum locum inuitauerat Epiſcopos, qui Conſtantinopoli conuenerant, vt eo modo celebraretur Romæ Concilium pleniſſimum. Sed quia Patres Orientis iuſtis de cauſis Romam venire non potuerunt, accepit Damaſus excuſationem ipſorum, & animis, atque ſententiis duæ illæ Synodi coniunctæ ſunt, ac ſi vna, & eadem fuiſſent. Atque propter huiuſmodi coniunctionem habita eſt Synodus Conſtantinopolitana vna ex Oecumenicis, & legitimis Synodis. Theodor. *libro 5. hiſtoriarum, cap. 9. & 10.*

b Occidentales Epiſcopi Synodo Conſtantin. non adfuerunt.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [c] AQVILEIÆ, in quo Palladius, & Secundianus Epiſcopi Ariani cum Attalo quodam Presbytero damnantur.

c Concil. Aquileianum.

Eodem anno 4 Non Octobris CÆSARAVGVSTANA [d] SYNODVS celebrata eſt ab Hiſpaniarum, & Aquitaniæ Epiſcopis contra hæreſim Priſcillianiſtarum, qui per Marium Ægyptium Memphyticum, primùm Galliarum circa Rodanum, deinde Hiſpaniarum nobiles fœminas deceperunt, miſcentes fabulis voluptatem, imperitiæ ſuæ nomen ſcientiæ ſuæ venditantes. A Gnoſticis in Ægypto ea hæreſis originem ducebat: quorum aliquæ fœminæ Epiphanium indidem agentem, vix non ſeduxerant, niſi Deus præſtò adfuiſſet. Gnoſticorum plurimos Epiphanius Magiſtratui detulerat. Magiſtratus Ægypto depulerant, depulſi, pars in Hiſpanias, pars in Gallias conceſſerant: fugientes pars ſe Gnoſticos, pars Priſcillianiſtas ſe nuncupabant.

d Synodus Cæſarauguſtana.

In hoc igitur Concilio, hæretici committere ſe iudici non ſunt auſi: in abſentes tum lata ſententia, omnes Priſcillianiſtæ [e] damnati ſunt. Qui inter cætera, diebus Dominicis ieiunabant, atque turpitudinis cauſa perpetrandæ, latibula penetrabant: ad Eccleſiam, vt ſe Catholicos fingerent, accedebant, communicabántque, ſed Euchariſtica Symbola non glutiebant. Chriſtum aſſumpſiſſe carnem humanam non credebant. Ad occultandas autem turpitudines ſuas, hæc in ſuis dogmatibus habebant verba, vt habet D. Auguſt. *de hæreſ. cap. 70.*

e Priſcillianiſtarū hæreſis, & turpitudines.

Iura, periura, ſecretum prodere noli.

Hi iidem dicebant, animas [f] eſſe eiuſdem naturæ, atque ſubſtantiæ, cuius eſt Deus, ad agonem quendam ſpontaneum in terris exercendum: per ſeptem cœlos, & per quoſdam gradatim deſcendere principatus, & in malignum Principem incurrere, à quo iſtum mundum factum volebant: atque ab hoc Principe per diuerſa carnis corpora ſeminari. Aſtruebant inſuper fatalibus ſtellis homines colligatos, ipſúmque corpus noſtrum ſecundùm duodecim ſigna cœli eſſe compo-

f Animas eſſe eiuſdem ſubſtantiæ cum Deo hæreſis fuit Priſcillianiſtarum.

ſitum

a Concilium omnia toxi peruerſa dogmata damnat.

ſitum, ſicut hi, qui vulgò Mathematici appellantur, & alia ſimilia. Hos omnes [a] Concilium damnauit, & Gratianus Imperator illos edicto Eccleſiis eiecit.

b Cancil. Ramanum. Romanæ Eccleſiæ primatus.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ROMANVM IV. in quo Damaſus Papa declarat Eccleſiæ Romanæ primatum in hæc verba: *Poſt has omnes Propheticas, & Euangelicas, & Apoſtolicas, quas ſuperius depromſimus Scripturas, quibus Eccleſia Catholica per gratiam Dei fundata eſt, etiam intimandum putauimus, quòd quamuis per Orbem Catholica diffuſa Eccleſia quaſi vnus thalamus Chriſti ſit; Sancta tamen Romana Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis, cæteris Eccleſiis prælata eſt; ſed Euangelica voce Domini Saluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam*, &c. Eſt ergo prima Petri Apoſtoli Sedes Romana Eccleſia, non habens maculam, neque rugam, neque aliquid huiuſmodi. 382.

c Acta alia eiuſdem Concilij.
d Decimæ, & primitiæ à fidelibus dandæ.

Prætetea in hoc Concilio [c] ſancitum eſt, vt decimæ [d], atque primitiæ à fidelibus darentur: & qui detrectarent, anathemate feritentur. Eadem quoque ſententia plecterentur, qui fœnori vacarent. Inſuper etiam omnes excommunicarentur, qui maleficiis, auguriis, ſortilegiis, omnibúſque aliis ſuperſtitionibus vacarent: præſertim verò fœminæ, quæ illuſæ à Dæmone ſe iactarent, noctu ſuper animalia ferri, atque vnà cum Herodiade circumuagari. Conſtituerunt quoque, vt in fine cuiuſque Pſalmi apponeretur; *Gloria [e] Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.*

e Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto, vt in fine cuiuslibet Pſalmi dicatur, ſtatuitur.
f S. Hieron. Romæ māſit, vt in chartis Eccleſiaſticis Damaſum Papam iuuaret.

Huic Concilio interfuit S. Hieronymus, qui Concilio abſoluto, Romæ [f] manſit, vt in Chartis Eccleſiaſticis iuuaret Damaſum Romanæ vrbis Epiſcopum, & Orientis, & Occidentis Synodicis Conſultationibus reſponderet.

g Concil. Conſtantinopolitanum.

Hoc tempore celebratum eſt CONCILIVM [g] CONSTANTINOPOLITANVM II. vt Concil. Romanum præfatum declinarent. Ad eum tamen Legatos miſerunt, qui communionem Eccleſiarum Orientalium cum Occidentalibus ſtabilirent. Vt autem ſpecioſo aliquo prætextu ſeſe excuſarent, ad ſuum Concilium Gregorium Nazianzenum aduocarunt, qui venire recuſauit. 383.

h Concil. Conſtantinop.

Hoc anno celebrauit Theodoſius Imperator CONCILIVM [h] CONSTANTINOPOLITANVM, & præcipuos cuiuſque hæreſis ad Synodum coëgit, vt omnes ad vnam fidem redigeret, beneuolentiâ prouocans, & beneficiis ſibi deuincire ſtudens. Huic Concilio Nectarius præſedit. Sozom. *lib. 7. cap.* 12.

i Siſinius docet modum hæreticos conuincendi.

In hoc Concilio Siſinius [i] Lector conſuluit, vt fugerent inſtitutas cum ſectariis diſputationes, vtpote rixarum, atque pugnarum fomites; ſed ex ipſis quærerent, reciperéntne eos, qui ante Eccleſiæ diſtractionem Interpretes, & Doctores fuiſſent ſacræ Scripturæ. Etenim ſi horum teſtimonia reiecerint, inquit, à ſuis ipſorum conſortibus explodentur: ſin autem, ſufficere eos ad controuerſias decidendas arbitrabuntur, produci oportet illorum libros. Certò enim ſciebat, veteres omnes, qui coæternum cum Patre Filium cognouerant, auſos non fuiſſe dicere, illum ex aliquo principio duxiſſe originem. Cùm igitur & Nectario id ſe rectè habere videretur, & Imperator edoctus, conſilium adlaudaſſet, animos Sectariorum pertentabat, quidnam ipſi de veterum Interpretationibus ſentirent. Illis ea magnificè laudantibus, ipſe palàm verbis expreſſis propoſuit, num illorum dictis in finiendis quæſtionibus ſtatuti ſint, & ſatiſne locupletes doctrinæ teſtes eos eſſe iudicent. Orta tamen ex hoc inter Sectarios contentione; animaduertit Imperator, quòd nudis priuatorum opinionibus nixi, definitum aliquid pronunciare detrectarent. Quamobrem damnatâ [k] eorum peruicaciâ, iuſſit, vt vnaquæque ſecta doctrinæ ſuæ libellum illi porrigeret. Quibus acceptis, ſolos eos approbauit, qui conſubſtantialem Trinitatem aſſerebant: reliquos verò vt abſurdos diſrupit.

k Ex libellis ſibi oblatis, ſolū Catholicam, & Nicænam fidem profitentibus retentis, reliquos ignidat Imperator.
l Synodus Sydæ, in qua Amphilochius præſedit.

Eodem anno contra Maſſalianos, & Euchitas habita eſt SYNODVS [l] SYDÆ in Pamphilia. Hi è Syria eiecti, in Pamphiliámque profecti, eam ſua lue infecerunt. Præſedit huic Synodo Amphilochius Iconij, cum 25. Epiſcopis, vt habet Photius *in ſua Bibliotheca, In eo Concilio*, inquit Photius, *Adelphius, licèt pœnitentiam [m] polliceretur, non eſt admiſſus, quamuis hæreſim deteſtari videretur: quoniam non ex corde pœnitentia, & renunciatio facta eſſet.* Epiphan. *hæreſ.* 80. Theodor. 4. *cap.* 10.

m Pœnitentiam ſimulās ad Concil. non admittitur.

Hoc anno obiit Damaſus 3. Idus Decemb. cùm ſediſſet vſque ad annum 18. inchoatum, per menſes tres, minus diebus 4. quo die Natalis eius inter Sanctos adſcriptus eſt. 384.

Quòd

ANNO DOM.

Quòd verò *in lib.de Rom.Pont.* dicitur, *eius præcepto* [a] *inſtitutum, vt die, noctúque Pſalmi in Eccleſia canerentur*, falſum eſt, longè enim id antiquius eſt, & viguit is mos ab ipſo naſcentis Eccleſiæ exordio. Aug. *Pſalm.* 106. ſed fortaſſe aliqua potiùs forma ab eo præſcripta eſt. Vel intelligendum de eo, quod ſcribit Hieron. *in Apolog.adu. Rufinum.* Pſalterium quoque certè emendatiſſimum, iuxta LXX. Interpretes, noſtro labore, dudum Roma ſuſcepit.

a Ritus canendi alternis choris Pſalmos in Eccleſia antiquior Damaſo.

De [b] *Alleluia*, ſic B.Gregor. *lib.7.epiſt.* 63. vt Alleluia hîc diceretur, de Ieroſolymorum Eccleſia ex B.Hieronymi traditione, tempore beatę memoriæ Damaſi Papæ traditur tractum, id eſt, vt caneretur extra tempus Paſchale in Miſſa [c], vt idem ſupra declarat. Nam frequentiſſimum eius vocis vſum fuiſſe Romæ poſt hæc tempora, vt etiam in funere cantaretur defunctorum, tradit Hieron. *in Epitaphio Fabiolæ, epiſt.* 30.

b Alleluia quando in Eccleſia dici cœpit.

c Alleluia in Miſſis defunctorum aliquando dicebatur.

385. SIRICIUS Romanus, patre Tiburtio natus, non ſine tumultu Vrſini, ſeu Vrſicini Schiſmatici, Damaſo ſucceſſit pridie Idus Ianuarij huius anni. Cenſuit, Ordines [d] per interualla dandos. Manichæos præterea, qui in vrbe erant, vetuit communicare cum fidelibus, atque multa alia. Sic compoſitis Eccleſiæ rebus, ac creatis 26. Presbyteris, Diaconis 16. Epiſcopis 32. ex ſacris Ordinibus quinquies habitis, moritur, ac ſepelitur in Cœmeterio Priſcillæ viâ Salariâ octauo Calend. Martij. Sedit in Pontificatu annos 13. (alij quindecim.) Vacat tum Sedes dies viginti.

d Ordines per interſtitia dandi.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Eodem anno BVRDEGALI [e] celebratum eſt CONCILIVM aduerſus Priſcillianiſtas. In eo damnari ſe præſentiens Hæreſiarcha ad Maximum Imperatorem [f] prouocauit, ad eúmque acceſſit. Ibi ab Euodio Præfecto auditus, conuictúſque maleficiis, cùm nec ipſe diffiteretur obſcœnis ſe ſtuduiſſe doctrinis, nocturnos etiam turpium fœminarum egiſſe conuentus, nudúmque orare ſolitum, à Maximo Imp. capitis damnatus eſt vnà cum ſociis.

e Concil. Burdegalenſ.

f Hæreſiarcha ad Imp. prouocans, ibi conuictus, capitis damnatur vnà cum ſociis.

386. Hoc anno ROMÆ [g] in Baſilica S. Petri celebratum eſt CONCILIVM, 80. Epiſcoporum contra Donatiſtas Africanos Schiſmaticos, *Montenſes* vocatos. Inter alia Patres ſanxerunt, vt iidem ad Eccleſiam venientes, per manus impoſitionem conciliarentur. Decretum etiam Apoſtolicum innouarunt, ne Sacerdotes [h] atque Diaconi coniugati, cùm ordinati eſſent, cum vxoribus permanerent: vtque incontinentes, à miniſterio Eccleſiaſtico abſtinerent.

g Concil. Romanum.

h Clerici coniugati poſt ordinationem ab vxoribus abſtineant.

Hoc eodem anno prouocatus Ambroſius renuit [i] tractare cauſas fidei coràm Iudicibus ſæcularibus, & de ſententia Epiſcoporum, qui aderant, per libellum Valentiniano reſpondit, qui extat apud Ambroſ. *epiſt.* 34. vbi poſt multa, *Si tractandum eſt*, inquit, *tractare in Eccleſia didici, quod maiores fecerunt mei: ſi conferendum de fide, Sacerdotum debet eſſe iſta collatio, ſicut factum eſt ſub Conſtantino auguſtæ memoriæ Principe, qui nullas leges ante præmiſit, ſed liberum dedit iudicium Sacerdotibus.* Et poſt pauca: *Si ad Synodum prouocat Auxentius, vt de fide diſputet, licèt non ſit neceſſe propter vnum tot Epiſcopos fatigari, qui, etiamſi Angelus de cœlo eſſet, paci Eccleſiarum non deberet præferri: cùm audiero Synodum congregari, & ipſe non deero. Tolle igitur legem, ſi vis eſſe certamen. Veniſſem Imperator ad Conſiſtorium clementiæ tuæ, vt hæc coràm ſuggererem, ſi me vel Epiſcopi, vel populus permiſiſſent, dicentes, de fide in Eccleſia coràm populo debere tractari.*

i Ambroſius renuit tractare cauſas fidei coràm Iudicibus ſæcularibus.

Euenit tunc, inquit Paulinus, vt Arianus [k] quidam acerrimus diſputator, & inconuertibilis ad fidem Catholicam, tractante Epiſcopo apud populum, videret, (vt ipſe poſtmodum loquebatur) Angelum ad aures Epiſcopi tractantis loquentem, vt verba Angeli populo Epiſcopus renunciare videretur. Quo viſo, conuerſus, fidem quam expugnabat cœpit ipſe defendere.

k Angelus viſus Ariano ſuggerere Ambroſio dicenda, agenti ad populũ.

Eodem anno habita eſt SYNODVS [l] TREVERENSIS ab Epiſcopis partis Ithacianæ, qui ipſum Ithacium à Theognoſto Epiſcopo damnatum, quòd apud Maximum necem procuraſſet hæreticorum (qua etiam ex cauſa complures Epiſcopi, qui & ſanioris viderentur eſſe conſilij, eiuſdem Ithacij communionem vitabant) vt innocentem, abſoluunt, patrocinante illi Maximo Imperatore. Res ſic erat. [m] Theognoſtus Epiſcopus damnauerat Ithacium Hiſpanum, quòd his auctor eſſet Max. Imp. vt Priſcillianum hæreſiarcham vnà cum reliquis gla-

l Synodus Treuerenſis.

m Hæretici damnandi ad mortem, an ſint.

dio

dio feriret,& in Hiſpanias Tribunos ſumma poteſtate armatos mitteret, qui hæreticos inquirerent, deprehensíſque,bona,& vitam adimerent. Non ex manſuetudine Chriſtianâ erat, ſi Epiſcopi in necem hæreticorum Imperarores impellerenr, quãquam iſtud,& ſanctum,& perneceſſarium Eccleſiæ,tum alij Patres,tum præcipuè Leo Papa,& iudicaret,& laudaret,*in epiſt.* 9. Meritò enim,inquit,Patres noſtri, ſub quorum temporibus hæreſis neſanda Priſcillianiſtarum prorupit, per totum mundum inſtanter egere, vt impius furor ab vniuerſa Eccleſia pelleretur: quando etiam Principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, vt auctorem eius,pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent. Videbant enim omnem curam honeſtaris auſerri,omnem coniugiorum copulam ſolui: ſimúlque diuinum ius, humanúmque ſubuerti, ſi huiuſmodi hominibus vſquam viuere cum tali profeſſione licuiſſet. Et profuit diu iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitatis, quæ etſi Sacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, ſeueris tamen Chriſtianorum Principum conſtitutionibus adiuuatur, dum ad ſpiritale nonnunquam recurrunt remedium, qui corporale riment ſupplicium. Itaque etſi Imperatores ſanctè facerent,dum in hæreticos,religionis, & pacis publicæ temeratores gladio animaduerterent: quia tamen Epiſcopis minimè conueniebat,reos hæreſis vrgere vſque ad gladium,ſupremámque mortem, & Eccleſiæ vſus obtinuerat,vt cùm quis expeteret à ſæcularibus Magiſtratibus opem aduerſus hæreticos,ne Ithacianæ partis conſors,& ſectator eſſe videretur, conteſtationem illam conſultè præmitteret,nimirum ſic ſe correctionem expetere incorrigibilium delinquentium,vt tamen citra pœnam ſanguinis puniretur. Ideò iure meritò Theognoſtus Ithacium Epiſcopum damnauerat.

a *Martinus cum Ithacianis non communicat.*

Cum Ithacianis,etiam Martinus [a] Epiſcopus Turonenſis communicare recuſauit,Imperatorémque,vt Tribunos in Hiſpaniam delegatos reuocaret, obſecrauit.Imperator,niſi Epiſcopis communicaret,reuocare detrectauit. Martinus non nihil ad horam de rigore remiſit,atque conſecrationi Felicis Treuerenſis Epiſcopi,vnà cum Ithacianis interfuit: ſed & communioni ſubſcribere detrectauit,& in ſolitudinem recedens, cùm graui dolore premeretur Angelum [b] apparentem aſpexit,audiuítque; *Meritò Martine compungeris, ſed aliter exire nequiuiſti. Repara virtutem,reſume conſtantiam: ne iam non periculum gloriæ, ſed ſalutis incurreris.* Itaque ab illo tempore ſatis cauit cum illa Ithacianæ partis communione miſceri.

b *Martinus ab Angelo corripitur.*

c *Martini apud Imper. auctoritas.*

d *Sacerdotem Imper. Martinus prætulit.*

De hoc Martino [c] legitur,quòd in tanta auctoritate apud Maximum fuit, vt ſi aliquando pro aliquibus ſupplicandum illi fuit,imperauit potiùs,quàm rogauit. Ad Imperatoris conuiuium aliquando accedens, pateram [d] ſoli Presbytero ſuo ad bibendum porrexit,nullum ſcilicet exiſtimans digniorem, qui poſt ſe biberet: nec integrum ſibi fore, ſi aut Regem ipſum, aut eos qui à Rege erant proximi, Presbytero prætuliſſet. Sculp.

e *Chryſoſt. à vetula monitus dimittit ſtylum.*

Hoc tempore floruit S. Chryſoſtomus, qui redargutus [e] à muliercula, quòd eius orationes infrugiferæ eſſent,quòd ſublimi genere dicendi vtens,à ſimplicioribus minimè intelligeretur.Ipſum verò è veſtigio mutaſſe iuuenilis naturæ inſtitutum,dictionémque faciliorem imis auribus accommodaſſe.Ex quo conſecutus ſit,vt ab omnibus facillimè audiretur, atque publicis, ac frequentibus acclamationibus,*Os aureum* diceretur. Quod perinde ac inditum diuinitùs nomen, velut egregius titulus in eius ſcripris hactenus perſeuerat.

f *Ambroſij conſtantia contra Imper.*

Hoc tempore dum Valentinus Imperator à D. Ambroſio miſſis ſatellitibus, 387.
Eccleſiam extorqueret: intrepidè Ambroſius [f] ſic reſpondit: *Si patrimonium petitur,inuadite: ſi corpus, occurram: vultis in vincula rapere? vultis in mortem? Voluptati eſt mihi. Non ego me vallabo circunfuſione populorum: nec altaria tenebo, vitam obſecrans, ſed pro altaribus gratius immolabor.* Sequenti die milites irruerunt in templum,mandantes Ambroſio: *Trade baſilicam* at ille: *Ad Imperatorem*, inquit, *palatia pertinent,ad Sacerdotem Eccleſiæ: publicorum Imperatori mœniorum ius commiſſum eſt,non ſacrorum. In ea,quæ Dei ſunt,non eſt ius Imperiale.*

Dum ſic conſtanter ageret Ambroſius, cortinas regias ſuſpenſas collegerunt miniſtri: milites quoque excedere Baſilica iuſſi, & mercatoribus,quod exactum de condemnatione fuerat, redditum: ſtatimque in totius populi lætitia Ambroſius ſermonem conuertit, explicans verba illa Pſalmi: *Deus venerunt gentes in*

ANNO DOM.

hæreditatem tuam. Et concluſit conuerſus ad Dominum: *Domine* [a] *Ieſu, videbas, ad templum tuum armatos venire: hinc gemere populum, & frequentem adeſſe, ne Baſilica Dei traderetur: Inde vim militibus, Imperatori: mortem ante oculos mihi. Ne quid inter hæc furori liceret, inſeruiſti te Domine, medium, & feciſti vtraque vnum: compeſcuiſti armatos, dicens profectò: Si ad arma concurritur, ſi in Templo meo lis commouetur, quæ vtilitas in ſanguine meo? Gratias itaque tibi Chriſte: non Legatus, neque Nuncius, ſed tu Domine ſaluum feciſti populum tuum: concidiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitia.* D. Ambr. *epiſt.* 33. *& contra Auxentium.*

a *Ambroſ. Deo gratias agit.*

388. Hoc anno Auguſtinus [b] vnà cum Alipio fratre, & Adeodato, quindecim annorum filio, Mediolani à S. Ambroſio baptiſmo tinctus eſt: & toto populo obſtupeſcente, Canticum *Te Deum laudamus.* alternatim, & ex tempore Ambroſius, & Auguſtinus cecinerunt, vt ſcribit S. Dacius Epiſcopus Mediolan. *lib.* 1. *Chronic. cap.* 4. Floruit autem S. Dacius imperante Iuſtino ſeniore, vt S. Gregor. refert *lib.* 3. *Dialog. c.* 4. Addit quoque idem Dacius, Canticum illud ab vniuerſa Eccleſia frequentari cœpiſſe. Quod verum eſſe cognoſci poteſt etiam ex Regula S. Benedicti, in qua poſt lectiones præſcribitur Canticum; *Te Deum laudamus.* Poſt ſuſceptum baptiſmum Mediolani, Auguſtinus Romam venit, Manichæorum errores ſcripto libro de moribus eorum detexit, atque Catholicæ Eccleſiæ ſanctitatem altero libro, *De moribus Eccleſiæ euulgato*, collaudauit.

b *Auguſt. ab Ambroſio baptizatur.*

Eodem anno Theodoſius Valentinianum ad Chriſtum conuertit. Dicebat enim ei: *Imperatoriam aciem ſtare, non armis, ſed iuſtis cauſis. Et noui*, inquit, *Valentiniane, religioſiſſimos Imperatores, quieſcente exercitu, victoriam obtinuiſſe, & hoſtes ſubactos tributarios factos eſſe, periculo antegreſſo. Sed & Conſtantinus Magnus erectum Licinium tyrannum naufragio trucidauit. Sic etiam Valentinianus Pater tuus felicius Imperium, & ab hoſtibus illæſum gubernauit, Deo eum defendente, innumerabilibus prælijs victor, multis, & diuerſis Barbaris ſublatis. Valens verò patruus tuus Deum diuellens, inquinauit Eccleſiam, homo prophanus, cæde Sanctorum, & Sacerdotum relegatione: Diuináque prouidentia à Gothis oppugnatus, combuſtus eſt. Rectè Chriſtum colit is, qui non immeritò te eiecit. Incredulitas tua Maximo facultatem dedit. Si Chriſtum non credimus, quem inuocabimus pugnaturi?* Hæc frequentius Valentiniano Theodoſius inculcauit.

389. Hoc anno CAPVANA [c] SYNODVS celebratur in cauſa Antiochenæ diſſenſionis, & Bonoſi hæretici, accuſati, quòd illibatam [d] Dei Genitricis Mariæ virginitatem negare, poſt [e] partum, auderet. Quam cauſam cùm Anyſius Theſſalonicenſis Epiſcopus, ex delegatione cognouiſſet, eam cum ſibi ſubiectis Epiſcopis [f] damnauit, vt habet Innocentius Papa *epiſtola* 22. *capite* 5. Ab eadem Synodo ſtatutum fuit, ne fierent Rebaptizationes, Recordationes, & Epiſcoporum tranſlationes. Citatur hic Canon à Concilio Carthag. *C.* 15. *apud Balſamonem. C.* 52.

Eodem anno ARELATE [g] congregatum eſt CONCILIVM ad mores, & diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituendam.

390. Hoc anno MEDIOLANENSE [h] CONCILIVM celebratum eſt, in quo Iouinianus hæreticus damnatus eſt. Contra quem etiam S. Hieronymus duos libros compoſuit.

Eodem anno Sanctus Ambroſius Theodoſium Imperatorem ab Eccleſia arcet, ob cædem Theſſalonicam. Septem millia hominum cæſa eſſe tunc in Circo feruntur. Imperator verò ſic ab Eccleſia pulſus, ad palatium reuerſus, octo menſes in gemitu, & luctu vixit. Qui aliquando Ruffino eum conſolanti, reſpondit: *Tu Ruffine ludis, nam quantis* [i] *ipſe in malis verſer, non ſentis. Ego verò gemo, & calamitatem meam agnoſco, quàm facilis aditus ad ſacrum templum ſeruis, & mendicis patet, liberq́; illis ad Dominum ſuum detur introitus: mihi autem, non modò ad illum locum, verùm etiam ad cælum ipſum acceſſus præcluſus ſit.*

Denique poſt longam actam pœnitentiam, in feſtis Paſchæ petit abſolui [k] ab excommunicatione: quam & conſequitur. Huius exemplarem pœnitentiam mirè laudat Aug *hom* 49.

Eodem anno Conſtantinopoli Diaconus cum nobili fœmina Diaconiſſa

c *Synodus Capuana.*

d *S. Mariæ virginitas perpetua, habetur ex traditione. Orig. in Luc. ho.* 7. *Athan. ſerm in deſcriptione S. Mariæ, & B. Ioſeph. Cyril. Alex. l.* 2. *de recta in Deum fide. Proclus Conſtantinop. hom. de Chriſti natiuit. Hieron. lib.* 1. *contra Iouin. cap.* 18. *Ruf. in explic. Symboli. Petr. Chryſol. ſerm.* 117. *Fulgent. ſerm.* 3. *de laudib. Mariæ. Gregor. Turonenſ. Hidelphõſus de virg. Dei genitr. cap.* 1.

e *Maria Virgo etiam poſt partum.*

f *Bonoſus hæreticus dõnatus.*

g *Concil. Arelatenſe.*

h *Concil. Mediolanenſe.*

i *Ambroſ. Theodoſium Imp. ab Eccleſiæ ingreſſu arcet.*

k *Theodoſius ſuam eiectionem deplorat.*

l *Theodoſius petens abſolutionem ob excammunicatione abſoluitur.*

rem habuit. Flagitio ab eadem fœmina, ipſo pœnitentiario Presbytero ſuadente, detecto, Nectarius Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cum, vt qui minus prouidè egiſſet, gradu amouit, officióque depoſuit. Nec verò hoc fuit, tollere confeſſionem, diuino iure ſancitam, quod hæretici imperitè, & malignè calumniantur, rem narrant Socr. *lib. 5. cap* 19. & Sozom. *lib. 7. cap.* 16. quorum vterque, vt Nouatianus, cautè in hac maximè cauſa Pœnitentiæ legendus eſt.

a Nectarius an confeſſionem auricularem abſtulerit.

Socrates enim in ea, quam ſcripſit hiſtoria *lib. 5. cap.* 19. tradit, tum primum [a], cùm Nouatiani irrepit ſchiſma, per Cornelium Papam inductum morem clàm, remotis arbitris, Sacerdotibus occulta mentis fateri, cùm antea publica tantùm crimina in Eccleſiæ iudicium venirent: eáque potiſſimum ex cauſa Nouatianum aduerſus Cornelium inſurrexiſſe. Sub Theodoſio deinde Imperatore à Nectario Conſtantinopolitano Epiſcopo, mox per cæteras Orientis partes eo abrogato vſu, ad antiqua reditum *Periculoſum*, inquit, *acribuſq; inſidiis putabant occulta pateſieri: nam ſæpe quod vni, remotis arbitris, clam aperiebatur, euſdem ſeu dolo, ſeu deſidia, ac ignauia pluribus compertum vulgabatur. Inde Nectarium è Conſtantinopolitana Eccleſia auricularem confeſſionem, velùti in perniciem erumpentem eliminaſſe, ſequutoſq; exemplum cæteros Præſules.*

Ex eo Socratis teſtimonio Nouatores, ad nouos ſemper errores proni, anſam noſtra tempeſtate arripuere, peccata fatendi morem, qui vſu hodie in Eccleſia Catholica frequens habetur, inſectandi, & è multis terrarum partibus, Anglia præcipuè, ac magna Germaniæ parte eliminauere. Ita qui in Oriente primùm irrepſerat error, in Occidentem ſubdolo paucorum ingenio migrauit. Verùm Socratis, quem Nouatiani [b] partes ſectatum conſtat, ſuſpecta fides: magis Tertulliano *de Baptiſmo capite* 20. & Origeni *homilia in Pſalmum* 38. qui & antiquiores ſunt, credere ius eſt. Hi longè antea, nullo præfinito initio, eam peccatorum confeſſionem vſu frequentem fuiſſe, non obſcurè indicant. Nec omninò ſub Theodoſio Principe abrogatam [c] ex Gregorio Nyſſeno, qui ea tempeſtate floruit, *in epiſtola quam ad Latoium Mitylanenſem Epiſcopum*, ſcribit, non obſcurè deprehenditur, & apud Ioannem Chryſoſtomum eloquentia, ac fide præclarum, qui Nectario in Conſtantinopolitana Sede ſucceſſit, nonne de Sacerdotibus, qui ſua tempeſtate peccata audirent, & condonarent, frequens mentio habetur. Eam verò non humano, ſed diuino iure ad lapſos mortalium animos reparandos emanaſſe, irrefragabilis teſtis eſt Ioannes Euangeliſta, *in capite* 20. à Chriſto Ieſu poſtquam rediuiuus à morte ſurrexit, datam Apoſtolis vim, poteſtatémque, & retinendi, & dimittendi peccata ſcribit. Inanis certè poteſtas, ni errata fatendo, clara, notáque Iudici fierent. Id verò non perniciem, ſed medelam, ſalubrémque opem ægris mentibus allaturum, non noſtri inſtituti, qui Breuiarium conſcribimus, eſt confirmare, & adeò conſpectum videtur, vt confirmatione non egeat. At nihil tam rectum, tam ſanctum, ac propè diuinum, quod humano auſu violari nequeat. Inde non mirum, ſi ſacramentum ſuapte natura frugiferum, ſuáque inſtitutione cunctis ſalubre, humano plerumque facinore, in humanam perniciem erumpit. Plura de hac materia lege apud Annales ad annum 56. circa illud Actor. 19. *Multiq; credentium veniebant confitentes, & annunciantes actus ſuos.*

b Socrates Nouatiani partes ſectatur.

c Confeſſio ſecreta ſub Theodoſio Imp. abrogata non fuit.

d Conciliabulum Nouatianorum Angaris.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIUM [d] Nouatianorum ANGARIS, in 391.
quo determinant, diſſenſionem de feſto Paſchatis non ſatis iuſtam cauſam fuiſſe, cur Eccleſia diſcinderetur.

e Aug. ordinatur Presbyter, & ædificat monaſterium.

S. Auguſtinus hoc anno tertio à reditu ſuo in Africam, à populo Hipponenſi, & Valerio Epiſcopo, licèt inuitus, & reclamans, ordinandus oblatus, fit [e] Presbyter: & accepto horto à Valerio Epiſcopo, ibi ædificat Monaſterium, colligens fratres eiuſdem propoſiti, nihil habentes, ſicut ipſe nihil habebat, viuens ſecundùm regulam ſub Sanctis Apoſtolis conſtitutam, maximè, vt nemo quippiam proprium haberet, ſed eis eſſent omnia communia, & diſtribueretur vnicuique ſicut opus erat. Poſſidius *c.* 4. & ipſe *ſermone* 49. *de diuerſis.*

Cùm autem ſic ordinatus, cogeretur à Valerio Epiſcopo verbum Dei populo miniſtrare, nec ſibi videretur tantæ eſſe doctrinæ, ad tam grande munus, inducias ſaltem petiit in ſequens Paſcha, cùm per fratres ad eum allegatos, tum per

libellum

ANNO DOM.

libellum [a] ſupplicem,qui extat apud ipſum *epiſt.*148. digniſſimum qui legatur ab omni, qui miniſterium verbi obiturus ſit. Tentauit Sanctus Valerius quod ante nullus Africanorum Epiſcoporum attigerat, vt Presbyter Euangelium prædicaret,cùm non niſi Epiſcopi id munus obirent:quem imitati poſtea alij ſunt Epiſcopi: de qua re gratulatur poſt Auguſtinus Aurelio Carthaginenſi Epiſcopo, *epiſt.*77. eam quidem conſuetudinem Africanarum Eccleſiarum reprehendit aliquando S.Hieronymus *epiſt.* 2. oſtendens ex Apoſtolica inſtitutione manere, vt doceant Presbyteri in Eccleſia, quod fiebat in Orientalibus Eccleſiis vſitatum eſſe.

a *Libellum ſupplicem Aug.concionatores legat quo petiit inducias, vt inſtructior accedat ad miniſterium verbi.*

Presbyter factus, aduerſus Manichæos certamen iniit.

Hoc eodem anno cœptæ ſunt diſſenſiones [b] illæ inter S.Epiphanium Conſtantiæ Cypri Epiſcopum,& Ioannem Hieroſolymitanum Epiſcopum,occaſione hæreſum Origenis.Quas ille vnà cum Ruffino, Palladio, Iſidoro, & aliis compluribus defendẽdas,ac propagandas infœliciter ſuſceperat.Et Epiphanius, pro ſuæ fidei Catholicæ ardore, illum vt deſiſteret, monuerat, cùm vocaſſet Origenem Arij,& aliarum hæreſum parentem. Ex quo concitata eſt magna Ioannis in Epiphanium indignatio.

b *Diſſenſionum inter Io. Ieroſolymit. & Epiphanium origo.*

392. Valentinianus in procinctu expeditionis Italicæ aduerſus Barbaros in eam irrumpentes,adhuc Catechumenus, S.Ambroſium ſummoperè expetens, tum vt ab eo baptizaretur,tùm vt Comitem Arbogaſtem,Francum,ſummæ potentiæ virum,ſibi placaret, 17. Calend. Ian. apud Lugdunum, ipſius Arbogaſtis [c] inſidiis necatur,anno ætatis 21. Imperij 16.& m.6.Ambroſ.*in Orat.in fun.Valentin.*Epiph. *de ponder.& menſur.*

c *Valentinianus inſidiis Arbogaſtis occiditur.*

Arbogaſtes Comes euehit [d] ad Imperiũ Eugenium quendã,obſcurum genere, Rhetoricis facultatibus,quas publicè profeſſus erat,tantũmodo clarũ.Zozim *l.* 4.

d *Eugenius in Imperatorem ab Arbogaſte euehitur.*

S.Ambroſius cùm hoc anno Florentiæ reperiretur, rogatus, dedicat [e] Eccleſiam,à Iuliana clariſſima fœmina erectam nomine S. Laurentij. *Paulinus.*

e *S. Ambroſ. Florentiæ Eccleſiam S. Laurentij dedicat.*

S. Epiphanius hoc anno ſcribit [f] epiſtolam, quæ eſt apud Hieron. 60. ad Ioan. Ieroſolymitanum Epiſcopum, quem ſibi magnoperè indignatum audierat, variis quidem aliis prætextibus,ſed re vera,quòd cùm Origenis fautor eſſet,ac ſectator, Epiphanium ſciret eſſe eius aduerſarium, & impugnatorem. Vnus prætextus indignationis erat, quòd Epiphanius Paulinianum S. Hieron. fratrem Diaconum, & Presbyterum in aliena Diœceſi ordinaſſet: fatebatur Epiphanius ſe ordinaſſe, & quidem nolentem,& reluctantem,ſed ex neceſſitate, cùm SS. Presbyteri Hier. & Vincentius propter [g] verecundiam,& humilitatem,nollent debita nomini ſuo exercere ſacrificia: ſed extra eius Diœceſim, in Monaſterio fratrum, & fratrum peregrinorum:ſed ex vſu Cypriorũ Epiſcop.Alter prætextus,quòd audierat, Epiphanium in ſacrificio ſic orare:*Domine præſta Ioanni,vt rectè credat.*Fatetur ſe quidẽ in corde ſemper hoc orare;non tamen vnquam in alienas aures id protuliſſe. Sed in fine orationum,pro ſermonis conſequentia ſolitum dicere,*Et pro omnibus,& pro illo quoque Cuſtodi illum,qui prædicat veritatem*: vel, *Tu præſta Domine, & cuſtodi, vt ille verbum prædicet veritatis.* Arguit illum deinceps hæreſum Origenis, & hortatur ad reſipiſcentiam, confutans eius errores.

f *Epiphan.ad Io. Ieroſolymorum Epiſcopum ſcribit.*

g *Hieron. præ verecundia & humilitate recuſat ſacrificare.*

Ioannes Ieroſolymit. Epiſcopus litteris Epiphanij acrius incitatus, encyclicas litteras publicauit in Epiphanium acres:& alteras ad Theophilum Alexandrinum dedit:quarum occaſione Hieronymus, cuius cauſa cum Epiphanio videbatur cõmunis eſſe,inuitatu maximè Pammachij ſcribendum ſumpſit de tota cauſa Apologeticam epiſtolam ad Pammachium,lectu digniſſimam, in qua inter cætera eſt illud notatu dignum: *Nolo in ſuſpitione hæreſis quenquam eſſe patientem.*

Tandem, opera fortaſſe eiuſdem Theophili Epiſcopi Alexandrini, inita eſt concordia inter Hieronymum,atque Ruffinum,Origenis erroribus ſilentio condemnatis; ſed non diu durauit.

393. Hoc anno HIPPONE [h] regione in Africa, celebratũ eſt generale CONCILIVM ex totius Africanæ Prouinciæ Epiſc. ad collapſam diſciplinam Eccleſiaſticam in integrum reſtituendam:quod quidem egregiè præſtitum eſt. Quadraginta vnius Capitulorũ eius Breuiar.eſt confectum,quo facilius innoteſcerent,idque decreto Concil.Carthag.IV.habentur iidẽ Canones in Concil.Carthag.III.ſępéq; citãtur.

h *Concil.Hipponenſe.*

ANNO DOM. 394.

a Synodus Conſtantinopolitana.

b Eccleſiæ dedicatio.

c Epiſcopus non deponendus, niſi de Epiſcoporum prouincialium ſententia.

Hoc anno apud Balſamonem celebrata ponitur SYNODVS [a] CONSTANTINOPOLITANA in cauſa vertente inter Agapium, & Gebadium, vtroque ſibi vendicante Epiſcopatum Boſtrenſem. In hac Synodo quamplurimi Epiſcopi cõuenere, Nectarius Conſtantinopolitanus, Theoph. Alexandr. Flauian. Antiochen. Helladius Cæſareæ Cappadociæ, Gelaſius Cæſareæ Palæſtinæ, Gregor Nyſſenus & alij. Mirum eſt, tot ac tantos Epiſcopos, de duorum controuerſia Epiſcoporum conueniſſe: & magis etiam mirum, tantę Synodi nullam fieri apud antiquos mentionem. Sed obſeruandum eſt, conueniſſe hos, inuitatos à Ruffino Papa, apud quē ſumma erat in toto Orientali Imperio auctoritas, ad dedicationem nouæ Baſilicę [b] Apoſtolorum Petri, & Pauli nomine ab eo erectæ. Hac igitur occaſione Cõſtantinopoli cùm eſſent Epiſcopi, poſt ſacra ex more expleta ſolemnia, iidem conuocati Epiſcopi controuerſiam inter duos illos Epiſc. obortam definiuere, eo modo, quo acta declarant, nimirum ex ſententia Theophili Epiſc. Alexandr. non licere deponi [c] Epiſcopum à duobus, vel tribus aliis Epiſcopis, ſed maioris tantùm Synodi arbitrio, nempe eiuſdem prouinciæ Epiſcoporum ſententia.

d Synodus Adrumetana.

Eodem anno ADRVMETI [d] in Africa, celebrata eſſe SYNODVS reperitur, miſſaque ad eum Legatio ab Aurelio Epiſcopo Carthaginenſi, quæ autem ibi decreta fuerint, haud apparet, quod diuerſorum Conciliorum Canones in vnum collecti, ſimul ſub vno titulo Concilij Africani habeantur admixti.

e Concil. Cauernenſe.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [e] CAVERNENSE Donatiſtarum, in quo Maximianiſtæ Priſcillianiſtas cum ſuo auctore Primiano condemnarunt.

f Concil. Bagaienſe.

Eodem anno celebratum eſt à Donatiſtis in Africa BAGAIENSE [f] CONCILIVM in cauſa Primiani, & Maximiani Carthaginenſium, in ſchiſmate, inter eos ipſos, Epiſcoporum, conuenientibus trecentis decem Epiſcopis, in quo damnatus eſt Maximinianus, cùm antea in Cauernenſi Concilio apud Carthaginem, à quinquaginta tribus Epiſcopis, & in altero, à centum, & ampliùs, damnatus fuiſſet Primianus.

g Contentiones inter Auguſt. & Hieron.

Hoc ipſo anno iacta videntur fuiſſe ſemina quædam contentionum inter [g] 394.
Hieronymum, & Auguſtinum, quæ vſque ad 14. ab hinc annum durarunt, intercurrentibus quidem per epiſtolas hinc inde acrioribus dictis, charitate tamen nunquam interrupta.

h Theodoſij Imp. teſtamentum & mors.

Hoc anno Theodoſius Imperator præſcius [h] imminentis mortis, quam ex prę- 395.
dictione ſanctiſſimi Anachoretæ Ioannis fortè expectabat, complura fructuoſa Reipublicæ diſpoſuit. Inter alia conuocato Senatu, hortatus eſt Gentiles ad abiiciendum inanem Deorum cultum. Moriens, populi curam geſſit, relaxando tributa: ex teſtamento filiis diuiſit Imperium fidei Stiliconis, quaſi parentis, commendatis. Mortuus eſt igitur Theodoſius hoc anno 17. Calend. Febr. cùm imperaſſet annos 16. anno ætatis 50. Quo defuncto,

i. Arcadius Imp. in Oriente, Honor. Imp. in Occid.

Arcadius in Oriente [i] parentis pietatem ſequens, ipſo initio Imperij leges contra hæreticos, & Paganos ſanxit. Honorius item in Occidente ſui Imperij primordia conſecrat, confirmandis priuilegiis, à prædeceſſoribus Impp. Eccleſię collatis.

k. Aug. Hippone conſecratur Epiſcopus.

Auguſtinus B. Ambroſij diſcipulus, Hippone [k] Regio, Africæ ordinatur Epiſcopus, annum agens 41. viuente adhuc Valerio Epiſcopo, multùm, cum toto populo formidante, ne ſibi vir tantus eriperetur, & vt eligeretur Epiſcopus Hipponenſis ſatagente. Proſper *in Chron.* Poſſidius *cap.* 8. Id quidem, quod viuente adhuc Epiſcopo Valerio ipſe ordinaretur Epiſcopus, contra decretum Concilij Nicæni, quod ab vtroque ignorabatur, factum Auguſtinus poſtea doluit, & ne in ſucceſſore fieret, cauit, agens poſt ſequentem annum, vt in Concil. Carthag. (quod tertium fuit) conſtitueretur, vt ordinandis Epiſcopis, vel Clericis; prius ab Ordinatoribus decreta Conciliorum in notitiam deferrentur: ne quid contra eorum ſtatuta fieri contingeret. *Can. eſt* 3.

l Monachiſmus in Africa mirificè coaluit.

Monachiſmus ante ſex annos per Auguſtinum illatus in Africam adeò [l] coaluit, & propagatus eſt, vt breui plures ex eius Monaſterio Epiſcopi prodierint, qui & ipſi in ſuis Eccleſiis Monaſterium inſtituerint. Poſſidius *cap.* 11.

m Crucis Chriſti ligni ſegments grande miraculum.

Eodem anno Paulinus Nolanus Epiſc. ſegmentũ ligni ſanctiſſimę Crucis, miſſũ ſibi à Ioanne Ieroſolymorum Epiſcop. accipit, cuius particulam mitit ad Baſulam Seueri ſocrũ; de quo ligno Crucis præclarũ refert editum [m] miraculũ, cũ oblatũ

ANNO DOM. ingenti incendio, accedenri ad Paulini hoſpitium, incendium planè teſiliit, & penitus extinctum ſuit. Paulin. *in Natali* 10. *S. Felicis.*

Hoc anno S. Ambroſius Mediolani migrat è vita annũ agens 64. vix ingreſſus.

397. Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [a] TAVRINATENSE in cauſa Felicis Epiſcopi Treuerenſis, cui cæteri Epiſcopi communicare detrectabant, eo quòd Maximo olim ryranno auctor fuiſſet cædis Priſcillianiſtarum. Sedatæ ſunt ibidem altercationes inter Arelatenſem, & Viennenſem Epiſcopos, de primatu decertantes. Et alia ad mores ſtatuta.

a *Concil. Taurinatenſe.*

Eodem anno CONCILIVM [b] CARTHAGINENSE II. in baſilica celebratum habetur Calend. Septembr. tertium quidem, numerando ab iis, quæ poſt tempora Conſtantini collector potuit reperiſſe (cùm tamen plura ad hauc diem celebrata conſtet) errore tamen lapſus, dum ante illud exiſtimauit celebratum Cartbagine, quod Conſulatu Valentiniani IV. & Theodoſij reperitur inſcriptum, exiſtimans de Valentiniano II. & Theodoſio ſeniore eſſe intelligendum, cùm de tertio potiùs, & Theodoſio iuniore ſit accipiendum: contigit enim eundem nouiſſimum Valentinianum gerere Conſulatum quartum cum Theodoſio iuniore ann. Dom. 435. qua ratione, ſecundum potius, quàm tertium hoc Concil. Carthag. dicendum erit. Qui ſub eodem Concilio recenſiti babentur Can. 50. haud omnes in hoc eodem Concilio ſanciti probantur, ſed diuerſis aliis Conciliis Carthaginenſibus, vt de 47. numero ſacrorum librorum, conſtat, ſancito in Concilio Carthag. tempore Bonifacij Papæ habito: alij quoque ſunt obſcuriores, quorum præclaram expoſitionem habes in Annalibus.

b *Concil. Carthaginenſe.*

Conſulit hoc [c] Concilium de quibuſdam, quæ ambigua videbantur, Siricium Romanum Pontificem, vt Catholicæ Eccleſiæ Præſidem, atque Doctorem.

c *Concil. Afric. conſulit Rom. Pontificem.*

In hoc Concilio decreuerunt, vt quæ Epiſcopus, vel quæ Clericus ex paupere ditior factus emiſſet ex bonis [d] Eccleſiæ, eadem Eccleſiæ cederent: nec illa in quemlibet quouis titulo transferendi eidem facultas eſſet. D. Hieron. *ad Nepotianum* ſcribens de hac re, ſic ait: *Obſecro te, & repetens iterum, atque iterum monebo, ne officium Clericatus genus antiquæ militiæ putes, id eſt, ne lucra ſaculi in Chriſti quæras militia, nec plus habeas, quàm quando Clericus eſſe cœpiſti, & dicatur tibi: Clerici eorum non proderunt eis. Nonnulli enim ſunt ditiores Monachi, quàm fuerunt ſæculares: & Clerici, qui poßident opes ſub Chriſto paupere, quas ſub locuplete, & fallaci diabolo non habuerant, vt ſuſpiret eos Eccleſia diuites, quos mundus tenuit ante mendicos. Negotiatorem Clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge.*

d *Epiſcopi bona, quando & quæ Eccleſiæ cedant.*

Eodem tẽpore ibidẽ celebratũ eſt CARTHAGIN. [e] CONCIL. III. pro eadẽ cauſa.

e *Concil. Carthaginenſe.*

398. ANASTASIVS natione Romanus, patre Maximo, imperante Gratiano, vrbis Romæ Epiſc. creatur. Conſtituit, ne peregrini, maximè autem tranſmarini in Clerum reciperentur, niſi quinque Epiſcoporum præ ſe ferrent chirographa. Sedit in Pontificatu 4. annos, creauit in menſe Decemb. ſacris ordinibus bis habitis, Presbyteros 8. Diaconos 5. Epiſcopos 10. Sepelitur in cœmeterio ad Vrſum pileatum 5. Cal. Maij. Vacat Sedes dies 21.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [f] CARTHAGINENSE IV. ad Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam. In hoc Concilio placuit Patribus ab Imperatore petere, vt reliquiæ idololatriæ non ſolùm in ſimulacris, ſed & in quibuſcũque locis, vel lucis, vel arboribus, omninò tollerentur, & delerentur. Item, vt propter afflictionem pauperum, quorum moleſtiis ſine intermiſſione fatigabatur Eccleſia, defenſores [g] eis aduerſus potentias diuitum cum prouiſione Epiſcoporum delegarentur. Inculcarunt etiã de Diaconorũ, Presbyterorum, & Epiſc. continẽtia iteratum ſæpè præceptum. Item de baptizandis [h] infantibus Canonem [i] ediderunt: multáque alia ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſtabiliendam ſanciuerunt.

f *Concil. Carthaginenſe.*

g *Pauperum defenſores inſtituendi.*

h *Infantes baptizandi.*

i *Paruulorum baptiſmus ex traditione habetur, ex Clem. 6. conſt. Ap. c. 15. Dion. c. 7. Hier. Eccl. Iuſtino q. 56. Iren. l. 2. c. 39. Baſil. exhortat. ad baptiſm. Chryſoſt. hom. ad Neoph. & in Pſalm. 14. Cypr. ep. 59. Hier. Dial. 3. cont. Lucifer. Aug. 4. cõt. Donatiſtas. c. 23. Concil. Carthag. V. c. 6. Mileuit. cap. 2.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [k] CARTHAGINENSE V. in quo Patres decreuerunt, vt *quique Origeniſtarum ad Eccleſiam redux inquireretur; ſi credat, huius, quem geſtamus, & non alterius carnis reſurrectionem, ſi ſecunda matrimonia non damnet: ſi carnium perceptionem non inculpet: ſi pœnitentibus reconciliatis communicet: ſi in baptiſmo omnia peccata, id eſt, tam illud originale contractum, quàm illa, quæ voluntariè admiſſa ſunt, dimittantur: ſi extra*

k *Concil. Carthaginenſe.*

Eccleſiam Catholicam nullus ſaluetur. Et alia multa vtilia decreuerunt. An o Do 1.

a *Ioannes Chryſoſt. Conſtantinop. Epiſcopus factus, quomodo Antiochenis ereptus.*

Eodem anno Conſtanrinopoli menſe Septembr. anni præcedentis Nectario Epiſcopo mortuo,conſpirantibus tandem in vnum ſuffragiis,Ioannes[a] Antiochenus , cognomento Chryſoſtomus eligitur,& fraude ab Antiochenſibus , alioqui non facilè permiſſutis,ereptus,ordinatur Epiſcopus 26.menſ. Febr. Socr. Sozom. Marcellin. *in Chron.*

b *Synodus Alexandrina.*

Hoc anno celebrata eſt ALEXANDRINA [b] SYNODVS à Theophilo 399.
Alexandrino Epiſcopo, in qua egredientes de cauernis ſuis Origenes colubros, Euangelico enſe truncauit,& fœcundum Nitriç Monachorum agmen contagione peſtifera liberauit,data tum ad omnes Eccleſias Synodica , qua rerum geſtarum ſeriem omnibus præſcripſit : tum etiam ad Romanam Sedem Paſchali epiſtola,qua rationem celebrandi Paſchatis Romano Pontifici, & per hunc vniuerſo orbi ſignificauit. Anaſtaſius quoque Romanus Theophili prouocatus litteris totam Italiam ab Origeniſtarum peſte liberauit.

c *Concil. Africanum. Immunitas Eccleſiaſtica.*

Eodem anno AFRICANVM[c] CONCILIVM celebrarum eſt pro immunitate Eccleſiaſtica,ne ſcilicet,ad Eccleſiam confugientes, per vim extrahantur.

d *Contra immunitatem Eccleſiaſticam.*

Hoc tempore aduerſus Eccleſiæ immunitatem [d] datum fuit ab Arcadio Reſcriptum,ad coercendam quoque inſolentiam Clericorum,& Monachorum,qui quaſi vi publica,ab apparitoribus taperent eos , cùm ad ſupplicium ducerentur, alterum Reſcriptum dedit.

e *Præſidum ſententiæ ab Epiſcopis poſſint reſcindi.*

Tanta verò licentia abripiendi ab officio damnatos capite , ab Epiſcopis in Clericos,& Monachos,quorum ad hoc illi opera vterentur , fluxiſſe potuit occaſione Conſtantini Magni edicti , quo iuberentur iniquas Præſidum [e] ſententias ab Epiſcopis poſſe reſcindi. Cæterùm Sanctos Epiſcopos haud nouimus abuſos eſſe huiuſmodi impertitâ ſibi Conſtantini legibus , auctoritate , ſed ſupplicibus precibus apud Præſides,ad ſontes liberandos egiſſe. Niſi,ſi quando aliquis manifeſtè innocens duceretur,idem à Clericis atque Monachis , tanquam vindicibus læſæ veritatis,eriperetur.Eiuſmodi enim caſibus , cùm quid à Præſidibus tyrannicè ageretur , quale quid ex magna Eutropij , cum iniquitate , atque crudelitate, coniuncta potentia , factum ſuſpicari licet. Sacerdotes enim infracto vigore eiſdem reſtitiſſe,res geſtæ S.Nicolai Mirenſis Epiſcopi in Euſtachium Proconſulem Aſiæ,S. Ambroſij aduerſus Theodoſium,S.Baſilij aduerſus Modeſtum Præſidem, Chryſoſtomi in Eudoxiam,Syneſij Epiſcopi in Libyæ Præſides, & aliorum plurimorum ſanctorum Acta teſtantur.Quàm autem efficaces ſolerent eſſe apud Prçſides Epiſcoporum preces,ex Auguſtino diſcimus , qui ad Marcellinum , Magiſtratum in Africa gerentem ſcribens,illud inculcat,magna fiſus Sacerdotij auctoritate : *Audire te Epiſcopum conuenit iubentem,Domine eximie,& meritò inſignis,atque chariſſime fili epiſt.*159.*&* 53.*ad Macedonium.*

f *Eccleſiæ immunitas practicè ſeruatur.*

Praxim [f] prædictorum habemus in Arcadio Imper. qui cùm andiſſet , Eutropium à ſe ad necem damnatum,ad Eccleſiam confugiſſe,religione repreſſus , veluti Diuinitatis quibuſdam fulgoribus repercuſſus,continuit ſe : imò, & furentes adhuc milites,habitâ oratione compeſcuit , ne in Eccleſiam ad necem hominis, auderent irrumpere.

Hoc anno Anaſtaſius Papa magnâ maturitate Concilij vſus Origenis errores damnat,& litteras per Orbem Catholicum ſcribit,vt quæ cauenda forent,omnes ſcirent.Quem ſequentes præcipuarum Eccleſiarum Epiſcopi, collectis ſibi ſubiectis Epiſcopis,& ipſi damnant.

g *Concil. Conſtantinop.*

Hoc eodem anno actum eſt CONSTANTINOPOLI [g] CONCILIVM 400.
conuenientibus 22. Aſiæ Epiſcopis neceſſitatum Eccleſiarum cauſa, in quo ab Euſebio Valentinianopolitano Epiſcopo accuſatus eſt Antonius Epheſi Epiſcopus,de ſeptem criminibus : ſed maximè de ordinationibus per ſimoniam : quod iudicium,cùm peragi non potuiſſet,ob teſtium abſentiam:mortuo interim Epheſi Epiſcopo , expetente Clero Epheſino , conueniunt illuc cum Ioanne Chryſoſtomo 70.Epiſcopi Aſiæ,& deligunt Heraclidem Diaconum demortui Epiſcopi in eius locum. Quo ipſo anno peractum eſt iudicium Epiſcopi Epheſini mortui , & depoſiti ſex à Ioanne Epiſcopi , vt habet Palladius *in vita Chryſoſtom. ann.* 13. vt eſt apud Sozomenum *libro* 8. *capite* 6. *ann.* 16. vt obiicit illi Theophilus Epiſco-

pus

ANNO DOM. pus Alexandrinus, qui per ſimoniam fuerant ordinati.

Hoc tem pore Ariani conuentus agere in Vrbe Conſtantinopoli prohibiti, cantilenas [a] ad opinionem Arianam congruentes, & in contumeliam *Conſubſtantialis*, per Vrbem die, noctúque cantillabant: per quas veritus Chryſoſtomus, ne populus ſimplicior corrumperetur, Catholicos illis oppoſuit, qui Catholicis hymnis decantandis operam darent, & Arianorum impudentiam reprimerent. Sed Arianis inuidentibus, quòd res maiori cum dignitate apud Catholicos ſuccederet, concitato tumultu, lapidationem faciunt, qua & Briſo Imperatoris Eunuchus, in fronte percutitur, & alij vtrinque cæduntur. Qua re cognita Imperator interdicit Arianis hymnorum [b] cantum publicè, & priuatim, Catholicorum cantu in poſterum fœliciter perdurante. Socr. Theodor.

a Cătilenæ factæ in plateis, & vijs, qua occaſione introductæ.

b Hymnorum cantus in vijs Arianis interdicitur.

Præclarum de Eccleſia miraculum Sozom. *lib* 8. *cap*. 5. narrat in hæretica muliere, quæ pro communione Catholica, buccellam profanam paratam, ab ancilla conſcia ſuſcipiens, vt dentibus admouit, in lapidem induruit. Quo miraculo perterrita, decutit ad Epiſcopum, ſe ipſam indicat, & profuſis lachrymis veniam impetrat. Teſtis eſt lapis, qui vſque nunc, etiam inter Conſtantinopolitanæ vrbis cimelia conſeruatur.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM TOLETANVM I. ad vnitatem in Eccleſiaſtica diſciplina ſeruandam. Hoc Concilium coactum fuit à 39. Epiſcopis, Toletano Epiſcopo præſidente.

401. Hoc anno CONCILIVM [c] AFRICANVM II. Prouinciale celebratum eſt, in quo ad Anaſtaſium Rom. Pontificem, & Venerium Mediolanenſem Epiſcopum legatio decreta fuit: flagitantes, ſibi ſacerdotes mitti, quorum magna inopia laborabant. Quatuordecim inſuper Canones ſtatuerunt, ad diſciplinam Eccleſiaſticam ex antiquis regulis reſtituendam.

c Concilium Africanum.

Eodem anno AFRICANVM [d] CONCILIVM III. celebratum eſt de pace vniuerſali cum omnibus Donatiſtis ineunda, id maximè vrgente Anaſtaſio Romano Pont. Extat inſertum Concilio Africano *cap*. 33. *tom*. 1. *Concil*. In eo decretum; Primùm, vt per vniuerſam Africam Acta publica perquirerentur eorum, quæ Donatiſtæ egiſſent cum Maximianiſtis; ex quibus conuincerentur erroris, quod quæ pacis cauſa cum illis egiſſent, vt plenario Concilio ſuo damnatos, in ſuis honoribus reciperent, non eadem faciant cum Eccleſia Catholica, ob pacem, & communionem longè maiorem. Deinde decretum, quòd ad pacem, & vnitatem ineundam conducere viſum eſt, vt ad Rom. Pont. in primis, alióſque tranſmarinos Epiſcopos ſcriberetur, vt Donatiſtis redire volentibus ad Eccleſiam Catholicam indulgeretur, in iiſdem ordinibus apud ſuos ante ſuſceptis (ſi hoc recipiens Epiſcopus conducere exiſtimaret) poſſe perſeuerare. Quod quidem olim Melchiadis Papæ tempore in Concilio Romano cum eiſdem Donatiſtis fuit tranſactum, & idipſum indultum fuiſſe ab Anaſtaſio, & aliis cum eo Epiſcopis, conſtat ex Aug. *lib*. 2. *c*. 11. *&* 12. *contr. Creſcon*. De hoc Concilio vide infra anno 403. & 412.

d Concilium Africanum.

Anaſtaſius Papa conſtituit inter [e] alia, vt quotieſcunque ſancta Euangelia recitarentur, Sacerdotes non ſederent, ſed curui ſtarent: quod ea occaſione conſtituit, quia inſolentibus diaconis aduerſus presbyteros, presbyteri in eos inſurgentes, contendebant, ex conſuetudine Rom. Eccleſiæ, ipſis ſedentibus, eos ſtare debere. Quæ contentio eò vſque eſt progreſſa, vt etiam, cùm ſtantes Diaconi coram populo legerent Euangelium, Presbyteri tamen minimè è ſeſſione conſurgerent. Quod Anaſtaſius, vt indignum, decreto coërcendum putauit.

e Euangelium reuerenter audiendum.

Quibus de cauſis, Diaconis Presbyteri ſe præferrent, & illis quid reſpondendum ſit, quæſtio tractatur apud Auguſtinum *qq. ex vtroque mixtim. q*. 101. quam eandem quæſtionem tractans Hieronym. [f] *ep*. 85. *ad Euagrium*, habet illa: *Vbicunque fuerit Epiſcopus, ſiue Romæ, ſiue Eugubij, &c. eiuſdem meriti eſt, eiuſdem eſt & ſacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel ſublimiorem, vel inferiorem Epiſcopum non facit: cæterùm, omnes Apoſtolorum ſucceſſores ſunt*. quibus verbis imperitè, & malignè abutuntur nonnulli ad tollendam omnem auctoritatem, atque iuriſdictionem: cùm S. Hieron. nihil aliud velit, quàm neminem ſactorum Antiſtitum, alterum præſtare alteri, nempe quoad ſacros Ordines.

f Hieronymi locus à ſectariis malè intellectus de æqualitate Epiſcoporum.

Anno Dom. 402.

a *S. Martinus Turonenſis Epiſcopus moritur.*

Hoc eodem anno moritur S. Martinus [a] Epiſcopus Turonenſis.

b *Sabbatha ieiunandū: ſic vſus præualuit, & ab Eccleſia Occidentali vniuerſa recepta eſt, vt patet ex Cōc. Agath. can. 12. & Aurelian. 4. can. 2. In Hiſpania verò etiam ante tempora Innocentij hoc admiſſum fuit., vt perſpicuum eſt ex Concilio Eliberitano can. 21. Vide Bellar. lib. 2. de bon. oper. in part. cap. 18. vbi ſoluit obiectionem, quæ ex can. 65. Apoſtolorum fieri ſolet: quòd ſcilicet probibitio illa facta ſit ad tempus propter Hæreticas, qui negabant Deum verum eſſe illum, qui mundum condidit ſex diebus, & in ſeptima requieuit. Vel quòd à Græcis poſterioribus inſertū fuerit nomen Sabbathicum tam in Canone Apoſtolorum, quàm in ep. Ignatij prohiberetur ſolum ieiunium diei Dominicæ. D. Hier. epiſt. ad Marcellam cont. Montanum. Aug. ep. 86. ad Caſal. & ep. 119. ad Iannar. c. 15. Leo epiſt. 91. ad Turbium. Conc. Gangrenſe. can. 18. Carth. IV. can. 64. Bracar. 1. can. 4.*

Innocentivs natione Albanus, patte Innocentio Anaſtaſio ſucceſſit. Conſtituit, vt Sabbatho [b] ieiunium celebraretur, eo quòd tali die Chriſtus in ſepulchro iacuiſſet, & quòd eius diſcipuli ieiunaſſent. De Iudæis quoque, & Paganis, déque Monachis regulas quaſdam dedit. At verò vbi per ſacros Ordines quater in Vrbe habitos, presbyteros triginta, diaconos duodecim, Epiſcopos 54. creaſſet, moritur, ac ſepelitur in Cœmeterio ad Vrſum pileatum 5. Cal. Aug. Sedit annos 15. m. 2. d. 25. Vacat tum ſedes d. 22.

Sub hoc Pontifice plura Concilia habita ſunt.

c *Concilium Salamineū.*
d *Librorum Orig. lectio prohibita.*
e *Diſſenſio inter Chryſ. & Epiph. pro Origenis libris.*
f *Prophetiæ reciprocæ.*

Hoc anno 402. celebratum eſt Concilivm [c] Salaminæ ab Epiphanio, vbi lectio librorum [d] Origenis damnata eſt. Quod quia S. Ioannes Chryſoſtomus non ſeruabat, legebat enim ipſius Origenis libros, licèt errores vitaret; hinc facta eſt diſſenſio inter Epiphanium, & [e] Chryſoſtomū: & nihilominus cùm Eudoxia vrgeret contra Chryſoſtomum, vt eum Epiphanius in exilium mitti aſſentiretur: reſpondit: *Si eſt tibi quidem ratio, ô Imperatrix, cur hæreſim ei impingas, adſit, & cauſam ſuam agat Ioannes in pœnitentia. Sin autem hæc verba profers cauſa contumeliæ, tibi minimè aſſentitur Epiphanius.* Maleuoli tamen ſparſerunt, quaſi Epiphanius in damnationem Ioannis conſenſiſſet. Quod cùm Ioannes cognouiſſet, fertur ei familiariter [f] ſcripſiſſe. *Frater Epiphani, audiui te conſenſiſſe meæ relegationi: ſcias autem nec te ipſum tuam Sedem* (Conſtantinopolim enim venerat Epiphanius) *amplius viſurum.* Epiphanius quoque dicitur reſcripſiſſe: *Athleta Ioannes, fer, & vince. Sed nec ipſe peruenies ad videndum locum exilij.* Metaphraſt. *in vita Ioannis Chryſoſt.*

g *Concilium Mileuitanū.*
h *Mileuitana duo fuerunt Concilia in diuerſis temporibus celebrata.*

Hoc eodem anno in Numidia celebratum eſt Concilivm [g] Mileuitanvm primum totius Africæ Generale: & dicitur primum, cùm aliud inueniatur celebratum poſt annos 14. quæ tamen librariorum vitio, inuicem [h] confuſa ſunt, poſteriore illo priore loco poſito, *tom. 1. Concil.* Multa quidem vtrumque habent communia, vt vnum videri potuerit, nomen loci, quod vtrumque vno, eodémque Aurelio Carthag. Epiſcopo, & eodem Rom. Pont. Innocentio. Non pauca etiam ſunt, quæ diſcriminant: tempus, diuerſis namque Conſulatibus, & Numidiæ Primatibus, celebrata ſunt: materia, alia enim in vno, alia in alio tractata. Illud habitum eſt poſt damnatam hæreſim Pelagianam, in Concilio Carthag. hoc, cùm nondum eſſet illa hæreſis cognita. Sunt igitur omninò diuerſa.

Acta quædam huius prioris Mileuitani Conc. apud Conc. Africanum habentur intexta *c. 52. & 53.* & alia colligi poſſe videntur ex epiſt. 5. Aug. 236. *ad Xantippum*, de presbytero delinquente ab Auguſtino depoſito, Synodum appellante, cui Iudices, ſex Epiſcopi dati. & *ex ep. 238. de Maximiano Vagienſe*, ob Eccleſiaſticam pacem, Sedi renunciante, & alterius ſubrogationem petente, cui Synodus annuit, & fratrem eius ſubrogauit.

i *Synodus ad Quercum in cauſa Chryſoſt. quaſi fautori Origeniſtarum.*

Hoc anno habita eſt Synodvs [i] ad Qvercvm in cauſa Chryſoſtomi. Res ſic ſe habet. Theophilus euocatus Conſtantinopolim ad cauſam dicendam de criminibus illi ab Origeniſtis impoſitis, cunctanter veniens, Chryſoſtomo infenſus, quaſi fautori Origeniſtarum, & vltionem meditans, in itinere collegit Epiſcopos, quibus abuteretur ad Chryſoſtomi depoſitionem. Cùm igitur perueniſſet Conſtantinopolim in ſuburbio per tres hebdomadas ſubſiſtens, ex reo ſubitò factus autor, & Iudex, conſilio ſuo patefacto, omnes, variis de cauſis, Chryſoſtomo infenſos, Epiſcopos, Clericos, Monachos, viros, fœminas, ipſam quoque Imperatricem Eudoxiam, excitat ad accuſationes in eum intendendas, quas ipſe in Synodo diiudicandas ſuſcipit.

k *Chryſoſt. citatus renuit, & ad Oecumenicam Synodum prouocat.*

Quadraginta & ſex capita criminum ad Conciliabulum illud, contra eum, delata, extāt apud Photium *in Bibliotheca*, quæ an legitima ſint, an poſt eius obitum conficta, dubitari poteſt, cùm in eis deſiderentur, quæ ipſemet in ſe ab illis obiecta, tradit *in ep. ad Cyriacum Epiſcopum.* Citatus igitur ad Synodum, [k] in ſuburbio Chalcedonis, ad Quercum dicto, loco cōſultò delecto, ne vim populi, ſuo Paſtori addictiſſimi, experirentur, reſpondetur per Epiſcopos miſſos (40. enim apud ſe habebat) *Ne ſoluas*, inquiunt, *Nicæni Concilij Canones, cauſáſque citra terminos tres ne cognoſcas: ipſe potius tranſi ad nos in bene inſtitutam ciuitatem, quia plures ſumus ex diuer-*

ANNO DOM.

ſis prouinciis, in quibus & ſeptem Metropolitæ, & vos 36. tantùm ex vna prouincia: habemus enim contra libellos capitum 70. apertas, & nefarias actiones continentes, &c.

At Ioannes reſpondit: *Abycite de medio veſtrûm apertos inimicos meos, & de loco non contendam, in quo oporteat me iudicari*: & cùm quartò euocatus, quartò ſic reſpōdiſſet; ad extremum prouocauit ad Synodum Oecumenicam. At illi, nulla ratione habita appellationis, ſententiam depoſitionis in eum ferunt, & in exilium [a] eum mittunt. Sed quia populus tumultuabatur, & terræmotus nocte illa factus, terrorem Imperatrici incuſſiſſet, pluribus nunciis, vno poſt alium miſſis, Imperator eum [b] reuocat, & magno populi applauſu recipitur.

a *Chryſoſtomus damnatur, deponitur, & relegatur.*

b *Chryſoſt. ab exilio reuocatur, cum adhuc in itinere eſſet.*

Eodem anno CARTHAGINE [c] (quod ab aliis Afric. I. dicitur) celebratur 8. Cal. Sept. CONCILIVM Generale dictum, quòd ex omnibus Africæ Prouinciis legationes in eo affuerint, præterquàm ex Numidia, vnde mitti non potuerunt ob Tyrones, deſertores militiæ factos, qui vt prædones vagabantur.

c *Concilium Carthaginēſe, ſeu Africanum.*

Indictum fuerat hoc Concilium, de pace vniuerſali cum Donatiſtis incunda anno 401. Sed mortuo interim Anaſtaſio, & Innocentio ſubſtituto, non prius, quàm hoc anno 403. celebrari potuit.

In eo, Legati reuerſi, litteras ab Apoſtolica Sede, de impetratis, quæ petierant, retulerunt, quæ lectæ ſunt. Recitata pariter & iuſſio, & ipſa demum conuentionis forma, qua ipſi conuenire debeant Donatiſtas. *Apud Concilium Africanum, cap.* 57. & 58. Factum eſt, (inquit Aug. *cont. Creſcon. lib.* 3. *cap.* 45.) conuenti ſunt: recuſarunt, quo dolo, qua maledictione, amaritudine pleni, nunc longum eſt demonſtrare. Extat conuentio duorum; Auguſtini conuenientis Proculianum, Hipponenſem Donatiſtarum Epiſcopum: & Poſſidij Criſpinum Calamenſem, illius quidem *ep.* 146. blandè ad pacificam collationem pluribus inuitantis: huius verò 3 *cont. Creſcon. cap.* 46. Quo illi ſupercilio, & ſuperbia reſponderint, dici non poteſt. Sed non contenti verbis atrocibus, & minacibus egiſſe, Criſpinus quidem Poſſidio inſidias per ſuos tetendit, poſt apertè inſecutus, obſedit, lapidationem fecit, ignem domui iniecit, expugnauit, Epiſcopum contumeliis, & plagis affecit.

De his coniici poteſt quid alij fecerint. Pro quibus tamen, de his ſceleribus, à Magiſtratibus mulctandis, intercedebant Catholici, nec expugnari illorum procacia poterat. Aug. *ep.* 68. *ad Ian.* De hac collatione vide infra anno 412.

404. Hoc anno CARTHAGINE [d] habitum eſt CONCILIVM Cal. Iul. (quod Africanum II. ab aliis dicitur.) ex quo decreta eſt legatio ad Honorium Imp. contra Donatiſtas, vt imperiali cogerentur auctoritate, pacificè agere, qui fraterna conuentione, qua ad pacem, & concordiam fuerant inuitati, contempta, in eos conuenientes Epiſcopos, armata manu graſſati ſunt. Additum eſt Commonitorium eorum, quæ peterent: nimirùm, vt Eccleſia Catholica, quæ eos religioſo vtero genuit, & fidei firmitate nutriuit, eorum etiam proſpectione muniretur: ne temerarij homines religioſis temporibus infirmos populos terrendo, præualerent, quoniam ſecundùm leges deprauare non poſſunt. Deinde, vt altera lex, aurana, in ordinatores, & ordinatos hæreticos innouaretur: tum deinde reſcriptum, de non hæreditando, vel ex donationibus aliquid accipiendo, contra Donatiſtas confirmaretur.

d *Concilium Carthaginenſe.*

Et interim dum redirent Legati, vt conſultum eſſet Catholicorum ſecuritati, datæ litteræ ad Iudices, vt patrocinium ſuſciperent Catholicorum, additæque litteræ commendaritiæ ad Rom. Pont. & alios Epiſcopos, in locis illis, vbi Imp. morari contigiſſet.

Felix Manichæus, qui Hipponem Regium venerat, vt ſuos errores diſſeminaret, biduo diſputans cum Auguſtino, excipientibus Notariis, veritatem [e] agnoſcit, & hæreſim damnat. Quo ad Catholicam fidem conuerſo, Manichæorum ſecta penè concidit, cùm nullus inuentus ſit amplius, qui patrocinium eius publicè ſuſcipere ſit auſus. Diſputatio extat apud Aug. *contra Felicem Manich. & aduerſus Fauſtum* 30. *libris.*

e *Felix Manichæus ab Auguſtino conuictus, cōuertitur, & eius ſecta concidit.*

405. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] AFRICANVM III. in quo ſancitum eſt, vt per legationem ad Comitatum ablegatam Imperatori, de illis, qui relicto ſchiſmate ad Catholicam Eccleſiam rediiſſent, gratiæ agerentur.

f *Concilium Africanum.*

ANNO DOM.

a *Honorius Arcadio ſuadet, vt Concilium congregari iubeat.*

Hoc eodem anno congregati Epiſcopi Italiæ, Honotium Imp. [a] orabant, vt Arcadio ſcriberet, quatenus iuberet, Theſſalonicæ Concilium fieri, & interim Ioannem ab exilio reuocari, vt ad gradum priſtinum reſtitutus, cauſam coràm Epiſcopis, qui nec odio, nec amore flagrarent, vnà cum Theophilo diceret. Annuit Honorius, & tum Arcadio ſcripſit, tum Innocentio [b] auctor fuit, vt & ipſe quinque Epiſcopos, & duos presbyteros, cum ſuis legatis, & aliorum Italiæ Epiſcoporum litteris ad Arcadium in cauſa Ioannis mitteret. Miſit Innocentius, & Concilij totius Occidentis Commonitorium dedit Legatis in hæc verba: *Non oportere Ioannem iudicium aggredi, niſi illi prius Eccleſia, communioq; redderetur: vt omni dilationis occaſione ſublata, ſua ſponte Concilium ingredi poſſet.*

b *Innocentius Papa Cõcilij auctor.*

c *Concilium Toletanum.*

Hoc anno celebratũ eſt CONCILIVM [c] TOLETANVM (inſcriptum, I. cùm 406.
tamen alterum præceſſerit) ſub Anaſtaſij Papæ anno tertio, Stilicone ipſo primum Conſule (quod occaſionem dedit permiſcendi in vnum duo Concilia, non agnoſcendo duos eius Conſulatus) nouendecim Epiſcoporum, tempore Honorij, & Arcadij, Stilicone Conſ. (*iterum*) Patrono Epiſcopo Præſidente, ſub die 7. Idus Sept. ita eſt *in tom. 1. Concil.* Extat ibidem Innocentij epiſtola ad Concilium, *num. 24. inter eius epiſtolas.* Porrò Eccleſia Hiſpaniarum, [d] vt ipſe teſtatur Innocentius, erat adhuc agitata ſchiſmate, atque fœdata Epiſcoporum ordinationibus perperam factis, quas tamen tolerandas putauit, ne grauiorem pari ipſa ſciſſuram cogeretur: nonnihil etiam vexabatur [e] hæreſi Priſcilliana.

d *Hiſpana Eccleſia ſchiſmate fœdata.*

e *Hæreſi vexata.*

Habet idem Concilium multa ad rectè componendam Eccleſiaſticam diſciplinam, accommodata, viginti regulis definita.

Innocentius porrò *epiſt.* 10. irritam reddit ſententiam illam, qua dicebatur, Coniugium ante baptiſmum initum, ſic per baptiſmum, quod ad bigamiam conſtituendam, obliterari, vt ducens aliam, poſt baptiſmum, bigamus minimè efficiatur: quod ſenſit aliquando Hieron. *epiſt. ad Ocean. num.* 83.

f *Exuperius Epiſcopus Toloſanus Papam conſulit.*

g *Exuperius licèt pauper, pauperum curam gerit.*

Per eadem tempora Exuperius [f] Tolozanus, Innocentium Romanum, eũquam Principem Epiſcoporum de quibuſdam difficultatibus conſuluit. Ornabat illum S. Hieronymus iſtis elogiis ad Ruſticum ſcriptis, *ep. 4. & 11.* S. Exuperius Toloſæ [g] Epiſcopus, viduæ Sareptenſis imitator, eſuriens paſcit alios, & ore pallente ieiuniis, fame torquetur aliena, omnémque ſubſtantiam Chriſti viſceribus erogauit.

h *Calix vitreus.*

i *Exuperij merita Toloſam ne rueret tenuerunt.*

Nihil illo ditius, qui corpus Chriſti Domini caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro (calix tunc [h] erat vitreus) qui auaritiam eiecit de templo: qui abſque funiculo, & increpatione cathedras vendentium columbas, id eſt, dona S. Spiritus, menſaſque ſubuertit mammonæ, & nummulariorum æra diſperſit: vt *domus Dei, domus vocetur orationis, & non latronum ſpelunca.* Toloſa, vt non [i] rueret, S. Exuperij merita meruerunt.

k *Concilium Africanum, ſeu Carthagineum.*

Hoc anno CONCILIVM [k] AFRICANVM IV. ſeu CARTHAGINE 407.
Idibus Iunij celebratur, in quo decreta legatio ad Honor. Imperatorem pro defenſione rerum Eccleſiaſticarum, aduerſus Donatiſtas, atque Paganos: ſancitúmque, vt ad Comitatum euntes, Formatas acciperent ad Rom. Pont. à quo aliam quærerent Formatam ad Imp.

l *Eccleſiarum diſſenſiones ad Papam mittuntur decidendæ.*

Hæc idcirco, ne hæretici Catholico nomine velarentur: in Concilio Africano. *cap. 62. Item* [l] *placuit,* inquiunt PP. *vt de diſſenſione Romana, atq; Alexandrina Eccleſia ad S. Papam Innocentium ſcribatur, quo vtraq; Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.* Concilij Africani. *cap.* 68. Theophili enim, nec ſectatorum Innocentius voluit accipere litteras. Quod ex eius epiſtola ad Alexandrum Epiſcopum Antiochenum, poſtea data, de Acacio eius factionis anteſignano, cognoſcitur. *ep. eſt* 18.

m *Innocentius Imper. & Imperatricem excommunicat.*

n *Itemq. excommunicat Epiſcopos, & Clericos eis adminiſtrantes.*

Eodem anno Innocentius acerrimas [m] ad Arcadium ſcribit litteras, quæ extant apud Gennad. Niceph. Glicam, & in Bibliotheca Vaticana, in quibus ſententia excommunicationis in Arcadium continetur. *Itaque*, inquit, (poſt multa) *ego minimus, & peccator, cui thronus Magni Apoſtoli Petri creditus eſt, ſegrego, & reijcio te, & illam* (Eudoxiam vxorem) *à perceptione immaculatorum myſteriorum Chriſti Dei noſtri: Epiſcopum etiam* [n] *omnem, aut Clericum Ordinis S. Dei Eccleſiæ, qui adminiſtrare, aut exhibere ea vobis auſus fuerit, ab ea hora, qua præſentes vinculi mei legeritis litteras,*

dignitate

ANNO DOM.

dignitate ſua excidiſſe decerno. Quòd ſi,[a] *vt homines potentes, quenquam ad id vi adegeritis, & Canones nobis à Saluatore, per ſanctos Apoſtolos traditos, tranſgreſſi fueritis; ſcitote, id vobis non paruum peccatum fore, in horrenda illa Iudicij die,* &c. *Arſacium,*[b] *quem pro magno Ioanne in thronum Epiſcopalem produxiſtis, etiam poſt obitum exauctoramus, vnà cum omnibus, qui conſultò cum eo communicarunt Epiſcopis; cuius etiam nomen ſacro Epiſcoporum albo non inſcribatur. Indignus eo honore eſt, qui Epiſcopatum, quaſi adulterio polluerit,* &c. Ad Theophili anathematiſmum, addimus abrogationem, & abſolutam à Chriſtianiſmo alienationem.

a *Innoc. cauet, ne per vim ad id aliquem Eccleſiaſticum impellant.*
b *Arſacium intruſum etiam poſt mortem exauctorat.*

Extant ad Innocentium[c] Arcadij litteræ, vnæ quidem apud Glicam, aliæ verò in Codice Vaticano, quibus purgat ſe, pœnitentiam præfert, Eudoxiam ait ſe caſtigaſſe; ſic, vt grauiſſimo morbo decumbat: Acacium, Seuerianum, & alios Epiſcopos ſe comprehendi iuſſiſſe, vt dent pœnas: denique abſolutionem ab excommunicatione demiſsè precatur. Apud Glicam ſubduntur Innocentij huiuſmodi ad Arcadium litteræ: *Studium,*[d] *diligentiamq́ue veſtram Dei præſcripto, & voluntati conſentaneam, quam propter ipſius nomen declaraſtis, accepimus, & probauimus. Quapropter ſacris à vinculis ſoluti, ad ſigna Dominica confirmatis animis accedite.*

c *Imperator reſipiſcit, & abſolutionem petit.*
d *Innoc. Papa Imperatorem abſoluit.*

Arcadius Imp. Cal. Maij è vita tollitur anno ætat. 31 cùm imperaſſet vnà cum patre ann. 12. poſt obitum verò patris 13. m. 3. Socr. *l. 6. c. 21.*

Theodoſius filius puer ſub tutela Iſdegordæ Regis Perſarum ſuccedit.

408. Hoc eodem anno AFRICANVM[e] CONCILIVM V. & VI. Carthagine coactum eſt hac occaſione. Poſt obitum Stiliconis, in Africa Gentiles, & Donatiſtæ falſo rumore iactabant, latas contra ſe leges nequaquam ex voluntate extitiſſe Honorij Imp. ſed opera Stiliconis, & quaſi earundem auctoritas vnà cum ipſo Stilicone eſſet extincta, in Catholicos inſurrexerunt, atque nonnullos etiam Epiſcopos necauerunt. In hoc ergo Concilio duæ legationes ad Imper. deſtinatæ ſunt: qui etiam per Auguſtini epiſtolam ſollicitatus, ex ſua ſententia multis reſcriptis, leges Stiliconis aduerſus Donatiſtas confirmauit, ac ampliauit.

e *Concilium Africanum*

409. Hoc anno CONCILIVM[f] AFRICANVM VII. habitum eſt, in quo confirmata ſunt ea, quæ in præcedentibus definita fuêre.

f *Concilium Africanum*

410. Hoc anno Carthagine celebratum eſt CONCILIVM[g] AFRICANVM VIII. in quo determinata legatione ad Imp. Honorium, ipſum rogant, vt edictum pro Donatiſtis latum reuocet. Lex talis data erat, vt libero cultu quis Chriſtianitatem acciperet.

g *Concilium Africanum.*

Pelagiana hæreſis hoc tempore in tali ſtatu erat, vt cùm propalarentur errores, auctores tamen latere cuperent: hácque de cauſa Inſulas ad docendum eligerent, duáſque ſimul peſtilentiæ cathedras erexerint, alteram in Sicilia ad decipiendos Occidentales: in Rhodo inſula alteram, ad corruptionem Orientalium. Hieron. *præfat. lib. 4. comm. in Hierem.*

Alaricus Gothorum Rex traiicere exercitum in Siciliam fruſtra tentans, repentina morte occupatus, apud Conſentiam, in medio Baſentij amnis alueo, cum multis opibus ſepelitur.

411. Hoc eodem anno celebrata eſt Carthagine in Africa famoſiſſima illa collatio[h] inter Catholicos, & Donatiſtas, diu expetita, ſæpe tentata, nunquam autem, teſilientibus illis, effectu conſummata, cognitore Marcellino, conuenientibus Epiſcopis centum octoginta ſex de Catholicis (cum diuerſis neceſſitatibus domi detenti eſſent centum viginti, & ſexaginta ſedes vacarent) de Donatiſtis verò centum quinquaginta nouem, cùm anno Dom. 394. Bagaiæ in Numidia, aduerſus Maximianiſtas, conueniſſent quadringenti, ſex minus, exceptis Maximianiſtis, qui & ipſi Donatiſtæ erant, ſed ab eiſdem ſchiſmate ſeparati: ex quibus apparet, quantum profuerint in Donatiſtarum conuerſione Orthodoxi Epiſcopi, atque præcipuè Auguſtinus. Sed quid collationis, diebus ſingulis actum ſit, ex rebus geſtis à Notariis exceptis, S. Aug. ſumma breuitate compendium ſcripſit, quod *Breuiculum* nominauit. Verùm, Acta ipſa integra extant hac ætate reperta, & edita. Cognitor pronunciauit, omnium documentorum manifeſtatione à Catholicis Donatiſtas confutatos. Quæ collatio, etſi perditiſſimis illis pſeudoepiſcopis, nihil attulit emolumenti, imò diſpendium, cùm ex ea iidem redditi ſint duriores; cæteros ex plebe; & ex eis, qui *Circumcelliones* dicebantur, quàm plurimos ad Eccleſiam

h *Collatio inter Catholicos & Donatiſtas.*

reductos,

reductos, idem S. Auguſtinus *ad Gaudentium, poſt collationem*, teſtatur.

Hoc anno Synodus Ptolemensis in Lybia celebrata eſt, in qua Andronicus Prouinciæ Præfectus, ob multa ſcelera, & impia aduerſus Eccleſiam perpetrata; communi omnium ſententia excommunicationis pœna mulctatur. Extat ſententia (apud Syneſium *ep.* 58.) in qua poſt recenſita crimina, hæc ſequuntur: *Poſtquam non amplius admonendus eſt homo, ſed velut inſanabile membrum à nobis reſecandus, vt ne ſocietate, etiam id quod ſanum eſt, ſimul corrumpatur* (nam inquinamentum facilè diſtribuitur, & qui tangit ſceleſtum, particeps fit reatus ipſius: oportet autem, & mente, & corpore puros Deo eſſe.) *Propter hæc Ptolemaidis Eccleſia ad omnes vbique terrarum ſorores ſuas, hac demandat. Andronico, & ſuis, Tonanti* [a] (miniſtro eius impio) *& ſuis, nullum templum Dei aperiatur: omnis ſacer cœtus, omne ſacrum templum concluſum ſit. Non eſt Diabolo portio in Paradiſo. Qui etiamſi clandeſtinè ingreſſus ſit, expellatur. Admoneo igitur, & priuatum quemque, & Principem, vt neq; ſub eodem tecto cum ipſo habitet, neq; eadem menſa participet. Sacerdotes autem præcipuè* (admoneo ſcilicet) *qui neque viuentes ipſos alloquantur, neque mortuos ſimul deducant. Si verò quis velut parua Ciuitatis Eccleſiam reprobarit, & excommunicatos ab ipſa receperit, velut neceſſe non ſit pauperi obedire, is ſciat, ſe ſcindere Eccleſiam, quam vnam Chriſtus eſſe vult. Talis autem, ſiue Leuita eſt, ſiue presbyter, ſiue Epiſcopus, à nobis in Andronici ſorte locabitur, & neque porrigemus ipſi dexteram, neque vnquam de eadem menſa, cum ipſo cibum capiemus. Multum autem abeſt, vt in arcano myſterio communionem habituri ſimus cum his, qui cum Andronico, & Tonante ſortem habere voluerint.* Hactenus verba ſententiæ excommunicationis ab Epiſcopis in eos prolatæ, inter quos Syneſius principem locum tenebat.

a Excommunicationis grauis ſententia in Andronicum Præfectũ inlata.

Quid poſt hæc Andronicus, homo arrogans, crudelis in homines, in Eccleſiam contumelioſus, & in ipſum quoque Deum blaſphemus? ſimul ac ſenſit, ô rem mirandam, ſe Apoſtolica cenſura in interitum carnis datum ſatanæ, vnde lethale vulnus accepit, inde quoque expetiit [b] medicinam: redditur fera beſtia cicuris, lambit veſtigia Domini ſui, tamque feſtinè, vt datas præueniens litteras, conuenerit Epiſcopos, quæ pro ſe peterent veniam à Syneſio. Qui cùm noſſet hominem, timerétque ne hæc foris tantum ſpecie tenus præ ſe ferret, inflictam non ante relaxauit pœnam, quàm ipſe plenè ſatisfactuum fore polliceretur. Inter alia autem, quod maximum omnium æſtimari debet, cum à Tribunali depoſuit, in quo, in Deum, & homines multa peccauerat. Quanta hæc auctoritas [c] Epiſcoporum, vt malè iudicantes Præſides ceſſare imperet? Epiſtola perbreui ad Theophilum.

b Andronicus reſipiſcit, & abſolutionem petit.

c Epiſcoporũ auctoritas in Præſidibus deponendis.

Apparuit ex hoc quidem iudicio, Epiſcoporum iuris fuiſſe præſidere Præſidibus, & perperam ab eis facta corripere, Eccleſiaſtica auctoritate, ex imperita ſibi à Deo omnium Domino poteſtate. Exemplo verò pœnitentiæ Andronici colligitur, quo ſtatu, & loco habendi, & quàm longè poſt Andronicum ſtatuendi, qui anathematis ſententiam ob patrata ſcelera ab Epiſcopis ad ſalutem percuſſi, negligunt illam, atque contemnunt. Legendæ hac ipſa de re Syneſij epiſtolæ 78. & 79.

Hoc eodem anno D. Hieronymus [d] Pelagij, & Cœleſtij hæreſes hactenus occultas retegebat: vnde ſcribens ad Cteſiphontem ſic vrgebat: *Eccleſia victoria eſt, vos apertè dicere quod ſentitis. Aut enim reſponſuri eſtis quod & nos loquimur; & nequaquam eritis aduerſary, ſed amici: aut ſi contraria noſtro dogmati dixeritis; in eo vincemus, quod omnes cognoſcunt Eccleſia quid ſentiatis. Sententias* [e] *veſtras prodidiſſe, ſuperaſſe eſt.* Et infrà. *Vnus diſcipulorum Pelagij, Celeſtius, immo iam magiſter, & totius ductor exercitus, & contra Apoſtolum vas perditionis, per ſolæciſmorum, & non, vt ſui iactant, ſyllogiſmorum ſpineta decurrens, ſic philoſophatur, & diſputat: Si nihil ago abſque Dei auxilio, & per ſingula opera, eius eſt quod geſſero; ergo non ego, qui laboro, ſed Dei in me coronabitur auxilium: fruſtráque dedit arbitrij poteſtatem, quam implere non poſſum, niſi me ſemper adiuuerit; deſtruitur enim voluntas, qua alterius opes indiget. Sed liberum arbitrium dedit Deus; quod aliter liberum non erit, niſi fecero quod voluero. Ac per hoc ait: Aut vtor ſemel poteſtate, qua mihi data eſt, vt liberum ſeruetur arbitrium: aut ſi alterius ope indigeo, libertas arbitrij in me deſtruitur. Quis hæc dicit, quam non excedit blaſphemiam? quæ hæreticorum venena non ſuperat?*

d Hieronymus Pelagij & Cœleſtij hæreſes detegit.

e Hæreticorum ſententias prodere, ipſos ſuperare eſt.

ANNO DOM.

Confutauit poſtmodum iſtud dilemma Hieronymus, tam abundè, quàm argutè. Sicut & pari calamo S. Aug. Pelagij, & Cœleſtij hæreſim exagitauit.

412. Hoc anno initium habuiſſe [a] Religionem Carmelitarum dicitur. — a *Carmelitarum origo.*

Eodem anno, Donatiſtæ, qui poſt Collationem, proterui, ad Eccleſiam redire renuerant, his pœnis (ſcilicet vt Eccleſias Catholicis reſtituerent Epiſcopis; laici verò pecuniariis pœnis: Clericis verò exilium irrogauit Honorius Imperator) maiori obſtinatione obduruerunt, & crudeliore furore ſæuierunt: quorum aliquos cædis conuictos, rogat Auguſtinus [b] Marcellinum ipſum cognitorem, ne vita priuet. *epiſt.* 169. quam lenitatem putabat multum profecturam Eccleſiæ: *Si non audis*, inquit, *amicum petentem, audi Epiſcopum conſulentem: quamuis, quoniam Chriſtiano loquor, maximè in tali cauſa, non arroganter dixerim, audire conuenit te Epiſcopum iubentem.* — b *Epiſcopi in Præfectum auctoritas.*

Vides, Epiſcoporum [c] eſſe, Præfectis, quæ pia, quæ ſancta, & Chriſtianæ legi conſentanea imperare? — c *Epiſcopi Præfectis imperant.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [d] CIRTÆ in Numidia menſe Iunij, ea de cauſa, quòd Donatiſtæ, collatione victi, & confutati, atrocius graſſati eſſent, & verbis, ac ſcriptis, plura mendacia ſparſiſſent, corruptum à noſtris fuiſſe Iudicem, &c. vt quo modo illis occurrendum eſſet, in commune conſulerent. — d *Concilium Cirtenſe.*

Communi ſententia decretum, vt Synodalis epiſtola ad laicos Donatiſtas ſcriberetur.

Ad id pergens Concilium Auguſtinus, Tubutſico tranſiens, diſputationem habuit cum Fortunio Donatiſtarum Epiſcopo. Quid ea actum ſit, indicat ipſe *epiſt.* 163. in qua, & *cont. Creſcon.* 3. *cap.* 34. duobus potiſſimum argumentis coarguit Concilium Sardicenſe [e] ab aduerſario citatum, non fuiſſe Catholicum (quoddam ſcilicet Arianum, per fraudem Sardicenſe vocatum, nam Catholici Sardicenſis non videtur notitiam habuiſſe Auguſtinus) primò quòd in ea Iulius Romanus Epiſcopus legeretur eſſe damnatus. Secundò, quòd litteræ Synodales ab eo datæ legerentur ſcriptæ ad Epiſcopum Carthaginenſem, non autem (vt moris erat) ad Romanum Pontificem. Quibus intelligas, malè audiſſe apud antiquos, quidquid contra Rom. Pont. dictum, factum, editúmve legeretur: ſed quo loco habitus, quanti æſtimationis eſſe deberet ipſe Romanæ [f] Eccleſiæ Pontifex, idem S. Aug. ad eoſdem, ad quos ſcripſit, dictam de Collatione cum Fortunio epiſtolam, Epiſcopos, cum eodem argumento, de cauſa, nimirum Donatiſtarum, litteras dedit, hæc habet inter alia: *Cùm*, inquit de Cæciliano, *ſe videret, & Rom. Eccleſiæ, in qua ſemper Apoſtolicæ Cathedræ viguit principatus, & cæteris terris, vnde ad ipſam Africam venit, per communicatorias litteras eſſe coniunctum, &c.* arguens, ob hoc, Catholicum [g] Cæcilianum eſſe cognitum, & probatum, quod Romano Pontifici communicatoriis litteris eſſet coniunctus. — e *Sardicenſe concilium duplex.* — f *Rom. Pont. ab Auguſt. quaſi factus.* — g *Catholicus vnde quis probatur.*

Eodem tempore Iouinianus [h] hæreſiarcha, licèt ſæpè reiectus, permanſit tamen in Italia vſque ad hæc tempora, magno Eccleſiæ detrimento. Quo tempore ab Imperatore Honorio relegatus eſt in inſulam Boam. ex quo nunquam amplius auditus eſt. De cuius obitu Gennad. *de vir. illuſtr. capite quinquageſimo tertio.* ex Paulo presbytero ait, inter luxurioſas epulas animam eructaſſe. — h *Iouinianus hæreſiarcha relegatus, & inter epulas mortuus.*

Hoc tempore cùm quis accuſatus eſſet, nec planè reus conuinceretur, vt damnari poſſet, nec innocens, vt abſolui: conſueuêre hũiuſmodi [i] tum reum, tum actorem, per iuramentum purgandos, ad ſepulchra SS. Martyrum mittere, illorum præſertim, quorum virtus in miraculorum editione omnibus nota eſſet, ſic Auguſtinus Bonifacium presbyterum, & eius accuſatorem ad S. Felicis corpus Nolam dimiſit, *ep.* 187. Mediolani quoque eam viguiſſe conſuetudinem iurandi ſuper loculum SS. Martyrum: idem Aug. *eadem ep.* teſtis eſt. Fuiſſe Romæ etiam eandem conſuetudinem, & perduraſſe adhuc temporibus D. Gregorij Papæ, ipſe fidem facit *hom.* 32. *in Euang. Ad extincta* [k] *namque*, inquit, *eorum corpora* (Proceſſi, & Martiniani) *viuentes ægri veniunt, & ſanantur: periuri veniunt, & à Dæmonio vexãtur: Dæmoniaci veniũt, & liberãtur.* S. Greg. quoq; Turon. *de glor. mart. c.* 38. idẽ affirmat, — i *Iudiciorum mos per iuramentũ ad ſepulchra SS. MM.* — k *Miracula ad ſepulchra MM.*

exemplo de ſancto Pancratio Romæ in periuros acerrimo vltore.

a Clerici à ſæcularibus non iudicentur.

Honorius Imp. hoc anno adiecit reſcripta pro rebus, & perſonis Eccleſiaſticis, ne ſcilicet bona Eccleſiaſtica diuerſis aliis, prærer canonicam penſionem, reneantur obligata muneribus, néve Clerici [a] apud alios Iudices, quàm Epiſcopos, iudicio poſtulentur. *l. 40. & 41. de Epiſc. & Cler. Cod. Theodoſ.*

b Epiſcopi laicos etiam iudicant.

c Excommunicatio etiam iniuſtè lata, non contemnenda.

Porrò non Clericos modò, ſed & laicos, [b] & Magiſtratu fungentes, ſi quid in Deum peccaſſent, vel iura Eccleſiaſtica violaſſent, Epiſcopi iudicabant, quorum iudicium tanti ponderis æſtimabant, vt licèt iniuſtam excommunicationis [c] ſententiam eos aliquando ſubire contigiſſet, haud tamen contemnendam putarent, ſed ad alios, talia paſſi, Epiſcopos recurrerent, agentes ſupplicibus votis, vt iniuſtè lata ſententia, ab eo, qui eam tulerat, ſcinderetur.

d Nouatiani miraculo diuinitus puniuntur.

413 Hoc anno vndique expulſi Nouatiani, hactenus tolerati, diuino quoque iudicio [d] oſtenſi ſunt eſſe repulſi, miraculo illo, quod deſcribit S. Paulinus *in carmine ad Cytherium*, vbi agit de Martiniano naufrago, vecto naue Nouatiani hominis, cùm ipſa nauis abſque aliqua maris tempeſtate, ſoluta compagibus ebibens vndam, deglutitur à mari, Nouatianis omnibus, atque cæteris infidelibus pereuntibus: Catholicis fidelibus tantùm ſaluis. *epiſt. numerò* 42.

e Donatiſtæ grauiſſimis pœnis mulctantur.

414 Hoc anno Honorius Imperator dato [e] Reſcripto, grauiſſimis pœnis, mulctat Epiſcopos, Clericos, Laicos Donatiſtas, miſſo ad Legis executionem in Africam Dulcitio Tribuno, & Notario, vt teſtatur S. Auguſtinus *lib. 2. Retract. capite 59. l. 54. de hæret. Cod. Theodoſ.* Qua lege promulgata in Africa, in Concilium ſtatim conueniunt triginta Donatiſtarum Epiſcopi, ſtatuúntque non deferendas Eccleſias, nec patiendum, in Inſulas, externáſve regiones exules deportari: ſed cùm vis Præfectorum ingrueret, anteuertere debere eorum conatus voluntaria morte: ſic ratos fore, vt vel à ſuis colerentur vt Martyres, vel Iudicum commiſeratione, talia ab his fieri exhorrentium, ſinerentur in ſuis ipſorum Eccleſiis permanere. Hæc omnia ex Auguſtino perſpicua ſunt *contra Gaudentium lib. 1. cap.* 37. Id autem plures feciſſe quod ſtatuerant, apparet ex Aug. *cont. Gaudentium. lib. 1. c.* 19.

Conſultus à Dulcitio Auguſtinus (cùm litteras Gaudentij refellendas ab eo ad ſe Miſſas accepit) quid ſibi agendum eſſet, reſpondit (*ep. 1.*) præſtare, vt per mortes, etiam voluntarias paucorum, plures ſeruarentur.

f Synodus in Macedonia.

Eodem anno Synodus [f] Prouincialis in Macedonia habita eſt; in qua pro confirmatione rerum geſtarum, miſſa eſt legatio ad Innocent. Papam per Vitalem Archidiaconum (*ex ep. Innoc. 27.*) quemadmodum & confirmauit, reſciſſis [g] aliquibus perperam factis.

g Papa reſcindit non bene geſta.

h Synodus Dioſpolitana.

415 Hoc anno Diospoli [h] in Palæstina, collecta eſt Prouincialis Synodus quatuordecim Epiſcoporum, in qua Pelagius coactus eſt damnare ſuas hæreſes, fideíque profeſſionem emittere: & ſic abſolutus fuit. De qua re S. Aug. *Fefellit*, inquit, *Iudicium Palæſtinum ipſe Pelagius* (inquit S. Aug. *lib. 2. de peccat. orig. cap 8. & 9.*) *propterea ibi videtur eſſe purgatus. Romanam verò Eccleſiam, vbi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere vſquequaque non potuit: quamuis & hoc fuerit vtcunque conatus, ſed vt dixi, minimè valuit.*

i Pelagij hæreſis capita 12.

Capita [i] hæreſûm Pelagij hæc erant. I. Adam factus eſt mortalis, qui ſiue peccaſſet, ſiue non peccaſſet, mortuus eſſet.

II. Peccatum ipſius ipſum ſolum læſit, & non genus humanum.

III. Infantes nuper nati, in illo ſtatu ſunt, in quo Adam fuit ante præuaricationem.

IV. Per mortem, & præuaricationem Adæ, non omne genus humanum moritur: & per reſurrectionem Chriſti, non omne genus humanum reſurgit.

V. Infantes etiamſi non baptizentur, vitam æternam habere poſſunt.

VI. Diuites baptizati, niſi omnibus abrenuncient, ſi quid boni viſi fuerint facere, non reputatur illis, nec poſſunt habere regnum Dei.

VII. Gratia Dei, atque adiutorium, non ad ſingulos actus donatur, ſed de libero arbitrio eſt, vel in lege, atque doctrina.

ANNO DOM:

V I I I. Gratia Dei ſecundùm merita noſtra datur.

I X. Filij Dei non poſſunt vocari, niſi omni modo, abſque omni peccato fuerint effecti.

X. Non eſſet liberum, ſi Dei indigeret auxilio, quoniam in propria voluntate habet vnuſquiſque facere aliquid, vel non facere.

X I. Victoria noſtra non eſt ex Dei adiutorio, ſed ex libero arbitrio.

X I I. Petentibus veniam, non datur ſecundùm gratiam, & miſericordiam Dei, ſed ſecundùm merita, & laborem eorum, qui per pœnitentiam digni fuerunt miſericordia. Hæc omnia Pelagius ſic anathematizauit, vt nihil ad ea quoquo modo defendenda diſputationis attulerit.

Cæterùm verſutus [a] in dolo tunc egit. Quàm primùm enim in Concilio illo euaſit, non ſolùm ea, quæ damnauerat, ſed etiam alia contra Eccleſiam Catholicam dogmata, docere præſumpſit. Fefellit itaque iudicium Palæſtinum Pelagius: Romanam tamen Eccleſiam fallere vſquequaque non potuit.

a Pelagius verſutus.

416. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] CARTHAGINENSE VI. LXXVII. Epiſcoporum, aduerſus Pelagium: in quo Pelagius, [c] Cœleſtiúſque damnati, niſi iidem parati eſſent ſuas ipſorum hæreſes condemnare. Epiſt. Synodalis ad Innoc. qua petunt à ſe ſtatuta confirmari. Proſper *carm. de ingratis.* Aug. *ep.* 90.

b Concilium Carth.
c Pelagius, Cæleſtiuſq; damnati, ni reſipiſcant.

Eodem anno CONCILIVM [d] MILEVITANVM II. habitum eſt, contra Pelagium, & Cœleſtium, ſicuti & in Concilio Carthaginenſi præcedenti factum eſt. Ab vtraque enim Synodo (apud Aug. *ep.* 82 *&* 90. *&* 92.) miſſus eſt Iulius Epiſcopus ad Innocentium Rom. Pont. ad quem cùm anathematizationem Pelagij, [e] & Cœleſtij ſcriberent, hæc ſubiunxerunt: *Hoc* [f] *itaque geſtum, Domine frater, ſanctæ charitati tuæ intimandum duximus, vt ſtatutis noſtræ mediocritatis, etiam Apoſtolicæ Sedis adhibeatur auctoritas, pro tuenda ſalute multorum, & quorundam etiam peruerſitate corrigenda.*

d Concilium Mileuitanum.
e Pelagius, & Cæleſtius damnati.
f Concilij Patres ad Papam ſcribunt.

Mileuitani quoque Concilij Patres, hunc in modum ſcripſerunt Innocentio Romano. *Quia te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede* [g] *Apoſtolica collocauit, talemq́; noſtris temporibus præſtitit, vt nobis potius ad culpam negligentiæ valeat, ſi apud tuam venerationem, quæ pro Eccleſia ſunt ſuggerenda, tacuerimus, quàm ea tu poſſis vel faſtidioſè, vel negligenter accipere: magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligentiam, quæſumus adhibere digneris.*

g Apoſtolica Sedes ſuper omnes.

Ad [h] omnia (Aug. *ep.* 106.) vtrique Concilio Innoc. Rom. Pontifex reſcripſit eodem modo, quo fas erat, atque oportebat Apoſtolicæ Sedis Antiſtitem: ita vt Zoſimus Papa, in eadē cauſa opus habuerit reſcribere confirmando, in hæc verba: *Conſtituimus in Pelagium, atque Cæleſtium, per Venerabilem Epiſcopum Innocentium de beatiſſimi Apoſtoli Sede prolatam manere ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur gratiam Dei* Proſp. *adu. Collatorem.*

h Innoc. Papa ad omnia reſpondit.

In hoc Concilio extant [i] eodem argumento Canones 8. aduerſus eandem hæreſim editi, perperàm relati ad aliud Conc. Mileuitanum antea celebratum, ſub Conſulatu Arcadij, & Honorij, cùm nondum hæc hæreſis innotuiſſet Africanis Eccleſiis. Collectores conflarunt vnum ex duobus Conciliis Mileuitanis, in cuius exordio præfixa habetur nota diei, & Conſulis, quæ eſt prioris, & cætera, vſque ad illa verba: (*Ideoq́; pariter.*) Quæ verò ſequuntur Acta, poſterioris ſunt Mileuitani Concilij vſque ad 8. *can.* reliqui verò vſque ad finem, diuerſorum apparent eſſe Africanorum Conciliorum. Synodalis, ex eo miſſa, pro more ad Rom. Pontificem. apud Auguſtinum *ep.* 92.

i Mileuitana Cōcilia duo fuerunt, non vnum.

Patres vtriuſq; [k] Concilij, poſt damnatam hæreſim Pelagianam, delegant Auguſtino onus, ſuis ſcriptis inſectandi nefandam hæreſim, quod & præſtitit vberrimè, & doctiſſimè. Qua de re agit *ep.* 110.

k Concilij Patres Auguſtino onus imponunt vt Pelagij hæreſim confutet.

417. Hoc anno Pelagius [l], qui Hieroſolymis, ideo habitare elegiſſe creditur, quo ex toto Orbe Chriſtiano concurrerent gentes, vt commodius peſtem ſuæ hæreſis, per vniuerſam Eccleſiam diffunderet: videns, ſuam purgationem in Concilio Palæſtino ab Innocentio non eſſe receptam, ſed priori apud eum teneri obſtrictum damnatione, omni adhibita fallendi arte, ſui purgationem ſcripſit ad Innoc. & libellum ſuæ fidei miſit.

l Pelagij fraus.

Anno Dom. 417.

a Innoc. Papa moritur.

Innocentius [a] Papa V. Cal. Aug. migrat in cœlum, cùm ſediſſet annos quindecim, menſem vnum, & dies decem.

b Zoſimus Papa ſuccedit.

Zosimvs [b] natione Græcus, patre Abrahamo, poſt vigeſimum ſecundum vacationis Sedis diem Innocentio ſucceſſit, Theodoſij, & Honorij temporibus. Conſtituit, vt Diaconi, dum celebraretur, leuas tectas haberent linoſtinis. Quod verò in Pontificali ſcribitur, per parochias conceſſiſſe licentiam benedicendi cereum Paſchalem; non [c] eſt intelligendum, à Zoſimo, primum eius vſum inuentum; ſed illud tantùm, vt idem cereus, qui in maioribus tantùm Baſilicis incendi ſoleret, æquè ſingulis parochiis concederetur. Antiquiorem enim eius fuiſſe vſum, Prudentius hymno, quem de eo cecinit, oſtendit.

c Cerei vſus antiquior Zoſimo.

Poſtremò, creatis in vrbe Roma presbyteris decem, diaconis tribus, Epiſcopis octo, moritur, ac ſepelitur viâ Tiburtinâ apud corpus B. Laurentij Mart. ſeptimo Cal. Ian. Sedit annum vnum, menſes tres, dies 12. Vacat tum Sedes dies vndecim.

d Cœleſtij fraus.

Hoc eodem anno 417. Cœleſtius à Concilio Carthag. [d] damnatus, ante quinquennium appellauerat ad Sedem Apoſtolicam: ſed certus ſe experturum Innoc. Papam ſibi aduerſantem, appellationem non eſt proſequutus. Cuius appellationis elapſo tempore, Zoſimo adito, querelas aduerſus accuſatores ſuos ingeſſit, Heroem, & Lazarum Gallicanos Epiſcopos; & cùm ſciret, ſe etiam à Zoſimo fore damnandum, ſi detegeretur hæreticus, libellum Catholicum illi obtulit, appoſitis ad finem his verbis: *Si fortè* (vt hominibus) *quidpiam ignorantiæ error obrepſerit, veſtra ſententia corrigatur.*

Interrogatus etiam, ſi aſſentiretur epiſtolæ aduerſus errores Pelagij ab Innocentio ad vniuerſam Eccleſiam datæ, ſe conſentire profeſſus eſt: nec tamen ipſum ad Catholicam communicationem, priuſquam ad Africanos ſcriberet, (vt ſi quid cōtra Cœleſtium, quod proferrent, haberent, Romam mitterent) admiſit. ex Aug. *de peccato orig. cap. 6. 7. 8. cont. duas ep. Pelag. c. 3.*

e Pelagij fraus.

Id ipſum quod Cœleſtius, fecit [e] & Pelagius, litteris ad Innocentium (quas, eo mortuo, recepit Zoſimus) in quibus ſubdolè videri voluit Catholicus: profeſſus ſe in omnibus paratum eſſe ſentire quæ Rom. Pontifex ſentienda proponeret. Zoſimus eodē modo, de ipſo ſcripſit ad Africanos litteras, quæ extāt in Cod Vaticano.

Hoc eodem anno vt Paſcha non ſuo legitimo die celebraretur in Eccleſia, errore ſuppurationis Paſchalis temporis, factum eſt: ſed quo modo diuino quoque miraculo compertus ſit error, vt non permiſerit Deus, quidquam in Eccleſia agi perperam, Paſchaſius Epiſcopus Lilybæi narrat *in ep. ad S. Leonem Rom. Pont. apud eum 65.*

Simile quiddam deſcribit Caſſiodor. epiſtola Athalarici Regis nomine ſcripta ad Seuerum *lib. 2. c. 33.* nocte S. Paſchatis ad fontis benedictionem, aquis in altum proſilientibus, & quaſi deuotione ſolemni præparantibus ſe ad miracula, vt ſanctificatio Maieſtatis poſſit oſtendi.

f Fōtis baptiſmalis aquæ benedictio quanti facienda, ex miraculis etiā probatur.

Non eſt igitur parui facienda baptiſmalis [f] fontis benedictio, quam tanto miraculo annis ſingulis repetito, Deus voluit in Eccleſia Catholica, vt ſibi placita, conſignari.

Aliud quoque eiuſdem generis miraculum refert Greg. Turon. *de glor. MM. lib. 1. cap. 24.* Sophron. *c. 214. & 215.* Item Prat. Spir. ſimilia refert in oris Orientalibus contingere miracula.

Sub hoc Pontifice habita ſunt duo Concilia.

g Concilium Carth.

h Patres Concilij ſententiam Innoc. Papæ confirmant.

Hoc anno Africani Epiſcopi admoniti, inſtaurandum Romæ fore iudicium in cauſa Cœleſtij, qui ab illis damnatus, occurrerat ad Sedem Apoſtolicam; Concilio [g] Carthagine habito 214. Epiſcoporum; *Conſtituimus* [h] (inquiunt) *in Pelagium, atque Cœleſtium, per Venerabilem Innocentium de Beatiſſimi Apoſtoli Petri Sede prolatam manere ſententiam, donec apertiſſima confeſſione fateantur gratiam Dei per Ieſum Chriſtum,* &c.

i Zoſimus ad PP. Concilij de ſua auctoritate ſuprema docet.

Quòd autem conqueſti eſſent à Zoſimo admiſſum ad audientiam Cœleſtium ab ipſis damnatum, reſpondet his grauibus verbis [i] Zoſimus: *Tamen, cùm tantum nobis eſſet auctoritatis, vt nullus de noſtra poſſit retractare*

ſenten

ANNO DOM. 418.

ſententia ; nihil egimus, quod non ad veſtram notitiam noſtris vltrò litteris referremus, dantes hac fraternitati, & in commune conſulentes, non quid deberet fieri neſciremus, aut faceremus aliquid, quod contra vtilitatem Eccleſiæ veniens, diſpliceret ; ſed pariter vobiſcum voluimus habere tractatum, de illo, qui apud vos (ſicut ipſi per litteras dicitis) fuerit accuſatus, & ad noſtram, qui ſe aſſereret innocentem, non refugiens iudicium, ex appellatione priſtina, vexarit Sedem, accuſatores ſuos vltrò depoſcens, & quæ in ſe crimina per rumorem, falsò dicebant illata, condemnans, &c.

In ſumma, PP. Concilij Carthag. qui notant viri vafritiem, non erant contenti, vt Epiſcopi Innocentij litteris ſe conſentire faterentur, niſi apertè anathematizaret, quæ in ſuo libello praua poſuerat. Cùm hoc ab ipſo exigeretur, ſe ſubtraxit [a] examini: & poſtea coactus eſt, quid ſentiret, publicè interroganti Zoſimo, reſpondere ; poſt multa, retexit ſe, & apertè negauit originale [b] peccatum, in libello Zoſimo oblato. A quo errore noluit recedere, licèt conteſtationem illam præmiſiſſet : *Si quid erraret, paratum corrigi.* quod agebat Zoſimus, vt bonus medicus, vt morbidam ouem ſanaret. Sed curationem non admiſit. Ad extremum, Zoſimus damnationis [c] ſententiam tulit aduerſus vtrumque, Pelagium, & Cœleſtium, ſic conceptam, vt niſi correcti agerent pœnitentiam, damnati toto Orbe Chriſtiano cenſerentur. Proſp. *adu. Collat.* Aug. *de pecc. orig. cap. 8. & 22. & ep. 157. ad Optatum.*

a *Cœleſtius examini ſe ſubtraxit.*
b *Cœleſtius negat peccatum originale.*
c *Zoſimus damnat Pelag. & Cœleſt.*

Damnatione efferati Pelagiani, ad calumnias [d] ſe conferunt, & qui poſt Pelagium, & Cœleſtium videbatur eſſe anteſignanus, & ipſe damnatus Iulianus, Capuanus Epiſcopus, aduerſus Orthodoxos quatuor libros edidit.

d *Pelagiani ad calumnias ſe conferunt.*

S. Aug. hoc anno, poſt damnatam Pelagianam hæreſim, duos edidit libros, alterum de gratia Chriſti, alterum de peccato originali.

Nouum [e] etiam certamen, priori contrarium, Auguſtino hoc tempore incubuit, ſcribendi aduerſus planè negantes liberum arbitrium, ſed omnia gratiæ Dei tribuentes. Erant hi ex Monaſterio Adrumentino, [f] qui, quod grauius eſt, negabant, in die Iudicij, Deum eſſe redditurum præmium ſecundùm opera hominum. Contra verò alij, ſic defendebant liberum arbitrium, vt negarent Dei gratiam, aſſerentes, eam ſecundùm merita noſtra dari.

e *Auguſtinus noui certamen init.*
f *Adrumentini omnia gratia Dei tribuebat, lib. arb. negantes.*

Scripſit autem ad vtramque partem confutandam, duos commentarios, vnum *de grat. & lib. arb.* alterum *de corrept. & grat.* ambos ad Valentinum, & Monachos Adrumentinos.

Eodem anno TELEPTE [g] habitum eſt CONCILIVM, in quo ad definitionem cauſæ, de qua agebatur, iuſſum eſt recitari decretalem epiſtolam Syricij Rom. Pont. ad Africanos Epiſcopos datam.

g *Concilium Telepte.*

Vnde quanta Africanæ [h] Eccleſiæ erga Romanum Pontificem fuerit obſeruantia, nemo non intelligit.

h *Eccleſiæ Afric. erga Rom. Eccl. obſeruantia.*

Hoc tempore Auguſtinus [i] cum aliis Epiſcopis à Zoſimo Romano Pont. in Cæſaream Mauritaniæ mittitur, ad quaſdam Eccleſiaſticas cauſas terminandas. Ibi profanos, & ſacrilegos [k] ritus, qui in Eccleſia Africana, ex vſu Gentilium inhæſerant, vi verbi Dei ſuſtulit. De quorum vno, *ferm. 215. de temp.* ſic ait : *Iſti enim inſœlices, & miſeri homines, qui ballationes, [l] & ſaltationes ante ipſas baſilicas Sanctorum exercere nec metuunt, nec erubeſcunt, etſi Chriſtiani ad Eccleſiam venerint, Pagani de Eccleſia reuertuntur, quia iſta conſuetudo balandi, de Paganorum obſeruatione remanſit.*

i *Viſitator Auguſtinus deputatur.*
k *Abuſus tollit.*
l *Ballationes, & ſaltationes ante baſilicas interdicit.*

Suſtulit quoque in feſtis SS. MM. vſum cytharæ, conuiuia atque choreas. *de diuerſ. ſerm.* 115. Inſectatus eſt pariter abuſus [m] illos negligendi audire ſacras Miſſas, aut recedendi antequam abſoluerentur, colloquia miſcendi in Eccleſia ; & conquerendi de prolixitate Miſſarum. *ſerm. de temp. ducenteſimo quinquageſimo primo.*

m *Abuſus in Miſſa audienda tolluntur.*

Hoc item anno Zoſimus Papa ad Gallos, Hiſpanos, & Afros, decretalem epiſtolam dedit, aduerſus eos, qui ad ſacerdotium [n] confeſtim proruunt, abſque alia præuia miniſtratione in ſingulis, qui ſacerdotium præcedunt, ordinibus, definiens, quantum temporis in quolibet ordine quis debeat miniſtrare.

n *Zoſimus determinat tempus, in quo ordinatus in ordine debeat exerceri.*

Anno Dom. 419.

Bonifacius natione Romanus, gente Vtſinus, patre Iucundo presbytero poſt Zoſimum ad Apoſtolatus apicem aſcendit.

Schisma [a] Qvartvm.

a Schiſma IV.

Sub hoc Pontifice fuit ſchiſma quartum Eulalij contra Bonifacium. Nam dum Bonifacius in Baſilica Iulij vrbis Romæ Epiſcopus crearetur, Eulalius in Conſtantiniana electus, huic ſtatim obiicitur. Quod vbi Honorius, qui tum Mediolani erat, intellexiſſet, inſtante Placidia cum filio Valentiniano, ambo ab Vrbe pelluntur; & propter imminens Paſcha, mittit Achilleum Epiſcopum Spoletinum, qui Romæ ſacra myſteria celebret. Ad dirimendum igitur tantam cauſam, Imperator ſtudioſiſſimus Chriſtianæ concordiæ, plenius [b] Concilium ſtatuit congregare, litteris ad plurimos Epiſcopos miſſis, in quibus S. Paulinus Nolanus peculiari ſtudio euocatur. Ad Africanos quoque Epiſcopos ſcribitur, vt ad certum tempus adſint. Quòd verò indictum Concilium ad effectum perductum non ſit, Eulalij temeritas fuit, iuſtóque Dei iudicio factum eſt, vt ſuis operibus, abſque alio nouo iudicio, & tot ſanctorum Patrum fatigatione, in ſemetipſum ſententiam ſuæ repulſionis, licèt nollet, ipſe proferret. Eulalius enim contra mandatum Imperatoris, & Concilij, 15. Cal. Aprilis, meridianis horis Romam ingreſſus, occaſionem tumultui dedit, vt populus in duas factiones diuiſus, propemodum inter ſe confligeret: quo cognito, Imperator mandat, Eulalium vrbe excedere, & reluctantem vi expelli. Ab Epiſcopis igitur, qui plures conuenerant (ducentos, quinquaginta habet liber de Rom. Pont.) rectè Eulalius vrbe [c] expulſus, & cauſa planè cecidiſſe iudicatur: & Bonifacius vt verus, & legitimus Epiſcopus in vrbem reuocatus. Quæ ſententia ad populum perlata, magno gaudio eſt excepta, & gratiæ Imperatori actæ, biduóque poſt, Bonifacius pacificè cum fauſtis acclamationibus, Romam eſt ingreſſus. Qui conſtituit, ne mulier vlla, aut Monacha, ſacratam pallam attrectaret, aut thura contingeret: néve ſeruus, aut obnoxius, in clerum reciperetur, & multa alia. At vbi ex ſacris ordinibus ſemel habitis, presbyteros 13. diaconos 3. Epiſcopos 36. creaſſet, moritur, ac viâ Salariâ ſepelitur apud corpus ſanctæ Fœlicitatis Martyris 8. Calend. Nouemb. Sedit annos 4. m. 10. d. 7.

b Ad dirimendam cauſam tempore ſchiſmatis de veri Pontificis recognitione, Concilium indicitur.

c Eulalio expulſo, Bonifacius vt verus Pontifex ab omnibus agnoſcitur.

Mortuo Bonifacio, Clerici quidam, Eulalium ſtatim ad Vrbem reuocant, qui vel indignatione, vel contemptu rerum humanarum, reuocationem ſpernens, anno poſt Bonifacium moritur. Vacat tum Sedes d. 9.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt ſequentia Concilia.

Hoc anno 419. celebrata eſt mẽſe Maij Synodvs [d] Carthaginensis quæ ordine V. cenſetur, ex Legatis 22. Prouinciarum Africæ (nam quod habetur in fine, ſubſcripſiſſe 217. Epiſcopos, id factum poſtea à ſingulis domi, cùm ſubſcripſerunt Decretis à Legatis ſuis ſubſcriptis) affuerunt, & in eo Legati Sedis [e] Apoſtolicæ à Zoſimo miſſi, cum Commonitorio [f] eiuſdem Zoſimi, quo continebantur quatuor agenda cum Africanis Epiſcopis. Vnum de appellationibus Epiſcoporum ad Rom. Eccleſiam, firmatum Canone, vt dicebat, Concilij Nicæni *(qui eſt 7. Sardicenſis Concily.)* Alterum, ne ad Comitatum Epiſcopi importunè nauigent: quod nullo canone firmabatur (quantumuis æquè extaret Canon Sardicenſis) quia de illo nulla erat controuerſia, & iam antea id nouo Canone viſi erant confirmaſſe *(apud Conc. Afric. c. 73.)* dum ſtatuerunt, vt ad Comitatum ituri, Formatam acciperent à Rom. Pont. nec niſi ipſius arbitrio liceret illuc proficiſci. Tertium, de tractandis presbyterorum, & diaconorum cauſis apud finitimos Epiſcopos, ſi à ſuis excommunicati perperam fuerint. Sic quidem in textu. Sed addendum videtur: Et nihilominus liceret presbyteris, diaconis, & ſubdiaconis appellare, ſi libuiſſet, iudicia tranſmarina, id eſt, Rom. Pont. contra quam ſanxerunt iidem Africani Patres in Concilio Mileuitano *c. 22.* & Carth. apud African. *cap. 92.* quod Zoſimus improbauit. Quartum de Vrbano Epiſcopo excommunicato, vel etiam Romam euocando, niſi ea, quæ videbantur corrigenda, corrigeret. horum vtrumque firmatum auctoritate Concilij vt quidem nunc legitur, Sardicenſis.

d Synodus Carth.

e Legati à Papa ad Concilium mittuntur.

f Commonitorium Legatis datur.

Sed cùm de hoc, vt de primo, obiectum fuerit, non reperiri in Concilio Nicæno, coniectura eſt non leuis, vt loco Nicæni in textu (vt nunc legitur) fuerit

ANNO DOM.

emendatum, Sardicenſis, quòd ſciretur eſſe Canonem verè Concilij Sardicenſis.

Quidnam autem in eo ipſo Concilio hoc anno Carthag. celebrato decretum ſit, ipſi Africani Epiſcopi [a] in epiſtola, quam defuncto hoc anno Zoſimo dederunt ad eius ſucceſſorem Bonifacium Papam, declarant his verbis *apud Concil. Afric. cap.* 101. *Litteris noſtris ad eundem venerabilis memoriæ Zoſimum Epiſcopum datis, inſinuari curauimus, vt ea ſeruare ſine vlla eius memoria paulisper ſineremus, vſque ad inquiſitionem ſtatutorum Concilij Nicæni.* Hæc de potiori cauſa, nimirum de appellationis proſequutione: miſſis interim Alexandriam, Antiochiam, & Conſtantinopolim Legatis, ad exquirendos integros Canones Nicænos.

a Actu huius Concilij.

Hinc patet, quòd non erat cauſæ, cur Centuriatores [b] Zoſimo imponerent, quòd ipſe voluit ſuffurari ius appellationum ab Africanis, cùm non ipſe ſurripuerit, ſed illi ipſi detulerint [c] cauſarum cognitionem ad Romanam Sedem, & præſertim ex Concilio iſto Carthag. *cap.* 47. cùm de libris Canonicis ſcriberent. *Hoc etiam fratri, & conſacerdoti noſtro Bonifacio, & aliis earum partium Epiſcopis pro confirmando iſto Canone innoteſcat: quia à Patribus iſta accepimus in Eccleſia legendi.*

b Centuriatores conuincuntur.

c Africani deferunt cauſarum cognitionem ad Romanam Sedem.

Eodem tempore vixit, & ſcripſit Ferrandus, Eccleſię Carthaginenſis Diaconus concordantiam [d] Canonum: ex quibus vni ſub nomine Concilij Sardicenſis, aſſignauit titulum: *De Prouinciali Synodo retractanda per Vicarios Epiſcopi vrbis Romæ, ſi ita decreuerit.* Adeò vt euidens ſit, Africanos [e] Epiſcopos Romanæ Sedis Epiſcopi, & iudicium ſupremum controuerſiarum per appellationem decreuiſſe, & nunquam ſe, aut ab eius communione, aut ab Eccleſiæ Romanæ vnitate (quod quidam ſomniabat) etiam ſub tempus Wandalicæ perſecutionis ſeperaſſe.

d Confirmatur.

e Africani Epiſcopi Romanæ Sedis Epiſcopi, iudicium controuerſiarum per appellationem ſtatuunt.

Eodem anno CARTHAGINE [f] habitum eſt CONCILIVM, ad collapſam Eccleſiæ diſciplinam reſtituendam.

f Concil. Carthag.

420. Eodem anno, Chryſantio Nouatianorum Conſtantinopoli Epiſcopo, ſuccedit Paulus, ſub quo admirabile quiddam contigiſſe ſcribit Socrat. *lib* 7. *c.* 17. de quodam veteratore Iudæo [g] Chriſtianam fidem ſimulante, ſæpiúſque baptizato, ad corradendas pecunias, ab Arianis, à Macedonianis, ab Attico Conſtantinopolitano, ac demùm expetente rurſum baptizari à Nouatiano Epiſcopo, cùm bis Baptiſterij aqua, penitus euanuit. In quo quidem (niſi Socrates mentitus eſt, quod ſolent non rarò hæretici in narrationibus de ſuis Dogmatiſtis) miraculum illud, non ad Pauli merita illuſtranda, ſed ad confirmationem potius Catholicæ veritatis ceſſit, cùm nullo ſuſcepto vero baptiſmo, ab hæreticis illis, peccantibus in fide Trinitatis, & verè baptizato ab Attico, non tunc aqua defluxit, aut euanuit, ſed cùm baptizandus eſſet a Paulo, licèt hæretico, rectè tamen de Trinitate ſentiente (quorum ratum eſſe baptiſmum, ſemper aſſeruit Eccleſia) ad cauendum in ſecundo baptiſmo ſacrilegium.

g Miraculum circa Iudæi baptiſmum ſæpius iteratum.

PERSECVTIO PERSICA.

420. Rupto fœdere inter Perſas, atque Romanos, bellum eſt exortum, & ingens perſecutio in Chriſtianos commota, ſub Iſdegerde, vt Theodor. *libro* 5. *cap.* 38. & alij.

S. Hieronymus pridie Calend. Octobr. decedit [h] è vita, anno ætatis 82. Græcè, Latinè, Hebraicè doctiſſimus, omni ſæculari, & ſacra doctrina excultiſſimus, hæreticorum hoſtis acerrimus, ſanctitate vitæ conſpicuus, præclaris elogiis viuens mortuúſque illuſtratus.

h S. Hieronymi obitus.

421. Hoc tempore conditur ciuitas [i] Venetianorum. Aliqui verò dicunt, eam conditam eſſe anno 452. à viris illis qui Attilæ furorem fugiebant.

i Venetiarum ciuitas conditur.

422. Hoc anno Bonifacius Papa Patroclum Epiſcopum, qui fauore Conſtantij Sedem vſurpauerat Arelatenſem, & inſuper alienæ Metropolis [k] iura peruadens, in Narbonenſi prouincia vacantis paſtore Sedis auſus eſt Epiſcopum ordinare, repreſſit: datíſque litteris ad Hilarium Narbonenſem Epiſcopum, iuſſit, vt iure Metropolitani, & præceptione Apoſtolicæ Sedis ad locum accedat, & quæ agenda ſunt, videat, & Sedi Apoſtolicæ referat, dicens: *Nulli videtur incognita Synodi Nicænæ Conſtitutio, quæ ita præcipit: Per vnamquamque prouinciam ius Metropolitanos ſingulos habere debere: nec cuiquam duas eſſe poſſe ſubiectas. Quæ [d] illi (quia aliter creden-*

k Metropolitani auctoritas à ſummo Pont. defenditur.

dum non eſt) ſeruandum, Spiritu ſancto ſuggerente, cenſuerunt.

a *Eccleſia immunitas pro eo, qui ad eam confugit, etiam excommunicatione propugnatur.*

Sub hoc tempore, quia Bonifacius Dux, confugientem [a] quendam ad Eccleſiam, abſtrahi iuſſerat, Auguſtinus ad eum (licèt amicum) ſic ſcripſit: *Miror, quomodo tam ſubitò fidei murum aries ruperit inimici. Noui enim qua religione ſemper ſis Eccleſiam Dei veneratus. Quo inſtigante, frater, hominem de Eccleſia rapuiſti? Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem vt irreligioſiſſimus rapuiſti. Oblatio verò domus tuæ à Clericis, ne ſuſcipiatur, indixi: communionemq́; tibi interdico, donec peracta pro auſibus, vel errore, à me definita tibimet pœnitentia, & tempore condonato, pro hoc facto, corde contrito, & humiliato, dignum offeras ſacrificium Deo.*

b *Iudicis pœnitentia.*

Mouit ea epiſtola Bonifacium, vt pœniteret [b], vt lapſum fateretur, vtque oraret: *Indignæ meæ lachrymæ iungantur tuis fletibus iuſtis, quo poſſit hæc nota nigro inſcripta titione deleri, Eccleſiæ mihi introitus non negetur: illic ſpero veniam, vbi admiſi culpam.*

Hoc anno Bonifacius Papa 8. Cal. Nouemb. moritur, cùm ſediſſet annos 5. minus m. 2. & tribus diebus. Sepelitur viâ Salariâ in cœmeterio S. Felicitatis, in quo Oratorium ædificarat. Vacat tum Sedes dies nouem. 423.

c *Miſſa hoc tēpore quomodo dicebatur.*

Coelestinus natione Campanus poſt Bonifacium nono vacationis die, 7. Nouemb. Pontifex creatur, & quidem pacifica poſſeſſione, ex Auguſt. *epiſt.* 262. Conſtituit, vt Pſalmi Dauid ante ſacrificium [c] antiphonatim ab omnibus canerentur: quod ante fieri non conſueuerat. Perlecta enim epiſtola, & Euangelio finis ſacrificio imponebatur. Multa præterea conſtituit. Huius certè Pontificis, atque ſuorum opera, magna pars Occidentis ad veram Chriſti fidem conuerſa eſt. Hic autem Pontifex habitis ter in menſe Decembri ordinationibus, Presbyteros duos, & triginta, Diaconos duodecim, Epiſcopos duos, & ſexaginta creauit: deinde moritur, ac in cœmeterio Priſcillæ viâ Salariâ ſepelitur 8. Idus Aprilis. Cùm ſediſſet annos 8. m. 5. dies 17. Vacat tum Sedes dies 21.

Occaſione huius quòd Pontifex iſte Pſalmos antiphonatim ad ſacrificium Miſſæ dicendos ſtatuerit, operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi etiam de aliis Miſſæ partibus hìc ſubiungerem, nempe de earum inſtitutione, & antiquitate: vt ſic Nouatores confundantur, qui de Miſſæ ſacrificio non ſicut par eſt, oblatrant, & vt ordinatè procedamus.

De Introitv.

d *Introitus quare ſic dictus.*

Introitus [d] ſic dictus eſt, quia cantatur à Choro in ingreſſu Sacerdotis ad altare, vt Micrologus *de Eccleſiaſt. obſeruant. cap.* 1. Ruper. *lib.* 1. *de diu. offic. cap.* 21. Raban. *lib.* 1. *de inſtit. Cleric. cap.* 33. annotarunt. Vel iuxta aliorum ſententiam, dictus eſt *Introitus Miſſæ*, hoc eſt, *Proœmium*, & *initium Miſſæ*. ſic Conrad. *lib.* 1. *ceremoniar. cap.* 1. vel quod alij teſtantur, vt Romanus apud Tertullianum, *de coron. milit.* quia olim canebatur à Clericis, dum conueniebat, & introibat populus in templum. Aliis demùm *Introitus* videtur dictus, à primo verbo quo vtitur Sacerdos in ingreſſu ad altare: nam ſacrificium incipiens, ait: *Introibo ad altare Dei.* Qui verſiculus eſt in Eccleſia peruetuſtus, vt conſtat ex Liturgiis Baſilij, & Chryſoſtomi, & ex Ambroſio. Sed hic verſiculus non ad Introitum pertinet, quia antecedit Introitum. Conſtat enim Introitus Miſſæ Antiphona, vno Pſalmi verſiculo, & verſiculo *Gloria Patri*, &c. Porrò ante Introitum Miſſæ, inſtitutione antiqua Eccleſiæ, facit Sacerdos generalem peccatorum [e] confeſſionem: ſed quis eam addiderit Miſſę, certò non liquet, quamuis quidam Damaſo tribuant. Vſum verò confeſſionis ante Miſſæ introitum antiquum eſſe, patet ex Micrologo, qui planè teſtatur, præmitti ſolitam Confeſſionem, & Liturgia S. Iacobi incipit à Confeſſione.

e *Confeſſio ante introitum Miſſæ antiqua.*

f *Pſalmi olim in initio Miſſæ dici conſuetum.*

Deinde Sacerdos ingreſſus ad altare, Antiphonam dicit ſemper ex aliquo Scripturę loco deſumptam, & verſiculum vnũ aliquo item ex Pſalmo acceptum, cum verſiculo *Gloria Patri*, &c. nam olim Pſalmi [f] in initio Miſſæ decantari ſolebant: poſtea verò pro toto numero Pſalmorum eſt vnus tantùm verſiculus ex aliquo Pſalmo retentus. Et communis eſt quidem opinio, Cœleſtinum I. inſtituiſſe, vt initio ſtatim Miſſæ, Pſalmi canerentur antiphonatim, teſte Anaſtaſio Bibliothecario, cùm antea Epiſtola tantùm, & Euangelium legerentur ante Miſſæ ſacrifi-

Anno Dom. 423.

cium,ſic teſtantur Alcuinus *lib.de diu.offic. cap. Quid ſignificent veſtimenta.* Amala. *lib. 3. de Eccleſiaſt. offi.cap.* 5. Raban. *lib. 2. de Inſtit.Clericor.cap.* 32. Vvalfrid. *de reb. Eccleſiaſt cap.* 22. Sigebert. *in Chron.anno* 426. dum de Cœleſtino verba facit. Veriſimile tamen non eſt, id à Cœleſtino primùm in Eccleſia introduci cœpiſſe. Nam Dionyſius Areopagita meminit Pſalmorum, qui ante Miſſæ ſacrificium cantabantur. Sic Baſil. *in ſua Liturgia*, ad initium Miſſæ iubet tres, aut quatuor Pſalmorum verſiculos decantari. Fortaſſis Cœleſtinus in Romana Eccleſia primus eum morem induxit, cùm in aliis Eccleſiis ſeruaretur: aut primus præcepit, vt Pſalmi canerentur, cùm antea de more ſolùm, non lege, & præcepto canebantur.

Verſiculum porrò, *Gloria* [a] *Patri, & Filio, & Spiritui ſancto*, & reliqua, pleriq; putarunt Conſilio B. Hieronymi Damaſum introduxiſſe. Cæterùm, vt ex Theodoreto *lib. 2. cap.* 24. & Sozom. *lib. 3. cap.* 19. Tripart. *lib. 4. cap.* 33. conſtat ad finem Pſalmorum hic verſiculus in Græcia antea canebatur. Vvalfridus *in lib. de reb. Eccleſ. cap.* 25. refert, vſum, & morem canendi huiuſmodi verſiculum à Nicæno Concilio, Vaſenſe *Can.* 5. tradit, non ſolùm Romæ, ſed in toto etiam Oriente, & per Africam, poſt *Gloria Patri*, &c. addere hęc verba Eccleſias conſueuiſſe: *Sicut erat in principio*, & quæ ſequuntur.

[a] *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto dici cœptum in Miſſa ex Nicæni Concilij ſtatuto.*

Kyrie eleiſon.

Poſt Miſſæ introitum dicitur [b] *Kyrie eleiſon*, quæ pars perantiqua eſt, vt indicant Liturgiæ B. Iacobi Apoſtoli, Baſilij, & Chryſoſtomi. Idem quoque Baſil. *in epiſt. 63. ad Neocæſarienſes* de hac precatione meminit. Nec minoris eſt apud Latinos etiam antiquitatis hæc particula. Nam Gregor. *lib. 7. ep.* 63. cùm accuſaretur, quòd eam Miſſæ partem, nempe, *Kyrie eleiſon.* & alia quædam ex Græcorum cæremoniis, & ritibus accepiſſet, & in Latinam Eccleſiam inuexiſſet, reſpondit, ſe antiquas Eccleſiæ Romanæ cæremonias conſeruare, non autem ex Græcis accipere; eo vſus argumento, quòd apud Græcos *Kyrie eleiſon* dici ſolet ſimul ab omnibus: at apud Latinos, & in Romana Eccleſia dicitur à Clericis, & à populo reſpondetur, *Chriſte eleiſon*, & totidem vicibus dicitur apud Latinos, *Chriſte eleiſon*, quod apud Græcos nullo modo dicitur: ſed ſimpliciter dicitur, *Kyrie eleiſon.* Deinde in Concilio Vaſenſi centum quinquaginta annis ante Gregorij ætatem celebrato, *Can.* 3. ſtatuitur, vt Sacerdotes in Gallia ad Miſſam *Kyrie eleiſon* decantent, *eo quod in Romana*, inquit, *& Apoſtolica Eccleſia, & in omni Italia, ea ſupplicatio ad Miſſã cani ſoleat.* Porrò *Kyrie eleiſon* Græcis idem eſt, quod Latinis, *Domine miſerere.*

[b] *Kyrie eleiſon antiquitùs dicebatur etiam in Eccleſia Latina Romana.*

Gloria in excelsis.

Hymnus, *Gloria in excelſis Deo*, vt in Miſſa diceretur, inſtituit Theleſphorus, vt vult Vvalfridus, Rupertus, Amalarius, Rabanus, & alij. Annotandum tamen, in hymno prædicto, multa eſſe adiecta verbis Angelorum: Angeli enim inchoarunt: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Reliqua quæ ſequuntur, à quo ſuperaddita ſint, non ſatis liquidò conſtat. Ex iis, quæ *lib. 7. conſtit. cap. 57 & 58.* Clemens Romanus ſcribit, ſi illis debita fides adhibeatur, ab Apoſtolis ferè totum compoſitum eſſe colligitur, totus enim ferè hymnus ibidem à Clemente recitatur. A Teleſphoro autem totum hymnum fuiſſe completum, vnà cum Ponificali auctore in vita Teleſphori, eiúſque epiſtola decretali, aſſerit etiam Innocentius III. *lib. 2. de myſter. Miſſ. cap.* 20. A Symmacho Papa compoſitum eſſe, ſentit Berno, *de offic. Miſſ. cap.* 25. Ab Hilario autem Pictauienſi hæc verba Angelicis verbis ſuperaddita eſſe aſſeruit Alcuinus *lib. de diu. offi. cap. de celebr. Miſſa.* Hugo Victorinus *libro 2. de Sacrament.* Vtcumque verò ſit, conſtat eum morem, & antiquiſſimum, & ſanctiſſimum eſſe.

Diſſidium autem ſic conciliari poſſe exiſtimo, vt hymnũ Angelicum Apoſtoli ad gloriam totius SS. Trinitatis prædicandam augere cœperint quidem: Teleſphorus autem, eum ſicut nunc extat, compleuerit: & demùm Symmachus Papa, vt is in die Dominico, & Natalitus Martyrum decantaretur, præceperit. Ita ferè Innoc. *prædicto loco*, hanc auctorum diſcrepantiam conciliat.

Cur autem hymnus Angelicus nunquam in miſſis defunctorum, in diebus luctus, ieiuniorum, ac ferialium ordinariè decantetur, D. Thom. *in 4. ſent. diſtinct.* 13. hanc rationem reddit, quòd cùm in hymno hoc commemoretur cœleſtis gloria, in ſolemnioribus, non communibus feriis, ad oſtendendam differentiam cultus diuini, cantetur: & dum propriam, & amicorum miſeriam lugemus, meritò intermittatur.

Dominvs vobiscvm.

Salutatio hæc, ***Dominus vobiſcum***, ex Hebræorum more deſumpta eſt, quia ſalutantes dicere ſolebant, ***Dominus tecum***, aut ***Dominus vobiſcum***, vt conſtat *Iudic. 6. Ruth. 2. 2. Paral. 27. Luc. 1.* Cuius quidem ſalutationis in Miſſa vſus eſt antiquiſſimus, vt ex Concil. Vaſenſi, & Liturgiis S. Iacobi Apoſtoli, Baſilij, & Chryſoſtomi planè colligitur. Salutat verò ſic populum Sacerdos, quoties eum excitat, vel ad precandum, vel ad audiendum. Meminit huius ſalutationis Sother Pont. Roman. vt eſt apud Burchard. *lib. 3. decreti, cap. 74.* & apud Iuon. *p. 2. cap.* 127. Edidit libellum de hac ſalutatione Petrus Damianus.

Collectæ.

a Collectæ in Miſſa quare ſic dicantur.

Precationes quæ in Miſſa cantantur, ***Collectæ*** [a] dicuntur; quaſi Collecta, & collectionem, atque conuentum populi frequentem ſignificat. Ita vt dicta ſit Collecta, quaſi collectio, ſicut Remiſſa olim dicebatur remiſſio. Propriè igitur, Collecta eſt cœtus populi in vnum collectus. *Leuit. 23. Eſt enim cœtus*, Moſes inquit, *atque collecta.* & *Deut. 16. Collecta eſt Domini Dei.* Inde tranſlatum eſt nomen, ad ſignificandos dies feſtos, ac celebres, in quibus frequens populus cogebatur. *2. Paral. 7. Fecit* (Salomon) *in die octauo Collectam. 2. Eſdr. 8. Et in die octauo Collectam.* Deinde etiam Miſſa ipſa cœpit quoque Collecta appellari, quia ad Miſſam totus populus conueniebat. Eleemoſynæ itidem, quæ in frequenti Chriſtianorum conuentu in commune conferebantur, dictæ ſunt Collectæ. *1. Cor. vlt. De Collectis autem quæ fiunt.* Et paulò poſt: *Tunc Collectæ fiant.* Ita etiam preces, quæ populo in vnum collecto fundebantur, Collectæ dici cœperant. De hac re Micrölog. *de Eccl. obſeruant. cap.* 3. Vvalfrid. *de reb. Eccl. cap. 22.* Hugo de S. Vict. *lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 16.*

Amen.

Reſponſio autem Chori, vel populi ad ſingulas propemodum precationes Sacerdotis in Miſſa, ex Hebræis deſumpta eſt: qui finitis Pſalmis, precationibúſve, ſubiungere ſolebant *Amen*, quaſi dicerent, fit, vel, fiat; hæc enim particula, *Amen*, ſignificat idem quòd verò, vel certè. Vnde eſt, vel affirmantis, vel optantis. Et ideò Chriſtus in Euangelio frequenter dicebat: *Amen amen dico vobis*, hoc eſt, verè dico vobis.

Epistola.

b Scripturas legi, vel ex Moſis libro, vel ex Apoſt. vel ex Epiſtolis Pauli, & poſtea Diaconum legere Euangelium, diſertis verbis teſtatur Clem. 2. Conſt. Apoſt. c. 57. Iuſti. Apol. 2. & Tertul. in Apol. cap. 39. apertè inſinuat Optat. 6. cōt. Parm. Aug. 22. Ciu. c. 8. Anaſt. Nicænus in qq. in Scrip. q. 90.

Poſt Collectam, Lectio [b] accepta ex Propheta, Apoſtolo, vel aliquo alio Scripturæ ſacræ libro, ſequitur: & vt conſtat ex Clemente, Iuſtino, Tertulliano, ac Dionyſio Areopagita, quos citat Durant. *lib. 2 de ritib. Eccleſiæ Cathol. cap.* 18. mos iſte deſumptus eſt ex Apoſtolis. Cùm autem Lectio petitur ex Prouerbiis, Eccleſiaſte, Sapientia, Cantico Canticorum, & Eccleſiaſtico, dicitur, Lectio ſapientiæ, quoniam omnes iſti quinque veteris teſtamenti libri, dici communiter ſolent ſub nomine Sapientiæ: cùm Lectio ex Prophetis ſumitur, Lectio Prophetæ. Cùm ex epiſtolis Apoſtolorum, Lectio epiſtolæ. Porrò dum legitur epiſtola ſedet Epiſcopus, ſedent & miniſtri, vt teſtantur Amalar. *lib. 3. de Eccleſiaſtic. offic. capite* 10. Rupertus *lib. 1. capite 32. de diuin. offic.* Innocentius *lib. 3. de Myſter. Miſſæ. capite* 34.

GRADVALE.

Miſſæ [a] Reſponſoria, vt à cæteris Reſponſoriis diſtinguerentur, quæ in Horis Canonicis dici conſueuere, dicta ſunt Gradualia, eo quòd dum Diaconus quibuſdam gradibus ad ſuggeſtum aſcendebat, Euangelinm alta voce annunciaturus, à Choro cantabantur. Vvalfrid. Rupert. Ne igitur tempus illud neceſſatiò interponendum epiſtolæ, vt Euangelij lectioni, otioſè tranſigeretur, adhibiti ſunt eiuſmodi verſiculi, qui aliquando vocantur *Gradualia*, ob rationem aſſignatam: aliquando *Tractus*, aliquando etiam adhibentur *Proſæ*, ſiue *ſequentiæ* ſic dictæ. Gradualis inſtitutionem, quidam in Gregor. I. referunt. Sigebertus verò, Rupertus, & alij in Cœleſtinum I. Alij Gradualium, & tractuum auctorem faciunt Gelaſium I. *Tractus* verò appellantur, quòd ſint verſiculi, & ex imo pectore, quædam veluti tractæ voces lugubres, nimirum cantus quibuſdam quaſi gemitibus, atque ſuſpiriis lugubri, & aſpera voce decantati: non enim Tractus huiuſcemodi adhibentur, præterquàm temporibus luctus, & pœnitentiæ, vt in Septuageſima, & Quadrageſima, & in Sacro funebri, quod fit pro mortuis.

a *Pſalmodiam interceſſiſſe in Miſſa, non obſcurè inſinuat Tertull. in Apolog. cap. 39. vnde non eſt coniectura ſpernenda, ipſorum loco, breuitatis cauſa ſucceſſiſſe tractus, & Graduale, vbi aſſumuntur frequētius Pſalmorum verſiculi.*

EVANGELIVM.

Euangelica lectio in Miſſa perantiqua eſt, vt conſtat ex omnibus Liturgiis, Cōcil. quoq; Laodicenum *c.* 16. Carthag. IV. *Can.* 84. Valentin. *Can.* 2. Idem indicat epiſtola Anaſtaſij ad Epiſc. Germaniæ, & Burgundiæ, vbi præcipit, vt omnes ſtātes Euangelium audiant: quam quidem cæremoniam non ipſe primus inſtituit, ſed confirmauit, aut obſeruari iuſſit, vbi non ſeruabatur. Nam Clem. *lib.* 2. *Conſt. Apoſt. cap.* 61. teſtatur, Apoſtolos conſtituiſſe, vt omnes, tum Clerici, tum laici aſſurgant, dum Euangelium legitur. Lecto Euangelio, Codicem Sacerdos [b] exoſculatur, reueritus fœlicem, fauſtam, & bonam Dei annunciationem. Mittitur verò in Miſſis publicis à Sacerdote Diaconus, ſicut à Chriſto ſunt Apoſtoli delegati ad Euangelium promulgandum. Defertur Crux, tanquam ſignum Chriſti, cuius res geſtæ, vita, & mors, in Euangelio referuntur. Diaconum comitantur Acolythi cereos accenſos geſtantes, qui fidei Catholicæ, diuinúmque lumen referunt.

b *Poſt oſculationem ſacrorum voluminum. ex Dion. c. 3. Eccl. hier. prædicatio perficitur. & Cle. lib. 8. Conſt. Apoſt. c. 4. dicit quod poſt lectionem legis, & Epiſtolarum, & Euangelij, & ſalutationem ad populum, fit allocutio ad populum verbis exhortatoriis, ad quā prædicationem reſpicere videtur Tertull. lib. de Anima. & in Apolog.*

SYMBOLVM.

Lecto Euangelio, canitur [c] Symbolum fidei, compoſitum à II. Synodo generali, quod Symbolum. Synodus Toletana ſingulis diebus Dominicis decantari iuſſit, vt in Miſſis fieret fidei profeſſio, iuxta morem Orientalium. Vvalfridus *lib. de reb. Eccleſ. cap.* 22. ſcribit apud Germanos, & Gallos vſum Symboli ad Miſſas cantandi, tempore Caroli Magni potiſſimùm valuiſſe, contra Felicem Vrgelitanum Epiſcopum, qui tunc eſt hæreſeos condemnatus. In Eccleſia verò S. Petri [d] de Vrbe olim non dicebatur, quia Ecceleſia Romana nullis vnquam fuit infecta hæreſibus: ſed perſuaſit Henricus Imperator Benedicto Summo Pontif. vt Romæ quoque, tum propter exemplum, tum propter vniformitatem, tum propter auctoritatem primariam condemnandi hęreſes alibi exortas, vt ad publicam Miſſam illud decantaretur: Vide infra anno 1014.

c *Symbolum Dominicis diebus in Miſſa quando dici iuſſum.*

d *Symbolum in Miſſa in Eccleſia S. Petri de vrbe quando dici cœpit.*

OFFERTORIVM.

Offertorium [e] ſic dictum eſt, vt placet Vvalfrid. *de reb. Eccleſ. cap.* 21. Rupert. *lib.* 1. *de diuin. offic. cap.* 2. Amalar. *lib.* 3. *de Eccleſ. offic. cap.* 19. Micrologo, *de Eccleſ. obſeruant. cap.* 10. Iſidor. *lib. Etymologiar.* 6. *cap.* 19. Innocent. *lib.* 2. *de Myſter. Miſſ. cap.* 53. quia lecto Euangelio Subdiaconus Diacono, & Diaconus Sacerdoti, & Sacerdos Deo panem conſecrandum offerebat: vnde factum eſt, vt populus tunc temporis ſua munuſcula offerret, iuxta illud, quod habetur *in cap. Omnis Chriſtianus. de conſecr. diſt.* 1. *&* 2 *Paralip. c.* 26. dicitur, *Dauid inſtituiſſe, vt Leuitæ cùm offerrentur holocauſta, laudes Domini cantarent, & clangerent tubis, & Pſalteriis.*

e *Ad Offertorium videtur reſpexiſſe Tertull. cū dicit, modicā vnuſquiſque ſtipem menſtrua die, vel cùm velit: & ſi modò velit, & ſi modò poſſit, apponit. Cypr. ſer. de oper. & eleem. Fab. Papa epiſt. 3. & in Can. 4. Apoſt.*

De Crvcis signatione.

a Crucis ſignatio ex Apoſtolica traditione, non ſolum in Miſſa, verum & ad alia multa.

Crucis verò [a] ſignum,quod in myſteriorũ celebratione adhibetur,ex antiqua Apoſtolorum traditione deſcendit.Eius meminerunt expreſsè Chryſoſt. *hom.* 55. *in cap.*16.*Matth.* Auguſt.*ſerm.*18.*de temp.& *19.*de Sanctis.&* 18.*tract.in Ioan.*

Item,eiuſdem Crucis Dominicæ ſignum, dæmonibus eſſe terrori , hominibus ſaluti , omnia Sacramenta eodem ſigno perfici , traditio eſt Apoſtolica ex Clem. Rom.*lib.*8. *Conſtit. Apoſtol.cap.* 12.Ignat.*epiſt.ad Philipp.* Areopagita *de Eccl. hier. c.* 5. *p.*2.Iuſtin. *Dial.cum Tryph.*Iren.*lib.*2 *cap* 41.Cyrill Hieroſ. *Cat.* 4. Nazianz.*orat.*3.*in Iul.*Epiph. *hæreſ.*31.Chryſoſt. *aduerſ.Gentiles*, quòd Chriſtus ſit Deus. Iſidor. *lib.* 1. *epiſt.* 362.Martial.ad Burdegal.*cap.*8.Tertull.*de idololatr.cap.*19. Cyprian. *epiſt.* 56. Ambroſ. *de Iſaac,& anima.*Auguſt.*tract.*118.*in Ioann.*Leo *ſerm.de Paſsione Domini.*

Præfatio.

b Præfationem ex Apoſt. traditione deſcendere,oſtenditur ex Clem. 8.lib.Conſtit. c. 16. Cypr. de orat.Dominica. Chryſoſt.hom.3 in c. 3. ep. ad Coloſſ. Ambr.3.de Spiritu ſancto, & ex antiquis Liturgiis S.Iacobi, Baſilij,Chryſoſt. &c.

Sic dicta eſt *Præfatio*,eo quòd ſit præparatio quædam,& excitatio ad eam actionem,in qua propriè,ac principaliter ſacrificium conſiſtit , videlicet, ad conſecrationem,& oblationem corporis,& ſanguinis Domini. Vſus autem Præfationis eſt antiquus,vt ex Clem Rom.Cypriano,Chryſoſtomo , Baſilio , Ambroſio , probat Durant.*in lib.de reb.Eccleſ.Cathol.* 2. *cap.* 30. Sunt autem Præfationes numero nouem,eæque ſunt antiquiſſimæ: nam Pelagius II. conſultus ab Epiſcopis Germaniæ,quæ,& quot eſſent Præfationes authenticæ,reſpondit,eſſe nouem , videlicet præter communem, vt habetur *in cap. inuenimus. De conſecr.diſtinct.* 1. I. de Natiu. Domini.II.de Epiph.III.de Quadr.IV.de Cruce.V.de Paſchate. VI.de Aſcenſione.VII.de Pentecoſte. VIII. de Trinitate. IX. de Apoſtolis. Poſtea verò Vrbanus II. in Concilio Placentino circa annum Domini 1080. X. Præfationem , quæ eſt de beatiſſima Dei Genitrice adiunxit, & refertur *in cap. Sanctorum. diſt.* 70. Extra has Præfationes , cæteras eſſe delendas , ait Hoſtienſ. *in cap. Concilium.de celebrat. Miſſarum.* Voluit dicere, cæteras non eſſe iure communi approbatas. Nam nos Minoritæ Præfationem particularem dicimus in Miſſa de B. P. Franciſco, ſed ex priuilegio.

Canon Missæ.

c Canon Miſſæ cur ſic dictus.

De Miſſæ [c] Canone ſciendum,quòd ideò ſic dictum eſt,quia eſt regula fixa,& ſtabilis in Miſſa à Sacerdote obſeruanda. Gregorius meminit Canonis , ſcribit enim *lib.*7.*epiſt.* 63. poſt Canonem recitari Orationem Dominicam. Vualfrid. *de reb.Eccleſ.cap.*22.vocat Regulam Eccleſiaſticam , quâ omnes Sacerdotes vtuntur. Optatus Mileuit.*lib.*2.*& lib.*3.*contra Parmen.* appellat legitimum ordinem , qui in ſacrificio offerendo obſeruari debet. Vocat Canonem Actionem Microlog.*lib.de Eccleſiaſt.obſeruant.cap.*12. Multa contra Canonem Miſſæ obiiciunt hæretici,ſed ea planè nullius ſunt ponderis,& momenti.

d Canon etiam Actio dicitur.

Animaduertendum eſt *Canonem* [d] etiam dici *Actionem*: ſed Canon vocatur,vt iam dixi , tanquam regula , & formula in ſacrificio,vſu, & inſtituto Eccleſiæ ſeruanda : non quòd ſit omninò ad ſacrificij ſubſtantiam , & rationem neceſſaria: nam etiam conſecratio,Domini verbis adhibitis,ſine aliis Canonis verbis rata, & firma eſſet. *Actio* verò dicitur , quia in ea parte Miſſæ eſt actio, in qua potiſſimùm ſacrificium conſiſtit,nimirum conſecratio,& oblatio corporis,& ſanguinis Chriſti.Vnde etiam quædam pars Canonis dicitur infra actionem : quia recitatur intra eam actionem, ex qua propriè ſacrificium conſtat.

e Canon Miſſæ quando inſtitutus.

f Primæ partis ſacri Canonis traditionem,videlicet,Te igitur , atteſtatur S.Clem.lib. Conſt. Apoſt. c. 12. Opt. Mileuit. lib.2.contra Parm. Aug. 10. Ciu. d.c. 4. Conc. Afric.cap.48.Gregor.lib.4 in Reg.cap 37.

Porrò quando inſtitutus ſit [e] Canon,& quis eum inſtituerit,non omninò certò conſtat.In primis compertum,& exploratum eſt,ante Gregorium I. omni ferè ex parte [f] fuiſſe completum : nam Alcuinus, Amalarius,& cæteri teſtantur , prædictum Pontificem addidiſſe verba illa : *Dieſq; noſtros in tua pace diſponas* : & ita Canonem fuiſſe perfectum. Et in eo libro,qui dicitur,*Ordo Romanus*, quem citant Alcuinus,& Amalarius,non procul ab initio, totus Canon extat expreſſis verbis.

Anno Dom. 423.

Gregorius videtur aſſerere *lib. 7. epiſt. 63.* Canonem eſſe compoſitum ab Scholaſtico. Sed Tridentina Synodus definit, *ſeſſ. 22. cap. 4.* Sacrum Canonem multis ante ſæculis editum, & ita ab omni errore purum, vt nihil in eo contineatur, quod non maximè ſanctitatem, ac pietatem quandam redoleat, mentéſque offerentium in Deum erigat: is enim conſtat, tum ex ipſis Domini verbis: tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac Sanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus. Hoc ideò dictum eſt, quia etſi vnus aliquis in certam formulam Canonem redegerit; partem tamen ex Domini verbis, partem ex Apoſtolorum Traditionibus, partem ex Romanorum Pontificum inſtitutionibus accepit. Etenim verba, quibus panis, & vinum conſecrantur, ipſius Domini ſunt. Inuocatio Sanctorum Martyrum, & commemoratio mortuorum, ſunt Apoſtolorum traditiones: pleráque alia Romani Pontifices tradiderunt.

Obiicies Gregorium dicentem, *lib. 6. epiſt. 63.* Apoſtolos ad ſolam Dominicam orationem, Euchariſtiam conſecrare ſolitos: ergo nihil eorum, quæ continentur in Canone, Apoſtoli inſtituerunt. Reſpondeo, Apoſtolos primùm, ſolam precationem Dominicam ad Euchariſtiæ conſecrationem adhibere conſueuiſſe: ſed deinde alia quædam addidiſſe, nimirum quam retuli, inuocationem Sanctorum Martyrum, & commemorationem mortuorum.

In Canone precatur [a] Sacerdos I. pro Eccleſia: II. pro Papa: III. pro Antiſtite loci: IV. pro Imperatore, vel Rege in quibuſdam Eccleſiis: V. vniuerſim pro omnibus Orthodoxis: VI. ſpecialiter pro iis, pro quibus vult. Hoc autem ſic fit, quia in omnibus Liturgiis orat Sacerdos pro Eccleſia. Deinde in Concilio Vaſenſi ſub Leone I. celebrato, *Can. 6.* ſtatuitur, vt nomen Domini Papæ, quicunque Sedi Apoſtolicę præfuerit, in omnibus Gallicanis Eccleſiis recitetur. Item nomina Epiſcoporum ad altare recitabantur. S. Gregor. *lib. 4. epiſt. 37.* & Concil. African. *cap. 48.* Concil. Carthag. IV. *cap. 84.* & Aug. *epiſt. 110* Nomen verò Imperatoris, aut Regis in iis locis, ac prouinciis, quæ in eius Imperio & ditione ſunt, vt ait Innocentius III. Illud verò (*pro omnibus Orthodoxis*) Micrologus ſcribit eſſe ſuperfluum: nec haberi in libris correctioribus: habetur tamen apud Alcuinum, Innocentium, & cæteros: nec videtur abundare: non enim idem eſt, *orare pro Eccleſia vniuerſa*, quod *pro omnibus Orthodoxis*: quoniam hoc loco omnes Orthodoxi accipiuntur omnes cæteri à Papa, Epiſcopo loci, & Rege, vel Imperatore diſtincti: perinde ac ſi diceretur: Offerimus tibi in vniuerſum, pro omni Eccleſia: deinde verò ſpeciatim pro Papa, pro Epiſcopo loci, vel Rege, vel Imperatore, & pro cæteris omnibus Orthodoxis. Verba illa: *atque Catholicæ, & Apoſtolicæ fidei cultoribus*, non ſuperfluunt: quia ſicut in ſacris litteris crebræ inueniuntur repetitiones eorumdem, aut Synonymorum verborum, ad animi affectum plenius ac vehementius exprimendum, augendum, & amplificandum: ſic etiam Eccleſia in his precationibus eadem repetere, aut Synonyma adhibere ſolet ob affectum animi expreſſius ſignificandum.

Commvnicantes.

Alcuinus [b] *in cap. de celebr. Miſsæ.* Innoc. *lib. 2. de myſter. Miſsæ cap. 9.* Dur. *in Ration. lib. 4. cap. 38.* & alij hæc verba referunt ad Communionem cum Sanctis: vt hæc ſit ſententia: *Offerimus hoc ſacrificium communicantes Sanctorum memoriis, & eoſdem venerantes.* Micrologus refert hæc verba ad offerentes inter ſeſe: perinde ac ſi diceretur, *nos communicantes*, id eſt, quadam ſocietate, & communione coniuncti, & Sanctorum memoriam venerantes, & reliqua.

Hanc igitvr [c] oblationem.

Oblatio appellatur ab Eccleſia *panis, & vinum*, eo quòd ſint materia ad altare allata, conſecranda, & conuertenda in corpus, & in ſanguinem Domini. Verba autem illa: *benedictam, adſcriptam, ratam, rationabilémque facere digneris*, antiqua ſunt: nam apud Ambroſium *in lib. 4. de Sacram. cap. 5.* habentur & apud Auguſt. vt refert Gratian. *in cap. vtrum. de conſecrat. diſtinct. 2.* & S. Thom. *3. p. quæſt. 83.*

a *Secunda pars Canonis, in qua eorum meminit, pro quibus ſacrificium offert, habetur ex Aug. epiſt. 59. q. 5. Innocent. ep. 1. ad Decentium. prius oblationes ſunt commendandæ: ac tunc eorum nomina, quorum ſunt oblationes edicendæ.*

b *Tertia hæc pars Canonis habetur ex traditione: illius meminerunt Dion. c. 3 Eccl. hier. Clem. lib. 8. Conſt. Cyrill. Catechum. S. Aug. tract. 84. in Ioan. & habetur in Liturgia S. Iacobi.*

c *Pars illa, Quam oblationem, & illa, Qui pridie. tanquam vetuſtas, & in Eccleſia conſuetas recenſet S. Ambr. 4. de Sacram. cap. 5. & 6. Verba illa: Vnde & memores. recenſentur à S. Clem. lib. 8. conſt. c. 12 & habetur in Liturgia Baſilij. Commemoratio pro defunctis, vt ab Apoſtolis ſancita referunt Chryſ. hom. 3. ad Philip. Dam. de his qui in fide migrarunt, & patet ex omnibus Liturgiis.*

art. 4. ea etiam tribuit Auguſtino. Quamuis locus hic apud Auguſtinum nunc non extet; reperitur tamen, ac legitur apud Paſchaſium *lib. de corpore, & ſanguine Domini cap.* 12. ex quo videtur acceptus.

Verba antecedentia conſecrationem.

Verba [a] antecedentia conſecrationem. *Qui pridie quàm pateretur, accepit panem in ſanctas, ac venerabiles manus ſuas.* Ex traditione habentur, ex Clem. *lib.* 8. *conſtit. Apoſt. c.* 12. *& in Liturgia S. Iacobi.* & *eleuatis oculis in cœlum* ibidem habetur, & in Liturgia S. Marci. Paſchaſius *lib. de corpore, & ſanguine Domini c.* 15. Ea verba annexa formæ conſecrationis vini, *Noui, & æterni teſtamenti.* ex traditione deſcendere teſtatur Papa Innoc. III. de myſter. Miſſæ *lib.* 4. *c.* 5. *& habetur c. cùm Martha. de celebrat. Miſſarum.*

In altum Euchariſtiā tollere.

In altum attolli [b] Euchariſtiam, & oſtendi populo, teſtantur Dion. *de Eccleſ. hierar. cap.* 3. Baſil. *de Spiritu ſancto c.* 27. Germanus *in theoria rerum Eccleſiaſticarum.* Chryſoſt. *hom.* 24. *in* 1. *ad Corinth.*

Fractio, & commixtio ...nia ex traditione Apoſtolica.

Fractio [c] & commixtio eiuſdem ex traditione Apoſtolica habetur. ita Dion. *c.* 3. *Eccleſ. hierar.* Chryſoſt *hom.* 24. *in cap.* 1. *ad Cor.* Alget. *lib.* 1. *cap.* 25.

Oratio Dominica.

Innocentius *lib.* 5. *de myſter. Miſsæ c.* 14. & quidam alij, precationem Dominicam ſentiunt, intra ſacrum Miſſę Canonem contineri, ita vt ea ſit ipſius Canonis finis. At Alcuinus *lib. de reb. Eccleſ in cap. de celebrat. miſsa,* & Amalar. *lib.* 3. *de Eccleſ. officiis cap.* 29. ac cæteri Innocentio antiquiores, tradunt, eam poſt verba Canonis legi, idque probabilius eſt. Habetur autem hæc oratio in omnibus Liturgiis, & ex Ambroſio *lib.* 5. *de ſacram. c.* 4. Hieron. *lib.* 3. *contra Pelagianos.* Aug. *ſerm.* 28. *de verb. Dom.* Greg. *lib.* 7. *epiſt.* 63 & Conc. Toletano 4. *Can.* 9. conſtat, eam in Miſſæ ſacrificio eſſe recitandam.

De fractione hostiæ.

Antiqua hæc eſt actio. Dion. Areopagit. *in c.* 3. *de Eccleſ. Hierar. Sanè,* inquit, *opertum panem, & indiuiduum aperit* (Sacerdos) *in fruſta concidens.* Chryſoſt. item *hom.* 24. *in* 1. *ad Cor. Quare addit* (Apoſtolus nempe) *panem frangimus? Hoc in Euchariſtia videre licet: in Cruce autem minimè, ſed omnino contra: Os non comminuetis ex eo. Sed quod in Cruce paſſus non eſt, id in oblatione patitur: & propter te frangi permittit, vt omnes ſatiet.* Huius etiam diuiſionis, & fractionis ſacræ hoſtiæ meminerunt Aug. Beda, Proſper, Haymo, Algerus, Guitmundus, Paſchalis, quorum teſtimonia citat Durant. *lib.* 2. *de ritib. Eccleſ. Cathol. cap.* 51.

Et annotandum eſt, olim factam Hoſtiam in tres partes diuidi ſolitam, quarum vna mittebatur in Calicem, alteram ſtatim Sacerdos ſumebat: tertia verò pars in altari vſque ad Miſſæ finem ſeruabatur. Qui ritus poſtea eſt in Eccleſia mutatus: neque enim tertia pars reſeruatur, ob pericula quæ oriri circa eam poſſent, piè & religiosè deuitanda. S. Bonau. *in* 4. *diſt.* 12. *art.* 1. *q.* 3. Gabr. *ſup. Can. Miſsæ lect.* 80.

Agnus Dei.

Precatio hæc inſtituta eſt à Sergio I. ſic teſtantur Alcuinus, Amalarius, Vualfridus, & alij, quos citat Durant. *lib.* 2. *de ritib. Eccleſ. Cathol. c.* 41. *num.* 7. Olim porrò ter à populo, & Clero dicebatur, *Agnus Dei miſerere nobis.* poſtea verò, auctore Inn. III. *lib.* 6. *de myſter. Miſs. cap.* 4. irruentibus variis perſecutionibus, & erroribus, cœpit vbique ferè, cùm tertiò dicitur, *Agnus Dei qui tollis peccata mundi,* addi etiam illud: *Dona nobis pacem.*

De pace quæ datur.

Meminere huius cæremoniæ Dionyſius Areopagita, Clem. Chryſoſtomus, Auguſt. & Opt. Mileuit. In ſacrificiis tamen, quæ pro mortuis fiunt, & offeruntur, nec datur pacis oſculum, quia iam è viuis exceſſerunt: nec nobiſcum amplius

Anno Dom. 423.

commemorantur: nec dicitur, *miſerere nobis*, ſed *dona eis requiem*.

Suſceptio Eccleſiæ à celebrante habetur ex *Can.*8. *Apoſt. Clem* 8. *conſt. Apoſt. c.* 10. Anacl. *ep.* 1. laicos ex ſtatuto Apoſt. qui præſentes erant, communicabant, vt ex Anacleto docet S.Thom. 3. *p q.* 80. *art.* 10. & habetur ex Dion. *c.* 3. *Eccleſ. hierar.* vbi ſcribit his verbis, Chriſtianos incitari ſolitos: *Venite fratres ad communionem.* Quod etiam habetur apud S. Ignatium *epiſt. ad Epheſ.* ſunt qui dicunt, liberum fuiſſe Chriſtianis, qui adetant Miſſæ ſacrificio, vt communicarent.

De post commvnione.

Precationes, quæ ad finem Miſſæ dicuntur, vocantur *Poſtcommunio*, quia olim, poſtquam Sacerdos Corpus Domini ſumpſerat, Clerus, & Populus, ſacram communionem percipiebat: & deinde ſuccedebat precatio, qua Deum pro omnibus Sacerdos orabat: vnde factum eſt, vt ea oratio dici cœperit, Poſtcommunio. Proceſſu deinde temporis, populus, imò etiam Clerus à ſacra ſeſe communione abſtinebat. Vnde quidam opinantur, loco ſacræ communionis eſſe introductum panis, quem vocant, benedicti vſum, qui in diebus Dominicis, & aliis ſolemnioribus feſtis dari ad finem Miſſæ populo ſolet. Cæterùm, panis benedicti vſus antiquior eſt. Pius enim I. qui M. Antonini Veri temporibus floruit, ſic conſtituit, vt de oblationibus quæ offeruntur à populo, & conſectarionibus, quæ ſuperſunt, vel ex panibus, quos deferunt fideles ad Eccleſiam: vel certè de ſuis Presbyter conuenientes partes inciſas habeat in vaſe mundo, nitido, & commodo, vt poſt Miſſarum ſolemnia, qui communicare non fuerint parati, eulogias omni die Dominico, & diebus feſtis inde accipiant. Nazianzenus *in laudem patris ſui orat.* 19. ſe panes ſacrare, & Cruce ſignare conſueuiſſe, innuit his verbis: *Cum caniſtro, panibúſque in primis candidis pro meo more benedictis, & Cruce conſignatis.* Extat etiam eiuſdem panis benedicti mentio apud Auguſt. & Paulinum, quos citat Durant. *lib.* 2. *de ritib. Eccl. Cathol. c.* 58. Vnde in Concilio Florentino ſub Eugen. IV. legimus, proxima Dominica 15. Græcos [a] Sacerdotes Imperatoris iuſſu, ſacrum ſolemni ritu feciſſe, & Marchionem Ferrarienſem cum ſuis ciuibus affuiſſe, & panem benedictum è manu Patriarchæ Conſtantinopolitani more Græcorum accepiſſe. Et apud Græcos, teſte Cabaſila, vt etiam citat Durant. *loc. cit.* Sacerdos, abſoluto Miſſæ ſacrificio, oblatum panem, ex quo ſacrum panem abſcidit, in multa diuiſum fruſta, tradit fidelibus, vt qui ſanctus ſit, eo quòd templo fuerit dicatus, & oblatus. Illi autē piè, & religioſè ſuſcipiunt, & Sacerdotis dexteram oſculantur. Olim porrò hic panis in ipſo ſacrificio ſacrari ſolebat: nunc verò eo abſoluto, & perfecto, precationibus adhibitis, de more, ſacratur.

a *Apud Græcos, Miſſa completa, fideles de manu Sacerdotis panem benedictum accipiunt, & Sacerdotis dexteram oſculantur.*

Ite, Missa est.

Miſſæ nomen, vt colligitur ex Alcuino *de diu. offic. cap. de celebrat. Miſsæ.* Iſidoro, *lib.* 6. *Etymolog. cap.* 19. Raban. *lib.* 1. *de inſtitut. Cleric. cap.* 32. Remig. *lib. de offic. Miſsa*, Dimiſſionem populi ſignificat. Olim enim in fine Miſſæ, quæ dicebatur Catechumenorum, publica voce Diaconus clamabat: *Ite, Miſsa eſt*, vt apertè inſinuant S. Aug *ſerm.* 237 *ad menſam.* S. Cyprian. Concil. Carthag. IV. *cap.* 84. *& c. Epiſcopus, de conſecr. diſt.* 1. Ambroſ. *lib.* 5. *epiſt* 33. Iuo *in ep.* 75. Concil. Illerd *Can.* 4. & Clem. *lib.* 8. *Conſtit. Apoſt. c.* 12. Concil. Laodicen. *Can.* 19. & Gregor. *lib.* 2. *Dialog. c.* 2. quibus verbis ab Eccleſia excludebantur Catechumeni, Energumeni, Pœnitentes, quibus fas non erat, conſecrationi Corporis & ſanguinis Domini intereſſe, ac proinde dimittebātur hoc verbo: *Ite, Miſsa eſt*: quaſi diceret Diaconus: *Vobis iam licet foràs abire: iam vos dimittimus: ac proinde, abite, eſt enim veſtri dimiſsio* Nā præcepto Eccleſię ad id vſque tempus in templo adeſſe cogebātur, & quia alta voce, & intenta Diaconus publicè clamat, *Ite, Miſsa eſt*, cœpit vulgarium hominum vſu integrum Miſſæ ſacrificium, Miſſa appellari, ſumpto vocabulo à publicis illis verbis, quæ ad omnium adſtantium aures perferebantur. Et ſicut tunc Diaconus dicebat: *Ite, Miſsa eſt*: ſic etiam nunc perfecto, & abſoluto Miſſæ ſacrificio, voce Diaconi, vel Sacerdotis dicitur populo, *Ite, Miſsa eſt*: vt bene anno-

tauit Durantius, vnà cum aliis iunioribus, *lib. 2. cap. 1. num. 4 & 5. de ritibus Eccleſ. Cathol.* Quare falluntur, qui exiſtimant, malè in Eccleſia ad finem Miſſæ diei voce Diaconi, vel Sacerdotis, *Ite, Miſſa eſt*, vt olim à Diacono dicebatur initio Miſſæ fidelium Chriſtianorum. Nec enim tunc cùm Diaconus proclamabat, *Ite, Miſſa eſt*, id dicebar propter initium Miſſæ fidelium; perinde, ac ſi diceret, *Abite, quia incipit Miſſa fidelium*, ſed ob eam cauſam, quod erat finis Miſſæ Catechumenorum, qui dimittebantur, vt liberè quò vellent, ſe reciperent.

Quod ergo Diaconus in fine Miſſæ Catechumenorum dicebat, hoc in eodem ferè ſenſu ſolèt in Eccleſia dici, quoties Sacerdotes offerunt, toto ſacrificio completo; *Ite, Miſſa eſt*, vt aſtantes intelligant, ſibi iam ab Eccleſia dimiſſis, fas eſſe diſcedere. Quorundam eſt opinio, his verbis: *Ite, Miſſa eſt*, idem ſignificari, quòd Miſſa iam eſt ad Deum oblatio, *Abite*: In Regula S. Benedicti, *vbi cap. 9. 12. 13.* de publicis precibus dicitur, compleanrur; poſtea *in cap. 17.* legimus, *Miſſæ ſint, & fiant*, hoc eſt, compleantur, & finiantur: ac ſi diceretur, fiant dimiſſiones.

De partium missæ significatione.

In Miſſæ ſacrificio tota Chriſti vita, mórſque repræſentatur.

a Partium Miſſæ ſignificationes, & myſteria.

Cùm Sacerdos [a] ad altare peruenit, ſéque peccaſſe confitetur; mundum ante Chriſti aduentum, peccatis omnibus refertum, cumulatúmque fuiſſe ſignificat. Cùm *Introitum* dicit, de veteri Teſtamento ſumptum, promiſſum in antiquo Meſſiam in memoriam reuocat. Cùm proſequitur dicens, *Kyrie eleiſon*, pias Sanctorum Patrum voces, qui Chriſti aduentum poſtulabant, innuit. Et dicendo, *Gloria in excelſis Deo*; ipſum adueniſſe teſtatur. Cùm ſe conuertit ad populum dicens, *Dominus vobiſcum*, ipſum mundo ſe exhibuiſſe dicit. Cùm precatur; *ipſum, antequam concionibus populum erudiret*, pro nobis precatum eſſe demonſtrat. Legens Epiſtolam; indicat, *Ioannem Baptiſtam ante ipſum concionatum fuiſſe*. Euangelium recitans, *concionari ipſum cœpiſſe*, oſtendit. Cùm Symbolum legit; *fidem ipſius diſſeminari cœpiſſe* declarat. Cùm Offertorium pronunciat; teſtificatur, *ſtatuiſſe eum ſeipſum offerre pro nobis*. Cùm ſecreta verba profert: *paulisper eum, quia nondum aduenerat hora*, latuiſſe deſignat. Cùm Præfationem dicit, *ingreſſum Hieroſolymas triumphantem*, docet. Cùm tacet, *Paſſionis noctem aduenisſe* refert. Cùm oſculatur altare; *à Iuda proditum oſculo fuiſſe*, notum facit. Cùm eleuat hoſtiam; *Crucifixum eſſe* exprimit. Cùm Calicem, *ſanguinem pro nobis ab eo profuſum* demonſtat. Cùm rurſus tacet; *mortuum eſſe* exponit. Cùm extollit vocem; *Centurionis confeſſionem* notat. Cùm denuò tacet, *ſepultum fuiſſe* proponit. Cùm dicit, *Pax vobis, ad vitam rediſſe, pacemq́, Apoſtolis dediſſe* planum facit. Cùm dicit, *Agnus Dei, Eccleſiam, vbi eum vidit, ingenti perfuſum lætitia* explicat. Quando communicat, *cum ſuis, poſtquam reuixit, comediſſe* patefacit. Cùm legit Scripturam, *ſenſum eius aperuiſſe* deſcribit. Cùm ad medium altaris accedit, *in cælum aſcēdiſſe* notat. Cùm precatur, *precari ipſum pro nobis* docet. Cùm ad medium redit, *ipſum aquè, Hebræorum, ac Gentium factum eſſe* aperit. Cùm dicit, *Ite, Miſſa eſt; mundum finem habiturum* inſinuat. Conuerſus ad populum, *venturum ad iudicandum* denotat. Cùm benedictionem dat; *dicturum bonis, venite benedicti*, affirmat. Cùm Ioannis Euangelium legit, ſcilicet, *In principio, noſtra omnia, & ab ipſo incipere, & in ipſo deſinere debere* nunciat.

b Ex traditione Apoſtolica habentur ſacræ veſtes.

Sacras veſtes [b], quas induunt Presbyter, & miniſtri, non potuerūt non ex Apoſtolica traditione deſcendere. De illis fit mentio apud Anacletum *epi. 1. de oppreſſ. Epiſcop* Steph. Papa *epiſt. ad Hilarium*. Orig. *hom. 11. c. 10 in Leuit.* Hieron. *epiſt. 3. ad Heliodorum*. Chryſoſt. *hom. 83. in Matth & initio Liturgiæ*. Concil. Carthag. IV.

c Vaſa ſacra.

Vaſa [c] ſacra, vbi Euchariſtia conficitur, ex traditione habentur, ex Clem. *epiſt 2. ad Iacobum fratrem Domini*. Athan. *Apolog 2. cont. Arian.* Optat. Mileuit. *lib. 6. cont. Donat.* Ambroſ. *lib 2. de offic. cap. 28.* Gregor. Turon. *de gloria Martyr. cap. 85.*

d Vaſa alia in Sacramentorum adminiſtratione.

De aliis vaſis, quæ in Eccleſia antiqua, & modò adhibentur in Sacramentorum [d] diſpenſatione, meminerunt S. Aug. *in Pſal. 113 conc. 2.* Chryſoſt. *hom. 3. ad Eph.*

e Pixis vbi Euchariſtia reponitur.

De pixide [e], vbi reponitur Euchariſtiæ Sacramentum, habetur ex Clem. *lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap. 13. & lib. 2. Conſtit. cap. 57.*

Ex

ANNO DOM.

Ex eadem traditione Templa [a], & aræ conſecrantur. ex Clem. *epiſt. 2. ad Iacob. fratrem Dom.* Athanaſ. *epiſt. ad Conſtantium.* Aug. Baſil. *in Pſalm.* 114. Nyſſen. *lib. de bapt.* Concil. V. Carthag. *Can.* 6. & Agath. *Can.* 14. Gelaſ. I. *in epiſt.* 1. & Felice IV. *in epiſt. decretali de Eccleſiarum, & altarium conſecratione*, qui Pontifex atauus S. Gregorij fuit.

a *Templorum, & ararum conſecrationes.*

Ex eodem Clem. vbi ſupra recenſentur altaris palla [b], cathedra, velum, & candelabrum. Oleum offerendum in lampadem tempore ſanctæ oblationis, habetur *in Can. 3. Apoſtolorum.* Chryſoſt. *Orat.* 60. *ad populum.*

b *Palla, cathedra, velum, & candelabrum.*

De vſu [c] cereorum eſt mentio, vt de antiqua traditione apud Hieron. *epiſt.* 20. *ad Marcellam.* Aug. *ſerm.* 215.

c *Cereorum vſus.*

Thurificationis [d], & incenſus meminit Dionyſ. *de Eccleſ. hierar. cap.* 3. Ambroſ. *in Lucam cap.* 1.

d *Thurificatio, & incenſus.*

Muſcariorum [e], & flabellorum ad muſcas arcendas ex pennis pauonis habetur ex Clem. *lib. 8. Conſtit. Apoſt. cap.* 12.

e *Flabellorum ex pennis pauonis vſus.*

Sacræ Euchariſtiæ materiam panis in forma rotunda conſecrari ſolitam, habetur ex Chryſoſtomo *hom.* 83. *in cap. 26. Matth.* qui eam coronam vocat. Epiphan. *in Anchorato.* Gregor. 4. *Dialog. cap.* 55.

Confeſſionis ſacramentalis præmiſſio vbi adeſt copia Sacerdotis ante Euchariſtiæ ſumptionem, habetur ex doctrina antiquiſſima Eccleſiæ, quæ proculdubio de traditione deſcendit, lege Cypr. *ſerm. de lapſis. & de cœna Dom. & epiſt. Firmiliani ad Cypr.* Aug. *de ſalut. docum. c.* 33. *& lib.* 5. *hom.* 50. *cap.* 9. Chryſoſt. *hom.* 8. *in Matth.* Iſich. *in cap 26. Leuit. & lib. de Eccleſ. dogmat. cap.* 53. Theophil. *in cap.* 11. *prioris ad Corinth.* Et hęc de Miſſa, & eius partibus dicta ſufficiant: quæ latiùs cæteris poſuimus contra Nouatores, qui Miſſam de medio tollere totis viribus conantur. Nunc inſtitutum noſtrum proſequamur.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

424. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] AFRICANVM. Res ſic erat. Accepto in Africa Bonifacij Papæ Reſcripto pro Anton. Epiſcopo Fuſſulanenſi (ſi tamen, ſicut ipſe expoſuerat, res ſe haberet) nimirum, vt in Sedem ſuam reſtitueretur, & mortuo interim Bonifacio, Fuſſulanenſes cauſam aduerſus Epiſcopum proſequerentur apud Cœleſtinum, recuſantes illum vllo modo recipere, vt hominem perditiſſimum. Et cùm diuulgatum eſſet, fore miſſurum Cœleſtinum executores, qui per vim illum in Sedem reſtituerent, S. Auguſtinus [g] ipſo initio Sedis Cœleſtini, ad eum ſcribit, initio gratulatus pacificam electionem: poſt verò ſuum timorem, & angorem expromit, eius implorans auxilium (*epiſt.* 261.) *Accipe*, inquit poſt multa, *nunc quæ poſt eius ſanctæ memoriæ viri* (nempe Bonifacij Papæ) *in Africa litteras, geſta ſunt, & ſubueni hominibus opem tuam, in Christi miſericordia, multò auidius, quàm ille, poſcentibus, à cuius inquietudine deſiderant liberari. Iudicia quippe illis, & publicas poteſtates, & militares impetus, tanquam executuros Apoſtolicæ Sedis ſententiam, ſiue ipſe ſiue rumores creberrimi comminantur, vt miſeri homines Chriſtiani, Catholici, grauiora formident à Catholico Epiſcopo, quàm cùm eſſent hæretici à Catholicorum Imperatorum legibus formidabant. Non ſinas iſta fieri, obſecro te, per Chriſti ſanguinem, per Apoſtoli Petri memoriam, qui Chriſtianorum præpoſitos populorum monuit, ne violenter dominentur inter fratres.* Hæc Aug. quibus conſentaneè ſcribũt Africani [h] Patres. *Præfato igitur*, inquiunt ad Cœleſtinum, *debita ſalutationis officio, impendio deprecamur, vt deinceps ad veſtras aures hinc venientes, non faciliùs admittatis, nec à nobis excommunicatos in communionem vltra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno Concilio definitum facilè aduertet Venerabilitas tua: nam ſi de inferioribus Clericis, vel laicis videtur ibi præcaueri: quantò magis hoc de Epiſcopis voluit obſeruari, ne in ſua prouincia à communione ſuſpenſi, à tua ſanctitate, vti feſtinatò, vel præproperè, vel indebitè videantur communioni reſtitui.*

f *Concil. Africanum.*

g *Aug. ad Cœleſtinum.*

h *Patres Concilij ad Cœleſtinum.*

Ex quibus, & aliis plurimis in eadem epiſtola colligitur, non recuſaſſe eos appellationes ad Romanam Eccleſiam, ſed perſecutionis appellationum quendam modum. Sed de tota hac controuerſia, conſulendi ipſi Annales, quibus obſcurior alioqui cauſa planè enucleatur, & confictę epiſtolæ quædam, & falſę de ſchiſmate Eccleſiæ Africanæ: & de Canonibus à Zoſimo [i] citatis, vt veris, non confictis, plenè tractatur: & quàm impudenter, ſtultè, & inaniter Nouatores Zoſimo inſultent

i *Nouatores ſtultè, & inaniter Zoſimo inſultant.*

defalſatis Canonibus,& ipſi Romanæ Eccleſiæ, de Africana Eccleſia ſe ab ea ſeiungenti,quod falſum eſt,oſtenditur.

Eodem anno Theodoretus Cyri Epiſcopus factus, octingentas ſub ſe parochias habens,magno labore,& ſollicitudine incubuit in liberanda ſua Diœceſi ab hæreſibus, atque Deo bene iuuante,plus quàm decem millia Marcionitarum ad Eccleſiam Catholicam adduxit. Quæ autem miracula,& diuinæ viſiones contigerint,exponit ipſe *Hiſtoria SS. Patrum,cap.* 21. Præter autem octo Marcionitarum vicos,Eunomianorum vnum,& Arianorum alterum ad fidem Catholicam conuertit,vt ne vnum quidem,inquit *epiſt.ad Nem.* 81. extet hæreticorum zizanium, aut germen. Et id quidem perfecit ſæpius effundens ſanguinem,lapidatus,& morti expoſitus.

a Eccleſiæ priuilegia à Valentiniano reſtituta.

Hoc anno Valentinianus Imperator priuilegia [a] Eccleſiæ ablata, quàm primùm cenſuit reſtituenda. Priuilegia præteritarum legum, Eccleſiæ, ſiue Clericis delata ſeruentur. Aquileiæ menſe Iul. *l.46. de Epiſcop. & Cler. Cod. Theodoſ. Priuilegia Eccleſiarum omnium, quæ ſæculo noſtro tyrannus inuiderat, prona deuotione reuocamus: ſcilicet,vt quidquid à Diuis Principibus conſtitutum eſt,vel quæ ſinguli quique Antiſtites, pro cauſis Eccleſiaſticis impetrarunt, ſub pœna ſacrilegij, iugi ſolidata æternitate, ſeruentur. Clericos etiam,quos indiſcretim ad ſæculares Iudices debere deduci,infauſtus præſumptor edixerat, Epiſcopali audientiæ reſeruamus.* FAS [b] ENIM NON EST, VT DIVINI MVNERIS MINISTRI TEMPORALIVM POTESTATVM SVBDANTVR ARBITRIO. Aquileiæ *l. 47. Cod. eod.* 425

b Eccleſiaſtici ſæcularibus ſubdi indignum.

c S. Auguſt. morti proximus ſucceſſorem ad Epiſcopatum eligit.

Sanctus Auguſtinus annum agens [c] ætatis ſeptuageſimum ſecundum, 426
Epiſcopatus verò trigeſimum ſecundum, cùm cuperet recenſere, & retractare ſua ſcripta, nec ſibi vacaret, plurimis Epiſcopatus occupationibus, impedito, cogitauit ſibi adlegere coadiutorem, Eradium Presbyterum ſuum probatiſſimum; qui & morienti ſuccederet in Epiſcopatu, re cum Clericis, & populo collata, & probata, geſta Eccleſiaſtica confecta ſunt. Vide Auguſtinum *epiſt. numero* 110.

d Ab Epiſcopis ablata eſt modò facultas eligendi ſucceſſorem.

Porrò licentia hac de ſubrogãdo ſibi ſucceſſore [d] bene vſi ſunt complures ſancti Epiſcopi, ſanctiſſimos quoſque ad Epiſcopale munus eligentes: ſed cùm poſt carnali affectu, non pro meritis cœpti eſſent eligi propinqui ſucceſſores, proſcripta eſt ab Eccleſia, ſacris Canonibus, & decretis ſummorum Pontificum.

e Concil. in Oriente.

Concilij [e] hoc anno celebrati (quo loco incertũ) aduerſus Maſſalianos hæreti- 427
cos, aliàs ſæpè damnatos, extat tantùm Canon apud Photium in Bibliotheca: ſi quis, poſt Anathematiſmum, aliquando fuerit deprehenſus, vel verbo, vel opere in ſuſpicionem huius morbi lapſus, nunquam amplius in poſterum locum habeat: neque ſi decies millies polliceatur ſe eſſe paratum ad ea omnia, quæ ad pœnitentes pertinent.

f Neſtorius hæreſiarcha.

Hoc anno Neſtorius [f] ex Monacho Presbyter Antiochenus, poſt mortem Si- 428
ſinnij ad Epiſcopatum Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ euectus eſt. Erat Neſtorius ex Germania oriundus, Pauli Samoſateni hæreſiarchæ nepos, Theodori Mopſueſteni, & Diodori Tarſenſis hæreticorum auditor. Hic ſordidâ quidem veſte indutus, mœſtus, & triſtis incedens, forenſes tumultus deuitans, corporis pallore, & macie abſtinentiam ſimulans, libris, vt plurimùm domi incumbens, & intentus, & quietus ſibi viuens, his artibus, & ſimulationibus, pleroſque alliciebat ad ſui admirationem, quouſque ad grauiorem prouenit ætatem; videri potius, quàm eſſe Chriſtianus, & ſuam magis, quàm Chriſti gloriam quærere ſtudens. Ad Epiſcopatum adductus, zelum Catholicæ religionis præ ſe tulit. Pro concione enim Imperatori dixit: *Mihi, ô Imperator, terram hæreticis tu purgatam tribue, & ego tibi cælum tribuam. Tu mihi in profligandis hæreticis ſubueni, & ego tibi in profligandis Perſis ſubueniam.*

g Imperator contra hæreticos.

Hæc cùm præſente populo in Eccleſia animosè dixiſſet, Imperatorem contra hæreticos animauit, ita vt hoc anno ſtatim reſcripſerit in hunc modum (*vt habet* [g] *Codex Theodoſ. l. 65. de hæret.*) *Hæreticorum ita eſt reprimenda inſania, vt ante omnia, quas ab orthodoxis acceptas tenent vbique Eccleſias, ſtatim Catholicæ Eccleſiæ tradendas eſſe non ambigant: quia fieri non poteſt, vt qui nec proprias habere non debuerant, ab Orthodoxis poſſeſſas, aut conditas, ſuáque temeritate inuaſas vltrà detineant.*

Hac

Digitized by Google

ANNO DOM.

Hac lege Neſtorius [a] armatus, exordia ſui Pontificatus zelo fidei exornare contendit: & primùm quidem Arianos eò impulit vt ſuæ ipſorum Eccleſiæ à Catholicis incenſæ, ipſi quoque faces admouerint. Nouatianos deinde exagitare aggreſſus, & alios quoſcunque: vnde factum eſt, vt multi eorum ad Eccleſiam reuerſi, fidei *Conſubſtantialis* aſſenſerint.

a *Neſtorius contra hæreticos.*

Sed non diu perſeuerauit Neſtorius: vix enim maximam illam Sedem occupauit, ac ſi tyrannidem quandam ſacerdotij præfecturam rapuiſſet, ſuam [b] impietatem, quam antea conceperat, in medium protulit: Vnde factus & ipſe hæreſiarcha, Eccleſiam totam perturbauit: donec coacto Concilio Generali [c] Epheſino, ſua impietas repreſſa, & damnata fuerit.

b *Neſtorius ſuam hæreſim pateſacit.*

c *Huic impietati præcipuè Cyrilli Alex. Epiſcopi induſtria, & Papæ Cœleſtini repugnat auctoritas.*

429. Cœleſtinus [d] Papa Palladium S.R.E. Diaconum mittit in Britanniam, ad Pelagianos, Inſulam corrumpentes, depellendos. Ex Proſp. *aduer. Coll.* & Beda *hiſt. Anglic. lib.* 1. *c.* 14. in tempore tamen ex Proſpero corrigendus eſt Beda.

d *Cœleſtin. PP. Legatum in Britanniam mittit.*

Quòd verò Proſper S. Germanum Epiſcopum in Britanniam à Cœleſtino miſſum eſſe legatum dicat: Conſtantius verò, & Beda à Synodo Galliarum, vtrumque fieri potuit.

S. Germanus [e] præſcius futurorum, in itinere, apud Pariſios, S. Virginem Genouefam vocatam, Deo ſpopondit, nummúmque caſu repertum cruce impreſſum, eidem in memoriam, geſtandum dedit. Maris [f] tempeſtatem, vi Dæmonum concitatam eximij illi viri diuina virtute in preces effuſi, & oleo benedicto in nomine Trinitatis aſperſis fluctibus, ſuperant, & littore Britannico potiuntur, excepti à conueniente, ex diuerſis partibus, multitudine: quos venturos etiam vaticinatio aduerſa (Dæmonum ſcilicet) prædixerat. Vi diuini verbi, & virtute miraculorum, Inſulam peragrantes, alios corrigebant, alios confirmabant. Aduerſarios ipſos, auſos cum illis inire conflictum, vi veritatis, & luce, puellæ, per orationem Germani, & applicationem [g] reliquiarũ, coram ingenti multitudine, reſtituta, ita confutant, vt populi vix manus ab eis continerent. Progreſſus S. Germanus ad templum S. Martyris Albani, plurimorum ſanctorum, ex diuerſis locis, collectas reliquias ſub altari [h] piè condidit, & de ipſo loco, vbi B. Martyris effuſus fuerat ſanguis, maſſam pulueris ſecum portaturus [i] abſtulit. Nunc in Britannia euertuntur, & diſperguntur manibus hæreticorum.

e *S. Germanus S. Genouefam Deo conſecrat.*

f *Maris tempeſtas oleo benedicto effuſo ſuperatur.*

g *Reliquiarum virtus elucefcit.*

h *Reliquiæ SS. ſub altari conditæ.*

i *Reliquiæ SS. aſportantur.*

Cœleſtinus Epiſcopos Apulos, & Calabros monitos, ne ex laicis aſſumerentur Epiſcopi, ſed ex clero, ad excuſationem afferentes ſtudia, & conatus populi, admonet his verbis in epiſtola ſua: *Docendus* [k] *eſt populus, non ſequendus: noſque* (ſi neſciunt) *eos quid liceat, quidve non liceat, commonere: non his conſenſum præbere debemus. Quiſquis verò conatus fuerit tentare prohibita, ſentiet cenſuram Apoſtolicæ ſedis minimè defuturam: quæ enim ſola admonitionis auctoritate non corrigimus, neceſſe eſt, per ſeueritatem congruentem regulis, vindicemus.*

k *Epiſcopis docendus eſt populus non ſequendus.*

Neſtorius dum occultè ſuam [l] hæreſim vulgaret, ſua ſcripta ad diuerſos miſit, & inter alios ad Ægypti monachos, quod cùm ad Cœleſtinum Papam delatum eſſet, Cyrillum Alexand. deputat, qui diligenter de hoc inquirat.

l *Neſtorius ſuam hæreſim occultè diuulgat.*

430. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [m] ROMANVM contra Neſtorium, cùm enim ipſe ad Cœleſtinum ſcripſiſſet, ſub pietatis ſpecie, Mariam vocandam χριστοτόκον, non θεοτόκον, ne naturas miſcere, inquit, videamur. Quibus cognitis, Cœleſtinus, habita quàm primùm ſynodo, omnium ſententia tantam blaſphemiam condemnat, auctori verò ipſius, decem dierum ad reſipiſcendum conceſſum eſt ſpatium. Eadem damnatione feriendus & ipſe, ſi in aſſerto errore perſiſteret. De qua ſynodo tum Cyrill. epiſt. ad Neſtor. meminit: tum quæ in ea definita ſunt, in Cœleſtini epiſtolis ſunt expreſſa.

m *Concil. Rom. contra Neſtor.*

Præfatæ autem ſententiæ cõtra Neſtorium Cœleſtinus Papa executorem conſtituit Cyrillum [n] primæ poſt Romanam Alexandrinæ ſedis Antiſtitem: id quod ipſum ſcribit Cœleſtinus [o] ad Cyrillum *ep.* 3. cuius vicis ſuæ legatione commiſſa, tradit Balſamo, ad eundem ab ipſo Cœleſtino miſſum Phrygium: ipſum nempe pallium, quo ſignificatur plena poteſtas, eoque Cyrillum eſſe vſum in Epheſino Concilio, & in ſacris ſolemnibus, more Rom. Pont. quod priuilegium poſtea affirmat propagatum ad Alexandrinos Epiſcopos ſucceſſores, cuius tamen fortè exemplum non extat.

n *Cyrillus ſententiæ contra Neſtorium executor.*

o *Cœleſtinus Papa ſcribens ad Neſtor. ait: Niſi de Chriſto Deo noſtro ea tenueris, quæ & Romana, & Alexandrina, & vniuerſa Eccleſia Catholica tenet, & docet, ſan-*

Anno Dom.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [a] ALEXANDRINVM contra Neſtoriũ à Cyrillo congregatō, qui Legatos, data eis Synodali epiſtola, Cõſtantinopolim ad Neſtoriũ [b] miſit, in qua hæc dicit: *Ecce igitur vnà cum ſacra Synodo, quæ in magna Romanorũ ciuitate, piiſſimo Epiſcopo fratre, ac comminiſtro noſtro, Cæleſtino præſidẽte, conuenit, iam tertiò his te litteris conteſtamur, & obteſtamur, vt conſilium noſtrum ſecutus, ſtolidis illis, abſurdiſq́ dogmatibus, quæ foris, publiceq́ doces, quàm primùm nuncium mittas: fidemq́ rectam, & iam inde ab initio per ſacros Apoſtolos, & Euangeliſtas, qui verbi ſpectatores, & miniſtri fuerunt, ſanctis Eccleſiis eruditam, reuerenter ſuſcipias. Quod ſanè niſi iuxta tempus in litteris Cæleſtini ſacratiſſimi, reuerendiſſimiq́ Romanorum Epiſcopi expreſſum, præfinitumq́ præſtiteris: certò ſcias, nullam tibi deinceps cum Epiſcopis, & ſacerdotibus Dei conſuetudinem, nullum ſermonem, nullum deniq́ inter eos locum futurum eſſe. Neque enim æquum eſt, vt nos Eccleſias turbatas, populos offenſos, fidem rectam labefactatam, gregem Chriſti miſerè abs te diſſipatum, qui illum, ſiquidem perinde ac nos rectæ fidei doctrinam conſectari, ſanctorúmq́ Patrum pietatem æmulari libuiſſet, conſeruare alioqui debueras, diutius negligamus. Operæ igitur pretium fuerit, vt ea omnia ſcriptis execreris, & anathematizes, publicéq́ abiures, quæ ſceleſtè, & prophanè hactenus ſenſiſti, alióſque docuiſti: & ea poſthac te ſenſurum, & docturum, ſanctè polliceare, quæ & nos, & cæteri omnes, quotquot vel in Oriente, vel in Occidente viuunt Epiſcopi Doctorum, ac populorum duces.*

Addidit, & ad Clerum Conſtantinopolitanum, & aliam ad Patres Monaſteriorum, Synodalem Cyrillus, qua ex decreto Rom. Pontificis damnationem Neſtorij ſignificat, & eorum, qui cum illo communicant; declarans, in totius Catholicæ Eccleſiæ communionem recipi omnes eos, qui ab eo fuiſſent cauſa fidei ſeparati.

Neſtorius magnæ Conſtantinopolis Eccleſiæ vſque ad tuum Epiſcopatum tenuit, & docuit, &c. ab vniuerſa Eccleſiæ Catholicæ communione te expulſum, proſcriptumq́ iri, & hoc nos plene facere in animum induxiſſe.

a *Conc. Alexandr.*

b *Synodalis epiſtola ad Neſtorium.*

CONCILIVM [c] GENERALE OECVMENICVM EPHESINVM.

c *Conc. Oecumenicum.*

Hoc anno CONCILIVM EPHESINVM fuit auctoritate Cœleſtini Papæ petente, & fauente Theodoſio iuniore Imp conuocatum. Ad quem Cœleſtinus inter alia ſic ſcripſit: [d] *Maior* [e] *vobis fidei cauſa eſſe debet, quàm regni, ampliúſque pro pace Eccleſiarum clementia veſtra debet eſſe ſollicita, quàm pro omni ſecuritate terrarum. Subſequuntur enim omnia proſpera, ſi primitus, quæ Deo ſunt cariora ſeruentur.* Et infra. *Pro veſtri enim Imperij ſalute geritur quidquid pro quiete Eccleſiæ, vel ſanctæ Religionis reuerentia laboratur.* 431

Ad hanc Synodum conuenerunt Epiſcopi plus quàm [f] ducenti ex Oriente, & nomine Pontificis Rom. Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus præfuit. Ad quos omnes Cœleſtinus Papa, inter multa ſic ſcripſit: *Accingatur armis Dei veſtra paternitas; ſcitis quæ galea caput noſtrum muniat, quæ lorica pectus includat: non vos nunc demùm Eccleſiaſtica Rectores caſtra cœperunt. Agendum eſt nunc labore communi, vt credita, & per Apoſtolicam ſucceſſionem huiuſque detenta ſeruemus.*

In hoc Concilio condemnata eſt præcipuè Neſtorij [g] hæreſis, ponentis in Chriſto duas perſonas, humanam, & diuinam. Vnde dicebat, *Beatiſſimam Virginem* MARIAM *dici non debere; θεοτόκον Dei genitricẽ, ſed χριστοτόκον, Chriſti genitricem.* Patres autem illi ſanctiſſimi, diuino afflati lumine, ſtatuerunt, eã verè dici, & eſſe Matrem Dei, quippe quæ verè genuit Deum: nam ille, quem genuit, humanam perſonam non habebat, ſed diuinam. Et ex tunc in ſalutatione [h] Angelica addita fuit particula illa in fine: SANCTA MARIA MATER DEI ora pro nobis peccatoribus; &c.

d *Cæleſtinus ad Imp. pro Concilio Epheſino.*

e *Grat. in cap. Satis euidenter diſt. 96. Sic refert Theodoſium ad Epheſ. Conc. ſcripſiſſe: Deputatus ergo eſt Candidianus magnificentiſſimus Comes ſtrenuorum domeſticorũ tranſire vſque ad ſanctiſſimam Synodum noſtram: & in nullo quidẽ quæ facienda ſunt de piis dogmatibus quæſtiones, ſeu potius expoſitiones communicare. Illicitum namq́ eſt eum, qui non ſit in ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum eccleſiaſticis intermiſceri tractatibus.*

f *Epiſcopi plures ad Concilium Epheſ.*

g *Neſtorij hæreſis damnata eſt.*

h *Sancta Maria Mater Dei, quando in ſalutatione Angelica addita.*

Sed & Pulcheria Auguſta, Virgo ſanctiſſima excitauit ampliſſimum tantæ victoriæ monumentum, veluti triumphalem fornicem, erigens, nimirum ſub nomine Dei genitricis Mariæ auguſtiſſimum templum in Blachernis, iuxta mare. Atque factum eſt, diuino afflante ſpiritu, vt quamuis frequens vbique eſſet cultus ſanctiſſimæ Dei Matris, poſtea tamen frequentior, & celebrior eſſet, vixque reperiretur, qui abſque titulo Dei Genitricis nominaret eandem Mariam.

Præterea, ad Mariæ nomen Eccleſiæ mos fuit, vt genua in terram flecterentur. Vide Petrum Bleſenſem *ad finem ſerm. 18. de Aſſumpt. B. Mariæ.*

Item, ad Mariæ nomen dexteram manum nos humiliter inclinantes, & ado-

rantes in tertam ponimus, vt ipſam de tetta humani corporis fateamur. Lucas Tudenſis *lib. 2. contra Albig. cap. 31. ad finem.*

Poſt damnatum Neſtorium, ſecutæ ſunt [a] acclamationes, quibus Cœleſtinum, qui iam antea damnauerat Neſtorium, mirificè laudauerunt. Porrò, egredientes [b] ab Eccleſia Epiſcopos, populi deduxetunt eum lampadibus ad diuerſoria: & facta eſt multa lætitia, & luminatia in ciuitate poſita; ira vt mulieres quoque adoleſcentes thymiamata cum thuribulis Epiſcopos præcederent.

a Acclamationes.

b Epiſcopis egredientibus à cunctis magnus honor præſtatur.

His & aliis in Concilio peractis, Legatos ad Cœleſtinum [c] Papam miſerunt, quos ſummus Pontifex, ſummâ totius Eccleſiæ exultatione excepit, & litteras Epiſcoporum ad Cenfeſſionem S. Petri, præſente vniuerſo Clero, & Populo Romano legi præcepit. Factus autem voti compos, encyclicas ad omnes Patres, qui Epheſino Concilio interfuerant, miſit, in quibus poſt gratulationem mutuam, hottatut, vt ad Ioannis Antiocheni, aliorúmque Neſtorianotum conuerſionem, ſedulam operam impenderent, fidémque in ſancta Synodo ſtabilitam, violari, vel infamari, tum populos hæreſi damnata cortumpi non ſinerent. His per eoſdem legatos in Orientem datis litteris, Cœleſtinns 8. Idus April. ex hac [d] vita migrauit. Hic, vt Gennadius *de Scriptor. Eccleſ. cap. 54.* ait, Decteta [e] Synodi aduerſus ſupradictum Neſtorium dictauit, habitúmque volumen deſcribens ad Orientis, & Occidentis Eccleſias dedit, confirmans, duabus in Chriſto manentibus perfectè naturis, vnam Filij Dei credendam eſſe perſonam.

c Legati ad Papam mittuntur.

d Cœleſtinus PP. moritur.

e Cœleſtinus decreta Synodi Epheſinæ confirmat, omnibusq; Eccleſiis ſeruanda dat.

Eodem anno S. Paulinus [f] Nolanus Epiſcopus ex Senatorio ordine natus, à pluribus viris ſanctiſſimis elogiis ornatus, à S. Hieron. quidem in Oriente, à S. Ambroſ. in Italia, à S. Auguſt. in Africa, à Proſpero, & Eucherio in Galliis: ſed in primis contemptu mundi, & Monaſtica exercitatione, & omnis generis ſanctitate illuſtratus, migrat [g] in cœlum. 10. Kal. Iul. anno ætatis duo de octogeſimo. Vranius *in eius vita.*

f S. Paulinus Epiſcopus Nolanus è vita diſcedit.

g De eius migratione è Senatu ad eremum agit S. Ambr. ad Sabinum ep. 30. & Hier. ep. 13. Quanti hunc virum S. Auguſt. fecerit, eius litera ad illum datæ teſtantur.

Quomodo autem conuenire poſſit, S. Paulinum ſeſe obſidem dediſſe pro filio viduæ Regi Vuãdalorum in Africa, & poſt eius obitum remeaſſe Nolam, ac deinde defunctum, cùm conſtet, qui in Africa regnauit primum, Genſericum, propagaſſe vitam, capta Carthagine, annis 37. ex Victore, & ſic perueniſſe vſque ad annum Domini 476. vt oportuerit Paulinum [h] adhuc vltra 45. annos vixiſſe, dicendum eſt, non eſſe intelligendum de Genſerico, qui in regno conſenuit, ſed de Gunthario fratre eius, Godiſchi filio, quem cum fratre Genſerico, atque Vuandalis tranſiſſe in Africam, Procopius, Paul. Diaconus, & alij affirmant, eúmque dolo Genſerici, e medio, morte ſublatum, huius enim interitum repentinum obuenturum potuit [i] prædixiſſe S. Paulinus: captiuos autem illos ex Campaniæ oris in Africam abductos, non bello aliquo, vel Vuandalicæ claſſis inuaſione, quâ potentem fuiſſe Genſericum, & ea plures regiones infeſtaſſe, tradit Vict. Legimus in vet. monumentis Bibliothecæ Vaticanæ Honorij Imp. epiſtolam rogantis Paulinum, vt adeſſe dignaretur indictæ Synodo cauſa ſchiſmatis Eulalij aduerſus Bonifacium: ex qua quidem, quantæ Paulinus fuerit æſtimationis, ſatis apparet.

h S. Paulinus quando pro viduæ filio ſeſe obſidem dederit, & ex captiuitate illa Nolam remeauerit.

i S. Paulinus ſpiritu prophetica multa prædicit.

432. Sixtvs III. natione Romanus, patre Sexto, gente Vrſina, ſicut Ioannes Virgilius, & Ioannes Selinus affirmant poſt Cœleſtinum ad Apoſtolatus apicem peruenit, poſtquam vacauit Epiſcopatus dies 20.

k Sixtus III. ſuccedit Papa.

Hoc ipſo anno S. Brictius, Turonenſis Epiſcopus, oppreſſus aduerſariorum calumniis (qoas paſſurum deceſſot ſuus S. Mattinus illi prædixetat) ad Rom. Sedis Pontificem Sede pulſus appellat: à quo tandem poſt ſeptennium, reſtituitur, duobus interim intruſis Epiſcopis extinctis. Turon. *de Geſtis Franc. lib. 2. cap. 1.* Gallicanos qnidem Epiſcopos ſolitos frequentiſſimè appellare ad Apoſtolicam Sedem, docet S. Leo *ep. 89. ad Epiſcop. Vien. Prou.*

l Epiſcopi Gallicani ad Sedem Apoſtolicam frequenter appellant.

Eodem anno Antiochiæ [m] celebratum eſt Concilivm in quo Ioannes [n] Antiochenus Neſtorium condemnauit, & cum Cyrillo pacem iniuit. In ſe enim Ioannes reuerſus, & errorem ſuum cognoſcens, ſic ad Sixtum ſcripſit: *Placuit nobis, quo omnis tollatur contentio, vniuerſaliſq; ſanctis Dei Eccleſiis per Orbem ſparſis pax reddatur: necnon ſcandala omnia, quæ exorta videntur, de medio tollantur, Neſtorium, quondam Conſtantinopolitanum à ſacra Synodo depoſitum, pro depoſito habere: ac blaſphemam illius doctrinam anathematizare; eò quòd & noſtræ quoque Eccleſiæ, perinde,*

m Conc. Antioch.

n Ioannes Antiochenus Neſtorium damnat.

ac veſtra ſanctitas, rectam ac ſemper inculcatam fidem tenuerint, eandémque populo aſſiduè commendarint, retinendamq́, prædicarint. Aſſentimur nihilominus, & Maximiani ſanctiſsimi, pientiſsimiq́, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſcopi ordinationi: denique, cum omnibus terrarum Orbis Epiſcopis, ſi modo rectam, ſincerámque fidem habuerint, eandémque ſeruauerint, communicamus.

a *Ioannes à Cyrillo ad concionandum inuitatur.*

Ad Cyrillum pariter Alexandriam miſit Ioannes [a] Paulum Emeſenum, qui ab eodem Cyrillo in die Natiuitatis Domini in Eccleſiam introductus, atque in ſignum pacis ad populum concionem dicere permiſſus eſt. Demùm, finem concioni imponens, ad audiendum Cyrillum populum inuitauit, qui breuem ad eoſdem eiuſdem argumenti concionem dixit, & ea, quæ à Paulo dicta erant, approbauit. Sic igitur magnâ totius Eccleſiæ lætitiâ ſtabilita eſt pax totius Orientalis [b] Eccleſiæ: communicantibus inter ſe mutuò, qui antea à ſe inuicem diuiſi erant, Epiſcopis. Paulus verò ad Ioannem redit, litteras à Cyrillo deferens illas, quarum initium eſt: *Lætentur cæli, & exultet terra: ſoluta eſt enim interiacens maceria: quod mærorem afferebat, conquieuit, & omne tandem diſsidiorum genus ſublatum eſt.*

b *Eccleſiæ Orièntalis pax.*

c *Conc. Rom.*
d *Sixtus PP. ſe purgat.*

Hoc anno Sixtus Papa CONCILIVM [c] ROMÆ habuit, ad ſui expurga- 433.
tionem [d] indictum. Cùm enim à Baſſo quodam, reus in iudicium accuſaretur: ipſe congregatâ ſeptem, & quinquaginta Epiſcoporum Synodo, ita cauſam dixit, vt ab omnibus vno conſenſu abſolueretur. Damnatur Baſſus calumniator iniquus, & in exilium mittitur, & moritur. Cuius [e] corpus Sixtus Epiſcopus linteaminibus inuolutum, & aromatibus conſperſum, propriis manibus ad S. Petrum ſepeliuit in loculis parentum.

e *Sixti PP. mirum exēplum.*

f *Petrus dictus Chryſologus diuinitùs datur Rauennatibus.*

Eodem anno cùm Rauennates [f] Romam veniſſent ad Sixtum Rom. Pontificem cum decreto electionis Rauennatis Epiſcopi, in locum Ioannis nuper defuncti, ſubrogandi; Sixtus per viſum admonitus à S. Petro Apoſtolo, & S. Apollinare eius diſcipulo, primo eius Eccleſiæ Epiſcopo, quem ordinare deberet; Petrum Diaconum S. Cornelij Foro Cornelienſis Epiſcopi, qui ad eum viſitandum per eos dies venerat, agnouit, & conſecratum Epiſcopum dedit, quem non niſi à Deo electum, admiranda morum ſanctitudo, & doctrina inſignis, mirificè commendatunt. Rubeus *in hiſt. Rauennat.*

g *S. Proſper ſcribit cont. Caſſianum, ſub nomine Collatoris.*

S. Proſper hoc anno aduerſus Ioannem [g] Caſſianum adhuc viuentem nomine Collatoris, librum conſcribit, & quidem eruditione inſignem, quo & venena produntur: & aduerſus ea, quæ de libero arbitrio, cōtra gratiam ſcripſerat, antidorum præparatur. Cuius admonitione Caſſiani [h] ſcripta, potiſſimùm verò Collationes ipſæ, à nonnullis emendata fuiſſe reperiuntur.

h *Caſſiani ſcripta emendata.*

i *Vincentius Lerinenſis ſcribit commentarium contra hæreſes.*

Vincentius [i] Lerinenſis presbyter Gallus, hoc ipſo anno, triennio fermè poſt ce- 434.
lebratum Concilium Epheſinum, aduerſus omnes hæreſes diſertiſſimum elucubrat Commentarium.

k *Libri Neſtorij combuſti.*

Hoc anno Armeniæ Concilium celebratum eſt, quo libri [k] Neſtoriani flam- 435.
mis ſunt addicti.

l *Neſtorius miſeriis cōfectus miſerè moritur.*

Hoc anno Neſtorius [l] mortuus eſt: nam poſtquam à ſacerdotio deiectus fuit, diuino quidem iudicio, & SS. Patrum Epheſi congregatorum decreto, etiam Imperiali edicto in exilium eiectus, pœnas, quæ impios expectant, has prægustare cœpit. Nam ſæpe loca mutans, tandem putredine totum corpus occupante conſumptus, linguâ à vermibus exeſa, cum huius vitæ miſeriis, ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda, eâque ſempiterna tranſiuit.

Eodem anno Iuannes Antiochenus cùm ſediſſet annos tredecim, extremum 436.
diem obit. Cuius in locum ſubrogatur eius ex ſorore nepos, Domnus ex Monacho.

Perſecutio in Africa ſub Genſerico Vuandalorum Rege Ariano: qui volens 437.
Catholicam fidem Ariana impietate ſubuertere, quoſdam noſtrorum Epiſcoporum Baſilicis priuatos, etiam ciuitatibus expulit. Proſper *in Chronic.*

m *Chryſoſtomi corpus Cōſtantinopolim transfertur.*
n *Laudatur variis encomiis.*

Hoc anno, vt refert Socr. *lib. 7. c. 44.* venerabile [m] corpus S. Ioannis Chryſoſt. 438.
Comanis tranſlatum eſt Conſtantinopolim. Occaſionem Proclus de laudatione Ioannis, præſente Clero, & populo habuit. His inter alia elogiis Ioannem [n] ornabat: *Omnem, ait, locum, omni liberauit errore. In Epheſo, artem Midæ fugauit. In Phrygia, Matrem, quæ Deorum dicebatur, ſine filiis fecit. In Cæſarea publica meretricia honoris va-*

cua ſpoliauit: In Syria Deum impugnantes Synagogas euacuauit. In Perſide, verbum pietatis ſeminauit. Vbique Orthodoxæ ſidei radices poſuit, mundum, Dei notitia lingua repleuit: libros conſcripſit, æternæ ſalutis expanſit: cum Ioanne, de Paterno Verbo Theologizauit: cum Petro piam confeſsionem fundauit: cum Paulo propter fidem ſudores effudit: cum piſcatoribus Orthodoxiæ rete deduxit: cum Ioanne [a] *de meritis contendit. Ioannes ille, Ioannes iſte: ille prædicator, iſte tuba: ille inconcuſſus, iſte ſine ſeruitute; ille ſine ſceleris, iſte ſingularis: ille virgo, iſte caſtitatis defenſor: ille in eremo baptizans, iſte in ciuitate retia mittens: ille corripiebat adulterantem, iſte corripiebat raptores: ille capite amputatus eſt, iſte eandem conſtantiam præ ſe ferre non dubitauit: ille in carcere incluſus, iſte in exilium deportatus: ſunt huic multiplicata certamina, propter hoc multæ & coronæ.* — a *Cum Ioanne Baptiſta Chryſoſtomus confertur.*

Non potuit amplius producere Proclus concionem, populo acclamationibus irrumpente, & Ioannem ſibi reddi poſtulante; ſed nihilominus edicto Imperatoris ſtatutum eſt, vt Conſtantinopolim corpus illud transferretur. Vbi cùm Proclus vrnam illam tanto theſauro plenam in ſacro throno collocaſſet, & populus acclamaſſet: *Recipe*, inquit, *thronum tuum, ô Pater.* Fertur, mortuus dixiſſe: *Pax vobis.* Quod & Proclus, & circumſtantes ſe audiuiſſe, teſtati ſunt.

439. Hoc anno Eudoxia Theodoſij Imp. vxor à Iuuenale Ieroſolymitano Epiſcopo, multis donata, receſſit, vt beatiſſimis faſciis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti (ex Niceph. *lib.* 14. *c.* 25. & duabus catenis illis, quibus ab Herode S. Petrus Apoſtolus vinctus eſt: quarum alteram Romam [b] ad Eudoxiam Auguſtæ filiam miſit, alteram verò Conſtantinopolim in Eccleſia eiuſdem Principis Apoſtolorum, aſſeruari voluit. — b *Catena Petri Romam miſſa.*

Alteram illam catenam, à matre ſibi miſſam, Eudoxia matri religione non impar, honorauit: in eius memoriam, & Petri Apoſtoli, qui ea vinctus fuit, erigens Deo baſilicam [c] Romæ in Exquilino monte, auguſtam ſanè, Auguſtæque nomine dignam. Cui catenæ diuino miraculo illa coniuncta dicitur, qua ſub Nerone vinctus Petrus, in carcere Mamertini diu detentus eſt, à Romanis Pontificibus cuſtodita. Catenæ hæ [d] miraculis plurimis coruſcant. Quarum limaturæ mittebantur à Ro. Pont. pro nobili munere, ad inſignes perſonas. — c *Baſilica auguſta conſtruitur.* — d *Catenæ miraculis coruſcant.*

Item, beatiſſimi Stephani reliquiis donata eſt, quas in Baſilica S. Laurentij poſitas, fideles venerantur. Marcellin. *in Chron.* Theodor. *lect.* 5. Agnetis quoque collocatas eſſe Conſtantinopoli in martyrio S. Laurentij ſub Theodoſio habet. Cedren. quoque de tranſlationo reliquiarum S. Stephani Conſtantinopolim meminit, ſed XX. Theodoſij anno: Nicephorus verò ſub Praylio Epiſcopo Ieroſol. *lib.* 14. *c.* 9. quod ſi verum eſt, diuerſam illam oportet eſſe ab hac, quæ ſub Iuuenale facta eſt. Baron.

CONSTANTINOPOLIS [e] celebris SYNODVS habita eſt hoc eodem anno occaſione Dioſcori Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconi, cùm eius nomine ageret ibi Apocriſarium, dum veterem controuerſiam exſuſcitans, inſtaret, Alexandrinum Antiſtitem, vt primum poſt Rom. Pont. præſidere debere omnibus Eccleſiis Orientis. Cauſa quàm exactiſſimè ventilata, ſtatutum, vt ſeruarentur, quæ in Conciliis Nicæno, & Conſtátinopolitano de Diœceſibus olim ſtatuta eſſent, vbi cùm Theodoretus acerrimè defendiſſet iura Antiochenæ Eccleſiæ, incurrit odium grauiſſimum Dioſcori, ipſe *ep. ad Flauianum. num.* 86. — e *Synodus Conſtantinopolitana.*

SYNODVS [f] REGIENSIS in Gallia prouincia Narbonenſi celebratur, de cauſa Epiſcopi Ebredunenſis, perperàm ordinati. Definitum quoque maturâ conſultatione de Epiſcopis ex hæreſi, vel ſchiſmate redeuntibus, adempta ſpe Sedem recipiendi: hoc experimento probantes, qui verè pœniterent, vel fictè, egerunt & de exequiis Epiſcoporum. — f *Synodus Regienſis.*

440. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [g] AGATHENSE in Gallia à 35. Epiſcopis, in quo de diſciplina Eccleſiaſtica & ordinationibus Clericorum, atque Pontificum, & de Eccleſiarum vtilitatibus in primis tractatum eſt. — g *Concilium Agathenſe.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [h] AQVILEIENSE prouinciale contra Palladium, & Secundinum Arianæ hæreſis defenſores. — h *Concilium Aquileienſe.*

Hoc anno Sixtus [i] Papa, cùm omnia quæ habuerat, aut in ædificiis, & ornamentis Eccleſiarum, aut pauperibus erogaſſet, creatis presbyteris octo & viginti, diaconis duodecim, Epiſcopis duobus, & quinquaginta, moritur, ac ſepelitur in — i *Sixtus PP. moritur.*

crypta, viâ Tiburtinâ apud corpus B Laurentij. Sedit annos octo, minus d. 30. Vacat tum Sedes dies duos, & viginti.

Proſper *lib. de Rom. Pont.* refert feciſſe (an refeciſſe: ſed & Adrianus Papa feciſſe dicit) Baſilicam S. Mariæ Maioris.

a *Leo Magnus PP.*

Leo [a] Magnus, natione Tuſcus, patre Quintiano, 42. vacationis die Pontifex eligitur 6. Idus Maij, ex Galliâ, legatione publicâ accitus, quo pacis redintegrandæ cauſa inter Aetium, & Albinum Romanos duces, profectus fuerat.

Is, eo tempore fuit, quo Attila, cognomento *Flagellum Dei*, à pugna Catalaunica rediens, Italiam inuadens, Aquileiam triennio obſedit. Hic Pontifex mortuo Theodoſio, in eiúſque locum ſuffecto Marciano Principe Catholico, Concilium Chalcedonense indicit, vt infrà: deinde ad reficiendas, & ædificandas Eccleſias ſe conuertit. Sepulchris Apoſtolorum cuſtodes adhibuit, quos Cubicularios appellauit. Statuit, vt in actione myſterij diceretur: *Sanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam.* Sanxit ne monacha benedictum capitis velamen reciperet, niſi quadraginta annorum virginitatem probaſſet. His & aliis præclarè geſtis, cùm multa ſanctè, & luculenter ſcripſiſſet, tertio Idus Aprilis obdormiuit in Domino. Sedit in Pontificatu annos viginti vnum, dies tredecim, & creatis ex inſtitutione ſacrorum, presbyteris 81. Diaconis 31. Epiſcopis 86. moritur, ac ſepelitur apud S. Petrum in Vaticano 4. Idus Aprilis. Vacat tum ſedes dies 8.

Sub hoc Pontifice plura habita ſunt Concilia.

b *Concilium Arauſic. I.*

Concilium [b] Arausicanum I. in Gallia Narbonenſi: affuêre quindecim ex Narbon. & Lugdun. Prouincia præſtantiſſimi Epiſcopi: Sanciti canones vndetriginta, ad Eccleſiaſticam diſciplinam, & iura ſpectantes. Sunt qui putent, in hoc Concilio actum eſſe de gratia, & libero arbitrio: ſed verius eſt, id actum eſſe in Concilio Arauſicano II. tempore Felicis Papæ ſub anno 527. 441.

c *Concilium Vaſenſe II.*

Concilium [c] Vasense, Vaſconēſe, ac potiùs Vaſatenſe II. in Gallia Narbonenſi, cuius Canones cum Canonibus primi, vt tertij confuſi ſunt in Tomis Conciliorum. 44

d *Manichæi in vrbe detecti.*

e *Libri hæreticorum igni traditi.*

Hoc anno plurimos Manichæos intra Vrbem [d] latere, diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos de erroribus ſuis erutos, & oculis totius Eccleſiæ publicatos, omnes dogmatis ſui turpitudinē, & damnare fecit, & prodere, incenſis [e] eorū codicibus, quorum magnæ moles interceptæ. quæ cura viro ſancto diuinitùs (vt apparuit) inſpirata, non ſolùm Romanæ Vrbi, ſed etiam vniuerſo Orbi plurimùm profuit: ſiquidem confeſſionibus in vrbe captorum, qui Doctores eorum, qui Epiſcopi, quive presbyteri: in quibus prouinciis, vel ciuitatibus degerent, patefactum eſt: multique Orientalium partium ſacerdotes, induſtriam Roman. Apoſtolici Rectoris imitati ſunt. 443.

f *Concil. Rom.*

Concilium [f] Romanum I. aduerſus Manichæos, in quo nefanda eorū flagitia ex ipſorum confeſſione propalata, præſentibus non modò Epiſcopis, & presbyteris, ſed & ſenatoribus compluribus, atque aliis illuſtribus viris, ex parte quoque plebis. S. Leo *ep. ea de re, ad Epiſcopos per Italiam.* 444

g *Conc. Rom.*

h *Hilarius multa vſurpat.*

i *Hilar. inconſulto Pont. ante latam ſententiam diſcedit.*

Concilium [g] Romanum II. in cauſa Hilarij Arelatēſis Epiſcopi alienos fines inuadentis, ſcilicet Viennenſ. Prouinciæ. Hic Hilarius, quanquam meritis in Eccleſia Dei illuſtris, Eccleſiæ Romanæ vrbis inconſulto Pontifice, indebitas ſibi ordinationes Epiſcoporum, ſolâ temeritate [h] vſurpans, inuaſerat: & cùm alios incompetenter amouiſſet, indecenter alios, inuitis, & repugnantibus ciuibus ordinauerat. Celidonium enim depoſuerat, & Proiecto ægrotanti alium ſubſtituerat, cum inſcitiâ Viennenſis Metropolitani. Inſuper etiam auſus fuerat Conuentus indicere ſynodales, & ſacerdotum Domini iudicia ſe interſerendo turbare. Porrò cum Celidonio Romani Pont. iudicium interpellante, Hilarius quoque Romam ad cauſam dicendam contuliſſet, & ante latam [i] ſententiam, latenter abſceſſiſſet: oportuit tunc Valentinianum Imp. reſcribere in hunc modum (vt habetur *in Nouell. Valent. tit 24. de Epiſc. ordinat.*) 445.

k *Valentin. Imp. pro Romana Eccleſia.*

Cùm [k] Sedis Apoſtolicæ primatum, Sancti Petri meritum, qui Princeps eſt Epiſcopalis coronæ, & Rom. dignitas ciuitatis, ſacra etiam ſynodi firmarit auctoritas, ne quid præter auctoritatem ſedis, iſtius illicitum, præſumptio attentare nitatur: néve leuis ſaltem inter Eccleſias turba naſcatur, vel in aliquo minui religionis diſciplina videatur; hoc

perenni

ANNO DOM.

perenni ſanctione decernimus, ne quid tam Epiſcopis Gallicanis, quàm aliarum prouinciarum, contra conſuetudinem veterem liceat ſine viri Venerabilis Papæ Vrbis æternæ auctoritate tentare. Sed illis, omnibuſq́; pro lege ſit, quidquid ſanxit, vel ſanxerit Apoſtolicæ Sedis auctoritas: ita vt quiſquis Epiſcoporum ad iudicium Rom. Antiſtitis euocatus, venire neglexerit, per Moderatores eiuſdem Prouinciæ adeſſe cogatur: per omnia ſeruatis, quæ Diui parentes noſtri, Romanæ Eccleſiæ detulerunt.

Quæ omnia conſormia ſunt iis, quæ ipſe S. Leo [a] *in epiſt. 89. ad Epiſcopos omnes Galliæ* reſcripſit. Multáque alia in Hilarium Leo dixit: quibus ille [b] ceſſit, & propterea eò randem peruenit ad culmen ſanctitatis, vt in Romanas ſanctorum tabulas adſcribi meruerit.

a Leo pro Romana Eccleſia.
b Hilarius reſipiſcit, & cedit.

Circa præſatam Hilarij vſurpationē animaduertendū eſt, idipſum non ab Hilario primùm eſſe tentatū; Patroclus enim Arelatenſis Sedis inuaſor, qui pulſo Herote illic ſedit, eiuſmodi facinus aggreſſus eſt, vt conſtat ex Proſp. *in Chron.* anno 5. Honorij Imp. & ex literis Bonifacij Rom. Pont. quas aduerſus eum ſcripſit ad Hilarium Epiſcopum Narbon. cuius decretū Cœleſtinus Papa etiam ratum habuit, ſcribens ad Epiſcopos Viennēſis, & Narbon prouinciæ *ep. 2. c. 4.* De eadē re actum appatet in Conc. Taurinenſe *c. 1* : vbi demum contentioni is finis impoſitus eſt : vt qui ex duobus Epiſcopis Arelatenſi, & Viennenſi ſuam ciuitatē Metropolim cōprobaſſet, is totius prouinciæ obtineret primatum. Quæ ſanè controuerſia agitata fuit vſque ad tempora Hilarij, de quo agimus, qui ſucceſſit S. Honorato. Viſus eſt autem Hilarius paulò ardentius (quaſi Arelatenſi Eccleſiæ competerent iura primatus) eam cauſam S. Leonis Papæ tempore pertractaſſe, & in aliis ſibi plus æquo vſurpaſſe, vnde eiuſdem S. Leonis Papæ indignationem incurrit. Studioſior enim, quàm par erat, ampliandæ Eccleſiæ Arelatenſis aliquantò fuiſſe videtur; de quo & S. Proſper, qui eum mirificè laudat *in lib. 2. c. 9. de vita contemplatiua*, hæc ait: *Quid S. Hilarius? nonne & ipſe omnia bona ſua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is cùm merito perfectionis ſuæ fieret Epiſcopus Arelatenſis, quod illa tunc habebat Eccleſia, nō ſolùm poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit, &c.* Conſtat tamen eundem pœnitentia emēdaſſe, quidquid zelo tuendæ Eccleſię ſuæ iuris, tam in S. Leonem, quàm in Gallicanos Epiſcopos deliquiſſet. Abdicauit enim ſe Epiſcopatu, & ad eremum inſulæ Lyrinēſis, vnde ad Epiſcopatum aſſumptus fuerat, remeauit. Quòd autem Sedi ceſſerit, argumento eſt *ep 90.* S. Leonis ad Reuconium in eius locum mox ſubrogatum: ac de reditu ad inſulam Lyrinēſem, hoc docet Sidonius Apollinaris *in carmine Euchariſtico ad Fauſtum.* Id etiam perſuadet S. Iſidorus, *in lib. de vir. illuſtr. c. 15.*

Porrò Hilarij ſanctitas non eiuſmodi fuit, vt in angulis tantùm paucis innotuerit: nam S. Honoratus Epiſcopus Maſſilienſis, qui iiſdem temporibus vixit, eam toto orbe vulgauit: dum (vt ait Gennadius *de vir. illuſtr. cap. 99.*) illius præclaras res geſtas ſcriptorum monumentis æternâ memoriâ conſignauit. Hunc ipſum S. Proſper, vt vidimus, exornat laudibus : hunc etiam S. Eucherius tollit præconiis ſcribens ad Salonium eius diſcipulum *in præfat. libri qq. vet. & nou. Teſt.* Gennadius inſuper vbi *ſupra cap. 69.* mirificis eundem laudibus cumulat. Ado Epiſcopus Viennenſis, quamuis ei ob controuerſias inter Arelatenſem, & Viennenſem Eccleſiam fortaſſe parum gratus eſſe poſſet : illum tamen, vt cæteri, miris laudibus extollit, dum de eo agit *in Chron. an. Dom.* 458. Si quis verò eius primordia, immenſos labores illos ab eo vnà cum S. Proſpero pro tuēda fide Catholica aduerſus Pelagianos ſuſceptos, eùm illi S. Auguſtini ſcripta maculis aſpergere, calumniis labefactare, & canino dente corrodere nitebantur, ſcire cupiat: habetur hac de re teſtimonium S. Cœleſtini Papæ in ea epiſtola, quam pro illis ſcriptis S. Aug. dedit *ad Epiſcopos Gallicanos.* Fuerat enim idem Hilarius olim S Aug. diſcipulus, vt ipſe profitetur *in ep. ad Aug. ſcripta*, quæ habetur apud illum *tom. 7. pag. 546. edit. Louan.* Hæc de tanti Antiſtitis famâ & ſanctitate.

446. Hoc anno, vt refert Nicephor. *lib. 14. cap 46.* terræmotus [c] magnus, & admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facilè ſuperauit. Nam ad menſes ſex durauit, & non ex interuallo, ſed motu continuo omnia concuſſit, idque per Orbem ferè vniuerſum: adeo vt non ſolùm Conſtantinopoli quinquaginta ſeptem turres corruerint, ve-

c Terræmotus magnus.

N tùm

rùm etiam apud Cherſoneſum, ædificium illud, quod Macrontichos, hoc eſt, longum murum vocabant, ſimul omne conciderit, & innumerabilia vbique locorum magniorum operum, templorúmque ædificia peſſum ierint.

Nec mare liberum fuit, nam terminos ſuos tranſgreſſum, piſces ingentis magnitudinis mortuos velut funda eiecit. Inſulæ plures vnà cum incolis ſuis ſubmerſæ, hodie quoque non apparent.

Et cùm aliquando, motu eo graſſante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipſis extirpatum iri vererentur, & omnes Litaniis, ac ſupplicationibus dediti collacrymarent, & ex intimo animo miſericordiam diuinam implorarent, tunc miraculum accidit. Subitò namque è medio, ſpectantibus omnibus, diuina quadam vi puer in aërem ſublimis ad cœleſtem vſque tractum, ita vt iam non appareret, ſublatus, diuinam vocem, qua Angelis Deum laudibus ferre mos eſt, audiuit: eáque voce percepta, rurſum priore puer per aërem via reuerſus deſcendit; & Epiſcopo Proclo, ipſique Imperatori, & multitudini omni ſupplicationibus operam danti, Deúmque hymnis celebranti, ab Angelis canentibus, ſe verba hæc audiſſe renunciauit: SANCTVS [a] DEVS, SANCTVS FORTIS, SANCTVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOBIS. Quæ vbi Proclus intellexit, ſtatim ad eum modum populum pſallere iuſſit, & terræmotus ſtatim etiam conſtitit, omninóque quieuit.

a *S. Deus, S. Fortis, S. & Immortalis, de cælo allatum.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] HISPANICVM generale ſuaſu Leonis Papæ. Et quia non poterant tunc in vnum locum Epiſcopi conuenire, quòd à Regibus ſuis non permitterentur; ideò duas Synodos habuerunt, alteram Toleti, alteram Celeni. Toleti [c] decreuerunt Symbolo fidei Nicæno addere, [d] de ſpiritu ſancto: QVI A PATRE, FILIOQVE PROCEDIT. Quo capitulo demonſtratur, quàm impiè Priſcilliani ſentiant de Trinitate diuina, qui Patris, & Filij, & Spiritus ſancti vnam, atque eandem aſſerunt eſſe perſonam, tanquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus ſanctus nominetur: nec alius ſit, qui genuit, alius, qui genitus eſt, alius qui de vtroque procedit. 447.

b *Conc. Hiſpanicum.*

c *Conc. Toleti.*

d *Qui à Patre, Filioq; procedit, Symbolo additur.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [e] CONSTANTINOPOLITANVM I. in quo ſub præſidio Flauiani Eutyches [f] damnatus eſt. Hic Monachorum Pater, Conſtantinopoli eorum, qui tempore Epheſini Concilij aduerſus Neſtorianos præſtantius dimicarunt, cùm in Neſtorij hæreſim ſummo odio ferretur, eò proſiliit, vt non duas tantùm eſſe in Chriſto perſonas omninò, ex Chriſtianæ fidei præſcripto, negaret; ſed nec duas in Chriſto naturas vellet aſſerere, eóſque putaret Neſtoriano laborare morbo, qui duas confiterentur in Chriſto diſtinctas, & inconfusè coniunctas eſſe naturas. Accuſatus igitur ab Euſebio Dorylæi Epiſcopo apud Flauianum, & apud Concilium Conſtantinopoli tunc congregatum, ad id ſæpius euocatus, & venire tergiuerſatus; tandem Palatino Comitatu ſuffultus, quaſi vim, & calumniam veritus, peſſimo exemplo, ſed hæreticis vſitato, venit, & nolens reſipiſcere condemnatur. *Acta habentur Actione prima Concil. Chalced. & apud Liberatum cap. 11.* 448.

e *Conc. Conſtantinopolitanum.*

f *Eutyches hæreticus damnatus.*

Damnato ſuperiori [g] anno Eutychete, Chryſaphius Eunuchus, Imperatorij cubiculi Præfectus, eius per baptiſmum filius, idem cum eo ſentiens, omni conatu contendit, vt legitimè à Flauiano in Synodo confecta acta, irrita prorſus reddat, & in ipſum Flauianum, cui erat infenſiſſimus, damnationis pœnam conuertat. Perſuadet igitur Imperatori vt pro Eutychete ad Leonem Papam ſcribat: & eidem, alioqui piiſſimo, vt indicendo prius Conſtantinopoli Concilio, & poſt Epheſi Oecumenico, & Præſides ſtatuendo, ius ſibi Rom. Pont. vſurpet. Summa igitur feſtinatione congregatur [h] Conſtantinopoli auctoritate Imperatoris inſtante Chryſaphio, Concilium 30 Epiſcoporum, Præſide Theodoſio Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopo. In quo plura indulta Eutycheti contra ius, & fas, vt ageret per Procuratorem, & alia. Cùm tamen nihil probaretur de falſitate geſtorum, Eutyches ad eludendum Flauiani Concilium, per Dioſcorum Alexandrinum Imperatori perſuadet, fieri vniuerſale Concilium, quod ab eo indicitur Epheſi ad Calend. Aug. deſtinato 449.

g *Aulici ſubdolas artes fauentis hæretico.*

h *Imper. Conſtantinopoli congregat Concilium.*

Anno Dom. 449.

Præſide Dioſcoro Alexandrino, ad quod inuitat quidem ille S. Leonem; ſed ita anguſto ſpatio, vt adeſſe non poſſet. De quo tamen Leo, quò minus intereſſet, ſe excuſauit, *epiſt. ad Pulcheriam* 15. & ad Theodoſium 11. *&* 21. Hæc apud Liberatum *c.* 12. & apud Niceph. 14. *c.* 17.

S. Leo cùm nec reprimere Theodoſium valeret à ſtudio cogendi Concilium, nec vt in Italia fieret (quod *epiſt.* 11. rogat) perſuadere: tandem ne fidei cauſa diſpendium aliquod pateretur, è latere tres Legatos[a] mittit, Iulianum Epiſcopum Puteolanum, Renatum presbyterum Card. tit. S. Clementis, & Hilarium S.R.E. Diaconum Card. vt eſt apud Marcianum Scotum *in Chron.* Et Encyclicam epiſtolam continentem pleniſſimam fidei Catholicæ[b] rationem, edit, nomine quidem ad Flauianum, ſed re omnibus communem, Idib. Iun. *num.* 12. de qua mira quædam referuntur à Sophronio, ſed nil mirabilius, quàm exceptam in Conc. Chalced. *Act.* 6. miris acclamationibus. Gelaſius Papa in Concilio Rom. *cap. Sancta Romana*, eam ita probauit, vt anathema intorſerit in eos, qui non eam in omnibus venerabiliter ſuſceperint.

a S. Leo Legatos ad Conc. mittit.

b S. Leonis epiſtola mirè commendatur.

Mos item fuit Romanæ, & omnium Occidentalium Eccleſiarum eam legere publicè in Eccleſia ſub Domini Natiuitatem, quòd ſub ea epiſtola Dominicæ Incarnationis doctrinam abſolutiſſimè contineret.

S. Leo epiſt. ad Synodum Epheſinam: *Theodoſius*, ait, *hanc reuerentiam diuinis detulit inſtitutis, vt ad ſanctæ diſpoſitionis effectum auctoritatem Apoſtolicæ Sedis adhiberet*, &c. Et mox ait ſe Legatos miſiſſe, qui *vice mea*, inquit, *ſancto Conuentui veſtræ fraternitatis interſint, & communi vobiſcum ſententia, quæ Domino ſunt placitura, conſtituant.*

Vbi magnopere notandum, primò, ex illis[c] verbis, *cùm legimus, vel audimus Imperatoris mandatis eſſe ſacra Concilia conuocata*, nunquam ea, abſque Rom. Pontificis auctoritate, executioni fuiſſe mandata: deinde ex aliis, præſcribere Romanum Pontificem legem Oecumenicæ Synodo, quid decernendum ſit, cùm iubet; Eutychetem debere ſuam hæreſim condemnare, atque ita de eius reſtitutione tractandum, quo quidem, magnum quid Synodo indulget. Nam auctores hæreſûm non[d] recipiendos eſſe ad priſtinum gradum, etiamſi mille offerant libellos pœnitentiæ, legibus Eccleſiaſticis ſancitum in Eccleſia iugiter obſeruatum eſt.

c Concilium ab Imp. conuocatum, nunquam abſque Rom. Pont. auctoritate executioni mandatur.

d Hæreſiarchæ pœnitentes non recipiuntur ad priſtinum gradum.

Eutyches ad Occidentales magni nominis Epiſcopos litteras dat, ſe purgans, & Flauianum accuſans: à quibus, vt Orthodoxis acriter arguitur.

Inter alios Petrus[e] Chryſologus Epiſcopus Rauennas, in ſua ad eum ep. (quæ *in tomo* 1. *Concil.* ante Conc. Chalced. extat) hæc præcipuè notanda, habet: *In omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, vt his, quæ à Beatiſſimo Papa Romanæ ciuitatis ſcripta ſunt, obedienter attendas, quoniam B. Petrus, qui in propria Sede viuit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem.* Et hæc: *Nos enim pro ſtudio pacis, & fidei, extra conſenſum Romanæ ciuitatis Epiſcopi, cauſas audire non poſſumus.*

e S. Petri Chryſologi pro Rom. Sedis auctoritate ſancta verba.

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM[f] vel potius Iudicium Eccleſiaſticum TYRI in cauſa Ibæ Epiſcopi.

f Conc. Tyri.

Eodem anno ad idem celebratum eſt CONCILIVM[g] BERYTHI.

g Conc. Berythi.

Eodem anno Synodus prædatoria, ſeu latrocinium EPHESINVM[h] 128. Epiſcoporum Præſide Dioſcoro, in qua, repugnantibus, & reclamantibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, per ſummam iniquitatem impius Eutyches abſoluitur: S. Flauianus, & alij plures Catholici Epiſcopi condemnantur, pleriſq; Epiſcopis per minas, & vim, intentatis exiliis, catenis, fuſtibus, & gladiis, ad ſubſcribēdum adactis. In Flauiani locum Dioſcorus eligit Anatolium Apocriſariū ſuū Conſtantinopoli.

h Synodus Epheſ. II.

In tam horrendo Epiſcoporum naufragio, ſola Petri nauicula emergens incolumis, ſaluatur, in repugnantibus, & reclamantibus[i] Apoſtolicæ tantùm Sedis Legatis, & conteſtantibus, quæ per vim, & metum extorquerentur, nullius roboris eſſe: quæ conteſtatio, cùm non extet in Actis, vt à Dioſcori Notariis confectis; eſt tamen de illa expreſſa mentio in pluribus litteris S. Leonis tum ad Theodoſium, tum ad Pulcheriam 27. *&* 28. *& in epiſt. Theodor.* 116. *ad Renatum presbyterum Cardinalem tit. S. Clementis, vnum Legatorum.* At Hilarius Diaconus Cardinalis fuga lapſus, diuina ope Romam perueniens, vota

i Legati reclamant, aſſerentes, quæ per vim & metum extorquerentur, nullius roboris eſſe.

nuncupata perſoluit. quo ſatis indicantur inſidiæ, & violentia Dioſcori,& Legatorum conſtantia.

a S. Flauianus ad Sedem Apoſtolicam appellat.

S. Flauianus [a] libello oblato Legatis, Sedem Apoſtolicam appellat. Qua ex re impij furere cœperunt, & illum calcibus à Dioſcoto malè mulctatum, Barſioma Archimandrita clamante, *occide*, in exilium in Epipam Lydiæ extruſerunt, quo triduo poſtquàm perueniſſet, mortuus eſt, Liberatus *cap.* 12. Theodoſius [b] in fraudem nimis ſtultè inductus ab Eutychianis, dat edictum pro pſeudoſynodo Epheſina, nominatim damnans, vt Neſtorium hæreſiarcham, ſic Flauianum Catholicum,& Theodoretũ,& omnia eius ſcripta. *Edictum extat Act.* 3. *Conc. Chalced.*

b Theodoſius dat edictũ pro Epheſino Concilio II.

c Theodoretus appellat ad Sedem Apoſtolicam.

Theodoretus, indicta [c] cauſa damnatus, appellat Rom. Pontificem, miſſa ad eum Legatione.

d S. Leo Flauianum ad conſtantiam hortatur.

S. Leo anxius de euentu Concilij Epheſini, quaſi præſagiens Auctorem malorum 3. Idus Aug. biduo poſt illa ſcelerata Comitia, ad Flauianum ſcripſit epiſtolam, hortans eum ad [d] conſtantiam. *num.* 29. In qua hæc habet: *Perlator ſanè breuis huius epiſtolæ, fideli ſermone poterit enarrare, quidquid illud eſt, ad quod adiuuante Domino ſtudio fidei, & charitatis intendimus.*

Id autem, quod litteris minimè committere voluit propter aduerſarios, illud fuit, ſe in Concilio Occidentalium Epiſcoporum omnia impia geſta Epheſini latrocinij reſcidiſſe.

e Conc. Rom. quo Acta Eph. Conc. II. reſcinduntur.

Eodem anno ROMANVM [e] CONCILIVM habitum eſt, quo Leo Pontifex Acta Concilij Epheſini II. reprobauit. Commodum autem accidit, vt de more ſingulis annis conueniendi Romam ad Concilium 3. Cal. Oct. (vt eſt *in epiſt. 4. S. Leonis cap. 7.*) plerique Italiæ Epiſcopi Romæ reperirentur.

f Dioſcorus anathema in Pont. dicit.

Impius Dioſcorus [f] Alexandriam reuerſus, anathema auſus eſt intorquere in Rom. Pontificem, adactis decem Epiſcopis lachrymantibus, & gementibus ad ſubſcribendum. Qui proptium ſcelus quidem deteſtabantur, ſed iacturam, & vim timentes, mœrorem ſilentio deuorabant, non audentes, quod ſentiebant, profiteri. Facinus hactenus inauditum. *Act. 1. Concil. Chalced.* Liberat. *c.* 12. Theodor. *ep.* 123. *ad Ioan. Epiſcopum.*

g Theodoſ. licèt probet Flauiani damnationem, expetit tamen Pont. Rom. aſſenſum pro ſucceſſore recipiendo.

Theodoſius, [g] quamuis in fraudem inductus, probat Flauiani damnationem, 450.
& Anatolij in eius locum ſubrogationem; agnoſcit tamen neceſſarium Romani Pontificis aſſenſum, quem & per litteras expetit, vt ex epiſt. Leonis ad ipſum colligitur. *nu.* 35. quia reſpondet, ſe non recepturum Anatolium in communionem, &c. neque electionem probaturum, niſi prius conſtaret de eius fide Catholica.

h Theod. reſipiſcit, & punit Chryſaphiũ malorum auctorem.

Fraude poſtea cognitâ, reſipiſcens [h] Theodoſius, acriter Eudoxiam vxorem obiurgat; ac demùm furorem ſuum iuſtum, & legitimum in Chryſaphium malorum auctorem conuertit, quem dignitate, ſubſtantiâ, mox etiam vitâ priuat. Niceph. *lib.* 14. *c.* 49.

i Theodoſii Imp. obitus.

Theodoſius à peregrinatione Epheſum ſuſcepta, cùm rediiſſet, paulò poſt [i] moritur, ſiue equo lapſus, inter venandum: ſiue morbo: ſiue flumine abreptus, anno ætatis vndequinquageſimo, Imperij, ab exitu parentis Arcadij 43. per tres menſes inchoato. *Niceph. Cedren.*

k Marcianus ad Imperiũ euehitur à Pulcheria.

S. Pulcheria, Theodoſio fratre Imp. defuncto, iam anno vno, quinquagenaria maior, & Virginitatis voto obligata, ſalubre illud iniit Concilium, vt coniugij titulo, ſalua Virginitate, Marcianum [k] virum Tribunitium (de quo à fratre viuente admonita fuerat) eueheret in Imperium, ætate maturum, conſilio grauem, continentia probatum, atque militari virtute vbique ſpectatum, ſicque Imperio opportunè conſuleret, etiam de Senatuſconſulto. Is exceptis honorificentiſſimè Legatis Apoſtolicis, qui ad Theodoſium directi fuerant, reſcribit ad B. Leonem de Concilio Oecumenico, eius exquirens iuſſionem.

l Concilium Conſtantinopolitanum.

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM [l] CONSTANTINOPOLITANVM III. in cauſa Anatolij, & lapſorũ Epiſcoporum. Anatolius enim Epiſcopus Cõſtantinopolitanus accepta epiſtola S. Leonis Papæ de confirmatione fidei Catholicæ contra veſaniam hæreticorum, congregauit Concilium omnium Epiſcoporum, Archimandritarum, presbyterorum, & diaconorum: & ante conſpectum omnium recitata eſt epiſtola S. Leonis Papæ. Cõcordantibus teſtimoniis Romanorum Patrũ, & Græcorum, Anatolius Epiſcopus Conſtantinopolitanus [m]

m Anatolius epiſtolæ S. Leonis ſubſcribit.

huic

ANNO DOM. huic epiſtolæ, plena deuotione conſenſit,& ſubſcripſit: anathema [a] dicens Eutycheti,& Neſtorio:& ipſorum dogmati, cum ſectatoribus eorum. Idipſum fecêre omnes, qui aderant Epiſcopi, presbyteri, Archimandritæ, atque diaconi. Decreuetunt pariter, ne in ſacris nominarentur nomina Dioſcori Alexandrini, Iuuenalis Ieroſolymitani,& Euſtathij Epiſcopi Berythi: quod impœnitentes eſſent anteſignani ſchiſmaticorum.

a *Anat. anathema dicit Eutych. & Neſtorio.*

In eo Concilio ſtatutum, [b] vt Epiſcopis lapſis in Conuentu ſathanico Epheſino, qui communionem Sedis Apoſtolicæ optarent, communicatio ſuæ tantummodo concederetur Eccleſiæ: Catholica autem communio nondum eis impartiretur, vt apparet ex ep. Leonis, anno ſeq. ad Anatolium data, *quæ eſt* 42.

b *Concilij alia.*

S.[c] Flauiani corpus ab exilio ſolenniter transferri hoc anno curat Conſtantinopolim Pulcheria Imperatrix, quæ id Romano Pontifici S. Leoni ſignificat.

c *S. Flauiani corpus Conſtantinopolim honorificè transfertur.*

451. S Leo *ep. 44.* conſentit de Concilio Oecumenico, Marciano id expetenti: ſed monet ne permittat reuocari in dubium, an Eutyches impiè ſenſerit,& vtrum iniquè Dioſcorus iudicarit,&c.

Paulò poſt, alia epiſtola, *num.* 45. agit de differenda Synodo in tempus commodius, imminente Attila, cum Hunnorum exercitu, vt ſcilicet liberati Epiſcopi ab hoſtilitate barbarica, liberiùs ad Synodum ſe conferant.

CONCILIVM [d] MEDIOLANENSE ſub Euſebio Epiſcopo hoc anno celebratur. In quo placuit omnibus, qui interfuerunt, litteris Leonis Papæ ſubſcribere, eóſque omnes, qui de Incarnatione Dominica impiè ſentirent, excommunicationis gladio ferire.

d *Conc. Mediolan.*

Eodem anno in cauſa hæreſiarcharum poſtulauit S. Leo à Marciano Imp. ne permitteret, [e] ſemel à Patribus ſancita, cuiúſque præſumpta diſputatione temerari. *Pro ſacramento*, ait, *ſalutis humanæ incitare pietatem veſtram præſumo, ne cuiuſquam peruicaci, impudentiq́ verſutia, quaſi de incerto quid ſequendum ſit, ſinatis inquiri: vt cùm ab Euangelica, Apoſtolicaque doctrina nec vno quidem verbo liceat diſſidere, aut aliter de Scripturis diuinis ſapere, quàm B. Apoſtoli, & Patres noſtri didicêre, atque docuerunt; nunc demùm indiſciplinatæ moueantur & impiæ quæſtiones, quas olim, mox vt eas per apta ſibi corda diabolus excitauit, per diſcipulos veritatis Spiritus ſanctus extinxit. Nimis autem impium eſt, vt per paucorum inſipientiam ad coniecturas opinionum, & ad carnalium diſputationum bella reuocemur: tanquam reparata diſceptatione tractandum ſit, vtrum Eutyches impiè ſenſerit, & vtrum ineptè Dioſcorus iudicarit, qui in ſanctæ memoriæ Flauiani condemnatione ſe perculit, & ſimpliciores quoſque, vt in eandem ruinam prouoluerentur, impegit: quorum multis cùm ad ſatisfactionis remedia conuerſis, & veniam de inſtanti trepidatione poſcentibus, non cuiuſmodi ſit fides, tractandum eſt, ſed eorum precibus qualiter annuendum.*

e *S. Leo petit ab Imp. ne quæ ſancita ſunt, denuò diſputentur.*

CONCILIVM [f] GENERALE OECVMENICVM CHALCEDONENSE.

f *Conc. Chalced. Oecumenicum.*

Anno, qui eſt 12. Leonis Papæ,& Marciani Imp. 2. congregatum fuit CONCILIVM CHALCEDONENSE auctoritate ipſius Leonis Papæ, inſtante,& vrgente Marciano Imp. Pro Leone Rom. Pont. præſederunt Legati [g] ab eo miſſi, Paſchaſinus Epiſcopus Lilybæi in Sicilia, Lucentius Antiſtes Aſculanus, Bonifacius,& Baſilius S. R. E. presbyteri Cardinales.

g *Legati à Rom. Pont. ad Concilium miſſi.*

Conuenerunt eò ſexcenti,& triginta Epiſcopi.

In I. [h] ſeſſione Marcianus Imp. alloquutus S. Synodum, poſt alia, illud magnopere commendauit, quod à S. Leone Papa admonitus fuerat Patribus ſignificandum, ne de fide nouæ diſputationes inſtituerentur, ſed ſtaretur decretis Conc. Nicæni,& litteris S. Leonis ad Flauianum,& illud addidit: *Nos enim* [i], ait, *ad confirmandam fidem, non ad oſtendendam virtutem, exemplo Imp. Conſtantini, adeſſe Synodo cogitamus.*

h *I. Seſſio.*

i *Imp. Synodo aſſiſtit & quare.*

Deinde Paſchaſinus Legatus Sedis Apoſtolicæ hæc ad Synodum prolocutus eſt: Beatiſſimi, atque Apoſtolici Papæ Vrbis Romæ, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum, præcepta habemus præ manibus, quibus præcipere dignatus eſt,

Anno Dom. 451

eius Apoſtolatus, vt Dioſcorus Alexandrinus Archiepiſcopus nõ ſedeat in Concilio, ſed audiendus intromittatur. Hoc ergo obſeruare neceſſe eſt.

Quo facto, & vt reo, in medio conſtituto Dioſcoro, accuſatio eſt inſtituta. Theodoretus introductus eſt in Synodum. Lecta Acta Conſtantinopolitani Concilij, de damnatione Eutychetis, & Epheſini Cõciliabuli. Rogati Patres ſententiã, acclamant, damnantes, qui tam iniquam ſententiam tuliſſent contra Flauianum, maximè verò qui principem locum tenuerunt. Quòd verò Iulianus Coënſis Apoſtolicæ Sedis Legatus, homo Græcus, loquatur per interpretem, notandum eſt, ob excellentiam Rom. Eccleſiæ moris fuiſſe Legatorum Sedis Apoſt. Latinè ſemper loqui.

a II. Seſſio.

b S. Leonis PP. epiſtola à Patribus Concilij acclamata.

II.[a] Seſſione lecta ſunt ſymbola, Nicænum, & Conſtantinopolitanum, duæ Cyrilli epiſtolæ[b], & S. Leonis epiſtola illa de Incarnatione Verbi ad Flauianum, quã miris laudibus Patres proſecuti ſunt, ita acclamantes: *Hæc Patrum fides, hæc Apoſtolorum fides, omnes ita credimus. Anathema, qui ita non credit. Petrus per Leonem locutus eſt. Apoſtoli ita docuerunt, &c.*

c III. Seſſio.

d Iudices, vel laici ſeculares iudiciis Eccleſiaſticis non ſe immiſceant.

III.[c] Seſſione conueniunt Epiſcopi tantummodo, abſque Magiſtratibus ſæcularibus, eò quòd tractanda eſſet Dioſcori damnatio, per Epiſcopos tantummodo facienda. Citatus, & recuſans comparere, quòd abeſſent Iudices ſæculares, Cecropius Epiſcopus Sebaſtenus, vnus ex iis, qui ad ipſum vocandum miſſi fuerant, hæc dixit: *Quando quædam regularia* (nempe Eccleſiaſtica) *negotia*[d] *examinantur, ſecũdùm Canones, neq; Iudices alios, vel laicos intereſſe oportet.* Nota hîc, Oecumenicæ Synodi, imo totius Eccleſiæ Catholicæ teſtimonium, quòd in rebus Eccleſiaſticis non ſe immiſceant ſæculares.

e Dioſcorus damnatur.

Lecti libelli accuſationum aduerſus Dioſcorũ[e], & lata ſententia damnationis, & depoſitionis ab Epiſcopatu, & ab omni Eccleſiaſtica functione, à Legatis Sedis Apoſtolicæ contra eum non comparentem, cui ſinguli Epiſcopi S. Synodi ſubſcripſerunt, & de re, Synodalis epiſtola miſſa eſt ad Imp.

f IV. Seſſio.

g Epiſcopi à Dioſcoro ſeducti reſipiſcunt, & in Synodum ſunt admiſſi.

IV.[f] Seſſione, quinque Epiſcopi,[g] qui cum Dioſcoro præfuerant impio Epheſi conuentui, facta Catholicæ fidei profeſſione, & contraria ſentientibus damnatis, in Synodum ſunt admiſſi, à qua ante repulſi erant. Epiſcopi Ægyptij impetrant, vt non prius cogantur dicere, Anathema in Eutychetem, quàm Alexandrinus Epiſcopus eligeretur, quem ſubſcribendo ſequerentur.

h V. Seſſio.

i Imp. remittit ad Concilium eos, qui de fide diſputare coràm ſe volebant.

k Epiſcoporum res ſecundùm Canones, non ſecundùm Impp. leges, procedere.

l Contra Canones nihil pragmaticum tenet.

m Regulæ PP. teneant.

V.[h] Seſſione continetur poſtulatio Eutychianorum Archimandritarum, vt ſibi liceret de fide cum Catholicis diſputare coràm Imperatore,[i] qui religioſiſſimè, & ſapientiſſimè eos remiſit ad Concilium Epiſcoporum, *quorum definitionibus*, inquit, *fidem habeo, eas ſequor, his contentus ſum.* Mox actum eſt de Diœceſibus, aliis alias defendentibus, ex iure Imperatorum, aliis, alias ex regulis Eccleſiaſticis, Iudices dixêre: *Sacratiſſimo Domino orbis placuit, non iuxta*[k] *ſacras Imperatoris litteras, & pragmaticos typos, res ſanctiſſimorum Epiſcoporum procedere, ſed ſecundùm Canones à ſanctis Patribus datos.* Sancta item Synodus dixit: *Contra*[l] *Canones nihil pragmaticum valebit: Regulæ*[m] *Patrum teneant.*

Dignum planè factum, quod imitari debeant omnes Chriſtiani Principes, ſequi etiam ipſorum Iudices, nimirùm, vt cùm cauſam agi contingat, cui altera ex parte faueant ſæculi leges, repugnet verò ex altera Canon Eccleſiaſticus, quid tunc iuſtè, piè, ſanctéque decernant, cùm tantùm extet de tanto iudicio, non vnius, ſed plurium Iudicum, præclarum quod ſectentur exemplum.

n Diſcant Epiſcopi non frangi, nec molliri potentia Principum.

Habent, & ſacræ Religionis Antiſtites Synodi eiuſdémque Oecumenicæ, & amplius 600 PP. egregium factum, quod imitentur, nimirum, non turpiter adulatione molliri,[n] frangíque potentia Imperatorum, ſed aduerſus ipſos leges, pro defenſione ſacrorum Canonum, acerrimos inſurgere vindices, & indefeſſo ſtudio, pro ſacris legibus inire certamen.

In hac eadem ſeſſione pro B. Virgine quòd ſit Mater Dei, ſic ſtatuitur: *Fides fraudem non patitur. Sancta Maria Θεοτόκος ſcribatur. Sancta Maria Θεοτόκος eſt. Qui ſic non ſcribit, & ſapit, hæreticus eſt.*

o VI. Seſſio.

Seſſione VI.[o] Definitio fidei Catholicæ Concilij Chalcedonenſis continetur.

p VII. Seſſio.

Seſſione VII.[p] ipſo feſto S. Martyris Euphemiæ, ob diei celebritatẽ adfuêre Mar-

cianus.

ANNO DOM. 451.

cianus, & Pulcheria cũ Magiſtratibus ſolitis intereſſe Comitiis. Lecta eſt fidei definitio, cui ſubſcripſerunt omnes Epiſcopi: & poſt iteratas acclamationes, dictum Anathema Neſtorio, Eutycheti, atque Dioſcoro. Pro cuſtodia definitionis fidei, Imperator, viuæ vocis oraculo, aduerſus [a] diſputantes, vel turbas, & tumultus concitantes, pœnas appoſuit. *Act. 6. Concil. Chalced.*

a *Imp. pœnas ſtatuit diſputantibus contra fidei definitiones.*

Seſſio [b] VIII. primò componit cõtrouerſiam inter Antiochenum, & Ieroſolymitanum Epiſcopos, in qua ius Metropoleos Palæſtinæ, quòd erat Eccleſiæ Cæſarienſis, in Ieroſolymis eſt tranſlatum. II. Theodoreti cauſam actam, & ipſum anathematizantem Neſtorium, ſuſceptum eſſe à Synodo, vt ante à Leone, & ſuam illi Eccleſiam reſtitutam. III. Reſtitutionem Ibæ Edeſſeni in ſuam Eccleſiam.

b *VIII. Seſſio.*

Seſſione [c] IX. decretum, vt Epheſinum ſub Dioſcoro Concilium, Concilij nomen minimè obtineret, & Imperator ipſe de hoc ſanciret. Tribus ſequentibus [d] ſeſſionibus actum de cauſis quorundam Epiſcoporum. Atque demùm pridie Calend. Nouemb. ſoluta ſunt Comitia, abieréque Iudices, atque Legati Sedis Apoſtolicæ. Remanſere verò callidè Orientales [e] Epiſcopi, Canones ſancientes *num.* 27. vel (vt Græcum habet exemplar) 30. clanculò ſcriptos. Verùm à S. Leone Romano Pontifice haud recepti videntur: Nam nihil præter fidei definitionem, eſſe firmatum, ipſe poſtea teſtatus eſt, in epiſtola data poſt ſequentem annum ad Epiſcopos Synodi Chalced. quæ incipit: *omnem quidem fraternitatem.*

c *IX. Seſſio.*
d *Seſſio X. XI. & XII.*

e *Epiſcopi Orientales callidè alia in hoc Concilio addiderunt quæ à S. Leone Papa ignorata ſunt.*

His abſolutis, eadem S. Synodus, nouiſſimo loco, Synodalem epiſtolam ſcripſit ad S. Leonem, mittens Acta Concilij, & ſuppliciter rogans [f] probari, & confirmari illum à ſe editum Canonem, cui aiunt: *Legati veſtri vehementer reſiſtere tentauerunt, proculdubio à veſtra prouidentia inchoati, hoc bonum volentes, vt ſicut fidei, ſic bona ordinationis deputetur effectus.*

f *Synodus confirmationem petit à Papa.*

Qua petitione ſatis indicant, ſe agnoſcere Primatum [g] Rom. Pont. ſuper vniuerſalem Eccleſiam. Et cùm S. Gregorius Papa ad Eulogium Alexandrinum *lib. 4. epiſt.* 36. affirmet, *vniuerſitatis*, ei nomen per Chalcedonenſem Synodum Apoſtolicæ Sedi oblatum, cùm Oecumenici nomen in epiſtola Synodali ad Leonem deſideretur: ſuſpicari poſſumus, ab aliquo per dolum eſſe ſubductum. Ipſe certè S. Leo, vir ſanctiſſimus, vſus eſt titulo *vniuerſalis* [h], in epiſt. ad Marcianum, ſub Conſulatu Herculani, vt modo extat in Latino, & Græco Codice.

g *Rom. Pont. Primatum ſuper omnes Eccleſias profitetur.*

h *Vniuerſalis Papa ab hac Synodo vocatur.*

Poſt Concilium V. generale diſſidium [i] fuit inter Catholicos: nam plurimi Concil. Chalcedon. recipere recuſabant propter tria [k] capitula edita in V. Cõcilio generali. I. De Theodoro Mopſueſteno Epiſcopo, cuius impia ſcripta ibi damnãtur. II. de Theodoreto, cuius ſcripta aduerſus 12. Capitula Cyrilli Epiſcopi Alexandrini ibi reprobantur, & tamen Concil. Chalcedon. *Act.* 8. ipſum Theodoretum Sedi ſuæ reſtituit. III. de epiſtola Ibæ Epiſcopi Edeſſeni ſcripta ad Marium Perſam, quæ in eo Capitulo damnatur: & quòd Cyrillum Alexandr. Epiſcopum vocet hæreticum, & Neſtorium laudet. Et tamen Ibas Epiſcopus in Concilio Chalcedon. vt Catholicus recipitur, & in Sedem ſuam reſtituitur.

i *Diſſidium inter Catholicos pro Concilio Chalcedon.*
k *Tria capitula quæ ſint, recenſentur.*

Totum hoc diſſidium ex bonæ fidei ignorãtia naſcebatur. Nam re vera Theodoretus, & Ibas primò Neſtorio fauerant, & Cyrillum damnauerant, & contra illum ſcripſerant: poſtea verò reſipuerunt, & cum Cyrillo reconciliati ſunt; & ita Concilium V. damnat eorum ſcripta, non perſonas: Concil. Chalcedonenſe recipit perſonas, quia iam reſipuerant.

Vnde Greg. *lib.* 2, *Reg. Indict.* 10. *ep.* 10. ſcribens Sabino Subdiacono dicit: *Exeuntes maligni homines turbauerunt animos veſtros, non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant, aſtruentes, quòd aliquid de ſancta Chalcedon. Synodo piæ memoriæ Iuſtiniani temporibus ſit imminutum, quam omni fide, omniq́ue deuotione veneramur. Et ſic quatuor* [l] *Synodos ſanctæ, & vniuerſalis Eccleſiæ, ſicut quatuor libros S. Euangelij recipimus. De perſonis verò, de quibus poſt terminum Synodi aliquid ſtatutum fuerat, eiuſdem piæ memoriæ Iuſtin. temporibus eſt ventilatum, ita tamen, vt nec fides in aliquo violaretur; nec de eiſdem perſonis aliquid aliud ageretur, quàm apud eandem ſanctam Chalcedon. Synodum fuerat conſtitutum. Anathematizamus autem ſi quis ex definitione fidei, quæ in eadem Synodo prolata eſt, aliquid imminuere præſumpſerit, vel quaſi corrigendo, eius ſenſum mutare, ſed ſicut illic lata eſt cuſtodimus.*

l *Quatuor Concilia vt quatuor Euangelia S. Gregorius recipit.*

a *Patriarchalis honor Eccleſiæ Hieroſolymitanæ datur.*

In hoc Concilio Chalced. Eccleſiæ[a] Ieroſolymitanæ datus eſt honor Patriarchalis: vnde ex eo tempore Epiſcopus Ieroſolymitanus Patriarchæ nomen obtinuit poſt Conſtantinop. Alex. & Antiochenum: antea enim ſubiectus erat Cæſarienſi, qui Syriæ Metropolitanus erat. Sciendum tamen, quòd cùm ad inſtantiam Aëtij Diaconi Sedis Conſtantinopolitanæ, Iudices determinaſſent, vt Conſtantinopolitana Sedes poſt Rom. Epiſcopum primum honorem habeat, Legati Sedis[b] Apoſtolicæ proteſtati ſunt dicentes: Sedes Apoſtolica, quæ nobis præcepit, præſentibus humiliari non debet. Et ideò quæcunque in præiudicium Canonum, vel regularum heſterna die digeſta ſunt, nobis abſentibus ſublimitatem veſtram petimus, vt circumcidi iubeatis: ſin aliàs contradictio noſtra his geſtis inhæreat, vt nouerimus quid Apoſtolico viro *vniuerſalis Eccleſiæ*, Papæ referre debeamus, vt ipſe, aut de ſuæ Sedis iniuria, aut de Canonum euerſione poſſit ferre ſententiam.

b *Legatorum proteſtatio.*

Marcianus Imperator pro firmitate Chalced. Concilij ſollicitus, edit ſanctionem, ne cui amplius liceret publicè de fide diſputare. *Nam*, inquit, *iniuriam facit iudicio religioſiſſimæ Synodi, ſi quis ſemel iudicata, ac rectè diſpoſita, reuoluere, & publicè diſputare contendit.* Apud Chalced. Conc. *Act.* 3. *& l.* 4. *Cod. de ſumma Trinit. in Cod. Iuſtinianeo.* 452

VENETIARVM vrbis origo, per occaſionem Attilæ vaſtationum, concurrentibus populis, Venetiæ maximæ prouinciæ, in Inſulas, inter æſtuaria, Barbaris inacceſſa.

c *Synod. Alexandrina.*

Hoc anno SYNODVS [c] ALEXANDRINA Orthodoxorum à Proterio Epiſcopo Alexandrino habita eſt, vt ad Catholicam communicationem, qui hactenus ob hæreſim Eutychianam ſeparati fuiſſent, Catholica oblata profeſſione, redirent: ſed cùm illi penitus reſtitiſſent, irrogatum eis fuit ab Imperatore exilium. 453

d *Concil. Arelatenſe.*

CONCILIVM [d] ARELATENSE (quod tertium ordine ponitur) Præſide S. Cæſario eius ciuitatis Epiſcopo ſanctiſſimo, & doctiſſimo.

e *Concil. Andegauenſe.*

CONCILIVM [e] ANDEGAVENSE ſub Opilionis Conſulatum, nunc primùm in lucem editum, in quo illud primum ſtatutum, vt *contra Epiſcopale iudicium Clericis non liceat reſilire: neque inconſultis Sacerdotibus, ſecularium iudicia expetere*, &c. quo proculdubio aduerſati ſunt Patres Conſtitutioni illi Valentiniani anni ſuperioris, qua Eccleſiaſticum forum ſuis priuilegiis ſpoliauit. Præterea ſtatuunt, *ne Clerici de vno loco in alium, ſine Epiſcopi permiſſione tranſeant: nec ſine commendatitiis Sacerdotum ſuorum litteris commeare. Vt Clerici à vinolentia, & perpotationis crimine abſtineant. Vt cohabitationem, familiaritatemq́; mulierum euitarent:* & alia plura ad mores ſtatuunt.

Hoc anno S. Leo *epiſt.* 76. ad Marcianum Imperatorem eum rogat, vt factum Anatolij magis comprimat, & vt Eutychetem, adhuc venena ſpargentem longius ableget. Marcianus Pont. Rom. monitis acquieſcit, edita ſanctione nihil innouandum de priuilegiis antiquitùs conceſſis Eccleſiis. *l.* 12. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Anatolius tandem cedit monitis S. Leonis, dimiſſo ſtudio primatus *epiſt.* 71. ad Anatolium, in qua eminet ſumma auctoritas Pont. Rom. qui ſolus irritum [f] reddit, quod Concilium ſexcentorum Patrum comprobarat. 454

f *Pont. Rom. ſolus irritat quod 600. PP. in Concilio ſtatuerant.*

g *Synod. Hieroſol.*

SYNODVS [g] HIEROSOLYMITANA à Iuuenale collecta, in qua ad expurgandam ab hæreſi totam prouinciam, omnibus fidem Catholicam ſeruandam propoſuit. Extat Synodalis epiſt. ad Archim.

h *Concil. Mirenſe.*

Sub Leone I. Imper. celebratum eſt CONCILIVM [h] MIRENSE, cui præfuit S. Nicolaus Epiſcopus, ſed non extat. 457

i *Concil. Veneticum.*

Eodem anno CONCILIVM [i] VENETICVM celebratum eſt, in quo pauci Epiſcopi conuenerunt, qui ſexdecim Canones ſtatuerunt; in quibus agitur de regula Eccleſiaſtica, quæ Sacerdotibus (donante Domino) credita eſt: & de diſtinctione, cuius cura non ſine eorum culpa torpeſcit. Animaduerte quòd Venetica ciuitas hæc non eſt illa Italiæ celebris Reſpublica, ſed eſt Lugdunenſis Galliæ. *Vide Baronium.*

k *Concil. Conſtantinop.*

CONCILIVM [k] CONSTANTINOPOLITANVM IV. 73. Epiſcoporum contra Simoniacam prauitatem. Hoc Concilium celebratum eſt à Gennadio Pa- 459

triarcha

ANNO DOM.

triarcha, qui etiam quendam Clericum Chariſium nomine miranda ſatis ratione caſtigauit, vt legitur in Prato ſpir. *cap.* 145.

Moleſtabatur [a] à pluribus ſuper eo nimium delinquente. Accerſiuit itaque eum Gennadius, emendaréque conatus eſt. Cùm verò nihil increpando proficeret, permiſit eum cum paterna, & Eccleſiaſtica cenſura flagellari. Poſtquam verò didicit, in nullo meliorem fieri, neque per verba, neque per flagella (vacabat enim homicidiis, & magicis præſtigiis) miſſo quodam Apocriſario ſuo iuſſit, vt diceret S. Martyri Eleutherio (erat enim Lector ipſius in Oratorio Chariſius) Miles tuus, Sancte Eleutheri, multum peccator eſt, aut emenda illum, aut excide. Venit igitur Apocriſarius in Oratorium, & ſtans ante altare, & intendens ad ſepulchrum Martyris, extendénſque manum ſuam, ait Martyri: Patriarcha Gennadius ſignificat vobis, Sancte Martyr Chriſti Eleutheri, per me peccatorem, quia miles tuus multum peccat, aut emenda eum, aut præcide. In craſtinum verò mortuus inuentus eſt ſcelerum opifex Chariſius, Gennadio diſciplinam Eccleſiaſticam vel miraculis ſanciente.

a Exemplum admirandum.

Hoc eodem anno de publica confeſſione [b] abolenda Leo Rom. Pont. hoc tulit decretum: *Illam etiam contra Apoſtolicam regulam præſumptionem, quam nuper agnoui à quibuſdam illicita vſurpatione committi, modis omnibus conſtituimus ſubmoueri* (de pœnitentia videlicet, quæ ita à fidelibus poſtulatur.) *Ne de ſingulorum peccatorum genere libellis ſcripta profeſſio publicè recitetur, cùm reatus conſcientiarum ſufficiat ſolis Sacerdotibus indicare confeſſione ſecreta. Quamuis enim plenitudo fidei videatur eſſe laudabilis, quæ propter Dei timorem apud hominem erubeſcere non veretur: tamen quia non omnium ſunt peccata huiuſmodi, vt ea, qui pœnitentiam poſcunt, non timeant publicare: remoueatur tam improbabilis conſuetudo, ne multi à pœnitentiæ remediis arceantur, dum aut erubeſcunt, aut metuunt inimicis ſuis ſua facta reſerare, quibus poſſunt legum conſtitutione percelli. Sufficit enim illa confeſſio, quæ primùm Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis pœnitentum precator accedit. Tunc enim demùm plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſcientia confitentis.*

b Confeſſio publica aboletur.

461. HILARIVS natione Sardus, patre Criſpino S. Leoni Papæ ſucceſſit. Inſtituit, ne Pontifices deinceps ſucceſſorem [c] ſibi deligerent. Quæ inſtitutio ad omnes Eccleſiaſticos gradus pertinet. Fecit, & decretalem, ac per vniuerſum orbem ſparſit. Cùm autem ea peregiſſet, quæ ad optimum Pontificem pertinebant, tum in extruendis templis, ornandíſque, tum etiam docendo, admonendo, caſtigando, eleemoſynáſve, vbi erat opus, præbendo moritur, creatis prius de more 25. Preſbyteris, Diaconis quinque, Epiſcopis duobus & viginti. Sepelitur autem in crypta S. Laurentij apud corpus B. Sixti. Sedit annos ſex, menſ. 10. d. 3. Vacat tum Sedes dies 10.

c Pontifices ſucceſſorem ſibi non eligant.

Hilarius ſtatim vt Papa creatus fuit, encyclicam per Orientem ſparſit [d] epiſtolam de fide Catholica, confirmans tres Synodos, Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem tomum S. Leonis, & damnans Eutychem, & Neſtorium: confirmans item dominationem, & principatum S. Sedis Catholicæ, & Apoſtolicæ Pontific.

d Hilar. Papa Synodos confirmat.

465. Sub hoc Pontifice habitum eſt CONCILIVM [e] ROMÆ 48. Epiſcoporum, qui conuenerant ad Natalem Hilarij Papæ: cuius occaſione conuentus, contulit cum illis cauſas quaſdam Eccleſiaſticas ex Hiſpania, & Gallia ad ſe delatas. *Extat 2. tom. Concil.*

e Concil. Rom.

Ex quo colligitur, cauſas Epiſcoporum ad Sedem [f] Romanam deferendas, & eius eſſe ſolius Epiſcopi diſpenſare in iis, quæ contra Canones præſumpta eſſent. Inter eius Concilij acclamationes illa eſt: VT SERVETVR ANTIQVITAS, ROGAMVS.

f Epiſcoporum cauſæ ad Sedem Apoſtolicam deferuntur.

468. SIMPLICIVS [g] patriâ Tiburtinus, patre Caſtino in Hilarij locum ſuffectus eſt. Hic, Legato miſſo, Probo, Canuſino Epiſcopo, Conſtantinopolim Leonem Imperatorem petentem, rata haberi decreta ab Epiſcopis Concil. Chalced. de priuilegiis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ docuit, non eſſe tentandum: ſe enim non eſſe aſſenſurum. Gelaſ. *epiſt. ad Dardan. num.* 11.

g Simplicius Papa.

471. Hoc anno Martyrius [h] Epiſcopus Antiochenus, cùm ciues tumultibus: & ſeditionibus delectari videret, & Zenonem illos fouere, Epiſcopatui renunciat, al-

h Martyrius Epiſcopatu ſe abdicat.

tiori

tiori voce iſta præfatus in Eccleſia: CLERO IMMORIGERATO, ET POPVLO REBELLI, ET ECCLESIÆ CONTAMINATÆ RENVNCIO, SERVATA INTERIM MIHI SACERDOTII DIGNITATE, Liberat. *cap.* 10.

a Remigius Epiſcopus eligitur communi voto.

Remigius [a] magnus ille Rhemenſis Epiſcopus, Francorum Apoſtolus, defuncto eiuſdem ciuitatis Epiſcopo Gennadio, populi voce, comprouincialium Epiſcoporum conſenſu, diuino cooperante ſuffragio, ætatis anno 22. eligitur. Sigeber. Hincmat. *die* 13. *Ian. apud Surium.*

b Veſuuius mons ignibus æſtuat.

Sub finem huius anni, vt refert Marcell. *in Chron.* Veſuuius mons [b] Campaniæ torridus inteſtinis ignibus æſtuans, exuſta euomuit viſcera, nocturniſque in diem tenebris, omnem Europæ faciem minuto contexit puluere. Huius metuendi memoriam cineris annuè commemorant Græci 8. Idus Nouembris.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

c Rogationes ante Aſcenſionem Domini.

d Rogationis antiquitas.

VIENNENSE in cauſa *Rogationum* [c] *triduanarum* ante Aſcenſionem Domini celebrandarum. Sanctus enim Mamertus Epiſcopus reſtituit in Galliis ſupplicationes & Litanias illas maiores, quæ dicuntur *Rogationes.* Bene verum eſt, quòd eas non inſtituit: nam S. Auguſtinus qui tempore præceſſit S. Mamertum, de iiſdem Rogationibus, quæ præcedunt celebritatem Aſcenſionis Dominicæ, obſcurè meminit *in ſerm.* 173. *de tempore, in vigilia Aſcenſionis, tom* 10. eſt eius exordium: *Scire debemus* Vide Baron. *in Annot. Martyrolog. die* 25. *Aprilis.* Extat de Rogationibus *Canon.* 29. primi Concil. Aurelianenſ. item *cap. rogationes. de conſecr. diſt.* 3. de iiſdem Cæſarius Epiſcopus Arelatenſ. *hom.* 33. hæc habet. *Tribus iſtis diebus quos regulariter in toto mundo celebrat Eccleſia, nullus ſe à ſancto conuentu abducat.* 474

e Rogationes etiam Aurelian. Concil. indicit, & vt ſerui ab operibus ſeruilibus relaxentur: & vt quadrageſimalibus cibis vtantur.

Ab exemplo S. Mametti AVRELIANENSE [e] CONCILIVM eodem ſæculo celebratum, his verbis ſanciuit Rogationum diſciplinam: *Rogationes, id eſt, Litanias ante Aſcenſionem Domini placuit celebrari: ita vt præmiſſum triduanum ieiunium, in Dominica Aſcenſionis ſolemnitate ſoluatur. Per quod triduum ſerui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuerſa conueniat. Quo triduo omnes abſtineant, & Quadrageſimalibus cibis vtantur.*

f Conſtantinopolis incendio flagrat.

g Bibliotheca celeberrima igne conſumpta.

Eodem anno Conſtantinopoli [f] ciuitati, diuinitùs immiſſum eſt incendium: quod florentiſſimam vrbem, tùm etiam Baſilicam, & Bibliothecam [g] inſignem, & pulcherrima donaria, & veterum artificum ſimulachra deuorauit. Bibliotheca librorum millia centena viceña, & in his Draconis inteſtinum pedes centum viginti longum, cui Homeri poëmata Ilias, & Odyſſea aureis literis fuerant, cum hiſtoria rerum ab Heroibus geſtarum, inſcripta, continebat.

h Concil. Turonicum.

i Clerici ad caſtitatem hortantur.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [h] TVRONICVM pro diſciplina Eccleſiaſtica reſtituenda. In hoc Concilio hortantur [i] Clerici ad caſtitatem: nam ſi laico abſtinentia imperatur, vt poſſit orationi vacans exaudiri; quantò magis Sacerdotibus, qui omni momento, parati eſſe debent, ſacrificium offerre pro populo, cum omni munditia & puritate. 481

k S. Simplicius Papa moritur.

S. autem Simplicius [k], cùm Eccleſiam Romanam non inſtitutis ſolùm, verùm etiam donis auxiſſet, creaſſétque ex ordine ſacrorum Presbyteros 58. Diaconos 11. Epiſcopos 86. initio menſis Martij moritur, cùm ſediſſet annos 15. menſ. 5. dies 10. Vacat tum Sedes dies 26. 483

l Felix Papa creatur.

FELIX III. patriâ Romanus, patre Felice Presbytero, ex regione Faſciolæ in Pontificem [l] electus eſt. Anaſt. *de Rom. Pont.*

m Appellatio ad Sedem Apoſtolicam.

Ioannes Epiſcopus Alexandrinus Sede pulſus, Antiochiam primùm ad Calendionem Epiſcopum: inde verò Romam ad Simplicium, quem vt legitimum Iudicem [m] appellatat, ſe contulit; ſed mortuum inuenit. Liberat. c. 16.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt tria Concilia.

n Concil. Romanum.

o Legatio ad Zenonem Imper. de proditione fidei Catholicæ, ſtatuitur.

ROMANVM I. contra Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Res ſic habet. Felix Papa maiorum veſtigiis inſiſtens, in grauiſſima cauſa Acaciana, in qua agebatur de prodita Chalcedon. Synodo, Concil. [n] ex Italiæ Epiſcopis conuocat: in eo grauiſſimæ dicuntur ſententiæ: in hoc omnium conſpirant ſuffragia: Legatio [o] vt mittatur Conſtantinopolim ad Zenonem Imperatorem, cum robuſtiſſimis litteris, de proditione Catholicæ fidei, eiúſque proditoribus: expoſtulet Papa cum Acacio de non defenſa fide Catholica, & de conniuentia cum

hæreti

ANNO DOM.

hæreticis. Addatur libellus accuſationis, à Ioanne Epiſcopo Alexandrino, ipſi Papæ oblatus, aduerſus eum: citetur ad reſpondendum in Iudicio Sedis Apoſtolicæ: alius libellus, ea de re mittatur ad Zenonem, vt cogat Acacium experiri iudicio cum accuſatore. Conſtant hæc ex litteris Felicis Papæ ad Acacium, & ad ipſum Imperatorem, nunc primùm in lucem proditis. Datæ ſunt hæ litteræ Legatis delectis à S. Synodo, Vitali Truentino, & Miſeno Cumano Epiſcopis, & Felici Rom. Eccleſiæ defenſori, quibus & alia multa verbis exponenda, commiſſa fuiſſe affirmat Felix Papa in fine ad Acacium epiſtolæ, & eius quæ eſt ad Imper. Scripſit præterea per eoſdem Legatos epiſtolas ad Clericos, Monachos, atque laicos, Orthodoxos, quæ non extant. Liberat. *c.* 18. Euagr. *c.* 18.

In eadem Synodo Romana poſt legitimas admonitiones damnatur [a] Petrus Epiſcopus intruſus, Antiochen. non modò vt Eutychianus, ſed & Apollinariſta, & Sabellianus, & Arianus, qui in Triſagio impiè adiecerat: *Qui crucifixus eſt pro nobis.* Theopaſchitarum impiam, atque iam ante damnatam hæreſim renouans. Aduerſus quem & Acacius coëgerat Conſtantinopoli Synodum, in quo error eius damnatus fuerat.

a Damnatur Petrus intruſus.

PERSECVTIO [b] VVANDALICA SVB HVNERICO.

b Perſecutio Vvandalica immanis.

Dira & immanis perſecutio ab Hunerico Vvandalorum Rege in Africa mouetur, in qua præter alias immanitates, quater mille, nongentos, ſexaginta ſex Epiſcopos, Presbyteros, Diaconos, & alios Eccleſiæ Clericos in exilium eremi raptari iuſſit. Victor *lib.* 2.

484. Legati [c] Sedis Apoſtolicæ Vitalis, & Miſenus, contra ius gentium, & omnem pietatem à Zenone Imperatore tractantur, litteris ereptis, in carcerem coniecti, & mox ab Acacio deliniti, è carcere educti, illi [d] communicant, & ſe præſentibus, ſuſtinent recitari in ſacris Diptychis nomen nefandiſſimi Petri hæretici Alexandrinæ Sedis inuaſoris. Liberat. *cap.* 18.

c Legati malè tractātur.

d Legati Acacio communicant.

Præuaricationis Legatorum famâ Romam perlatâ, & Monachis Acœmetis nunciantibus, Felix Papa conuocat [e] Concilium, in quo 77. Epiſcopi conuenere. In eo primùm Legati [f], præuaricationis conuicti, damnati, & Epiſcopatus honore deiecti, mox, Acacij cauſa cognita, iudicatus eſt hæreticus, hæreticorum participatione pollutus, & monitus eſt vt reſipiſceret, alioqui excommunicatione feriēdus. At non ceſſans communicare cum Petro Mogo, & Petro Fullone, confirmato in Sede Antiochena, demùm ex ſententia Concilij [g] damnatur, & deponitur; quæ damnationis ſententia & miſſa eſt Conſtantinopolim, & cùm ab Acacio non reciperetur, fulto præſidio Imper. ſuſpenſa eſt per [h] quendam ignotum Monachum Acœmetenſem eius pallio, dum ad celebranda ſacra procederet: qua ex cauſa prædicti Monachi dira ab Acacianis paſſi ſunt. Liberat. *cap.* 18. Niceph. *lib.* 17. *cap.* 17.

e Concil. Rom.

f Legati vt præuaricatores à Papa puniuntur.

g Acacius damnatur.

h Damnationis ſententia occultè à Monacho pallio Acacij ſuſpenſa.

At Acacius [i] ira, & furore ebrius, eò inſaniæ prorupit, vt Felicis nomen è ſacris Diptychis, quod Dioſcorus S. Leoni fecit, tolleret; Epiſcopos Catholicos hæreticis, & infamibus ſubrogatis, exterminaret. Petro Mogo Alexandriæ paria faciente, Catholici Conſtantinopolim confugientes, perſecutionem grauiſſimam pertulerunt. Liberat. *cap.* 18. Atque totus ferè Oriens turbis, ſeditionibus, exilijs, agitabatur. Euagr. *lib.* 3. *cap.* 90.

i Acacius ira ebrius plurima ſcelera committit.

Clodoueus, mortuo Childerico patre, Francorum apud Pariſios in Galliis Rege, ſuccedit in Regnum. Sigebert. Turon. Is Gentilis adhuc [k] veneratione proſecutus eſt S. Remigium Rhemenſem Epiſcopum, cui etiam ampliſſimas villas dono [l] dedit, quas tamen ille erogandas curauit in pauperes. Remigius *in ſuo teſtamento, apud Briſonem. de formul. lib.* 2.

k Clodoueus licèt Gētilis, factus Rex, S. Remigium colit.

l Clod. villas S. Rem. dono dat.

485. Felix Papa Acacium damnatum [m] ſtudet per ſe, & alios reuocare ad Eccleſiam: teſtatur Gelaſ. Papa in Commonitorio ad Fauſtum.

m Felix Acacium ſtudet reuocari.

487. ROMÆ [n] CONCILIVM III. triginta octo Epiſcoporum, de lapſis Africanæ Eccleſiæ recipiendis. Vbi ſtatuitur, rebaptizatos manere vſque ad [o] diem obitus ſui, & non communicare orationi fidelium, & Catechumenorum, & commu-

n Concil. Rom.

o Lapſi quomodo recipiendi.

nio

ANNO DOM.

nio laica tantùm in morte illius eſt reddenda, ſic Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi.
Alij verò per tres annos ſiot inter audientes, & ſeptem annis pœniteant, & duo-
bus annis non ſinantur oblationes offerre.

a Acacius moritur.

Acacius [a] Conſtantinopolitanus Epiſcopus in anathemate perſeuerans, homo 488.
ambitioſiſſimus, & arrogantiſſimus, qui & ſuas viuens imagines in Eccleſia dedi-
care paſſus eſt, vt eſt apud Suidam, moritur, cùm ſediſſet ann. 17. menſ. 9. Niceph.
in Chron.

b Flauitas hæreticus ſuccedit.

c Flauitas Catholicum ſe fingit.

In eius locum ſuccedit Flauitas [b] ſeu Fauamis, per ſummam improbitatem, &
fraudem, hæreticus, & hæreticorum communione pollutus: qui tamen videri
volens Catholicus, non prius ſedere voluit, quàm communionem à Rom. Pont.
acciperet, ad quem legatiooem miſit, cum profeſſione Catholicæ [c] fidei ſimulata:
qua ſimulatione detecta, per litteras eius communicatorias, cum Petro Mogo hę-
retico Alexandrino, ad Rom. Pont. latas, repulſam paſſus eſt: & poſt non inte-
grós 4. menſes, morte repentinà tollitur. Liberat. *cap.* 18.

d Euphemius ſuccedit.

Flauitæ in Eccleſia Conſtantinopolitana ſuccedit Epiſcopus Euphemius [d], 489.
qui Synodum Chalcedonenſem probauit: Petri Alexandrini communioni re-
nunciauit: eius nomen è Diptychis expunxit: Felicis Papæ ab Acacio expuncti,
reſtituit: Synodales epiſtolas de more, Romam miſit. Quia tamen Acacij nomen
non expunxerat, communicatorias litteras à Rom. Pont. nonobtinuit, ſed tan-
tùm commonitorias. Euag. *lib.* 3. *cap.* 23.

e S. Cæſarius ſcribit de grat. & libero arbitrio contra Fauſtum.

S. Cæſarius [e] Arelatenſis Epiſcopus ſanctitate, & doctrina illuſtris, inter alia 490.
plura ſcripſit librum *de Grat. & lib. arbitr.* ad Felicem Papam, quem ille ſua addita
epiſtola probauit, & propagari curauit, quaſi in Aotidotum libri de Gratia à Fau-
ſto conſcripti, in qun ſub ſpecioſo titulo, Pelagium damnans, Pelagianizat. Con-
tra cuius errores Auitus etiam Viennenſis Epiſcopus, & Ioannes Presbyter An-
tiochenus ſcripſerunt.

f Epiſcopus Conſtantinopolitanus non prius coronat Imp. quàm ſe Catholicum profiteatur.

Euphemius [f] Epiſcopus Conſtantinopolitanus reſtitit Anaſtaſio Imperatori, 491.
vocans eum hæreticum, nec prius eum coronari paſſus eſt, quàm probaret Sy-
nodum Chalcedon. & Catholicæ fidei profeſſionem apud eum ederet, quam &
edidit. *Theodor.*

g Felix P.P. moritur.

Felix III. Papa, vbi ex inſtitutione ſacrorum Ordinum, quos in vrbe Roma, 492.
menſe Decembri bis habuit, Presbyteros 28. Diaconos 5. Epiſcopos 30. creaſſet,
moritur [g] quinto Calend. Martij, & ſepelitur in Pauli Baſilica, cùm ſediſſet
annos nouem, minus dieb. 12. Hic Atauus S. Gregorij Papæ fuit. Vacat Sedes dies
quinque.

h Gelaſius ſuccedit.

i Libri hæreticorum cõbanuntur.

GELASIVS natione Afer, patre Valerio [h] ſuccedit. Hic Pontifex Manichæos
in vrbe deprehenſos, exilio damnat, eorúmque libros [i] apud Baſilicam D. Mariæ
publicè comburi iuſſit. Cùm verò intellexiſſet, Petri, & Acacij ſeditionibus mul-
ta flagitia, & parricidia in Eccleſiis Græciæ committi, confeſtim eò miſit,
qui hos, ſi non ſtatim pœniterent, in perpetuum damnarent. Erat autem con-
ſuetudo primitiuæ Eccleſiæ, diutius expectare ad gremium pietatis ſuæ, aliquan-
do redituros. Dedicauit Gelaſius Eccleſiam S. Euſemiæ Martyris in ciuitate Ti-
burtina, & alias multas. Clerum quoque amauit, & auxit. Pauperes ſemper mira
beneuolentia, & charitate complexus eſt.

k Imperator in fide errans, & non reſipiſcens à Papa excommunicari poteſt.

l Appellant omnes ad Papam Romanum.

m Imperator Præſulibus colla ſubmittit.

Sunt qui ſcribant, Gelaſium excommunicaſſe Anaſtaſium Imperatorem Con-
ſtantinopolitanum Zenonis ſucceſſorem, quòd hæreticis, & Acacio faueret. Vn-
de conſtat, Imperatorem [k] errantem in fide, & monitum, ſi non paruerit, à Pontifi-
ce Romano excommunicari poſſe, ſicut & aliquando factum eſt. Statuit, quòd
quæcunque Synodi Acta, niſi per Romanum Pontificem confirmentur, nullum
robur habeant. Deinde, ſolum Pontificem poſſe hæreticos damnare ſine aliorum
conſenſu: & quòd non eſt opus alia damnatione ei, qui in errorem iam aliàs con-
demnatum, incidit. Item appellationes [l] omnes ad Eccleſiam Romanam licere
afferere: *Vide cap. ad Romanam. 2. q. 6. d. 2.* ab ipſa verò nunquam appellari, ſacri Ca-
nones ſanxerunt. Item ſcripſit epiſtolam ad Anaſtaſium Auguſtum, in qua inter
cætera hoc habetur: *Licèt enim præſideas humano generi dignitate rerum: tamen Præ-
ſulibus diuinarum* [m], *deuotis colla ſubmittis: atque ab eis cauſas tuæ ſalutis expectas: &
in ſumendis cœleſtibus ſacramentis, eiſq́, vt competit, diſponendis, ſubdi te debere co-*

gnoſcis

ANNO DOM.

gnoſcit, religionis ordine, potius, quàm præeſſe.

Poſtremò, creatis Presbyteris 32. Diaconis 2. Epiſcopis 62. moritur [a] Gelaſius, ac ſepelitur in Baſilica B. Petri Apoſtoli 9. Calend. Decembr. Sedit annos 4. m 8. d. 17. Vacat tum Sedes dies 17.

a *Gelaſius moritur.*

493. Sub hoc Pontifice, hoc anno facta eſt inuentio Cryptæ Gargani montis in Apuleia, quæ ex apparitione S. Michaëlis [b] Archangeli reddita celebertima, pio cultui eſt mancipata.

b *S. Michaël Archangelus apparuit in monte Gargano.*

Duo Concilia celebrata ſunt ſub hoc Pontifice.

494. ROMANVM [c] I. ſeptuaginta Epiſcoporum, in quo Gelaſius plura ſtatuit ad auctoritatem, dignitatem, & puritatem fidei Eccleſiæ Romanæ, & decretum edit de ſanctis Scripturis, Conciliis generalibus, & Scriptoribus Eccleſiaſticis, alios probans, alios damnans, alios in apocryphis cenſens. De Primatu quoque Eccleſię [d] Romanæ ſuper omnes Eccleſias, & Prærogatiua Sedium Patriarchalium breuiter agit, addens anathema in omnes hæreſiarchas, & ſchiſmaticos.

c *Concil. Rom.*

d *Eccleſ. Rom. Primatus.*

Idem epiſt. ad Epiſcopos Lucaniæ, Brutij, & Siciliæ plura ſtatuit ad Eccleſiæ diſciplinam, quæ ob bella, iacturam paſſa erant, reſtituenda: & turſum alia data ad Epiſcopos Siciliæ *6. & 7. num.* In qua 7. ad Epiſcopos Siciliæ illud manet, præter illam partem, quæ erogati debet [e] in pauperes ſuæ cuiuſque diœceſis, vt de ſua Epiſcopus debeat alere peregrinos, atque captiuos.

e *Epiſcopi bona quomodo diſtribuenda.*

495. [f] CONCILIVM [f] ROMANVM II. hoc anno coactum eſt 55. Epiſcoporum, in quo Gelaſius, Miſenum [g], olim ſub Felice Legatum, & præuaricatorem depoſitum, ſupplicem, ſui erroris veniam petentem, & hæreſes omnes deteſtantem, abſoluit, & Eccleſiæ ſuæ reſtituit. *Anaſt. Bibliothecarius.*

f *Concil. Rom.*

g *Miſenus depoſitus, errorem confitens, reſtituitur.*

Tempore Pontificatus [h] Gelaſij Imperator Anaſtaſius Eutychianus erat: Reges Italiæ, Hiſpaniæ, & Africæ Ariani: Reges Franciæ, Anglorum, & Germanorum, Pagani; & tamen Chriſtiana Eccleſia deſtrui non potuit, quia fundata eſt ſupra petram. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

h *Eccleſia Chriſti ſtabilitas.*

496. Gelaſius hoc anno migrat è vita nono Calendas Decembris. Et poſt dies ſeptem

ANASTASIVS II. [i] patriâ Rom. patre Fortunato ſublegitur.

i *Anaſtaſius Papa eligitur.*

497. Hic Pontifex Legatos mittit Germanum Capuanum, & Creſconium Tudertinum, Epiſcopos, cum litteris ad Anaſtaſium Imper. de abolendo Acacij nomine, & Eccleſiæ vnione procuranda. *Extant litteræ tom. 1. epiſt. R. P.*

Ferunt tum apud Carthaginem Olympium quendam [k] Arianum Epiſcopum ſanctam Trinitatem publicè in balneis deteſtantem, tribus fulminibus ictum concidiſſe, eiúſque cadauer exuſtum omninò fuiſſe. Cúmque item Barbas quidam Arianus Epiſcopus, neſcio quem baptizaturus, eſſet his verbis vſus [l], *Baptizat te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu ſancto*: fertur, aquam nuſquam comparuiſſe. Quo miraculo permotus, qui characterem expectabat, confeſtim ad noſtros tranſiit.

k *Arianus Epiſcopus quidam in S. Trinitatē blaſphemus, tribus ictibus percuſſus in balneo concidit.*

l *Baptizans quadam nō ſeruatu' debita forma, aqua diſparet.*

498. Anaſtaſius verò vbi ex ſacris ordinibus ſemel menſe Decembri in vrbe habitis, creatis Presbyteris 12. Epiſcopis 16. moritur [m], ſepultus eſt in Baſilica S. Petri 16. Calend. Decemb. Sedit annos duos, minus diebus ſeptem. Vacat Sedes dies quatuor.

m *Anaſtaſius Papa moritur.*

Hic Pontifex ſcripſit [n] epiſtolam ad Auguſtum, in qua inter cætera hæc duo dicit: vnum eſt, *vt Imperator quoſcunque potuerit, ad verā fidem pertrahat.* Alterum, *vt ipſe monitis Apoſtolicis pareat.*

n *Anaſt. ad Imp. ſcribit*

SYMMACHVS [o] quatto poſt die, nempe 10. Cal. Decemb. creatur ex Diacono Pontifex [p], natione Sardus, ſed non ſine magna diſcordia, ob quam tantâ ſeditio Romæ orta eſt, vt multi, tum ex Clero, tum ex populo, paſſim cæderentur, nec ſacris virginibus parcerēt. Reſpirante deinde aliquantulum Republica Chriſtiana, Symmachus Manichæos ab vrbe expulit, eorum libros ante [q] fores Conſtantinianæ Baſilicæ concremari iuſſit. Baſilicas multas aut à fundamentis erexit, aut ornauit. Pauperibus quoque ad Baſilicas Petri, & Pauli extruxit, curauítque ne quid eis deeſſet, quod ad victum pertineret. Creatis verò Presbyteris 92. Diaconis 6. Epiſcopis 117. habitis de more ſacris Ordinibus, moriens, ad Baſilicam S. Petri ſepelitur 14. Calend. Aug. Sedit annos 15. menſ. 8. minus diebus 4.

o *Symmachus creatur.*

p *Grat. in c. bene quidē. diſt. 96. refert, hunc Pontificem ſtatuiſſe in Concil. Romano, ne quibuslibet laicis, quamuis religioſis, vel potentibus in quacunque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de Eccleſiaſticis facultatibus, quarum ſolis Sacerdotibus diſponendi indiſcuſsè à Deo cura commiſſa docetur.*

q *Libri hæreticorum comburantur.*

a *Gloria in excelſis, in Miſſa in die Dominico, & in Natalitiis Martyrum dicenda ſtatuitur. Schiſma IV.*

Conſtituit, vt omni die Dominico, vel Natalitiis Martyrum, *Gloria* [a] *in excelſis* diceretur in Miſſa. *Lib. de Rom. Pont.*

Schisma Qvartvm.

b *Laurentianum ſchiſma.*

Eodem die, quo Symmachus creatus fuit Papa, in ſchiſmate ex Epiſcopo, præter morem creatur Laurentius [b] Romanus, id agente Feſto Patricio in gratiam Anaſtaſij Imperat. quod ſciret ab eo fore ſcribendum Zenonis Enoticon, quod illi promiſerat, ſe perſuaſurum Anaſtaſio, quem rediens ex legatione reperit mortuum.

c *Schiſmatis terminatio.*

Diuiſo [c] Clero, & Senatu, cædes, & alia plurima mala conſecuta. Cui contentioni, cùm longum eſſet per Concilium prouidere, conuenere partes, vt ambo Rauennam pergentes, iudicio ſtarent Regis, qui prius ordinatum, & à pluribus, Symmachum probauit. *Anaſt. Biblioth.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

d *Synod. Rom.*

e *Symmach. ab omnibus vt Papa excipitur.*

f *Ambitio Papatus decreta reprimitur.*

Synodvs [d] Romana I. habita eſt ex Italiæ Epiſcopis, in qua ab omnibus cognitus Symmachus, & probatus eſt Epiſcopus Romanus [e], qui & Laurentium, ex intuitu, inquit Anaſtaſius, miſericordiæ Nucerinum Epiſcopum fecit. 499.
Et Decretum ſtatuit de comprimendo ambitu in electione Romani Pontificis, ſic de communi conſenſu [f] ſtatuens. *Propter frequentes*, ait, *quorundam, & Eccleſiæ nuditatem, vel populi colliſionem (quæ moleſta, & iniqua incompetenter Epiſcopatum deſiderantium generauit auiditas) vt extinguatur futuris præſumptio tam pernicioſa temporibus, conſtituit Sancta Synodus, vt ſi quis Presbyter, aut Diaconus, aut Clericus, Papa incolumi, & eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro Romano Pontificatu commodare, aut pitatia promittere, aut Sacramentum præbere tentauerit: aut aliquod certè ſuffragium polliceri, vel hac de cauſa, priuatis conuenticulis factis, deliberare, atque decernere; loci ſui dignitate, atque communione priuetur. Pari ſecuritate feriendo eum qui hoc, viuo Pontifice, quolibet modo fuerit ambire conuictus, aut certè tentaſſe: omnibus pariter huius culpæ reis, anathematis pœna plectendis.* Vide etiam *cap. Si quis Papa. diſt. 79. & cap. ſi tranſitus. diſt. 19.*

g *Clodoueus à S. Gedaſto antea catechizatus à S. Remigio poſtea baptizatur.*

h *Ampulla è cœlo allata.*

Eodem anno Clodoueus [g] dum ope Chriſti Alemannos miraculosè viciſſet, illuſtratione ſacri baptiſmatis, filius lucis effectus eſt. A Sancto Gedaſto catechizatum, & in fide inſtructum, Sanctus Remigius Rhemenſis Epiſcopus, pluribus præuiis miraculis, baptizauit: è quorum numero, hoc celeberrimum eſt, quòd ore columbæ cœlitùs aduenientis, ampulla [h] Chriſmatis allata fuerit, cum qua Rege Clodoueo, fons baptiſmatis, ſolito more, conſecratus fuit. Hincmarus *in vita S. Remigij.*

Schiſmatici, occultè reuocato Laurentio Epiſcopo Nucerino facto, per calumniam deferunt Symmachum ad Regem Theodoricum; & Viſitatorem Eccleſiæ 500.
Romanæ dari petunt, qui de criminibus illi impoſitis inquirat, quem & contra Canones dat Petrum Altinæ ciuitatis Epiſcopum. *Bibliothecarius.*

Catholici legitimi, Eccleſiæ Romanæ Pontificis cauſam defendentes, reique indignitatẽ, cum iniquitate coniunctam, exhorreſcentes, aduerſus miſſum, nempè contra Symmachum à Rege viſitatorem, eundémque parti Schiſmaticorum additum, abſentem Regem interpellant, vt ſineret res Romanæ Eccleſiæ ad maiorem ſecuritatem, & libertatem Concilij, præſentiam ſuam dilatam hactenus, opportuno tempore vrbi, ciuili bello periclitanti, exhibere dignum, neceſſariumque putauit. Quàm glorioſè exceptus fuerit à Senatu, populóque Romano, habetur in vita S. Fulgentij, qui per hoc tempus Romam veniens ad limina Apoſtolorum id ſpectauit, & ipſum Theodoricum, in loco, qui *Palma aurea* dicitur, concionantem, ingente plauſu Romanorum, audiuit.

i *Concil. Rom. II.*

Ex Concilij autem ſententia (quod quidem fuit ſecundum [i] Symmachi) abſoluto Symmacho ab obiecto crimine, Petrus datus à Rege viſitator, cum ſchiſmatico Laurentio condemnatur. Anaſtaſ. *in Symmacho.*

k *Concil. Rom.*

Regis præſentiam reueriti, furore æſtuantes ſchiſmatici, hoc anno quieſcunt. 501.
Quòd verò ab aduerſariis plura horrenda crimina Symmacho obiicerentur, mandat cogi Concilivm [k], ipſo Symmacho per litteras, præſtante

ANNO DOM. conſenſum: *Acta Concilÿ ſub Symmacho.* Hoc autem fuit tertium ſub hoc Pontifice.

502. SYNODUS [a] IV. ſub Symmacho, PALMARIS dicta, fortè à loco, id eſt, à porticu Palmaria dicta in Baſilica S. Petri, vt eſt apud Bibliothecarium in Honorio. Symmachus de obiectis criminibus, iuri ſuo cedens, ſe iudicio minorum iudicandum permittit. Interpellatus Rex à Symmacho, hęc præclare reſpondit, à Principibus in Ariano homine imiranda: *In* [b] *Synodali eſſe arbitrio, in tanto negotio, ſequenda praſcribere: nec aliquid ad ſe, præter reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotiis pertinere*: committens etiam Poteſtati Pontificum, vt ſiue propoſitum vellent audire negotium, ſiue nollent, quod magis putarent vtile, deliberarent, dummodo venerandi Concilij prouiſione, pax in ciuitate Romana Chriſtianis omnibus redderetur.

a Synod. Roman.

b Principes nihil niſi reuerentiam, de Eccleſiaſticis negotiis habere debet. Grat. in diſt. 63 c. 2. refert ex Adriano Papa, vt laici Principes vel Potentes non interſint Eccleſiaſticis electionibus, quia in Eccleſiaſticis rebus nullam habent poteſtatem. Et in c. omnis diſt. 63. idem habetur. Sic etiam dixit Innoc. III in c. Eccleſiæ. de conſt. laicis ſuper Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis nulla eſt attributa facultas, quos obſequendi manet neceſſitas, non auctoritas imperandi. Et ſimilia habes in c. ina. 1. de decimis. Quæ ſumpta ſunt ex Concilio 4. ſub Symmacho III.

Symmachus in Synodo quoad homines abſoluitur: quoad Deum [c] eius iudicio reſeruatur. Schiſmaticis indulgetur, vt ſatisfacientes Epiſcopo ſuo, miſericordiam conſequantur, & officiis Eccleſiaſticis teſtituantur. Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne in electione ſui ſucceſſoris, propter ſtrepitus hæreticorum ſchiſma fieret, rogauit Patricium Baſilium, qui Odoacri regis vices gerebat, quod ipſe intereſſet in electione ſui ſucceſſoris. Baſilius ſtatim Symmacho viuente fecit quandam conſtitutionem, ſcilicet quòd ſine eius conſultatione non fieret electio ſummi Pont. Præterea, quòd non liceret alicui prædium ipſius Eccleſiæ alienare, quæ conſtitutio attrectatur hic. Abrogatur conſtitutio, auctoritate Regia, à Baſilio Præfecto, bona illa quidem, ſed non bene ſtatuta: & ſancitur Decretum de bonis Eccleſiæ non alienandis.

In eadem Synodo, communi Epiſcoporum conſenſu, Symmachus Anaſtaſium [d] impium Imp. excommunicat. *Ex Sym. litteris ad ipſum Imp.* Sancitum præterea, vt Presbyteri, & Diaconi habeant contubernales, quos vocant Cancellaneos, ſeu Cellulanos, quaſi præſentes [e] teſtes, vt hinc coniici poſſit, pulſatum Symmachum enormis crimine adulterij.

c Symmachus iudicio Dei relinquitur.

d Symmachus Imp. Anaſtaſium excommunicat.

e Eccleſiaſtici contubernales quaſi præſentes teſtes habeant.

503. V. SYNODUS [f] ROMANA ſub Symmacho, in qua rurſum conueniunt Epiſcopi aduerſus Schiſmaticos, calumniantes Synodi IV. Symmachi abſolutionem. In hac, contra obiectantes, efficaciter reſponſum eſt. Et Symmachus exemplo Domini, omnibus ſuis accuſatoribus pepercit: licèt Patres omnes peterent, vt omnes Symmachi accuſatores damnarentur.

f Synod. Roman.

504. VI. SYNODUS ROMANA ſub Symmacho. Decretum eſt, vt occupantes Eccleſiæ bona, ſiue mobilia, ſiue immobilia, ſiue ex largitione Regis, cuius [g] non eſt decernere de bonis Eccleſiæ: ſiue aliter, indebitè retinentes, niſi ea reſtituerint, vt hæretici manifeſti, anathematizentur [h]: nec niſi per ſatisfactionem ad communionem admittantur. *Acta Concilÿ.*

g Regis non eſt de bonis Eccleſiæ decernere.

h Eccleſiæ res detinentes, ni reſtituant, vt hæretici manifeſti anathematizentur.

Paruiſſe Theodoricum Regem Concilij Romani decreto, indicant quæ reſcripſit pro bonis Eccleſiæ Mediolan. apud Caſſiodor. *Var. epiſt. 29.*

Symmachus [i], pro more Rom. Eccleſiæ, omni anno, per Africam, vel Sardiniam Epiſcopis, qui in exilium erant retruſi, pecunias, & veſtes miniſtrabat. Addidit litteras pergratulatorias, & conſolatorias cum reliquiis SS. Nazatij, & Romani expetitis. *Biblioth.*

i Symmachi in Epiſcopos exules pietas.

Eodem anno incœpit Ordinem [k] ſuum S. Benedictus in monte Caſſino.

k S. Benedictus Ordinem ſuum incipit.

506. AGATHENSE [l] CONCILIUM in Gallia Narbon. 35. Epiſcoporum, Præſide Cæſario Arelatenſi Epiſcopo. Canones 71. ſanciti de reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina.

l Concil. Agath.

507. Clodoueus [m] parans bellum contra Alaricum, extruit Eccleſiam Pariſiis in honorem SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum. Curat cogi Concilium Epiſcoporum Aurelianis, ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtituendam: benedictionem à S. Remigio petit, & cauet, ne vllum damnum Eccleſiaſticis perſonis, aut rebus inferatur. *Hiſtor. Franc. lib. 2. cap. 27.*

m Clodoueus bellaturus cogitat prius quæ Domini ſunt.

AURELIANENSE [n] CONCILIUM in quo 33. Canones ſunt editi.

n Concil. Aurelian.

508. Clodoueus [o] grauiter laborans, & diu fruſtratus à Medicis, conſilio Tranquillini viri illuſtris, & Archiatri, euocat Seuerinum Agnenſis Monaſterij Abbatem, qui veniens, Eulalium Epiſcopũ loquẽdi, & audiendi officio priuatũ ex morbo, ſanat:

o Clodoueus in extremis agens, miraculoſe ſanatur.

ANNO DOM.

a *Reliquiarum vſus.*

ad portam Pariſiorum leproſum [a] oſculo mundat:& ægrotantem Regem, impoſita caſula,qua erat indutus,præmiſſis precibus,curat,& ſanat. Vita S. Seuerini 11. Febr.apud Sur.

b *Conci. Epaunenſe.*

EPAVNENSE [b] CONCILIVM operâ,& pietate Sigiſmundi Regis, Præ- 509.
ſide Sancto Alcimo Auito : cui interfuere plures Epiſcopi, ſanctitate illuſtres. Canones 40. editi.

c *Boëtius floret.*

Boëtius [c] hoc tempore floret,primus,qui Ariſtotelem, vix nomine cognitum, 510.
Latinorum manibus tradiderit.

d *Pſeudoſynod. Sidone.*

PSEVDOSYNODVS hoc anno SIDONE [d] congregatur Eutychianorum, 512.
ad damnandam Synodum Chalcedon. Euagr. *lib.* 3. *cap.* 31. Eam Eutychiani, & Acephali congregauerunt : atque in ea, iuſſu Anaſtaſij Imp. Flauianum Antiochenum, & Eliam Ieroſolymitanum Orthodoxos [e] Epiſcopos, Chalcedonenſis Concilij defenſores, Sedibus ſuis eiiciendos eſſe decreuerunt, quia Chalcedon. Synodum damnare noluerunt.

e *Epiſcopi Synodũ Chalcedon. profitentes, deponuntur.*

f *Symmachus moritur.*

Symmachus [f] hoc anno moritur. 514

g *Hormiſda PP. creatur.*

HORMISDA [g], patria Fruſinonius, patre Iuſto, ſeptimo die ab obitu Symmachi à Clero, ſummâ concordiâ creatur Pontifex. Redit Romanæ Eccleſiæ optata tranquillitas coëunte vtraque diſſidium parte in noui Pontificis creatione. Caſſiodor. Statim autem creatus Hormiſda, ad Orientales, de more ſcribit epiſtolam de fide ſeruanda, & pace concilianda.

h *Clodoueus coronam ſummo Pontifici mittit, quæ Regnum dicitur.*

Huius Pontificis electio cùm toti Orbi innotuiſſet, Clodoueus [h] Rex Chriſtianiſſimus cunctorum obſequium præuenit, & officia ſuperauit. Nam ſuggerente S. Remigio, coronam auream cum gemmis, (quæ *Regnum* appellari ſolet) Beato Petro donauit: qua re à Deo conſecutus eſt eam mercedem, vt Francorum Regni corona hactenus perſeueret. Sigebertus autem, & Ammonius, Clodoueum Regem, coronam, vario artificio elaboratam, & multiplici pretioſorum lapillorum genere locupletem, ſibi ab Anaſtaſio Imper. miſſam Romam ad D. Petri ędes aſportandam curaſſe, non ad Pontificē miſiſſe, teſtantur. Pia tamen fuit oblatio, & Chriſtianũ Clodouei votum ; qui ſacro baptiſmate lotus ſuum hoc munere erga B. Petrum animum eſt teſtatus. Sic ſe geſſit Recaredus [i] Hiſpaniarum Rex, qui Catholicus factus, quo tempore D. Greg. Pontificatum gerebat, coronam ſuam Romam miſit.

i *Reneredus coronam ſuam Romam miſit.*

Sed pretioſum hoc Clodouei pignus, pietatis monumentum ; obedientiæ in Pontifices Symbolum, diu Romæ aſſeruatum, ſacrilegio ſublatum eſt, & amplius inter Pontificias gazas non annumeratur. Sicuti nec duo illi inſignes Calices, quorum alterum Ludouicus XI. Galliarum Rex: alterum Ferdinandus Neapolis Rex obtulerat. Impij autem huius ſacrilegij auctores, vt Onuphrius in vita Innocent. VIII. ſcribit, nemo potuit reſcire.

k *Pontificum coronandi mos antiquus.*

Pontifices [k] verò coronandi morem antiquum fuiſſe, & prioribus ſæculis vſurpatum, ex Anaſt. Bibliothecario conſtat, qui de ſimili corona Pontificia cùm de Conſtantino II. & anno 766. agit, verba facit. Eugenium etiam II. anno 824. Benedictum III. anno 855. Formoſum anno 891. & ne longius excurrat enumeratio, reliquos, qui ſubſecuti ſunt, vt Onuphrius, cùm de Clem. II. ſcribit, clarè teſtatur, coronatos fuiſſe legimus.

l *Corona triplex capiti ſummi Pontificis cur imponatur.*

Sed Diadema triplici [l] corona diſtinctum ſummis Pontificibus imponitur, vt dignitatis illius, quæ omnes amplitudine ſuperat, iudicium eſſet certiſſimum. Hoc verò diadema ſuſceperunt, quia Pontificia illa tyara, quæ à Ioſepho deſcribitur, tribus coronis erat circundata, aut vt Eccleſiam Europâ, Aſiâ, Africâ, tribus præcipuis, quæ tunc cognitæ erant, terrarum oris, ſparſam ſignificarent : aut vt memoriam trium coronarum, quas varij Principes diuerſis temporibus ad Pontifices miſerant, vt obſequium profiterentur erga Sedem Apoſtolicam conſeruarent. Non deſunt qui dicant, Conſtantinum Magnum, primum omnium, coronam, quam geſtabat, depoſuiſſe, & Silueſtro impoſuiſſe. Ita Leo IX. Innocentius III. & eruditus ille Antiochiæ Patriarcha Balſamon ſcripſerunt.

Pontifex autem Hormiſda Eutychianos iam antea improbatos, damnauit, Manichæos iterum in vrbe Roma pullulantes expulit, eorúmque

ANNO DOM.

Codices ante fores Baſilicæ Conſtantinianæ incendio conſumi iuſſit. His, & aliis
laudabiliter geſtis, cùm de more Presbyteros 21. Epiſcopos 55. creaſſet, moritur,
ac ſepelirur in Baſilica S. Petri 8. Idus Aug. Conſulatu Maximini. Sedit annos 9.
dies 18. Vacat tum Sedes dies 6.

Sub hoc Pontifice ſequentia habita ſunt Concilia.

Remigius Vicarius Apoſtolicus in Regno Francorum conſtitutus RHEMIS
[a] CONCILIVM congregat, ad expurgandam Galliam nonnihil ob Gothos — *a Concil. Rhemenſe.*
Arianos, qui in ea regnarent, eius hæreſis labe conſperſam.

In eo Epiſcopus Arianus ſuperbus & arrogans, diuina [b] virtute eſt inflexus. Is — *b Mirum quod hîc accidit.*
enim cùm Remigio aduenienti, quemadmodum alij Epiſcopi aſſurrexerant, eam
reuerentiam exhibere contempſiſſet, ita ad tranſitum S. Remigij obmutuit, vt nec
verbum quidem vllum loqui potuerit. Expectantibus omnibus, vt poſt allocutio-
nem S. Remigij, hæreticus aliquid diceret, obmutuit, & ad veſtigia ſancti viri ca-
dens, nutibus veniam poſtulauit. Cui ſanctus dixit: *In nomine Domini noſtri Ieſu
Chriſti verè Filij Dei viui, ſi ita rectè de eo ſentis, loquere: & de illo, ſicut Catholica cre
dit Eccleſia, crede, & confitere.* Ad eam vocem ante ſuperbus hæreticus, humilis iam
& Catholicus, Catholicam fidem de ſancta, & inſeparabili Trinitate, & de Chriſti
incarnatione Catholicè confeſſus eſt.

516. Hoc anno celebrata eſt SYNODVS [c] VETERIS EPIRI à Ioanne, qui Al- — *c Synodus Epiri.*
cyſino Nicopolitano defuncto in Epiſcopatu ſucceſſerat. Hic communionem
Rom. Pont. quæſiuit, ac Hormiſdæ miſſo Ruffino ſcripſit, probans ſancta quatuor
Concilia: damnans omnes hæreticos, & imprimis Acacium eorum conſortem.
Reſcripſit Hormiſda Romanus ſic: *Amplectimini gratiam traditionis [d] anti- — d Traditiones ſectandæ.*
*quæ, & in illius inconcuſſi fundamenti ſtabilitate perſiſtite, non cum temporibus corda
mutantes.* Ergo Neſtorij, & Eutychetis impietatibus iuxta Synodalia conſtituta
damnatis, ſectatores quoque eorum ſimiliter execrantes, cum exultatione
dicamus: *Exite de medio eorum, & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis, di-
cit Dominus.* Et infra: *Addatur perdito Eutycheti, & Acacius diſcipulus ſub
communione Petri, omniumq́ damnatorum mixtus errori.*

Eodem anno enituit præclara, & eximia libertas Epiſcopi [e] Catholici, cum — *e Epiſcopi Catholici libertas in Imperatorem.*
Anaſtaſio Imperatore hortante, vt ad ſuam ſectam tranſiret: ille contra, eum
ad Catholicam fidem inducere conaretur. Tu, inquit, potius ad Orthodoxos
tranſi, ne dum opinionem impiorum hominum Seueri, & Eutychetis, & Dioſco-
ri amplecteris, æterno igni addicaris: ſimúlque apprehendens Imperatoris chla-
mydem: *Hæc*, ait, *veſtis, nequaquam te poſt mortem ſequetur, ô Imperator, ſed ſola te co-
mitabitur pietas, ac virtutum habitus. Deſine perſequi Eccleſiam, quam Chriſtus ſuo re-
demit ſanguine. Indoctus es, & ratiocinandi ignarus, neque vllum Eccleſiæ Decretum
perfectè intelligis. Tantùm impoſturis, & ſcurrilibus calumniis fatuos tenes. Satis ſit tibi
dignitatis, quòd Imperator es.*

Ad hæc Imperator rubore ſuffuſus, obmutuit. Pauperrimus cùm eſſet ille
Epiſcopus [f], ne obolum quidem ab Imperatore voluit accipere, adeò liber erat, — *f Epiſcopus ille nec obolum ab Imp. accepit, licèt pauper eſſet.*
& ſolius in Deum fidei, ac pietatis rationem habens. Hæc Cedrenus *ſub an-
no* 25. *Anaſtaſ.* At non ita reſtitit Imperatori Dorotheus [g], Theſſalonicenſis — *g Epiſcopus Theſſalonicenſis Imperatori ob metum cedit.*
Epiſcopus, ſed ob metum eius communicat Timotheo Conſtantinopolitano
Concilium Chalcedonenſe damnante.

Quadraginta Epiſcopi [h] Illyrici, & Græciæ diſcedunt ab eo, & Romam mit- — *h Epiſcopi 40. Romam mittunt.*
tentes, Romano Pontifici communicare, in ſcriptis profitentur. Anaſt. *in Chron.*

CONCILIVM [i] TARRACONENSE in Hiſpania, hoc eodem anno cele- — *i Concil. Tarracon.*
bratur. Canones 13. ſanciti de Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, 6. anno Theo-
dorici, quàm regnare cœpit in Hiſpania.

GERVNDENSE [k] CONCILIVM in Tarraconenſi prouincia celebratur. — *k Concil. Gerundenſe.*
517. Canones decem ſanciti de Eccleſiaſtica diſciplina.

518. Hoc anno Anaſtaſius Imperator [l] tandem, nequam, & fraudulentus hæreticus, — *l Anaſt. Imp. moritur, tribus fulminibus ictus.*
perturbator Eccleſiæ, ictus fulmine, diuinitùs extinguitur 7. Idus Iul. Zonar. Ce-
dren. *anno Imp.* 28.

S. Sabas longè abſens dicitur vidiſſe fulmina in illum iaci. Cyril.

Anaſtaſio impio è viuis ſubtracto, Iuſtinus [m] Thrax, ex Armentario gregarius — *m Iuſtinus Thrax Imp. acclamatur.*

a Catholicæ Religionis fuit clarus.

miles, inde primorum ordinum ductor, & poſt Prætorianorum Præfectus, Imperator demùm, inuitus, ac recuſans, à Senatu, & exercitu appellatur, nono Iulij, ſtudio Catholicæ [a] Religionis clarus. Ex cuius electione Conſtantinopoli magna exultatio viſa eſt.

Proclamata tum eſt approbatio quatuor Synodorum, & eorum relatio in Diptycha. Leonis item nomen Rom. Pont. Macedonij quoque, & Euphemij Epiſcoporum Conſtantinopolitanorum.

b Concil. Conſtantinop.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [b] CONSTANTINOPOLITANVM. Res ſic ſe habet. Die 16. menſis Iulij conuenientibus Imperatore, Auguſta, Patriarcha, Epiſcopis, & populis, inter repetitas acclamationes addiderunt: *Reliquias Macedonij reſtitue: Iuſtine Auguſte tu vincis: Eos qui ſunt in exilio propter fidem, reſtitue. Exhumentur oſſa Neſtorianorum: exhumentur oſſa Eutychianorum. Manichæos eiice foras. Seuerum Iudam eiice foras. Duos Stephanos eiice: Euphemium, & Macedonium Eccleſiæ reſtitue. Synodica Romana modò valeant: falſos teſtes Macedonij eiice foras. Quatuor Synodos Diptychis. Leonem Epiſcopum Romanum Diptychis. Sancta Maria Dei Genitrix eſt.* His, & aliis acclamationibus ſubiunxit Ioannes Patriarcha. Fundamentum [c] fidei ſanctum, Sanctorum Patrum traditione firmum permanere, gratia Domini noſtri Ieſu, & Saluatoris Ieſu Chriſti ſtuduimus, ſperantes, & per ipſum diſſidentes Eccleſias vnire, & vndique ordinationem diuinorum Canonum inuiolabiliter obſeruare. Et accipiens ipſe Ioannes Patriarcha Diptycha, iuſſit ordinari ſanctas quatuor Synodos: inſuper, & nomina in ſancta memoria defunctorum Leonis Romani Pontificis, atque Euphemij, & Macedonij. Tunc voce magnâ omnes de populo tanquam vno ore acclamarunt: *Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitauit, & fecit redemptionem populo ſuo.*

c Fundamentum fidei, ſanctorum Patrum traditione firmum permanere.

d Epiſcopi exules pro fide & mortui Catalogo ſanctorum Epiſcoporum ſcribantur.

Vt autem omnia ritè fierent, Ioannnes Epiſcopus Conſtantinopolitanus Synodum coëgit, in qua Monachis petentibus, hæc infra ſcripta decreuit, I. Vt Euphemius, & Macedonius in exilio mortui, Catalogo [d] Epiſcoporum ſcriberentur. II. Vt cauſa eorum in exilium pulſi reuocarentur. III. Vt quatuor ſancta Concilia approbarentur. IV. Vt Leonis Rom. & Cyrilli Alexandrini nomina in Diptycha accenſerentur. V. Vt attentata contra Chalcedonenſem Synodum abrogentur, & Seuerus vnà cum aliis, anathemati ſubiiciatur.

e Synod. Ieroſolymit.

f Concil. Tyrium.

g Concil. Roman.

Eodem anno SYNODVS [e] IEROSOLYMITANA ad idem habita eſt.

Eodem anno in CONCILIO [f] TYRIO Acta Conc. Conſtantinop. confirmantur.

Eodem anno CONCILIVM [g] ROMANVM Hormiſda celebrauit, in quo decretum eſt, recipiendam eſſe Eccleſiam Orientalē ad communionē Apoſtolicę Sedis, ſi Acacium Schiſmaticum condemnarent, & nomen eius penitus abolerēt.

h Hormiſda Papa ad Imper.

Hoc anno ſcripſit Papa Hormiſda Imperatori, & aliis pro pace, & religione 519.
Orthodoxa: in libello autem ad Imperatorem [h] miſſo, hæc inter alia habentur: *Prima ſalus eſt, recta fidei regulam cuſtodire, & à Patrum traditione nullatenus deuiare: quia non poteſt Domini noſtri Ieſu Chriſti prætermitti ſententia dicentis: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Hæc, quæ dicta ſunt, rerum probantur effectibus: quia in Sede Apoſtolica inuiolabilis ſemper Catholica cuſtoditur religio.

i Epiſcopus Africanus è Conſtantinop. ad Rom. Epiſcopum recurrit.

Hoc anno Poſſeſſor Africanus Epiſcopus [i] degens Conſtantinopoli ex more 520.
de quæſtionibus ad fidem Catholicam ſpectantibus Romanum Pontificem conſulit: *Decet*, inquit, *& expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de ſanitate membrorum. Quis eorum maiorem circa ſubiectos ſollicitudinem gerit, aut à quo magis, nutantis fidei ſtabilitas expectanda, quàm ab eius Sedis Præſide, cuius primus Rector à Chriſto audiuit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam? arbitror veſtram Beatitudinem non latere quantis in Conſtantinopolitana vrbe Eccleſia laboret inſidiis, & ad morem veteris morbi, in ſaniem vulnus iterum quærat erumpere, quod obductum creditur cicatrice.*

k Epiphan. Conſtantinop. Epiſcopus Legationē ad Papam mittit.

Eodem anno Epiphanius [k] Conſtantinopolitanus Epiſcopus legationem, & litteras pro ſuo officio miſit ad Rom. Pont. quibus ſe Catholicum, & illi vnanimem oſtendit: præmiſit autem has, quæ acceptæ ſunt Romæ 15. Calend. Octobris.

ANNO DOM.

Poſt verò collecta SYNODO [a] Conſtantinopoli ex ea Legatio decreta eſt, Synodicæque ad Hormiſdam datæ, cum Epiphanij poſterioribus litteris, & muneribus, calice aureo gemmato, patena aurea, altero calice argenteo, & velis ſericis duobus. Quæ omnes citatæ litteræ integræ extant, inter epiſtolas Hormiſdæ.

a Synodus Conſtantinopolitana.

523. Hoc anno Hormiſda [b] 8. Id. Aug. perfunctus quàm honeſtiſſimè munere Pontificio in difficillimis cauſis, & temporibus, migrat è vita. Sub huius Epiſcopatu multa vaſa [c] aurea, vel argentea venerunt de Græcia, & Euangelia cum tabulis aureis, & donis pretioſis, penſantibus libras 15. quæ omnia votorum gratia oblata ſunt. Sed & quod mirandum fuit, etiam hoſtis Catholicæ fidei Rex Italiæ Theodoricus [d] munus obtulit, Rege dignum: munus dixerim, non oblationes, quæ ſunt tantum fidelium Orthodoxorum, & ſolenni ritu in Eccleſiam inferri conſueuerunt, & recipi. Munera verò, quæ nulla diſtinctione donantis, in Eccleſiam, tanquam in Gazophylacium inferuntur. *Eodem tempore*, inquit Anaſtaſius, *Theodoricus Rex obtulit B. Petro Apoſtolo cerostrata argentea duo penſantia libras ſeptuaginta. Eodem tempore fecit Papa* [e] *Hormiſda apud B. Petrum Apoſtolum trabem, quam ex argento cooperuit, penſantem libras mille quadringentas.*

b Hormiſda moritur.

c Dona aurea & argentea S. Petro oblata.

d Theodoricus alioqui non Rex Catholicus oblationem Rege dignam B. Petro obtulit.

e Hormiſda Papa trabē argento coopertam apud S. Petrum fecit.

IOANNES [f] natione Tuſcus, patre Cōſtantio, Idibus Aug. cùm vacaſſet Sedes dies ſeptem, ſubrogatur in eius locum. Hoc tempore, cùm Iuſtinus Auguſtus, orthodoxæ fidei diligentiſſimus obſeruator, vt tandem hæreticorum nomen extingueret, Arianos expulit, eorúmque Eccleſias Catholicis aſſignauit. Quam quidem rem Theodoricus Rex ægrè ferens, Ioannem Pont. cum quibuſdam aliis ad Iuſtinum mittit, vt Arianos reſtituat: ſin ſecus, ſciret, ſe omnes Italiæ Eccleſias, Catholicas præſertim, demoliturum. Sed cùm Legati flectere Iuſtinum non poſſent, ad lachrymas conuerſi, ac ſuppliciter petentes, vt perituræ Italiæ vnà cum Catholicis omnibus ſubueniret; eò tandem pium hominem perpulêre, vt Arianos reſtitueret, atque eos viuere ſuis legibus, & inſtitutis ſineret. Ioannes autem Rauennam ad Theodoricum rediens, in carcerem [g] properè conijcitur: ac parùm abfuit, quin eum ſtatim occideret: adeò in hominem exarſerat, & fide, & moribus cum Iuſtino ſentientem. Periit tamen ſanctiſſimus homo [h] in carcere, pedore, ſiti, & inedia: quam quidem ſæuitiam ita diuina non ita multò poſt grauiore pœna compeſcuit. Apoplexiâ enim Theodoricus moritur, eiúſque anima (vt quidam ſanctiſſimus Eremita retulit) in ignem Liparium immerſa eſt. Ioannes autem Pontifex antequam Conſtantinopolim proficiſceretur, tria cœmeteria reſtituit. Ornauit etiam Altare S. Petri gemmis, & auro. Creauit etiam, habitis de more ſacris ordinibus Epiſcopos quindecim. Vixit in Pontificatu annos duos, menſes nouem, dies 14. Vacat tum Sedes dies 58.

f Ioannes Papa ſuccedit.

g Ioannes Papa in carcere.

h Ioannes Papa in carcere moritur.

Sub hoc Pontifice habita ſunt aliqua Concilia.

524. ILERDENSE [i] ad mores.

VALENTINVM [k] in Hiſpania, ad idem.

ARELATENSE [l] pro diſciplina Eccleſiaſtica reformanda.

i Conc. Ilerdenſe.

k Conc. Valentinum.

l Conc. Arelatenſe.

Hoc tempore non ſatis viſum eſt Theodorico Ioannem Pontificem ad mortem adegiſſe, etiam, quod nullus Ethnicorum fecerat Imperatorum, tyrannicè ſibi vſurpauit nominationem, [m] & electionem Sedis Apoſtolicæ Epiſcopi: & ne vlla eſſet eius voluntati refragandi occaſio, quem in Romano Clero probatiſſimum virum nouit, Felicem Rom. Pont. nominauit, quem cùm Romanus Clerus, Senatus, & populus, vt ab eo editum, recuſaret, quinquaginta octo illorum dierum vacationis interſtitio altercatum de ea electione oportet: in quem, demùm 24. Iulij aſſenſum eſt. De qua re extat Athalarici Regis, qui Theodorico ſucceſſit, ad Senatum vrbis Romæ epiſtola, laudantis eum, quòd tandem iudicio Regis in Epiſcopatus electione reſpondiſſet. Apud Caſſiodor. *lib. 8. ep. 15.*

m Theodoricus vſurpat ſibi nominationem Rom. Pont.

Accepiſſe tum poſtea tanta præſumptio noſcitur moderationem illam, vt ex priſtino vſu, Clerus deligeret Rom. Pontificem, quem tamen Rex ſuo confirmaret aſſenſu: quam quidem ab Arianis Italiæ Regibus vendicatam ſibi tyrannicè auctoritatem, iis de medio ſublatis, Orientalis Orbis Impp. ſibi pariter arrogarunt, quod valdè S. Gregorius ingemiſcit.

526. FELIX IV. [n] ergo natione Samius, patre Caſtorio in locum demortui, eo

n Felix Papa creatur.

modo, quo ſupra, ſuffectus eſt. Hic, Patriarcham Conſtantinopolitanum à fide declinantem anathemate notauit. SS. Coſmæ, & Damiani templum, quod adhuc extat in Vrbe, viâ ſacrâ apud forum Romanum ædificauit, quod carmen vermiculato opere notatum, adhuc indicat. Et alia multa. Poſtremò habitis de more ſacris ordinibus, vbi presbyteros quinque, & quinquaginta creaſſet, diaconos quatuor, Epiſcopos nouem, & viginti, moritur, & in Baſilica Petri ſepelitur 4. Idus Octobr. Sedit annos quatuor, menſes 2. dies 13. Vacat tum Sedes dies tres.

a Iuſtinianus Imper. Catholicus.

Sub hoc Pontifice, Iuſtinianus [a] poſt mortem Iuſtini, ad imperium euectus, cuncta bona ſua, vt vult Cedrenus, quæ hactenus poſſediſſet, Eccleſiis dedit. De fide Catholica, quam profitebatur, promulgauit edictum, vt eo modo fides Catholica, quam ipſe teneret, & æquè vellet ab omnibus cuſtodiri, cunctis ſibi ſubditis innoteſceret. 527.

Concilia aliqua ſub hoc Pontifice habita ſunt.

b Conc. Carpentocratenſe.

CARPENTOCRATENSE, [b] in quo decretum eſt, Agretium Epiſcopum ex ſententia Patrum ſuſpenſum eſſe per annum à ſacrarum Miſſarum celebratione, ob ordinationem perperam ab eo factam: & quòd ad dicendam cauſam ad Synodum vocatus, neque ipſe venerit, neque alium quenquam ſuo loco miſerit.

c Conc. Arauſicanum II.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [c] ARAVSICANVM II. iubente Felice Papa contra Semipelagianos. Ex quo S. Cæſarius Arelatenſis cùm epiſtolam dogmaticam de gratia, & libero arbitrio ſcripſiſſet, eandem Felix Papa per epiſtolam ſuam roborauit, & in latius propagauit.

d Conc. Vaſenſe II.
e Rex Erulorum Gethes baptizatur.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [d] VASENSE II. ad mores.

Eodem anno Rex [e] Erulorum, Gethes nomine, venit Conſtantinopolim cum populo, & petiit Imperatorẽ, vt fieret Chriſtianus. Qui baptizatum in Theophaniis, ſuſcepit eum ex baptiſmate, repromittentem ei auxiliari in quibuſcunque voluiſſet.

f S. Benedictus à Sublacu montem Caſſinum petit.

Hoc anno S. [f] Benedictus ex Sublacentium montium anguſtiis, diuino monitu ad montem Caſſinum egreſſus, & religionem Monaſticam penè collapſam inſtaurauit, & inſtauratam amplificauit: atque reliquias idololatriæ in eis montibus in curia quadam relictas extirpauit. 529.

g Schiſma.

SCHISMA [g] SEXTVM.

h Bonifacius PP.

BONIFACIVS [h] II. patriâ Romanus, patre Sigiſmundo, Pontificatus apicem hoc tempore aſcendit. In eius creatione contentio magna orta eſt: nam & Dioſcorus diuiſo bifariam Clero in demortui Felicis locum ſubrogatur in Baſilica Conſtantiniana. Bonifacius verò in Baſilica Iulij, & fuit diſſenſio in Clero, & in Senatu dies 29. Quo tempore defunctus eſt Dioſcorus, & ſeditio quieuit. Vnde Bonifacius ad confirmandam Eccleſiam conuerſus, inſtituit multa vtilia. Vixit in Pontificatu annos duos, & mortuus, in Baſilica S. Petri ſepelitur. Sedes autem menſes duos tum vacat. 530.

Sub hoc Pontifice habita ſunt tria Concilia.

i Conc. Rom. I.
k Bonifacius eligit ſibi ſucceſſorem.

ROMANVM [i] I. Quo Bonifacius [k] Vigilium Diaconum ſibi ordinat ſucceſſorem, ob eam fortè cauſam, vt nullo vacantis Sedis loco relicto, eriperet è Gothorum Regum manibus, quam ſibi vſurparant electionem. 531.

l Conc. Rom. II.
m Bonifacius reſcindit electionem.

Eodem anno CONCILIVM [l] ROMANVM II. quo ipſomet Bonifacio [m] auctore, electio Vigilij, viuẽte adhuc Pontifice facta, velut illegitima, & ſacris Canonibus contraria irritatur, & reſcinditur; ipſúmque conſtitutum, ſiue decretum, præſente Clero, & Senatu, incendio conſumpſit.

n Conc. Tolet. II.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [n] TOLETANVM dictum II. ſub Montano Archiepiſcopo Toletano; de quo fertur, cùm ad expulſionem infamiæ proſtratæ pudicitiæ accuſaretur, tamdiu prunas tenuiſſe veſtimentis ardentes, donec cotàm Sedis ſuæ altari ſacro, totius Miſſæ celebritatem per ſemetipſum expleret. Peractis autem ſolemnitatibus, nec pruna ignem, nec veſtis inuenta eſt amiſiſſe decorem.

ANNO DOM.

IOANNES II. [a] patria Romanus, patre Proiecto, ex Cælio monte ſucceſſit:
532. qui ſtatim, vbi Pōtificatum iniit, Anthimum Epiſcopum damnauit, quòd in Arianam hæreſim declinaſſet. Hic autem Pontifex, de quo pauca admodum ſcribunt hiſtorici, moritur, vbi ex ſacris ordinibus ſemel habitis, presbyteros quindecim, Epiſcopos vnum, & viginti creaſſet: ſepeliturque in Baſilica Petri 6. Cal. Iunij. Sedit annos 3. Vacat tum Sedes dies 4.

a Ioannes PP. II.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

533. ROMANVM, [b] quo contra Acoëmetas [c] definitum eſt, Catholicè, & piè dici poſſe, vnum de Trinitate paſſum eſſe in carne. Quo etiam declaratum eſt, quo ſenſu Hormiſda Pontifex eam ſententiam reiecerit, non quòd eſſet hæretica, ſed vt noua, & ſuſpecta, ne ſub ea, Eutychianorum fallaciæ occultarentur, quę ſi ſuſpirio, & dolus abeſſet, eſſet oratio recipienda. Auditis ergo Romæ Legatis Imperatoris, nec tamē ſpretis Acoëmetis Monachis, totus annus conſumitur in hac grauiſſima quæſtione examinanda, vt digna ſolutio & reſpōſio ab Eccleſiâ Romanâ
534. daretur: quod & factum eſt anno ſequenti. Concluſum eſt enim, rectè dici, *vnum de Trinitate paſſum*. Sed ſecutiùs addi, *paſſum in carne*.

b Conc. Rom.
c Acoëmetæ hæretici dānantur.

535. Hoc anno data reperitur Synodalis epiſtola ex CONCILIO [d] AFRICANO ad Ioan. Rom. Pont. per legatos Petrum, & Lucium Epiſcopos, & Liberatum Carthag. Eccleſiæ Diaconum, cui pręerat Reparatus Epiſcopus, quæ reperit eum mortuum, & recepta eſt ab Agapeto in eius locum ſubrogato. Per eam conſulebant ſedem [e] Apoſtolicam, de modo recipiendi Arianos pœnitentes. Sic omnibus nobis (inquiunt) vnanimiter ſubitò placuit ſciſcitari primitùs Beatitudinis veſtræ ſententiam. Poteſt enim ſedes Apoſtolica (quantum ſperamus) tale nobis interrogantibus dare reſponſum, quale nos approbare concorditer, explorata veritas faciat. Et omnium quidem collegarum tacitis motibus, nemini placere ſenſimus, vt in ſuis honoribus Ariani ſuſcipiantur. Verumtamen conuenire charitati credidimus, vt quid habeat ſenſus noſter in publicam notitiam nemo perduceret, niſi prius vel conſuetudo nobis, vel definitio Romanæ Eccleſiæ proderetur.

d Conc. African.
e Epiſcopi Africani Ro. Sedem conſulunt.

Vide quo cultu proſequerentur [f] etiam tranſmarini Epiſcopi, etiam in Conuentu Synodali Romani Pont. auctoritatem. Petunt enim, *vt quicunq; Epiſcopus, ſeu Clericus, ſine noſtra*, inquiunt, *epiſtola venerit, & non approbauerit, ſe pro vtilitate ſanctarum Eccleſiarum fuiſſe directum, in commune ne recipiatur.*

f Epiſcopi Africani magnoperè deferunt in Romanam Sedem.

Ioannes [g] Papa moritur 6. Calend. Iulij. Ceſſat Epiſcopatus dies ſex. Subſtituitur

g Ioannes Papa moritur.

AGAPETVS [h] Romanus ex Archidiacono, Pontifex creatus, à Theodoreto Rege, ſtatim ad Iuſtinianum mittitur, ei infenſum, quod Amalaſiuntham Athalarici matrem, in inſulam lacus Volſinienſium relegauerat, interficique iuſſerat. Erat enim hæc fœmina ita Græcis, & Latinis literis imbuta, vt cum quouis docto diſputando, congredi auderet. Huius autem mulieris interitum Iuſtinianus ita ægrè tulit, vt bellum Theodoreto ſe illaturum minaretur. Agapetus huiuſmodi Legationem ſubire, barbarico coactus Imperio, ad expenſas in via faciendas, regio Ærario opus habuit vaſa ſacra oppignorare. Quæ tamen poſtea egit apud Regem Caſſiodorus, vt redderentur.

h Agapetus Papa ſubrogatur.

Bene viſum eſt quòd licèt à Rege viſus ſit miſſus, à Deo tamen proficiſci iuſſus, apparet, vt imperaret imperantibus, & ab eis perperàm facta reſcinderet, & Anthimum ſuffectum in locum Epiphanij Epiſcopi Conſtantinopolitani hæreticum deponeret.

Agapetus itaque eò miſſus, ac benignè, & honorificè ſuſceptus, cùm pacem impetraſſet ab Imperatore, tentatur, vt Eutychianam opinionem confirmaret. Verùm, cùm Iuſtinianus ab ea re hominem ſanctiſſimum abhorrere cerneret, precibus minas addit. Tum Agapetus: *Ego*, [i] inquit, *ad Iuſtinianum Chriſtianiſſimum Principem venire optaui; ſed Diocletianum inueni, quem Chriſtianorum hoſtem fuiſſe conſtat.* Hac libertate loquendi, & Dei nutu, Iuſtinianus permotus, [k] & fidem Catholicam amplexatus eſt, & pulſo Anthemio Conſtantinopolitano Epiſcopo, qui Eutychianam hæreſim tuebatur, Mennam Catholicum in eius locum ſuffecit, Agapeto conſecrante. Qui haud multò poſt Conſtantinopoli moritur. Cuius corpus loculis plumbeis clauſum, Romam defertur, & in Baſilicâ S. Petri ſepelitur.

i Agapetus Iuſtinianum obiurgat.
k Iuſtinianus reſipiſcit, & fidem Catholicā amplexatus eſt.

Sedit annos duos, dies 21. Vacat tum Sedes dies nouem & viginti.

a Agapeti laudes.
b Antiquus vſus expiãdi Catholicis precibus omnia vtenſilia, & Eccleſias hæreticorum.
c Iudex magnam diligentiam adhibeat in iudicando reum, multoties enim innocens damnatur.

De hoc Pontifice ſic Gratianus: *Agapetus* [a] *Papa, vas Catholicum, Euangelij tuba, Præco iuſtitiæ, ſacra Altaria, Sedisq;* [b] *velamina ſacrilegis Anthemij infecta fabulis, ſuis Catholicis precibus deleuit.*

Non prætermittendum videtur, quod narratur [c] à Sophronio *in Prato ſpirituali*, auditum ab Abbate Theodoro Romano, quod eſt huiuſmodi. Erat propè Romam Epiſcopus magnæ virtutis, & meriti, quem ſibi delatum, quòd in vaſe ſanctificato manducaret, Summus Pontifex Agapetus, adductum, miſit in carcerem. Cui Pontifici, poſt tres dies, illuceſcente Dominico die, apparuit in ſomnis territo, quidam, dicẽs ei: Hac die Dominica nec tu offeras ſalutarem Hoſtiam, neque alius Epiſcoporum, qui ſunt in vrbe iſta, niſi ſolus Epiſcopus, quem habes in carcere incluſum: illum enim hodie offerre volo. Euocatum interrogat Papa: nec aliud extorquet, quàm, peccator ſum. Hodie, ait Papa, tu offerre debes. Cùm ergo celebraret, Papa adſtante; Diaconis altare circumſtantibus, antequam concluderet oblationis orationem ſecundò, tertiò, ac quartò eandem repetens, & cunctis eam moram moleſtè ferentibus, accedente Pontifice, & moræ cauſam percontante, reſpondit Epiſcopus: Ignoſce mihi Pater ſancte: Quia nondum vidi, iuxta conſuetudinem, Sancti ſpiritus deſcenſum, idcirco non terminaui orationem: & rogans remoueri ab altari Diaconum eum flabello, eo amoto, continuò vidit Epiſcopus, & Papa S. Spiritus aduentum, ſed & velum quod altari ſuperimpoſitum erat, vltrò ſublatum eſt, texitque Papam, & Epiſcopum, & Diaconos omnes, qui ſancto altari adſtabant quaſi per tres horas. Tunc venerandus Agapetus, agnita ſanctitate Epiſcopi, & perſpecto miraculo, quàmque falſam calumniam perpeſſus eſſet, cognoſcens quòd illum ita vexauerant, triſtis effectus; ſtatuit non iam amplius per ſurreptionem quidquam agere, ſed cum maturo, conſideratóque iudicio, & magna longanimitate procedere.

d Conc. Conſtantinopolitanum.
e Anthimus excommunicatur.

Poſt mortem Agapeti, tempore interregni Pontificij ſub Menna celebratum eſt CONCILIVM [d] CONSTANTINOPOLITANVM, conuenerunt quinquaginta numero Epiſcopi, & cùm tertiò Anthimum peremptoriè vocaſſent, ſi fortè reſipiſceret, cùm ſe occultaſſet, neque comparere voluiſſet, ſententiam [e] excommunicationis ab Agapeto in eum, & Seuerum, & Petrum, & Zoarem prolatam, decreuerunt, atque promulgauerunt. Déque rebus actis, tum Petro Ieroſolymitano, tum Ephremo Antiocheno ſignificauerũt, tum etiam Imperatori ſupplices fuerunt; ne rebelles toleraret, ſed in exilia deportaret. Et quidem Imperator ea omnia, quæ ab Agapeto, & Synodo Conſtantinopolitana contra Anthimum, & reliquos decreta erant, rata habuit. Seueri autem omnia ſcripta [f] incendio exuri, & ex ſcriptoribus, qui aliquod eorum exſcribere auderent, manum recidi mandauit. 536.

f Libri hæreticorum cõburuntur.

g Conc. Ieroſolym.

Eodem anno, tempore etiam interregni celebratum eſt CONCILIVM [g] IEROSOLYMITANVM contra Seuerum, Petrum, & Zoaram, hæreticos.

h Schiſma.

SCHISMA [h] SEPTIMVM.

i Siluerius Papa eligitur.

SILVERIVS natione Campanus, patre Hormiſda Epiſcopo, Theodato iubente [i] Pontifex creatur, cùm antea non Regum, ſed Imperatorum auctoritas interueniret. Plus autem valuere Theodati minæ, quàm decreti ratio: mortem enim his Clericis minatus eſt, qui nomina ſua non ſubſcriberent in creatione Siluerij. Poſtea inſtigante Vigilio Diacono, ciue Romano & Apocriſario, Theodora Auguſta Siluerio imperat, additis etiam minis, vt pulſo Menna ab Vrbe Conſtantinopoli Anthimum reuocet, qui ob Eutychianam hæreſim damnatus fuerat. Id autem cùm facere Pontifex recuſaret, ſcribit ad Belliſarium mulier, vt pulſo Siluerio, in eius locum Vigilium ſufficiat. Belliſarius autem rei bellicæ intentus, rem Antoninæ vxori ſuæ committit, quæ quidem ſubornatis à Vigilio teſtibus, qui affirmarent, Siluerium vrbem Romam Gothis hoſtibus prodere voluiſſe, hominem coëgit abdicare ſe Pontificatu: ac poſito [k] pallio, cucullam monaſticam ſumere, qui in Palmariam inſulam in exilium miſſus, non ſine opinione ſanctitatis moritur. VIGILIVS [l] autem Clericis Romanis ex Auguſtæ ſententia ita perentibus, Pontifex creatur. 537.

k Siluerius habitum Põtificalem deponit, & monachali cuculla reſumpta, in inſulam relegatus moritur.
l Vigilius eligitur.

Sub

Sub hoc Pontifice celebratum eſt CONCILIVM AVRELIANENSE II. ad mores Eccleſiaſticos componendos. Ex 22. Canonibus, eſt ille: *Oblationem* [a] *defunctorum qui in aliquo crimine fuerunt interempti, recipi debere cenſemus: ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur maturaſſe.*

a *Defunctorum oblationes antiquæ.*

539. Siluerius Papa in Palmariam [b] Inſulam relegatus, ex conuentu quatuor Epiſcoporum, qui eum conuenerant, Terracinenſi, Fundani, Firmani, & Minturnenſis, fert ſententiam anathematis in Vigilium inuaſorem Romanæ Cathedræ, cámque illi mittit, quæ ſic habet:

b *Siluerius ex inſula excommunicationem fulminat in Vigilium.*

SILVERIVS EPISCOPVS VIGILIO.

Multis [c] *te tranſgreſſionibus irretitum, ſacerdotalis iam dudum nonit generalitas. Et quia cruentis humano ſanguine manibus, deceſſoribus noſtris peruicacia tua ſubripiens, Leuiticis præſumpſeris excubare miniſteriis, plerique nouerunt fidelium. Nam quia contra Iura Canonica, temporibus ſanctæ memoriæ Bonifacij Papæ ipſo viuente, ſucceſſor eius deſignari conabaris, niſi tibi ampliſſimi Senatus obuiaſſet iuſtitia: tunc prouidentia Paſtorali, ac Pontificali auctoritate, tua execranda iam debuerant auſpicia detruncari. Sed dum paruum vulnus in te neglectum eſt, inſanabile accreuit apoſtema, quod niſi ferro altius abſcindatur, fomentorum ſentire non poteſt medicinam. Quippe qui nequiſſimi ſpiritus audacia, ambitionis phreneſim concipiens in illius Apoſtolici medici, cui animas ligandi, ſoluendíque collata, conceſſáque poteſtas eſt, verſaris contumeliam, nouumque ſcelus erroris in Apoſtolica Sede rurſus niteris inducere, & in morem Simonis, cuius diſcipulum, te oſtendis operibus, data pecunia, meque repulſo, qui fauente Domino, tribus iam emenſis temporibus ei præſideo, tempora mea niteris inuadere. Habeto ergo cum his, qui tibi conſentiunt pœnæ damnationis ſententiam, ſublatumque tibi nomen, & munus miniſterij ſacerdotalis agnoſce ſancti Spiritus iudicio, & Apoſtolica à nobis auctoritate damnatus: ſic enim decet fidem ſanctorum Patrum in Eccleſia ſeruari Catholica, vt quod habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non accepit, aſſumpſerit.* Dat. 8. Cal. Iul.

c *Excõmunicationis formula contra Vigilium.*

Cælius [d] *Siluerius Papa vrbis Romæ, huic decreto anathematis in Vigilio peruaſore facto ad omnia ſtatuta conſenſum præbens, ſubſcripſi.*

d *Papæ ſubſcriptio.*

Pariter, [e] & quatuor Epiſcopi ſubſcripſerunt. Interea verò congemuit vniuerſus Catholicus Orbis ad vniuerſalis Eccleſiæ Præſulis ignominias, communicans ipſius vinculis (vt licuit) ſcriptis epiſtolis, quarum vnicum, quod ſupereſt, hîc tibi reddimus monumentum, breuem epiſtolam Amatoris [f] Epiſcopi (forte Auguſtodunenſis, qui hoc tempore ſanctitate floruit) *cum triginta argenti libris, ad veſtram,* inquit, *veſtrorúmque ſuſtentationem.*

e *Epiſcopi ſubſcripſerũt.*

f *Epiſcopus Auguſtodun. ad Papam Siluerium 30. libras argenti ad ſui, & ſuorum ſuſtentationem mittit.*

540. Hoc anno Siluerius Papa in inſulam Palmariam relegatus, ærumnis confectus, conſumptúſque inedia, 12. Cal. Iul. martyr migrat in cœlum. Liberat. Anaſtaſius in Pontia dicit, quæ Palmariæ eſt vicina, *Sepultus eſt,* inquit, *in eodem loco 12. Cal. Iul. ibique occurrit* [g] *multitudo languentium, & ſaluantur.* Sedit annos tres, & quartum inchoauit. Ceſſauit Epiſcopatus dies ſex. Ex quibus colligitur verbis, Vigilium, Sede malè occupata, deſcendiſſe, fortè confiſum, fore, vt per ſtudia Beliſarij legitimè eligeretur.

g *Siluerius miraculis coruſcat.*

Tum Clerus, & Senatus [h] in magnis anguſtiis poſitus, aſſiduis conſultationibus, quid agendum ſibi eſſet, diſquirebant. Primúmque abhorrentes ab eligendo homine tot criminib. publicè contaminatiſſimo, contra ſacros Canones, quod periculum eſſet, ne Sedem Apoſtolicam (quod nunquam antea acciderat) ſi non hæreſi, ſaltem communicatione cum hæreticis inita, macularet, ab eius electione ſe magis, magíſque exhibuit alienum. Contra verò, rem accuratiùs expendentes, manifeſtè cernebant, ſi quemcunque alium eligerent ſummum Pontificem, ſcindendam mox fore Eccleſiam, intruſo rurſum, per Theodoræ Imperatricis, & Beliſarij potentiam, Vigilio, qui ad ſe tuendum in Sede, ad eorum gratiam obtinendam, ſimul cum ſchiſmate hæreſim induceret. Cúmque præterea cognoſcerent, Vigilium re vera Catholicum, ſed ambitione flagrantem, cuius cauſa ſe Theodoræ turpiſſimè vendidiſſet: ſalubre conſilium inierunt, vt ipſum quoquo modo poſſent, ab Imperatrice redimerent, impenſóque illi honore, quem cuperet: ſibi-

h *Clerus, & Senatus circa nouam electionem in anguſtiis poſiti, ſi ne indignum eligerent; tum verò ne à ſchiſmate imminenti Eccleſiam Dei præſeruarent.*

A Do 54

que ita hominem vindicarent: duplicem ſe inde conſecuturos eſſe vtilitatem videntes, nempe & ab imminente ſchiſmate, & ab irrepente hæreſi, Eccleſiam Romanam reddendam fore ſecuram.

Sic igitur diuinitùs inſpirato conſilio (vt exitus declarauit) communi ſententię inhærentes, more maiorum ſolemnibus ritibus rem agentes, accipientéſque ab ipſo Vigilio Catholicæ fidei profeſſionem, vnà cum hæreſum, hæreticorúmque omnium execratione, euehunt ipſum in Pontificium [a] thtonum, creántque Pontificem 4. Cal. Iul.

a Vigilius in Papam eligitur.

Electio hæc Vigilij, improbi hominis, diuino conſilio videtur fuiſſe permiſſa, ne quis contemnendum putet, ſi quem viderit, non meritis, ſed nomine tantùm, referentem Petrum, ſedere ſuper Apoſtolicam Sedem, Pontificem, memor & vmbræ [b] Petri, immenſam à Deo præſtitam virtutem eſſe: nam etſi quid inane eſſe vmbra prorſus appareat; corpus tamen ipſum ſole illuſtratum oſtendit; ſicque ex diuina facta Petro promiſſione, qui vmbra tantùm eius corporis, ſua imbecillitate videri poſſunt creati Pontifices, eoſdem tum non eſſe Apoſtolicæ virtutis expertes: vt euentus ſtatim, quod magis mitandum eſt, in Vigilio declarauit: nam planè mutatus eſt in alterum virum.

b Vmbra Petri data eſt virtus ita & Vigilio.

Hoc igitur anno, ſimul ac de legitima electione Vigilij Conſtantinopolim nuncius perlatus eſt, Imperator, Legatum Romam ad Vigilium Papam mittit, Dominicum Patricium V.C. eique ad eundem litteras dat, fideique Catholicæ confeſſionem adiicit: Præſtitit idipſum obſequium & Mennas. Non extant illæ qnidem litteræ, ſed ex reddiris à Vigilio, ſatis conſtant. In quibus, prædeceſſoribus ſuis inhærens, pronunciauit [c] anathema in hæreticos, & nominatim in Anthimum, & ſocios, quos omnes æquè damnat.

c Vigilius anathema in hæreticos pronunciat.

De priuilegiis Eccleſiæ Rom. non minuendis, monet Iuſtinianum, & ſecreta quædam Legato mittit. Hæc omnia Vigilius diſertiſſimè contra hæreticos, omnem ſpem adimẽs Auguſtæ: nihil veritus eius [d] inſidias, & Beliſarium, ad eius nutum armatum. Sed fidei Catholicæ cauſa, vitam ipſam, ſi opus eſſet, prodigẽdam: ex Petra, veluti grandi miraculo, petræ ſoliditate percepta, iam firmiter conceperat.

d Vigilius Auguſtam nõ veretur.

Hic Pontifex Primatus Rom. Eccleſiæ fuit propugnator [e] acerrimus. Extat eius *ep. 1. tom. 1. Rom. Pont.* in qua ſic loquitur: *Nulli, vel tenuiter ſentienti, vel pleniter ſapienti dubium eſt, quòd Eccleſia Romana fundamentum, & forma ſit Eccleſiarum, à quo omnes Eccleſias principium ſumpſiſſe, nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licèt omnium Apoſtolorum par eſſet electio, Beato tamen Petro conceſſum eſt, vt cæteris præemineret, vnde & Cephas vocatur, quia Caput eſt, & principium omnium Apoſtolorum, & quod in capite præceſſit, in membris ſequi, neceſſe eſt. Quamobrem ſancta Romana Eccleſia eius merito, Domini voce conſecrata, & ſanctorum Patrum auctoritate roborata, primatum tenet omnium Eccleſiarum, ad quam tam ſumma Epiſcoporum negotia, & iudicia, atque querelæ; quàm & maiores Eccleſiarum quæſtiones, quaſi ad caput, ſemper referenda ſunt Nam & qui ſe ſcit, aliis eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem eſſe ſibi prælatum. Ipſa namque Eccleſia quæ prima eſt, ita reliquis Eccleſiis vices ſuas credidit, largiendas, vt in partem [f] vocatæ ſint ſollicitudinis, non in plenitudine poteſtatis. Vnde omnium [g] appellantium Sedem Apoſtolicam, Epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiora negotia cauſarum, eidem ſanctæ Sedi reſeruata eſſe liquet: præſertim, cùm in his omnibus eius ſemper ſit expectandum conſultum, cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eandem ſanctam Sedem non erit redditurum.* Sic Vigilius Papa.

e Primatus Eccleſiæ Ro. à Vigilio acerrimè defenditur.

f Eccleſiæ cæteræ in partem vocatæ ſunt ſollicitudinis, non in plenitudine poteſtatis.

g Appellant omnes ad Sedem Apoſtolicam.

Vixit in Pontificatu tum Romæ, tum alibi, annis quindecim, menſibus ſex, diebus 26. Qui tandem Romam rediens, Syracuſis [h] ex calculo moritur. Eiúſque corpus Romam defertur, & apud S. Marcellum viâ Salariâ ſepelitur. Vacat tum Sedes eius morte menſ. 3. d. 5.

h Vigilius Syracuſis ex calculo moritur.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

Anno 540. celebratum eſt CONCILIVM [i] AVRELIANENSE III. vbi ex triginta duobus capitulis, eſt etiam illud, à Matiſconenſi Concilio poſtea, & à Childeberto Rege confirmatum, ſeu innouatum contra Indæos, *ne à die* [k] *Cœnæ Domini, vſque ad ſecundum Sabbati in Paſcha, hoc eſt, ipſo quatriduo procedere inter Chriſtianos:*

i Conc. Aurelian.

k Iudæi à die Cœnæ Dom. vſque ad ſecundum Sabbati in Paſcha inter Chriſtianos procedere nõ debent.

ANNO DOM.

ſtianos : neque Catholicis populis ſe vllo loco, vel quacunque occaſione miſcere præſumant: & vt reuerentiam cunctis [a] *ſacerdotibus Domini, & Clericis impendant. Nec Clerici* [b] *coram ſacerdotibus conſeſſum, niſi ordinati habere præſumant. Qui hoc facere fortaſſe præſumpſerit, à Iudicibus locorum(prout perſona fuerit) diſtinguatur. Vt Clericus, cuiuſlibet gradus, ſine Pontificis ſui permiſſu, nullum ad ſæculare iudicium præſumat attrahere: neque laico inconſulto ſacerdote, Clericum in ſæculari iudicio liceat exhibere.* Et alia multa ad mores ſancita ſunt.

a *Et vt ſacerdotibus & Clerici reuerentiam impendant.*

b *Clerici coram ſacerdotibus non ſedeant.*

Clericorum immunitas.

541. Hoc anno Iuſtinianus Imperator edidit conſtitut. ſub hoc tit. *De ſanctiſſimis Epiſcopis, ac Deo amabilibus, & Romanis Clericis, & Monachis*: qua Imperator ſe agit vindicem [c] Canonum, quos cùm videret aliquando conculcari ab illis, qui minus deberent, Epiſcopis ſcilicet, in illos commotus, tranſiens ſuos terminos, Præfectos iubet accurrere Prouinciarum, qui eiuſmodi Epiſcopos coërcerent: eius generis fuit conſtitutio, quam hoc anno ipſis Cal. Febr. edidit *de Appellationibus. Nouell.* 115. Vt ſcilicet Epiſcoporum iudicia per Præfectos voluerit exerceri, & ab ipſis ad maiores appellare Præfectos: & ſi opus eſſet, ab ipſis ad Imperatorem prouocare. Itaque dum ſe Canonum vindicem præſert, Canones ipſe conculcat. Non enim ſæcularium eſt iudicare [d] cauſas Eccleſiaſticorum, ſed Epiſcoporum, & Synodorum: & ſi ſit ab his appellandum, non ad Imperatorem, ſed ad maiores Sedes, ac denique ad ipſum Romanum Pontificem, recurrendum docent ſanctorum Patrum regulæ, *Traditio* oſtendit, vſúſque probauit. Porrò hæc ipſa videntur eſſe ab eodem Imperatore correcta, ſiquidem nulla eius ſanctio reperitur, qua Epiſcoporum cauſas à Præfectis cognoſci voluerit, & ab iis ad alios item ſæculares Iudices appellari.

c *Iuſtinian. Imp. dum vindicare vult Canones, conculcat Canones.*

d *Iudicia Eccleſiaſtica ad Epiſcopos, & Synodos non ad Iudices ſæculares ſpectant.*

Præterea Adrianus Papa *in epiſt. ad Michaelem Imp.* refert Theodoſium *in epiſt. ad Synodum Epheſinam* ſcribentem, *illicitum eſt, eum, qui non ſit* [e] *ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum Eccleſiaſticis immiſceri tractatibus.* Refert etiam Sozomenus *lib. 6 hiſtoriarum, cap. 7.* Cùm Epiſcopi quidam Legatum ad Valentinianum Imperatorem mitterent, poteſtatem petentes ad conueniendum in Concilio pro rebus fidei, ipſum reſpondiſſe, *Sibi, qui vnus è laicorum numero erat, non licere ſe eiuſmodi rebus interponere.* Quod etiam refert Nicephorus *lib.12.cap.*40. Atque de eodem Valentiniano refert Sozomenus *lib. 6. cap.*21. piè admodum in Deum affectum fuiſſe, adeò vt, neque ſacerdotibus quidquam imperare, neque nouare aliquid in inſtitutis Eccleſiæ, quod ſibi deterius videretur, vt melius omninò aggrederetur: nam quamuis eſſet optimus ſanè Imperator, & ad res agendas valdè accommodatus: tamen hæc ſuum iudicium longè ſuperare exiſtimauit. Et in hiſtoria tripart. *lib. 7. cap.* 8. de eodem Valentiniano refertur, cùm Mediolani mortuo Auxentio hæretico, ordinari cuperet Epiſcopum Catholicum, ad Epiſcopos dixit: *Talem itaque in Pontificali conſtituite Sede, cui & nos, qui gubernamus imperium ſyncerè noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, neceſſariò velut curantis medicamenta ſuſcipiamus.* Cúmque Epiſcopi peterent, vt ipſe decerneret tanquam pius, & ſapiens, reſpondit ille; *Super nos eſt talis electio.* Extat præterea inter epiſtolas Innocentij I. quædam Honorij Auguſti ad Arcadium, in qua ſcribens in cauſa Chryſoſtomi ait: *Cùm, ſi quid de cauſa religionis inter Antiſtites ageretur, Epiſcopale oportuerit eſſe iudicium: ad illos enim diuinarum rerum interpretatio: ad nos religionis ſpectat obſequium.* Denique inter Acta VIII. Synodi generalis refertur à Surio oratio Baſilij Imperatoris, in qua piè admodum, & fideliter ad laicos loquitur: *De vobis quid amplius dicam, non habeo, quàm quòd nullo modo vobis licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem habere. Hæc enim inueſtigare; & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſanctificandi, ligandi, atque ſoluendi poteſtatem habent: qui Eccleſiaſticas, & cæleſtes adepti ſunt claues; non noſtrum, qui paſci debemus, &c.* quæ latè, & ſapienter, ac piè proſequitur.

e *Principes ſæculares Eccleſiaſticis rebus immiſcere non ſe debent: de qua re plura exempla ponuntur.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [f] BYZACENVM in Africa, Præſide Daciano Metropolitano Vizacij. Patres eius Concilij miſerant ad Imp. Reſtitutum, & Heracleum Epiſcopos, qui ſupplicarent Auguſto, vt priuilegia, & iura Eccleſiarum conſeruaret, & quæ illi ſanxiſſent, obſeruari præciperet. Vtrumque præſtitit, datis ad Dacianum Metropolitanum litteris.

f *Conc. Byzacenum.*

Eodē anno celebratū eſt ARVERNIS CONCILIVM cui præſedit S. Gallus Epiſco-

pus Gregorij Turonenſis patruus. Adfuit etiam in hoc Concilio Theodebertus Rex, qui permiſit ſanciri Canones contra Reges bonorum Eccleſiæ raptores, & dignitatum Eccleſiaſticarum venditores. Prætetea, conſentiente eo, Patribus ſancire viſum eſt; vt ſacrum quis Pontificij ᵃ honorem, non votis quærat, ſed meritis: nec diuinum videatur munus comparare rebus, ſed moribus: atque eminentiſſimæ dignitatis apicem omninò conſcendat electione, non paucorum fauore. Qui autem regulam Eccleſiæ petunt à Regibus, & hòrrendæ cupiditatis impulſu egentium ſubſtantiam rapiunt, à communione Eccleſiæ, cuius facultatem auferre cupiunt, excludantur.

a Pontificatus honorem quis, non votis, ſed meritis quærat.

Hoc anno Conſtantinopolitani miraculo tribuunt, ope D. Deiparentis Virginis Mariæ facto, quòd tribus tantùm menſibus, non pluribus, vexari peſte per Dæmones immiſſa, fuerint, & tandem interceſſione ipſius Deiparæ liberari. Cui ob eam cauſam feſtum ᵇ Hypopanthi inſtituerunt, & anniuerſariâ ſolemnitate ex Menologio indicta, celebrari decreuerunt. 544.

b Hypopanthi feſtum quando inſtitutum.

c Conc. Aurelian.

d Iuſtinianus reb. Eccleſiaſticis ſe immiſcens, errat.

e S. Paſcha ab omnibus vniformiter celebretur, & in Epiphaniorum die publicetur.

Hoc anno AVRELIANENSE ᶜ IV. CONCILIVM habitum eſt, maximè propter celebrationem feſtiuitatis Paſchalis, in qua Iuſtinianus vltra modum ſe rebus ᵈ miſcens Eccleſiaſticis, errauit. Placuit igitur Patribus, vt ſanctum Paſcha ᵉ ab omnibus ſacerdotibus vno tempore celebraretur. Quæ feſtiuitas annis ſingulis ab Epiſcopo Epiphaniorum die in Eccleſiis denuncietur. De qua ſolennitate, quoties aliquid dubitatur, inquiſita, vel agnita per Metropolitanos à Sede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur. 545.

f Quadrageſima ab omnibus vniformiter ſeruetur: nec quiſquam eam ſoluat.

Hoc etiam decreuerunt obſeruandum, vt Quadrageſima ᶠ ab omnibus Eccleſiis æqualiter teneatur: neque Quinquageſimam, aut Sexageſimam ante Paſcha quilibet Sacerdos præſumat indicere: ſed neque per Sabbatha abſque infirmitate quiſquam ſoluat Quadrageſimale ieiunium, niſi tantùm die Dominico prandeat: quod fieri ſpecialiter, Patrum ſtatuta ſanxerunt. Si quis autem hanc ſacram regulam irruperit; tanquam tranſgreſſor diſciplinæ à ſacerdotibus cenſeatur.

g Marcus Epiſcopus innocens repertus, abſoluitur.

In eodem Concilio Marcum ᵍ Epiſcopum incriminatum, & in exilium pulſum, cognita cauſa, cùm inueniſſent Epiſcopi, hoc eſſe vanum, quod contra eum fuerat muſſitatum, ciuitati, & cathedræ ſuæ eum teſtituerunt.

h Iuſtiniani libellum ſpecie Catholicum, reuera autem aduerſus tria capitula edidit.

Hoc anno Iuſtinianus ʰ Imperator edidit libellum, in ſpecie quidem pro confeſſione fidei, re vera autem, aduerſus tria capitula. In eo libello, poſt canonicum dogma de fide SS. Trinitatis, & Incarnationis, addidit anathematiſmos quatuordecim, in quorum ferè ſingulis Theodorum Mopſueſtenum, Ibam Edeſſenum, & Theodorum Cypri perſtringit, pluribus demonſtrans, poſt mortem poſſe damnari hæreticos. Et quia optimè ſciebat non ſui iuris ⁱ eſſe, aut fidem, aut fidei profeſſionis formulam præfinire, aut aliquos ab Eccleſiæ corpore anathematis mucrone recidere; ideò Stephanum Apocriſarium Vigilij Romani & Mennam Conſtantinopolitanum & plures alios Epiſcopos tentauit, vt libello ſubſcriberent: qui renuerunt, quòd perſpectum haberent, id muneris Romani Pont. eſſe, fidem ſtabilire, fidei formulas ſcribere, anathemate ferire, controuerſa Conciliorum cognoſcere, & cùm de rebus, tum de perſonis ſententiam ferre. 546.

i Imperatoris non eſt fidem, aut fidei formulam præfinire.

Vigilius autem, cùm videret, libellum Imperatoris non eſſe verè, & propriè contra Concilium Chalcedonenſe, & quæſtionem eſſe de perſonis, quorum dogmata erronea, licèt non ipſi iam pœnitentes, ſecundùm Canones damnari meruerant: tum deinde magnum periculum ſchiſmatis Orientalium omnium Epiſcoporum, quatuor Patriarchas ſequentium, imminere, ſi libellum illum ab ipſis Patriarchis ſubſcriptum, ipſe ſolus, propter paucos Africanos, qui illic ſubſcribere renuebant, reſcinderet; ideò prudenter ſibi faciendum putauit, ne & Africanos contra libellum pugnaces, & Orientales libelli defenſores diuideret, néve ſchiſmatis occaſionem daret: anno ſequenti ſcilicet

k Concilium Conſtantinopolitanum.

l Vigilius arbiter ſedit.

CONCILIVM ᵏ 30. Epiſcoporum CONSTANTINOPOLI congregauit, rem in medium propoſuit: ſuffragia ſingulorum, vt in ſcriptis darent, requiſiuit: ipſe autem in medio, tanquam ˡ arbiter, & lapidis inſtar angularis, coniungere volens vtroſque, ſedit. Inter altercantes, cùm animaduertiſſet, quatuor Patriarchas, & totum ferè Orientem pro libello ſtare, vel ſolùm autem Facun- 547.

dum

dum Africanum, commentario edito, illum oppugnare; ipſe medius ſtetit, & ſchiſma metuens, decreuit, vt de controuerſia de tribus Capitulis penitus taceretur vſque ad [a] proximè cogendam Synodum vniuerſalem. Quod Facundus ægrè tulit.

a *Vigilius ad proximè Oecumenicum Conc. celebrandum omnia definienda reſeruat.*

Circa tria capitula [b], de quibus tanta fuit contentio, & ob quæ vocatus eſt Papa ab Imp. Conſtantinopolim, notandum eſt, primùm illa tria fuiſſe: De damnatione Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis contra Cyrillum. Deinde certamen de his, non fuiſſe inter hæreticos, & Catholicos, ſed inter Catholicos tantùm ipſos, qui omnes ſaluum vellent Chalced. Cōcilium, neque ex diuerſa cauſa conflatum certamen, ſed planè eadem: ſi quidem tam qui iſta tria volebant damnari capitula, quàm qui defendi, id ſe facere dictitabant, vt in omnibus conſultum eſſet Concilio Chalced. ne illorum occaſione ipſum labefactari ab hæreticis poſſet. ſi igitur eorum negatio, vel aſſertio pro tuēdo Conc. Chalced. facta, vel prætenſa, niſi aliud quidpiam erroris admiſcuiſſet, non conſtituebat quenquam hæreticum, ſed eſſe ſchiſmatici conuicti ſunt, qui diuerſam ab Rom. Pont. in his decernendis ſententiam ſectati eſſent; nam de perſonis, & non de fide quæſtionem fuiſſe, Gregorius Magnus affirmat *lib. 3. epiſt.* 37. magna fuit iſta in Eccleſia tentatio, cùm miſerando modo inter ſe Catholici ita conflixerunt. Quid igitur ſingulis annis de hac quæſtione factum ſit, deinceps obſeruandum eſt.

b *Animaduerſio pro tribus capitulis.*

Cùm diu expectatus Vigilius, hoc anno Conſtantinopolim veniſſet, primùm, Zoilum Alexandrinum Epiſcopum de ſubſcriptione in damnatione trium Capitulorum redarguit, atque etiam alios: Deinde cùm videret Epiſcopos inter ſe diſſentientes, & periculum imminere grauiſſimi ſchiſmatis, medium ſe interponit arbitrum contentionum, & ſecum Synodum adhibet triginta Epiſcoporum, ita cùm acrius vtrinque contenderetur, mandauit, vt quiſque ſcripto ſuam proferret ſentētiam cum rationibus, quibus moueretur. Quibus ab vnoquoque exactis, eas, poſt aliquot dies, tradidit parti damnanti tria capitula, reſeruandas; quare in ſuſpicionem [c] venit defendentibus tria capitula, quòd illis adhæreret, in præiudicium Concilij Chalcedonenſis, eóque magis, quòd de quæſtione, etiam cum altera illa parte conuenit, tacendum eſſe, vſque ad proximè cogendam Synodum generalem: patientia agendum putans, ne Eccleſia ſcinderetur. Quod plerique non aduertentes, in Vigilium, vt deſertorem, & præuaricatorem inſurrexêre, quòd eum cum aduerſariis communicare viderent. Sed excuſandus [d] videtur omninò Vigilius, & prudenter egiſſe iudicandus: quòd cùm ſchiſma impendere videret totius Orientis ab Occidente; nec contentio eſſet de fide, ſed de perſonis, nec poſſe ſilentio ſopiri, vel ſepeliri, quod magis oportuiſſet; tacendum indixit, vſque ad generale Concilium; vt interim contentionis ille ardor deferueſceret, & pax cum maiori tranquillitate tractaretur. Ad quam conciliandam, ſicut tempore fœderis, ſunt conceſſa commercia; ita Vigilio placuit, omnibus concedendam eſſe communionem.

c *Vigilius in ſuſpicionem venit defendentibus tria capitula.*

d *Vigilij prudens conſilium in deteriorem partem acceptum.*

Quòd autem hoc conſilium in deteriorem partem fuerit acceptum, & ab aduerſariis aduerſus eum conclamatum, quòd ob timorem Imperatoris ad eius gratiam promerendam à cœptis continuò reſilierit: ad hæc omnia excuſanda ſatis illud, ſupérque eſſe poteſt, quòd ſummæ conſtantiæ ſpecimen dedit, cùm aduerſus hæreticos ſibi agendum fuit, cum quibus ſciret, non eſſe diſſimulandum, mox auctoritate Pontificia, nullo habito reſpectu Imperatoriæ poteſtatis, in ipſam Theodoram Auguſtam, diutiſſimè, magno Eccleſiæ detrimento, toleratam, excommunicationis ſententiam inflixit, & in hæreticos omnes Acephalos, & Eutychianos, vt locuples teſtis eſt S. Gregor. *ep. 2. ad Hibernos Epiſcopos ſchiſmaticos.*

551. Hoc anno Theodorus Cæſarienſis Epiſcopus, intolerabili audacia, & impudentia, Imperatoris gratiâ, & potentiâ fretus, Zoilum Alexandrinum Epiſcopum, quòd damnare [e] tria capitula renuiſſet, deponit, & Apollinarem ſubrogat; Vigiliū Rom. Pont. contradicentem, ne edicto Imperatoris conſentiret, contemnit, & eodem interdicente, Miſſas celebrare audet, & alia intolerabilia patrat. ob quæ Vigilius infracto animi vigore, & verè Apoſtolico ſpiritu, quantumuis

e *Zoilus Alex. deponitur, quia tria capitula non vult damnare.*

a *Vigilius quantumuis profugus, & in terra aliena, excommunicationis, & depoſitionis ſententiam in Theodorum profert.*

b *Sententia excommunicationis, & depoſitionis Vigilij Papæ in Theodorum & Mennam.*

[a] profugus, & in terra aliena, conuocatis quos potuit Latinis Epiſcopis, acerrimam excommunicationis, & depoſirionis ſententiam in eum intorquet. Poſt igitur enumeratos Theodori exceſſus, *Ideóque,* [b] inquit, *Vigilius Epiſcopus vrbis Romæ, ex perſona, & auctoritate B. Petri Apoſtoli, cuius, licet exigui, nos locum gerimus, cum Dacio Mediolan. & aliis* 12. *Latinis Epiſcopis, hac Theodorum Cæſareæ Cappadociæ ciuitatis quondam Epiſcopum, ſententiæ promulgatione, tam ſacerdotali honore, & communione Catholica, quàm omni officio Epiſcopali, ſeu poteſtate ſpoliatum eſſe decernimus: nullis te vacare vlterius rebus, niſi pœnitentia lacrymis cenſentes, quibus percepta remiſſione culparum, locum, communionemq́; tuam, aut à me, aut poſt obitum meum à ſucceſſore meo (ſi merueris) indulgentia recipias. Teq́; Mennam Conſtantinopolitanæ ciuitatis Epiſcopum, addit, cui non diſſimili culpa conſtringeris, cum omnibus Metropolitanis & Micropolitanis Epiſcopis ad tuam Diœceſim pertinentibus, ſed & tuos Orientales, vel diuerſarum prouinciarum, maiorum, minorúmq́; ciuitatum Epiſcopos, qui his exceſſibus, pro quibus Theodorum, Cæſareæ Cappadociæ quondam Epiſcopum, condemnauimus, præbuiſtis aſſenſum, humaniore ſententia, pro Dei conſideratione, tamdiu à ſacra communione ſuſpendimus, donec vnusquiſque veſtrum errorem ſuæ prauaricationis agnoſcens, culpam apud nos propriam competenti ſatisfactione diluerit.*

c *Damnationem præfatam, quare Vigilius non ſtatim promulgarit.*

Digna ſententia, quæ legatur. Nec tamen eam ſtatim [c] promulgauit; vt ipſe indicat circulari epiſtola ſequenti anno data, *num.* 7. *Paginã ipſius damnationis,* inquit, *proferre noluimus, quoniam & clementiſſimum Principem pro tali, ac tanto ſcandalo ea, quæ facta ſunt, diuini conſideratione iudicij, reuocare confidimus, omnibus oportebat nos ſpatium pœnitentiæ reſeruare, imitantes B. Petrum, cuius Sedem tenemus immeriti. Chartam verò ipſam excommunicationis, atque damnationis cuidam Chriſtianæ perſonæ tradidimus conſeruandam: vt ſi forſitan, hi, qui exceſſerant, nullo modo corrigere voluiſſent: aut ſi nobis vis aliqua irrogaretur, ſine qualibet inquietudo fieret, vel certè humana ſorte tranſitus de hac luce contingeret; mox eam, in celeberrimis locis proponeret: quatenus eius notitia Chriſtianis omnibus patefacta, ſeruetur in poſterum.*

d *Imperator cedit Vigilio.*

e *Synodus generalis ex Pontificis voluntate ab Imp. conuocatur.*

f *Synodus Aurelian. in qua Neſtorij, & Eutychetis hæreſis damnatur.*

Hoc anno tandem Vigilio Papæ [d] Imperator ceſſit, atque appenſa amoueri iuſſit à ſe prolata, de tribus capitulis edicta & ex ſententia ipſius Vigilij nihil de illis tractari voluit ante Synodum [e] generalem, quam ex eiuſdem Pontificis deſiderio, & voluntate conuocari fecit. 552.

Eodem anno SYNODVS [f] AVRELIANENSIS quinta celebratur, anno ſcilicet Chidelberti Regis Francorum 38. occaſione trium capitulorum. Cuius Canone 1. (de tribus & viginti in ea ſtatutis) damnantur hæreſes Neſtorij, & Eutychetis. Præfuit in hoc Concilio S. Sacerdos Epiſcopus Lugdunenſis, cuius anniuerſaria celebratur pridie Idus Sept.

g *Synodus Conſtantinopolitana II.*

QVINTA SYNODVS [g] GENERALIS OECVMENICA CONSTANTINOPOLITANA II.

h *Eccleſia multis diſſenſionibus vexata.*

i *Hæſitantes qui dicebãtur.*

Hoc anno celebrata eſt tandem Quinta generalis Synodus OEcumenica, Conſtantinopolitana II: ad ſedandos fluctus diſſenſionum, quibus [h] Eccleſia tunc temporis agitabatur. Oriens, & maximè Palæſtina, ob damnatum Origenem, tumultuabatur, vt eſt apud Euagrium, 4. *c.* 37. Eutychiani (vt eſt apud Leontium *de ſectis, Act.* 6. qui tunc viuebat) non communicabant Eccleſiæ Catholicæ non ob defenſionem erroris, ſed nolle dicebant amplecti Synodum Chalcedonenſem eam ob cauſam, quòd quædam in eius actis eſſent corrigẽda, tribus illis Capitulis comprehenſa. Atque hi, *hæſitantes,* [i] non Eutychiani nominabantur, quos adduci ad recipiendam Synodum Theodotus Iuſtiniano doloſè perſuaſerat, ſi tria illa Capitula damnarentur: atque hi, *hæſitantes,* aduerſarios, qui negabant damnanda Capitula, quod derogabat Concilio Chalcedon. *Synoditas* appellabant: è conuerſo Catholici, hæſitantes huiuſmodi, occultos Eutychianos, & Seuerianos. Ad hos vniendos Iuſtinianus publicauit edictum de damnatione trium Capitulorum: ſed nec propterea illi vniti ſunt Eccleſiæ Catholicæ, ſed potius ex Catholicis defenſoribus Concilij, exiſtimantibus, ex tribus Capitulis damnatis, maximã irrogatã eſſe eidẽ Cõcilio contumeliã, multi ſeſe ab aliis Catholicis ſepararant, vt 553.

ANNO DOM. 553.

inrer alios,complures Africani Epiſcopi. Sed & cùm inter hæc, pars alia, nec illis, nec iſtis inhærens,Synodum expectandam eſſe diceret quæ ambages omnes iſtas ſolueret, & quid de his agendum eſſet, ſumma auctoritate decerneret, bene conſultum fuit, vt ex Vigilij Papæ ſententia Synodus Oecumenica ageretur.

Acquieuit igitur ſententiæ Vigilij tandem Imperator, illud interim moliens, vt omninò in Concilio tria capitula damnarentur,conatus fautores huius ſententiæ conuocare ad Synodum,omiſſis cæteris:nam cùm hoc præuidens Vigilius,inſtaret,vt Concilium haberetur in Occidente,in Sicilia,vel aliquo alio opportuno omnibus loco,non obtinuit:cùm verò ſuaderet de conuocandis ex Italia,& Africa Epiſcopis, ne ſe præteritos querentes, vnum ſchiſma ſuſcitarent, aſſenſus eſt, ſed eâ conditione, vt exæquato numero Epiſcoporum, qui ſiue ex Italia, ſiue ex Africa conueniant,non plures eſſent, quàm qui ab ipſo Imper. ex diuerſis Orientis Eccleſiis Conſtantinopolim conuocarentur.

Quintæ Synodi [a] acta corrupta, & decurtata haberi, ex pluribus probatur; & plura inſerta, prorſus indigna Oecumenicâ Synodo, quæque Oecumenica dici non meruit,dum Rom. Pontifex per ſe,vel ſuos,noluit intereſſe, niſi quantum ad ea,quæ poſtea comprobauit. Quod ad actiones (ſiue collationes dixeris,ſeu ſeſſiones) pertinet, duas duntaxat Nicephorus numerat,alteram aduerſus tria capitula congregatam:alteram aduerſus Origenis errores. Verùm, quæ extant Quintæ [b] Synodi Acta,octo continent Collationes.

a *Quintæ Synodi acta corrupta.*

b *Quintæ Synodi collationes octo.*

I. [c] Collatione,qua conuenerunt ſine capite membra,nec tamen omnia membra ſimul,prima die Maij,cùm vocatus Vigilius ad Synodum non veniſſet, lectus eſt libellus Iuſtiniani Imp. de ſtudio ſuo erga pacem Eccleſiarũ. Lectæ item litteræ profeſſionis fidei Eutychetis ad Vigilium Papam, & Vigilij ad eum. Vigilium ſolemni accerſendum eſſe vocatione: quem cùm vocaſſent viginti Metropolitani præter tres Patriarchas, retulerunt, illum cauſatum eſſe corporis ægritudinem, ſcriptis tamen ſe Synodo ſatisfacturum, & quid de tribus capitulis ſentiret,palàm facturum.

c *I. Collatio,in qua Vigilius pluries vocatus, accedere ad Synodum recuſat.*

II. [d] Collatione ad 8. Id. Maias, cùm iidem rurſum Epiſcopi vocaſſent Vigilium,retulerunt,eum prætexuiſſe,quòd non adeſſent Occidentales Epiſcopi, niſi perpauci admodum: quod cùm ad Imp. retuliſſent, & ipſum ſuos cum Epiſcopis, Patricios miſiſſe, qui retulerunt, Vigilium iterum inducias poſtulaſſe, quo ſuam ſententiam ſcriptis depromeret.

d *II. Collatio,in qua Vigilius iterum vocatus, ire recuſat.*

III. [e] Collatione ad 7. Id. Maias Synodus publicè fidem Catholicam profitetur.

e *III. Collatio.*

IV. [f] Collatione lectæ ſunt horrendæ blaſphemiæ Theodori Mopſueſteni, aduerſus quas,magna fuit deteſtatione exclamatum in Synodo.

f *IV. Collatio.*

V. [g] Collatione recitata ſunt, quæ ſancti Patres aduerſus Theodorum ſcripſerant. Sancita item Imperatorum aduerſus eum. Sextilianus Epiſcopus Legatus miſſus à Primoſo Carthaginenſi Epiſcopo,atque à Cõcilio Carthag. ex S. Auguſtino nonnulla attulit loca, quibus ille ſæpè profitetur, aliquem poſſe damnari [h] poſt mortem:quod etiam roboratum fuit exemplis aliorum,ac præſertim Rom. Pont. qui Dioſcorum [i] ſchiſmaticum,poſt mortem damnauit, atque adeò ipſius Vigilij,qui damnarat Origenẽ:quod teſtatur Caſſiodor. *Inſtitut. diuinar. lect. lib. 1. cap.* 1. Recitata item acta Synodi Mopſueſtenæ. Tranſitum inde ad cauſam Theodoreti,cuius inter alia recitata eſt epiſtola in Cyrillum Alexandrinum iam defunctum. Deſideratur autem in iiſdem publicis actis Synodalibus Vigilij Papæ libellus [k] oblatus Synodo,quẽ ipſe, *Conſtitutum*, appellat, quod idem eſt,ac *Decretum*; quia ipſe eſt, quem de ſua ſententia, ab Imperatore interpellatus, idem Vigilius pollicitus ſuit ſe miſſurum, ſuo tempore, ad ipſum Imp. atque ad Synodum,vt & ingenuè præſtitit,quem elaborauit, vt vniuerſo Orbi Catholico notum fieret: & vt omnia, quæ à ſanctis Patribus in Chalcedonenſi Synodo definita eſſent, firma conſiſterent:nec vlla,quouis prætextu,poſſent calumnia labefactari. Reſtituit hic illud Conſtitutum in ſuum locum, Annalium [l] Auctor,ex Vaticana Bibliotheca depromptum, nunquam ante hac impreſſum.

g *V. Collatio.*

h *Hæreticus etiam poſt mortem damnari poteſt.*

i *Dioſcorus etiam poſt mortem damnatus eſt.*

k *Conſtitutum,ſeu Decretum Vigilij,erat Libellus Synodo, & Imperatori oblatus à Papa, de tribus capitulis.*

l *Vigilij Papæ libellus ab auctore Annalium reſtitutus.*

In qua quidem ſcriptione, in primis videtur fuiſſe conſilium Vigilij Papæ,

ne ſcilicet, tria illa, pro Chalcedon. Concilio defendens capitula, in ſuſpicionem vel leuem ab aduerſariis, adduci poſſet, defenſionis errorum Neſtorij, ob indemnatum Theodorum Mopſueſtenum, ptimum omnium incubuit in damnationem omnium illorum errorũ, qui in eius ſcriptis dicebantur inuenti, ne redargui poſſet ab aduerſariis, fauiſſe Theodoro, ſi eum anathemate damnare detrectaret, ita vt promptus fuerit in damnandis erroribus: in damnandis autem auctoribus, quos ſciſſet in Catholica communione defunctos, minimè præptoperè agendum putarit. Porrò eiuſmodi Decretum Vigilij ante conſcriptum, ad Imper. primùm datũm, ab eodem ad Synodum miſſum eſſe, ex ſequenti collatione ſexta Synodi Quintæ, poſſumus intelligere, in qua allata ab ipſo Vigilio, pro defenſione Ibæ epiſtolæ, nempe interlocutiones Epiſcopotum in Concilio Chaldon. confutantur.

a *VI. Collat.*

Collatio [a] VI. ponitur celebrata 14. Cal. Iunij, in qua de Epiſtola Ibæ, vno de tribus Capitulis diſputatum eſt, quæ collata fidei profeſſioni petitæ ex Concilio Chalced. in multis comprobata eſt hæretica, ob idque ab omnibus condemnata. nec tamen hæc cõtradicunt Actis Synodi Chalchedon. in quibus interlocutione Apoſtolicæ Sedis Legatotum, & aliorum, diſertis verbis dictum eſt, ea lecta epiſtola, Ibam auctorem eius probari eſſe Catholicum; nimirum, quia in fine eius habetur epiſtolæ, eius auctorem Ibam, pacem in Eccleſia initam eſſe teſtari, ſéque oſtendere ex eo lætari, pacíque cõſentire, dum de reſtituta concordia gratias agit: cúmque ea conditione tranſactio illa facta fuerit, vt Neſtorius atque eius pariter condemnarentur errores, Synodúſque Epheſina prior, & in ea decreta reciperentur; planè ex neceſſaria proueniebat aſſumptione, vt & (quod Catholici eſſet hominis) Ibas Neſtorium condemnarit, Synodúmque Epheſinam profeſſus ſit. Et hoc planè fuit, quod interlocutus eſt Eunomius Epiſcopus, ipſam epiſtolam in principio apparere hæreticam, in fine verò inuentam eſſe Catholicam.

b *VII. Collatio.*

Collatio [b] VII. ad 7. Cal. Iun. vbi ſuggeſtione Imperaroris lecta ſunt ſingula, quæ Vigilius ad diuerſos ſcripſiſſet de tribus capitulis, vt poſſet ipſum arguere præuaricationis, quaſi antea tria capitula damnaſſet, quæ poſtea defendiſſet. Ad poſtremum recitanrur Acta Antiochena, de Neſtorianis, vindicantibus ſibi Theodoretum, vt ſuum, eiúſque imaginem ſuper currum, cum triumpho, ducentibus.

c *Vltima Collatio.*

Vltima demùm [c] collatio habita legitur 4. Non. Iunij, in qua recitata eſt ſententia contra Theodorum Mopſueſtenum, Ibæ epiſtolam, & Theodoreti ſcripta aduerſus Cyrillum, & ad finem poſiti 12. Anathematiſmi contra Neſtorij, & Eutychetis hæreſes, & aduerſus 3. cap. quæ omnia ſecuta eſt ſubſcriptio Epiſcoporum 165. De Vigilio Papa aliqua proloquuntur in ſententia, quòd licèt tam ſolemniter interuocatus, ad Synodum venire recuſauerit; propterea ſe permotos ad ea definienda de tribus capitulis. Quòd verò ſcirent, nullam tam numeroſam Synodum eſſe, quæ infringere [d] poſſet Romani Pontificis Decreta, ſilentio potius voluerunt omittere eius Conſtitutum, & Decretum, quàm contrariis niti viribus.

d *Synodus nõ poteſt Papæ Decreta infringere.*

e *V. Synodus propriè Oecumenica dici non poteſt.*

Vt igitur exhibent Acta, tantum abeſt, vt Oecumenica [e] Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata dici poſſit, vt nec priuatæ Synodi mereatur nomen, vt quæ reſiſtente Romano Pontifice fuerit congregata, & contra ipſius Decreta, ſententiam tulerit.

f *Oecumenicæ nomen, & auctoritatẽ vnde habet.*

g *V. Synodus à S. Gregorio approbata.*

Nomen autem, [f] & auctoritas Oecumenicæ Synodi ei prouenit, ab aſſenſu proculdubio, & approbatione ipſius Vigilij, vel Pelagij eius ſucceſſoris, & aliorum Romanorum Ponr. De approbatione verò ipſius Quintæ Synodi S. Gregor. [g] *lib. 1. ep. 24 ad Ioannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum* hæc habet: *Quintum quoque Concilium pariter veneror.*

h *V. Synodus à reliquis Pont. approbatur.*

Non verò in pari veneratione habita eſt hæc Synodus, vt aliæ quatuor, quia in illis præcipua fidei Chriſtianæ ſtabilita ſunt dogmata: in hac verò non de fide actum eſt, ſed de perſonis. Nec Gregorius tantùm, cum prædeceſſoribus, ſed & ſucceſſores [h] omnes Quintam Synodum recepiſſe, & confirmaſſe noſcuntur, vt Leo 2. ad Conſtantium Imp. cuius ep. in VI. Synodo recitatur. Et Adrianus *in ep. ad Nectarium.* Itémque in aliis Oecumenicis Synodis poſtea celebratis eadem V. Synodus Oecumenica cognita eſt, atque probata.

ANNO DOM.

Quod ad hæc autem tẽpora pertinet, occaſione Vigilij Conſtituti, complures [a] Catholici Epiſcopi V. Synodum minimè receperunt, vt Africani, Itali, Prouinciæ Venetæ, atque Liguriæ, Epiretici, Illyrici, & illis finitimi, & ſe ab aliis diuiſerunt: quod malum progreſſum fuit vſque ad Hibernos.

a *V. Synodus à pluribus Epiſcopis non recepta.*

An verò Eutychiani, qui *Hæſitantes* dicebantur, propter quos indictum fuit Concilium, & damnata tria illa Capitula, propterea Synodum Chalcedon. receperunt? nequaquam, vt hinc poſteris relictum ſit exemplum, nihil [b] contra fas hæreticis concedendum, ſub ſpe, vel ſpecie conuerſionis illorum. Legatur Leontius *de ſectis. Actione 6. & 7.* qui citatur à Damaſceno *libro 3. de fide Orthodox. cap. 11.*

b *Nihil contra fas hæreticis indulgendum ob ſpem conuerſionis illorum.*

At non hæretici tantùm non ſunt conuerſi, ſed & Catholici [c] ſchiſmate ſunt diuiſi: & Iuſtinianus, qui ſemper Chriſtianiſſimus videri voluit, perſecutionem non leuem in eos qui damnationem capitulorum non reciperent, excitauit, exiliis eos afficiens. *Liber Breuiar. cap. vlt.* Immunes à perſecutione illi tantùm fuere, qui ſub eius Imperio non eſſent, vt Venetæ, eíque adiacentium regionum Epiſcopi, qui ſub Francis agentes, contra V. Synodum Aquileiæ Concilium congregauerunt, cuius meminit Beda. Vigilium ipſum quoque Papam cum his, qui cum ipſo erant, exilio [d] deportatum, habet Anaſtaſius. Demùm verò hortatu Narſetis, ab exilio omnes pariter reuocatos.

c *Catholici propter V. Synodum ſchiſmate diuiſi ſunt.*

d *Vigilius in exilium actus: ſed hortatu Narſetis reuocatus.*

Hoc eodem anno CONCILIVM [e] HIEROSOLYMITANVM celebratum eſt, in quo V. Synodus approbata fuit.

e *Concil. Hieroſol. in quo V. Synodus approbatur.*

Eodem anno CONCILIVM [f] AQVILEIENSE habitum eſt ab Occidentalibus Epiſcopis contra V. Synodum, de quo paulò ante dictum eſt.

f *Concil. Aquileienſe, in quo V. Synodus reprobatur.*

Illyriciani [g] quoque Epiſcopi alteram Synodum eadem de cauſa coëgerunt. Africani pariter Patres, libellum contra tria Capitula, & V. Synodum deteſtati ſunt: quin & ad Hibernos odium V. Synodi deriuauit: adeo vt miſerè Eccleſia ſcinderetur, cùm Orientales approbarent, Occidentales reprobarent V. illam, quantùm de ſe fuit, non Synodum, ſed Collationem. Eo magis, quia nec ipſe Vigilius Actis illius Synodi conſenſum præbuerat, vt iam viſum eſt: ob quam rem, in exilium, vnà cum illis, qui cum ipſo erant, deportatus fuit.

g *Illyrici, & Africani Patres contra V. Synod.*

Tandem Vigilius [h], miſertus ſchiſmatis Eccleſiaſtici cùm vellet vnitatem Eccleſiæ ſtabilire, Occidentémque Orienti coniungere, Synodum illam approbauit: præſertim, quòd non de rebus fidei, ſed de perſonis agebatur: & quod de perſonis ipſis non aliud determinabatur, quàm quòd per eandem Synodum Chalcedon. fuerat conſtitutum: nimirum quia in quantum hæretica ſcripta vulgantes, & comprobantes damnabantur, & quod V. Synodus eiuſdem Chalcedonenſis in omnibus ſequax, honorem illius, auctoritatémque cuſtodiret.

h *Vigilius paci Eccleſiæ conſulens V. Synodum approbat.*

555. Hoc anno Vigilius Papa in Italiam veniens, Syracuſis [i] in Sicilia ex calculo moritur. In eius Pontificatu permiſit Deus Apoſtolicam Sedem [k] adeò fluctuare, & in tantum diſcrimen adduci, vt ab omnibus intelligeretur, non humanis, ſed diuinis illam fulciri præſidiis. Eiuſdem quoque Vigilij ſummam ambitionem [l], & Principibus placendi ſtudium, Deus egregiè vltus eſt, per eos ipſos, quibus gratificare ſtuduit, miſerè exagitatus, & vexatus, ſic vt nullus alius magis à Chriſtiano Imperatore: & nihilominus Apoſtolicæ Sedis auctoritas, quò magis in eo fuit contempta, eò amplius in eodem fuit illuſtrata.

i *Vigilius Syracuſis moritur.*

k *Vigilij temporibus, Apoſtolica Sedes varie fluctuauit.*

l *Vigilij ambitionem ac Pontificatum Deus iuſte puniuit.*

PELAGIVS I. [m] patriâ Romanus, patre Ioanne Vicario eo tempore fuit, quo Totila [n] Gothorum Rex Taruiſio mouit cum magno exercitu, Italiam inuadens, ac diripiens: adeò vt propter ſæuitiam, & rabiem, *flagellum Dei* vocatus ſit. Pelagius autem in tantis perturbationibus non deſerens Eccleſiam Dei, conſtituit, vt hæretici [o], ſchiſmatici coërceri etiam ſæcularium manu poſſint, quando ad ſanitatem rationibus non deducerentur.

m *Pelagius Papa creatur.*

n *Totila flagellum Dei Italiam inuadit.*

o *Hæretici & ſchiſmatici, & ſæcularium manu coërceri poſſunt.*

Quòd verò hæretici ab Eccleſia damnati, poſſint, temporalibus pœnis, & etiam morte ipſa mulctari ex diuerſis Imperatorum legibus, quas Eccleſia ſemper probauit, ſit manifeſtum. Conſtantinus I. Imperator ad petitionem Nicænæ Synodi Arium cum aliquot ſociis in exilium relegauit, vt auctor eſt Sozomenus *lib. 1. cap. 20.* Item Donatiſtas ſupplicio affecit, vt Auguſt. refert *libro 1. contra epiſtolam Parmen. cap. 7. & in epiſt. 166. ad Donatiſtas*, vbi enumerat multos Imperatores opti-

mos, qui ſeueriſſimas leges tulerunt contra hæreticos, & vnum ſolum Iulianum Apoſtatam hæreticis fauiſſe.

Deinde Theodoſius Valentinianus, Marcianus, & alij religioſiſſimi Imperatores leges tulerunt in hæreticos, quibus eos interdum aliquot libris auri, interdum omnibus bonis, interdum exilio & verberibus, interdum vltimo ſupplicio mulctari voluerunt, vt patet *Cod. de hæreticis. l. Manichæos. l. Ariani. l. Quicunque.* qua vltima lege, quæ eſt Valentiniani, & Marciani iubentur occidi omnes, qui praua docere tentant; qui verò eos docentes audiunt, aliquot libris auri mulctari.

Iuſtinianus apud Paulum Diaconum *lib.* 16. lege edita, omnes hæreticos de finibus totius Imperij eiecit, conceſſis trium menſium ad conuerſionem induciis; deinde Michaël Imperator apud eundem Paulum Diaconum *lib.* 14. capitalem pœnam in hæreticos conſtituit.

Id etiam habetur in legibus Eccleſiæ, *cap. ad abolendam. & cap. excommunicamus. extr. de hæret. & cap. ſuper eo. de hæret. in 6.* definit Eccleſia hæreticos incorrigibiles ſæculari poteſtati tradendos, vt ab eis debito modo puniantur. Item Conſtantienſe Concilium, *ſeſſ.* 15. damnauit ſententiam Ioannis Hus, & ipſum Ioannem, & Hieronymum de Praga tradidit ſęculari poteſtati, à qua ambo exuſti fuerunt. Denique Leo X. articulum Lutheri damnauit.

Hic autem accuſatus, quòd malorum Vigilij cauſa fuiſſet, cùm Iuſtinianus eum Vigilio præferret, vidente populo & Clero, Crucem tangens, & Euangelium, iureiurando ſuſcepto, ſe à tanto crimine [a] purgat. Pelagius autem vbi ſediſſet annos 4. menſ. 10. dies 18. ex hac vita migrauit 2. Martij, & in Baſilica Petri ſepelitur. Vbi ex ſacris ordinibus bis menſe Decemb. habitis, Presbyteros ſex & viginti, Diaconos vndecim, Epiſcopos vndequadraginta creaſſet. Vacat Epiſcopatus menſes tres, & dies 25.

a *Pelagius accuſatus, ſe purgat.*

Hic notandum, quòd Polydorus Virgilius, *lib. 6. de inuentione rerum cap.* 2. & quidam alij, vt Maurolicus *in Martyrologio die 27. Auguſti.* & ſupplementum Chronicorum, cenſent, legem Eccleſiaſticam de ſeptem horarum Canonicarum officio à Clerico perſoluendo, à Pelagio I. vel Pelagio II. latam fuiſſe: quod probare nituntur *ex cap. Eleutherius. diſt.* 91. quod decretum dicitur eſſe Pelagij. Alij verò hanc Horariarum precũ inſtitutionem Damaſo I. tribuunt. Alij Gregorio I. Verùm ex hiſtoriis Eccleſiaſt. & Patribus planè colligitur, iam inde ab Apoſtolorum [b] temporibus, Clericos certis diei, ac noctis temporibus in Eccleſiam conuenire conſueuiſſe, vt Pſalmos, preces, hymnóſque Deo decantarent. Apud Clem. *lib.* 8. *Conſtit. Apoſt. cap.* 30. extat Apoſtolica conſtitutio hunc in modum habens: *Precationes facite manè, tertia hora, & ſexta, & nona, & veſperè vſque ad galli cantum.* Apud Baſilium quoque in Regulis copioſius diſputatis, *Interrogat.* 37. *& ſerm.* 2. *de Inſtit. Monach.* vbi explicat illud Apoſtoli: *Sine intermiſſione orate*: & illud: *Nocte & die laborantes*: habetur: *Neque verò quanquam hanc aſſiduè, atque adeò omnibus momentis adhiberi oportere gratiarum actionem, & lex ipſa præcipit: & nos eam vitæ noſtræ neceſſariam, cum natura, tum ratione docuimus, propterea illæ ſtatis temporibus præſcriptæ orationes negligendæ veniunt, quas obſeruari in Conuentibus ſolemne eſt, & quotidianum.* Et deinde memorat Matutinam horam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinam, Completam, & Mediam noctem. De eiuſdem horis Cyprianus *in expoſit. orat. Dominicæ circa finem.* Hieronymus *in epiſt.* 22. *ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis. & in 28. epiſt. ad eandem de obitu Paulæ.* Chryſoſtom. *in hom.* 59. *ad Pop. Antioch.* S. Ambroſ. *lib. 7. in Lucam.* in illud: *Quis veſtrum habens amicum.* & *lib.* 3. *de Virgin.* Athanaſ. *in libro de virginitatę, ſiue exercitatione.* Hilarius *in Pſalm.* 118. Caſſianus *lib. 2. de Inſtit. Monach.* cùm egiſſet de vigiliis nocturnis, *lib.* 3. diſſerit de diurnis precibus.

b *Pſalmi, & hymni in Eccleſia cani, etiam à tempore Apoſtolorum cæptum.*

Ex his clarè perſpicitur, ſeptenarium Horarum Canonicarum numerum antiquo vſu in Eccleſia fuiſſe receptum ante Gregorium I. Pelagium II. Gelaſium I. Damaſum I. Ab Apoſtolorum temporibus vſu, & more receptũ fuit, vt Chriſtiani in templum, ſiue ædem ſacram, ſiue Oratorium conuenirent, & Pſalmos, & hymnos cantarent, vt colligitur ex Adone *in Martyrologio 5. Idus Ianuarij, in vita Iuliani Martyris; & Baſiliſſæ. &* 10. *Calend. Auguſt. de S. Apollinare.* Sozom. *lib. 6. hiſtor. Eccleſ. cap.* 33. & 34. Socrat. *lib.* 2. *cap.* 8. Theodor. *lib.* 2. *cap.* 13. Fortaſſis

ANNO DOM.

Pelagius I. [a] aut II. legem conſtituit, qua Clerici horarias preces ſepties in die perſoluere cogerentur, ita vt quod antea vſu, & conſuetudine antiqua ſeruabatur lege deinde lata, perpetuò in Eccleſia iuſſerit obſeruari. Et hinc eſt, vt in Conciliis, & Scriptoribus Eccleſiaſticis poſt ea tempora frequens mentio habeatur ſeptem Horarum Canonicarum. In Concil. Cabilonenſi II. ſub Carolo Magno. *Can.* 59. dicitur: *Horas Canonicas, Matutinam videlicet, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinam, Completorium pariter celebrent.* In Conc. Aquiſgran. ſub Ludouico Pio, à *cap.* 126. *vſque ad cap.* 130. Eædem horæ ex Iſidoro referuntur, ſicut & in Concil. Agathenſi, vt habetur *in cap. Presbyter. de celebr. Miſſarum, & in cap. Presbyter. diſtinct.* 91.

a *Pelagij tempore lex ſancita fuit de 7. horis Canonicis à Clericis perſoluendis.*

557. Hoc anno extructum fuit à Iuſtiniano Imp. ſumptuoſiſſimum Sanctæ Sophiæ [b] Templum Conſtantinopoli, quod quidem tale fuit, quale non aliquando ante viſum fuiſſet, quódque ornatu, & ſplendore adeò excelluit, vti nulla dicendi vi facilè explanari poſſet. Euagr. *lib.* 4. *cap.* 30. In orbem hanc habuit [c] inſcriptionem: *Tua de tuis tibi offerimus ſerui tui Chriſte Iuſtinianus, & Theodora: ea tu propitius accipe Fili Dei verbum, qui noſtri cauſa carnem aſſumpſiſti, & Cruci affixus fuiſti, ac nos in tua recta fide conſerua, & quam nobis commiſiſti Rempublicam, eam ad tuam gloriam auge, & tuere, intercedente ſancta Deipara Virgine Maria.*

b *S. Sophiæ Templum Conſtantinopoli à Iuſtiniano ſumptuoſiſſimè conſtruitur.*
c *Templi inſcriptio.*

559. Hoc anno ſuſpectum Pelagium Catholicæ fidei violatæ, quòd probaret V. Synodum, Childebertus Rex Francorum miſſo Ruforo Legato rogauit, an Catholicè [d] Leonis Tomum aduerſus Eutychetem ſequeretur. Pelagius reſpondit, librum illum Eccleſiæ probari, ipſeque vt Rex poſtularat, nouam fidei formulam ſcripſit. Extat epiſtola ad Childebertum, qua ſe Catholicum probat. Profeſſio item fidei: Obſerua, quòd cùm in dubium [e] venit Pontificis Romani fides Catholica, exploratur à fide tradita à prædeceſſoribus, quibus ſi conſentiat, nihil dubitandum, ſecus, ſi contra.

d *Pelagius Papa ſatisfacit Franc. Regi de ſua fide percontanti.*
e *Pontificis fides ſi in dubium venerit, à fide tradita à prædeceſſoribus exploratur.*

Eodem anno PARISIENSE [f] habitum eſt CONCILIVM. In eo ſancitum de vſurpantibus bona Eccleſiaſtica, vel per Reges dignitates inuadentibus Eccleſiaſticas: de inceſtuoſis coniugiis: ne Reges Eccleſiis Epiſcopos dare præſumant, ne quid Regibus liceat, præter ius.

f *Concil. Pariſienſe.*

560. IOANNES III. [g] natione Romanus, patre Anaſtaſio ex illuſtri genere orto Pelagio ſucceſſit. Sanctorum cœmeteria reſtituit, & Iacobi, ac Philippi Eccleſiã à Vigilo inchoatam, perfecit. Poſtea moritur, ac in Baſilica S. Petri ſepelitur, Pontificatus ſui anno 13.

g *Ioannes Papa eligitur.*

Eodem hoc anno 560. Iudæus [h] quidam Imaginem Saluatoris de Eccleſia furtim deponens, eam telo transfixit, eámque clam domum deferens, voluit flammis exurere. Et cùm de ſanguine Imaginis ſe cruentatum videret, præ ſtupore eam abſcondit. Quam Chriſtiani requirentes, & per veſtigia ſanguinis inuenientes, eam ſanguinulentam receperunt, Iudæum verò lapidauerunt. Sigebert. *in Chron.*

h *Imago Saluatoris à Iudæo transfixa, ſanguinem emittit.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

Anno 560. celebratum eſt CONCILIVM [i] PARISIENSE III. contra ſacrilegos, & ambitioſos.

i *Concil. Pariſ.*

563. CONCILIVM [k] BRACARENSE I. præſidente Lucretio Bracaren. Epiſcopo. In eo damnarunt Patres hæreſim Priſcillianiſtarum, & multa alia ſtatuerunt, tum ad hæreſim extirpandam, tum ad ritus Eccleſiæ vniformiter, in ſacrificio incruento obſeruandos, tum ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſanciendam.

k *Concil. Bracar.*

In hoc Concilio *Can.* 27. ſtatuitur, vt Diaconi ſuperpoſito ſcapulæ vtantur Orario [l]. & *in cap. vnum Orarium. diſt.* 25. ex Conc. Tolet. IV. refertur; vnum Orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt, prædicat. Meminit Ambroſius Orarij *in oratione de obitu fratris ſui Satiri.* Dictum eſt autem Orarium ab orando, id eſt, prædicando; vnde Orarij vſus ſolùm conceditur iis Clericis, quibus prædicandi Euangelij munus committitur, vt Sacerdotibus, & Diaconis. Vide Alcuin. *lib. de diu. offic. cap. Quid ſignificent veſtimenta.* Raban. *lib.* 1. *de inſtitut. Cleric. cap.* 19. Amalat. *lib.* 2. *de Eccleſ. offic. cap.* 20. & Beda *in collectan. cap.* 7.

l *Orarium quid, & vnde dicatur, & qui eo vti poſſunt.*

564. Hoc anno Chramnus [m] Clotharij Regis filius exuſtus eſt. Parauerat contra pa-

m *Filius contra patrem inſurgens, incendio perit.*

ANNO DOM.

trem exercitum, & in ſuum auxilium Coonobetem Comitem Britannum adiunxerat. Clotharius quoque vt ſe de filio vindicaret, ſuas copias armatas eduxerat. Prælio ſuperueniente, Clotharius tanquam nouus Dauid contra Abſalonem pugnaturus, plangens orauit: *Reſpice Domine de cælo, & indica cauſam meam, quia iniuſtè à filio patior iniuriam. Reſpice, & indica iuſtè, illudq́ impone iudicium, quod quondam inter Abſalonem, & patrem impoſuiſti.* Oratione facta, Comitem auxiliarium Chramni in fugam vertit, in qua ille occidit. Filium autem vnà cum vxore, & filiis fugam naualem tentantem, exercitu oppreſſit, & igne exuri iuſſit. Sicque in vno tugurio pauperculæ cuiuſdam ſtrangulatus, vnà cum vxore, & liberis, incendio interiit. Gregor. *hiſtor. Franc. lib. 4. cap. 20.*

a S. Martinus hoc tempore claret miraculis.

b Notanda verba.

Hoc anno Clotharius Rex Francorum, cùm prius multis muneribus, lachrymis, & gemitibus, Deum ſibi propitium pro peccatis, ad ſepulturam S. Martini [a] Turonenſis reddidiſſet; inde reuertens, in Coria ſilua venationi vacans, febre correptus, atque Compendium villam delatus, ſpiritum exhalauit. Moriturus, fertur dixiſſe: *Vah [b], quid putatis? Qualis eſt ille Rex cæleſtis, qui ſic tam magnos Reges interficit?* Greg. *hiſtor. Franc. lib. 4. cap. 21.* 565.

c Concil. Santon.

d Epiſcopus Emerius deponitur, qui ad Epiſcopatum à Rege nō à Clero euectus fuerat.

Hoc anno in Galliis Leontius 13. Burdegalenſis Epiſcopus, CONCILIO [c] Epiſcoporum apud SANTONAS vrbem habito, Emerium Epiſcopum [d] Santonenſem gradu mouit. Quod is, contra Pariſienſis Synodi conſtitutum, non à ſuffragiis Cleri, & populi, ſed à Clothario Rege Epiſcopatum obtinuiſſet. Gregor. Turon. *lib. 4. cap. 26.* 566.

e Concil. Lucenſe.

Hoc anno in Galicia Cal. Ian. Theodomirus Sueuorum Princeps, in ciuitate LVCO [e] CONCILIVM Epiſcoporum fieri præcepit, ad confirmandam fidem Catholicam, & pro aliis Eccleſiæ cauſis. *Corippus.* 569.

f Concil. Turonenſe.

g Corpus Domini in altari ſeruatur.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] TVRONENSE II. in cauſa Eccleſiaſticæ diſciplinæ reformandæ. Inter alia ſtatuerunt, vt corpus [g] Domini in altari, non in imaginario ordine, ſed ſub Crucis titulo componeretur. His temporibus namque ſacra Euchariſtia intra Columbam argenteam alicubi aſſeruabatur. Non eſt igitur nouum, vt corpus Chriſti ſuper altare ſeruetur. 570.

De Felice Bituricenſe, qui tertio loco in hoc Concilio ſubſcripſit, legimus, perelegans aureum vas ad ſanctiſſimam Euchariſtiam conſeruandam, turris inſtar fabrefieri curaſſe, quod Fortunatus Epigrammate celebrauit.

Præterea de pixide, vbi reponitur Euchariſtiæ Sacramentum, habetur ex Clem. *lib. 8. Conſt. Apoſt. cap. 13. & lib. 2. cap. 57.*

h Concil. Lugdunenſe.

i Appellantes Epiſcopi à Concilio depoſiti ad Papam reſtituuntur.

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM [h] LVGDVNENSE I. in cauſa duorum Epiſcoporum homicidarum, qui à Patribus damnati ſunt, iuſta quidem de cauſa, ſed inconſulto Romano Pontifice id facere non debuerunt. Annuente ſibi Rege Gunthramno, adeunt Ioannem Papam, qui datis ad Regem epiſtolis, eos reſtitui [i] iubet: quod Rex ſine mora, caſtigatis prius illis verbis multis, impleuit. Agnoſce Lector, ius appellationis à Concilio ad Romanum Pontificem, & obedientiam Regis, & Epiſcoporum ſententiæ Roman. Pont. Pacem quidem illi petiere ab offenſo Epiſcopo, & homines, quos in eum immiſerant tradiderunt. At ille veniâ datâ, liberos dimiſit: vnde (inquit Gregor. *lib. 5. cap. 20.*) in poſterum à communione ſuſpenſus eſt: propterea quòd publicè accuſans, clàm inimicis perciſſet, abſque conſilio, quibus accuſauerat, fratrum. De quibus duobus Epiſcopis refert idem Gregorius *lib. 4. cap. 37.* quòd in bello [k] Longobardorum aduerſus Burgundiones galeati, & loricati, quod monſtrum antea non fuerat viſum, pugnarint.

k Epiſcopi in bello Longobardorum aduerſus Burgundiones galeati, & loricati pugnarunt: Monſtrū antea inuiſum.

l Ioannes Papa obiit.

m Concil. Bracar.

Hoc anno Ioannes [l] Papa, vbi ſediſſet annos 13. minus diebus 14. moritur 3. Idus Iul. Vacat Sedes menſes 10. dies 3. *Ex Anaſtaſio.* 572.

Eodem anno tempore Interregni Pontificij celebratum eſt CONCILIVM [m] BRACARENSE II. 12. Epiſcoporum. Canones decem ſancit, ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantes.

n Charibertus Rex ob inceſtas nuptias ab Epiſcopo excommunicatur.

o Benedictus Papa creatur.

Eodem anno Charibertus [n] Rex, qui regnabat Pariſiis, ob inceſtas nuptias à S. Germano Epiſcopo Pariſienſi excommunicatus, non multo poſt moritur, anno regni 8. Gregor. *lib. 4. cap. 29.*

BENEDICTVS [o] patriâ Romanus, Patre Bonifacio Ioanni ſuccedit 16. Maij, 573.

qui

ANNO DOM.

qui ſollicitudine,& dolore,quem in calamitatibus vrbis Romæ,& prouinciæ Italiæ propter Longobardorum perſecutionem,conceperat, moritur [a] 4.Pontificatus ſui anno, menſe 1. & die 28. Vacat tum Sedes m. 2.& d. 10.

a *Bened. Papa moritur.*

576. Recrudeſcente in Gallia ciuili bello,procurante Gunthramno Rege CONCILIVM [b] PARISIIS celebratur,ſi fortè per ſanctiſſimos Epiſcopos res abſque bello componi poſſent: ſed vbi res ſemel armis cœpta eſt agi, ſiluerunt Eccleſiaſticæ leges.

b *Concil. Pariſ.*

577. PELAGIVS II. [c] patriâ Romanus, patre Vuignigildo ad Pontificatum euectus eſt. Incidit in calamitoſa tempora, Italiam vaſtantibus Longobardis, & diu Occidentali Eccleſia, vſque ad Hibernos diuiſa: cuius occaſione, adhibito, in conſilium,& auxilium S. Gregorio [d], qui ipſi in Sede ſucceſſit, librum edidit pro V.Synodo,quam defendit,probéque factam oſtendit. Vbi autem domum paternam in Xenodochium pauperum ſenum redegiſſet, Hermetiſque Martyris cœmeterium, ac Baſilicam S.Laurentij Mart.à fundamentis extruxiſſet, peſtilentia moritur, quæ tum maximè Europam omnem vexabat,anno 12.m.3.ſepultus eſt autem in Eccleſia Sancti Petri in Vaticano. Vacat tum Sedes menſes ſex, dies 28.

c *Pelagius Papa ſuccedit.*

d *S.Gregorij auxilio vtitur.*

578. Hoc anno Iuſtinus [e] Imperator,de conſilio Sophiæ, Tiberium Cæſarem declarat,taliáque verba in eo declarando locutus eſt,qualia nulla hiſtoria, vel vetere,vel recentiore,ſunt omninò commemorata, Deo videlicet propitio ei tempus largiente,tum ad ſua peccata confitenda,tum ad explenda ea, quæ ex vſu Reipublicæ forēt. Nam coram Epiſcopo,Senatu,& Prætorianis militibus ſic clara voce allocutus eſt Tiberium,tunica induens Imperatoria, & læna circumueſtiens: *Ne te* [f] *in errorem inducat veſtis ſplendor,neque illuſtris ornatus iſtarum rerum,quæ ſub aſpectum cadunt,decipiat,quibus ipſe in fraudem impulſus,imprudens me ipſum grauiſſimis ſupplicijs obnoxium reddidi.Itaque tu in Republica ſumma cum manſuetudine, & animi lenitate regenda mea vitia emendato.* Atque digito Magiſtratus demonſtrans: *Non oportet*,inquit,*horum conſilijs* [g] *morem gerere: nam hi me ad iſtas, quas cernis, miſerias deduxerunt.* Aliáque eius generis protulit verba, quæ omnes in maximam adduxere admirationem,tum ad immenſam lachrymarum vim profundendam impulere. Euagr. *lib.* 5.*c.*13.

e *Iuſtinus Imp. Tiberium Cæſarem declarat.*

f *Imperatoris præclara adhortatio ad eum, quē Cæſarem deſignabat.*

g *Magiſtratus conſilia non ſemper vtendum.*

Circa Pelagij electionem animaduertendum id eſt,quod in eius vita dicit Platina,nempe,quòd electio Pontificis [h] nulla erat,niſi Imperatoris cōfirmatio accederet. Hoc dictum,vt clarius fiat,ſciendum,quod ſub Imperio Iuſtiniani auctoritate Vigilij Papæ mos inoleuit, vt electio ſummi Pontificis à Clero, & à Senatu, populóque Romano fieret,& accedente confirmatione Imperatoris conſecraretur,& ordinaretur. Quod fiebat, ne quis Imperatori aduerſarius ad talem dignitatem promoueretur,qui ipſi Imperatori, vel Italiæ poſſet bellum inferre: ſicque Italia ab Imperatorum Græcorum obedientia liberaretur, ſicut tempore Silucrij Papæ Imperator vehementer dubitauit. Perdurauit hæc conſuetudo vſque ad Benedictum II. cuius ſanctitate motus Imperator Conſtantinus ordinauit, vt iuxta morem [i] antiquum,Pontifex à Clero, & Romano populo electus, abſque confirmatione Imperatoris, ſtatim fuiſſet conſecratus. Adrianus I. poſtea iterum conceſſit Carolo magno Imperatori,& ſuis ſucceſſoribus, vt abſque eius confirmatione conſecratio Pontificis non fieret. Quem morem Adrianus III. ſuſtulit. Sed Leo VIII. Othoni Imp. iterum reſtituit. Denique Gregor. VII. Honorio IV. Imper. id abſtulit,& ad Clerum,populúmque Romanum electionem liberam remiſit. Reliqui Pontifices poſtea, hanc eligendi facultatem ſolis Cardinalibus dederunt: qui quidem mos vſque nunc perdurat.

h *Pro Pontificis ſummi electione animaduerſio.*

i *Imperator ordinat, vt iuxta morem antiquum Papa à Clero, & Populo eligatur, confirmatione Imperat. non expectata.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

580. CONCILIVM [k] PARISIENSE habitum eſt in cauſa Prætextati Rhotomagenſis Epiſcopi. Rés ſic ſe habuit. Rex Chilpericus eum accuſabat, quaſi cum Moroueo filio contra ſe conſpiraſſet,& nonnullas pecunias furto abſtuliſſet. Non probabat: attamen Rex damnationem Prætextati perurgebat. Quem cùm iuſtitiæ memores condemnare nollent, ſuaſu Regis perſuaſerunt, vt ſe reum Regi oſtenderet,atque eius clementiam imploraret: dubio procul impetraturus quod volebat. Tolerauit ſupplicate: at verò primum vt ad genua Chilperici procubuit,

k *Concil. Pariſ.*

in carcerem, & ex eo in exilium deportatus fuit.

582. CONCILIVM [a] CABILONENSE I. habitum eſt in cauſa Sagitarij, & Sabrij Epiſcoporum. Obiiciebantur eis adulteria, homicidia, & alia facinora: quæ per pœnitentiam vt purgarent, decreuerunt Pontifices. Illud eſt additum, quòd Maieſtatis & patriæ proditionis rei perurgebantur. Qua de cauſa ab Epiſcopatu deiecti, & in Baſilicam B. Martini ſub cuſtodia detruſi, cùm inde aufugiſſent, in eorum ciuitatibus alij Epiſcopi ſubrogati ſunt. Gregorius *lib. 5. hiſtor. Franc. capite 27.*

a Concil. Cabilonenſe.

Eodem anno CONCILIVM [b] MATISCONENSE I. coactum eſt. In eo 20. Capitula ſancita, vt ait Ado Viennenſis, ſed 19. tantùm extant, omnes ad morum emendationem, & Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia: compluces ad Iudæorum petulantiam coërcendam. Ne ad ſæculare forum Epiſcoporum cauſæ traherentur. Ne Clerici ſæculari habitu incederent. Actum ibidem de Quadrageſima [c] dicta S. Martiui, ante Natale Domini, trium dierum 2. 4. & 6. feria, in hebdomada, ieiuniis obſeruanda, ex inſtitutione S. Perpetui Turonenſ. Epiſcopi: vnde fluxit, vt nonnulli fidelium ipſum integrum tempus Aduentus, quod Natalem Domini diem præcedit, ieiunio continuato tranſigerent. Quo tempore Canones publicè recitari mandarunt.

b Concil. Matiſcon.

c *Ieiunium tẽpore Aduentus celebrari conſueuiſſe in Eccleſia Romana perſpicuum eſt, tum ex Innoc. III. cap. conſilium. de obſeruat. ieiun. tum ex ipſo ritu Breuiarij Romani, in quo preces illæ ad ſingulas horas ponuntur legendæ in Feriis Aduentus, quæ propriæ ſunt eorum dierum, quibus ieiunatur. Cæterùm hoc ieiunium non tam ex præcepto, quàm ex Conſilio, aut voto à multis ſeruari, Eccleſiæ vſus ſatis apertè teſtatur. Vide Bellar. lib. 2. de bon. oper. in par. cap. 20.*

583. Hoc anno Gregorius, qui anno Domini 581. Præfecturam Vrbanam gerebat, ſed animo ad Monaſterium [d] anhelabat, nuncium remittens ſæculo, paulò poſt factus eſt Monachus. At Pelagius Papa, qui benè cognitam eius virtutem habebat, doctrinam, pietatem, & in rebus agendis induſtriam, & dexteritatem, ſtatim ferè, auulſum è Monaſterio, deſtinat [e] Apocriſarium [f] Sedis Apoſtolicæ Conſtantinopolim ad Tiberium, quod múnus, cùm non niſi S.R.E. Cardinalibus committi moris eſſet, eum licèt inuitum, & renitentem, creat Diaconum [g] Cardinalem. Ipſemet *in Præfat. Moralium ad S. Leandrum Hiſpal. Epiſcopum.* At qui non permiſſus eſt in ſuo Monaſterio Romę degere, proficiſcens Conſtantinopolim ſecum quodam modo illud duxit: *Me ſcilicet multi*, inquit, *ex Monaſterio fratres mei germana charitate ſecuti ſunt*, &c.

d *S. Gregor. fit Monachus.*

e *S. Gregor. Apocriſarius deſtinatur.*

f *Apocriſarij dicebantur Legati Epiſcoporum, & velut eorum locum tenentes, qui res Eccleſiæ gubernabant, negotia ſingulorum audiebant, & ad Epiſcopum referebant. Horum fit mentio in cap. ſignificaſti. de elect. Albericus per Apocriſarios nuncios Papæ intelligit.*

g *Cardinalis Diaconus creatur.*

CONCILIVM [h] BRENNACENSE hoc eodem anno in Gallia habitum eſt aduerſus Gregorium Turonenſem, falsò accuſatum à Leudaſte (ob multa iniuſtè patrata, & damna Eccleſiæ illata, Gregorij opera à Turoni præfectura amoto) quòd nefarium crimen in Reginam Fredegundem, & Berthezamnum Epiſcopum Burdegalenſem, compoſuiſſet, & euulgaſſet, qui purgatus iuramento, Regi Chilperico reconciliatus eſt. Leudaſtes accuſator, ab audientia ſe ſubtraxit, & ab omnibus Eccleſiis eſt excommunicatus. Riculphus Gregorij Presbyter, idémque eius accuſator, morti addictus, ſed à Gregorio ab ea ereptus, non tamen à tormentis excuſari potuit, in quibus confictum crimen confeſſus eſt. Hæc Gregorius *libro 5. capite 47. 48 & 49.*

h *Concil. Brennacenſe.*

Chilpericus Rex auerſans Arianiſmum, declinat in [i] Sabellianiſmum, perſonarum diſtinctionem, ex quadam ignorantia tollens, & Gregorio repugnanti iraſcitur: ſed poſt Saluio Albigenſi acquieſcit, rei veritatem edocenti. Gregor. *lib. 5. cap. 44.*

i *Chilpericus ad Sabellianiſmum lapſus reſipiſcit.*

Ægrotantem Eutychium Epiſcopum Conſtantinopoli Tiberius Imperator adit, benedictionem ab eo percepturus: à quo audit celerem ſuum ex hac vita diſceſſum, qui quatuor poſt menſibus contigit, Auguſto menſe, cùm Eutychius menſe Aprilis deceſſerit. Sub mortem autem, & mortem eiuſdem, contigit altercatio illa inter Eutychium, & Gregorium, de qualitate [k] carnis in reſurrectione, delapſus enim Eutychius incautè in errorem Origenis, ſcripto libro probabat corpus noſtrum in reſurrectionis gloria fore impalpabile, ventis, & aëre ſubtilius. At S. Gregorius aſtruebat, fore ſubtile quidem per effectum ſpiritualis potentiæ, ſed palpabile, per veritatem naturæ, variè illud ex ſcriptura probans. Quibus Eutychius conuictus, pellem manus ſuæ tenens, dicebat: *Confiteor, quia omnes in hac carne reſurgemus.* 586.

k *Eutychius Patriarcha Conſtantinopolitanus de reſurrectione carnis dubitans à S. Gregorio conuictus, carnis veram reſurrectionem fatetur.*

Gregorius Apocriſarij munere perfunctus apud Tiberium Imperatorem, eo defuncto, Romam [l] reuertitur, magnis donatus muneribus, nempe brachio S. Andreæ, cum capite S. Lucæ Euangeliſtæ. Quorum illud extat adhuc in eius Mona-

l *S. Gregorius Romam reuertitur.*

ſterio,

ANNO DOM.

ſterio, in Cœlio monte, ad Cliuum Scauri, ſub titulos Andreæ: hoc verò in Baſilica Vaticana.

587. Gregorius Antiochenus abalienara ab eo ciuitate, multis criminibus accuſatus, ad Imperatorem, & Concilium prouocat. Qua occaſione Ioannes Epiſcopus Conſtantinopoliranus Epiſcopus Concilium [a] euocat, in quo accuſatore in exilium eiecto, Gregorius Epiſcopus abſoluitur. Et Ioannes Epiſcopus Oecumenici [b] arroganter ſibi nomen vſurpat. Quo audito, Pelagius continuò aduerſus eum, datis litteris ad ſingulos Epiſcopos, qui Synodo interfuerunt, quæ in dicta Synodo facta ſunt, ad eam rem ſpectantia irrita reddit.

a Concil. Conſtantinop.

b Ioannes Conſtantinopolitanus Oecumenici nomen vſurpans, à Pelagio Papa reprimitur.

SYNODVS [c] LVGDVNENSIS II. Guntheramni Regis ann. 22. Sex in ea Canones editi, in quibus hoc de leproſis ſancitum: *Placuit etiam vniuerſo Concilio, vt vniuſcuiuſque ciuitatis leproſi, qui intra territorium ciuitatis ipſius, aut naſcuntur, aut videntur conſiſtere, ab Epiſcopo Eccleſia ipſius ſufficientia alimenta, & neceſſaria veſtimenta accipiant, vt illis, per alias ciuitates vagandi licentia denegetur.*

c Synod. Lugdun.

588. MATISCONENSE [d] CONCILIVM hoc anno indicitur, quod ſecundum eſt, dictum Generale, ad quod conuenerunt Metropolitani, ex Prouinciis Guntheramni, ipſius anno 24. Quod autem *Can.* 8. ſanxerunt, de non extrahendis [e] ad Eccleſiam confugientibus, ad id Patres inducti fuiſſe videntur, ob diuerſos caſus, qui diuerſis in locis contigerunt, & maximè ob ea, quæ hoc anno acciderunt, de violato atrio S. Martini, in eo occiſo Eberulſo reo Maieſtaris. Ob necem illatam Chilperico Regi, de quibus Gregor. *lib. 7. hiſtor. Franc. cap.* 22. quæ tamen teſtatur, inuito Rege Guntheramno facta, qui ad hæc miſſis mandatum dederat, vt cuncta fierent, ſalua Eccleſiaſtica immunitate, & his auditis, magnopere ſucсenſuiſſe. Contigit hoc anno etiam, per milites violari Eccleſiam S. Vincentij apud Agennenſem ciuitatem, ſacrilegos vltione diuina ſequente, vt eſt apud Gregor. *lib. 7. cap.* 21.

d Concil. Matiſcon.

e Eccleſiæ immunitate, non violanda quando rei confugientes in ipſam ſe recipiunt.

Can. 13. ſic habet: *Volumus quòd Epiſcopalis domus, quæ ad hoc inſtituta eſt, vt ſine perſonarum acceptione omnes in hoſpitalitate recipiat: canes [f] non habeat, ne fortè hi, qui in ea miſeriarum ſuarum leuamen habere confidunt, dum infeſtorum canum morſibus laniantur, detrimentum verſa vice ſuorum ſuſtineant corporum. Cuſtodienda eſt igitur Epiſcopalis habitatio [g] hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morſibus venenoſis. Vbi igitur Dei eſt aſſiduitas cantilenæ, monſtrum eſt, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare.*

f Canes in Epiſcopi domo non ſint.

g Epiſcoporum domus hymnis cuſtodienda.

Can. 15. agit de reuerentia [h] præſtanda Clericis, & ſic loquitur: *Statuimus, vt ſi quis quempiam Clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vſque ad inferiorem gradum honoris veneranter illi colla ſubdat, prout is officia, & obſequia fideliſſima Chriſtianitatis iure promeruit. Et ſiquidem ille ſæcularis equo vehitur, clericuſq; ſimiliter, ſæcularis galerum de capite auferat, & Clerico ſincerè ſalutationis manus adhibeat. Si verò Clericus pedes graditur, & ſæcularis vehitur equo, illicò ad terram defluat, & debitum honorem illi ſinceræ charitatis exhibeat. Qui verò horum, quæ Spiritu ſancto dictante ſancita ſunt, tranſgreſſor fuerit, ab Eccleſia, quandiu Epiſcopus illius Eccleſiæ voluerit, ſuſpendatur.*

h Clerici reuerendi à ſæcularibus.

589. VALENTINVM [i] CONCILIVM Galliæ II. celebratum eſt, pro donationibus ad pias cauſas factis ab eodem Rege Guntheramno, ſiue à Regina, atque filiabus eius, auctoritate Apoſtolica confirmatis. Addentes, *Quòd ſi quis hæc temerare, aut auferre præſumpſerit, vel necator pauperum, anathemate diuini iudicij plectatur, & veluti ſacrilegij perpetrator, criminis ſui reus, ſupplicij æterni teneatur obnoxius.*

i Concil. Valentinum.

CONCILIVM [k] TOLETANVM III. dictum, ſeptuaginta circiter Epiſcoporum, ex omnibus Hiſpaniæ, & Galliæ Gothicæ, id eſt, Narbonenſis, prouinciis congregatum, Præſide Pelagij Romani Pontificis nomine, S. Leandro Epiſcopo Hiſpalenſi, Regis Reccaredi anno 4 Æra 627. qui eſt annus 589. Reccaredus enim Rex in ipſis regni ſui exordiis Catholicam fidē adeptus, totius Gothicæ gentis, populi inoliti erroris labe deterſa, ad cultū rectæ fidei reuocauit: Synodūq; etiam ad condemnandā Arianam hæreſim cōgregauit, cui Conc. idem glorioſiſſimus Princeps interfuit, ſuaq; eum præſentia, & ſubſcriptione firmauit. Rurſum Rex religioſiſſimus ſanctam allocutus Synodum, petiit ſanciendum, vt iuxta

k Concil. Toletanum.

Q Orien

a Symbolum ante Euchariſtiæ ſumptionem.

Orientalium partium motem, ſymbolum [a] ante Euchariſtiæ ſumptionem quiſque profiterentur. In hac Synodo abuſum illum Patres ſuſtulerunt, quo Clerici ſe inuicem, ad forum ſæculare trahebant: antiquum legitimum vſum reuocantes, vt Clerici non agnoſcerent aliud Tribunal, niſi Eccleſiaſticum, nec ipſis laicis eſſet licitum, Clericos ad ſæculare forum trahere. Et *cap.* 18. ex Decreto piiſſimi Regis præceperunt, vt Iudices [b], & Actores fiſcalium patrimoniorum, ſemel in anno ad Prouinciale Concilium conueniant, vt diſcant, quàm piè, & iuſtè cum populis agere debeant, nec in angariis, aut in operarionibus ſuperfluis ſiue priuarũ onerent, ſiue fiſcalem grauent. *Fiant*, inquiunt, *proſpectores Epiſcopi ſecundum Regiam admonitionem, qualiter Iudices cum populis agant, vt ipſos præmonitos corrigant, aut inſolentiam eorum Principum auribus innoteſcant. Quod ſi correptos [c] emendare nequiuerint, & ab Eccleſia, & à communione ſuſpendant. A Sacerdote verò, & ſenioribus deliberetur, quid per prouincias, ſine detrimento praſtare debeant Iudices, ſi ad Concilium non venerint.* Sic ibi. Habent quod diſcant à nouitio Chriſtiano veterani Chriſtiani Principes. Vetus autem eſt de his ſanctio Eccleſiaſtica Conc. Arelatenſis *cap.* 7. qua iubentur Epiſcopi inuigilare ſuper Præſides prouinciarum, ne quid contra diſciplinam committant: quòd ſi præſumant, anathemate percelluntur.

b Iudices, & Fiſcales à Concilio corrigantur, ſi contra ius aliquid fecerint.

c Iudices ſi correpti non ſe emendauerint, ab Eccleſia, & communione ſuſpendantur.

d Concil. Narbon.
e Aera vox quando cœperit, & quid importet.

Narbonense [d] Concilium anno 4. Reuaredi, Æra 627. celebratum ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſarciendam. Hic nota, quòd vox *Aera* [e] ſupputatio annorum eſt, triginta octo annos ante Chriſti aduentum inuenta, & ſolùm ab Hiſpanis vſitata: ſic dicta vt placet Iſidoro *lib.* 5. *Orig.* ab ære collato, hoc eſt, tributo penſo. Vide Baronium latè hoc explicantem in Notis ad Martyrolog. die 22. Octobr.

f Subdiaconis continentia indicitur.

Hoc anno in Sicilia, cùm Subdiaconis [f] permiſſum antea eſſet, vxores ducere: prohibiti ſunt cum illis permanere, & iuſſi, Romanę Eccleſię more, continentiam ſeruare. Greg. *lib.* 1. *epiſt.* 42. ſed & ex *Can.* 5. Concilij Tolet. hoc anno habiti, videri poteſt; continentiam in Hiſpania Subdiaconis minimè adhuc imperatam fuiſſe.

g Cõſtitutio hæc in Bullario reperitur.

Eodem anno edita eſt Conſtitutio [g] à Pelagio Pontifice, qua damnatur Conciliabulum Conſtantinopolitanum tertium, à Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano conuocatum, *vniuerſalis Eccleſiæ Epiſcopi* nomen ſibi perperam vindicante. *Videatur in Bullario nouo, tom.* 1.

h Epiſcopus ex magna Eccleſiæ neceſſitate, vel vtilitate ex vna Eccleſia in aliam transferri poteſt.
i Præfationes ad Miſſam ſcripſit.
k S. Gregorius Pontifex, inuitus tamen, omnium conſenſu eligitur.

Præterea hic Pontifex canonem Antiocheni Conc. de non transferendis Epiſcopis explicauit, decernens, Epiſcopum [h] poſſe transferri magnæ neceſſitatis, vel vtilitatis Eccleſiaſticæ cauſa. Septem præfationes ſcripſit [i], & vt certis temporibus circa conſecrationem recitarentur conſtituit.

Gregorius Magnus [k], patria Romanus, patre Gordiano, viro Senatorio, 592. vno omnium conſenſu, inuitus etiam, Pontifex creatur. Monachus namque erat. Is itaque non ſibi ipſi, ſed vtilitati hominum, ac diuino honori conſulens, quem certè ob religionem, & pietatem rebus omnibus ſemper anteferebat, ſpretis opibus, poſthabitis voluptatibus, atque omni ambitione, & potentia, gubernacula Reipublicæ Chriſtianæ ſuſcipiens, ita vixit, vt vſque ad tempora noſtra neminem ex ſucceſſoribus parem habuerit, nedum ſuperiorem, vel ſanctitate vitæ, vel diligentia in rebus agendis, vel doctrina & ſcriptis. In Pontificatu multa ſucceſſoribus doctrinæ, ac ſanctitatis exempla reliquit. Peregrinos [l] quotidie ad menſam adhibebat, in quibus, & Angelum, & Dominum Angelorum peregrini facie accepit. Pauperes, & vrbanos, & externos, quorum numerum deſcriptum habebat, benignè ſuſtentabat. Catholicam fidem multis in locis labefactatam, reſtituit. Nam Donatiſtas in Africa: Arianos in Hiſpania repreſſit: Agnoitas Alexandriâ eiecit. Pallium Siagrio Auguſtodunenſi Epiſcopo dare noluit, niſi Neophytos hæreticos expelleret ex Gallia. Gothos etiam hæreſim Arianam relinquere coëgit. Miſſis in Britanniam doctis, & ſanctis viris Auguſtino, & aliis Monachis, Inſulam ad Ieſu Chriſti fidem conuertit, verè à Beda Presbytero, Angliæ vocatus Apoſtolus. De quibus viris Apoſtolicis ſic Beda, & habetur etiam *in libro* 1. *hiſtoriarum Anglicarum capite* 45. *Illi diuina [m] virtute praditi veniebant, Crucem pro vexillo ferentes argenteam, & imaginem Domini Saluatoris in tabula depictam.*

l S. Gregorij geſta in compendio redacta.

m Viri in Britanniam à Greg. miſſi, Crucem pro vexillo ferunt, & imaginem Saluatoris in tabula depicta, Litaniaſq; canentes.

Lita

Anno Dom. 590.

Litaniaſq́; canentes pro ſua ſimul, & eorum, propter quos, & ad quos venerunt, ſalute æterna, Domino ſupplicabant. Atque his armis diuinis potiùs, quàm humanis, breui tempore Regem ſimul cum regno ad Eccleſiæ vnitatem, & Apoſtolicæ Sedis obedientiam reduxerunt. Addit denique Beda id non eſſe perfectum ſine multis miraculis, ſic [a] enim ait *c. 26. At vbi Rex delectatus vita mundiſſima Sanctorum, & promiſſis eorum ſuauiſſimis, quæ vera eſſe, miraculorum quoque multorum oſtenſione firmauerunt, credens baptizatus eſt*, &c. Item *lib. 2. c. 2.* Beda refert, *Auguſtinum in confirmationem fidei cæco viſum reſtituiſſe*: & inferius *cap. 7.* de Melito tertio, poſt Auguſtinum, Cantuarienſi Archiepiſcopo inſigne miraculum furentem reſtinguendi ignem adiungit. & Polydor. *lib. 4. de eodem* (quem Melitum vocat) memorat. Cùm bene multa edidiſſet miracula, poſt quartum annum, quàm ſedere cœperat, è vita in cœlũ migraſſe. Sed reuertamur ad præclara B. Gregorij Papæ geſta. Hic ergo Ioannis Patriarchæ Conſtantinopolitani audaciam fregit, qui ſibi *vniuerſalis* Eccleſiæ Epiſcopi nomen arrogabat. Vnde ad illorum ſuperbiam magis redarguendam, litteras tali inſcriptione ſignatas dabat: *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei.* Quo titulo, Damaſum Papam ante 190. annos vſum eſſe reperio, vt conſtat ex eiuſdem epiſtola ad Stephanum Archiepiſcopum, quæ inter Clementis Papæ opera inuenitur. Damaſus enim floruit anno Domini 379. Gregorius verò Eccleſiæ Catholicæ gubernationem ſuſcepit anno 591. Mauritium Imperatorem eos, qui milites fuiſſent, Monachos fieri prohibentem, à ſententia deterruit. Eccleſiam ſanctiſſimis legibus, & inſtitutis ornauit. In iis, vt in Miſſa *Kyrie eleiſon* nouies repeteretur, vt extra id tempus, quod continetur ſeptuageſima, & Paſcha, *Alleluia* diceretur: vt adderetur in Canone, *Dieſq́; noſtros in tua pace diſponas.* Litanias, ſtationes, & Eccleſiaſticum officium auxit. Quatuor Conciliis [b] Nicæno, Conſtantinopolitano, Epheſino, Chalcedonenſi, tanquam quatuor Euangeliis honorem haberi voluit. Epiſcopis Siciliæ, qui ex antiqua Eccleſiarum conſuetudine Romam ſingulis triennis conueniebant, 5. quoque anno ſemel venire indulſit. Multos libros confecit: quos cùm dictaret, teſtatus eſt Petrus Diaconus, ſe Spiritum ſanctum Columbæ ſpecie in eius capite ſæpè vidiſſe. Admirabilia ſunt, quæ dixit, fecit, ſcripſit, decreuit, præſertim infirma ſemper, & ægra valetudine. Qui denique multis editis miraculis, Pontificatus anno 13. menſe 6. die 14. Idus Martij, qui dies feſtus à Græcis etiam, propter inſignem huius Pontificis ſapientiam, ac ſanctitatem, præcipuo honore celebratur, ad cœleſtem beatitudinem euocatus eſt. Cuius corpus ſepultum eſt in Baſilica S. Petri propè Secretarium.

a *Ad prædicationē cùm miracula acceſſiſſent, Rex fidem recepit, & baptizatus eſt.*

b *Quatuor Conciliis generalibus tanquam quatuor Euangeliorum libris honor habendus.*

Moriturus S. Gregorius, Baſilicæ S. Pauli [c] peculiariter adſcripſit latifundium ad Aquas Saluias cum aliis fundis pro luminaribus accendendis. Pro iiſdem concinnandis, donauit Baſilicæ S. Petri Apoſtoli; oliueta triginta quinque, relicto priuilegio, quod præ foribus eiuſdem Eccleſiæ eſt deſcriptum, & incipit: *Dominis Sanctis, ac beatiſſimis Petro, & Paulo Apoſtolorum Principibus, Gregorius indignus ſeruus*, &c.

c *S. Greg. Legata pia Eccleſiis S. Pauli, & S. Petri facta.*

Circa Litaniarum inſtitutionem, aliqui dicunt Sanctum Gregorium Litanias maiores inſtituiſſe. Hoc autem ſic intelligas, non vt ipſas maiores Litanias Sanctus Gregorius primus inuenerit; ſed quod ad S. Petrum eas indixit. Nam aliàs vetuſtiſſimum [d] morem fuiſſe in Eccleſia Litanias peragere, certiſſimum eſt. In Eccleſia enim Orientali S. Baſilius *epiſt. 63. ad Neocæſarienſes* tradit, in ea Eccleſia in vſu fuiſſe Litanias, etiam temporibus S. Gregorij, cognomento Thaumaturgi, eius ciuitatis Epiſcopi, qui vixit temporibus Decij Imperatoris, quas poſtmodum in cæteris Orientis Eccleſiis conſtat fuiſſe frequentatas, adeò vt eas ſolemniori pompa, etiam Ariani fuerint æmulati, vt ſcribit Socrates *lib. 6. capite* 8. & Sozomenus *lib. 8. cap.* 8. quas tamen Arcadius Imperator edicto promulgato illis inhibuit. *l. 30. de hæretic. Cod. Theod.* Litaniæ etiam reperiuntur dictæ *Proceſſiones* [e], *capite* 17. Concil. Laodic. edit. 2. Conſtat autem penes Latinos, vetuſtiorem fuiſſe vſum procedendi ad loca Martyrum, vt Tertullianus *lib. 2. ad vxorem.* & Hieronym. *epiſt. 12. ad Euſtochium.* Alij eas referunt ad S. Mamertum, qui floruit anno circiter 452. vt ſcribit Ado Epiſcopus Viennenſis *in Chronico*, quæ & *Rogationes* [f] appellatæ ſunt. Quas nihilominùs etiam ipſe Mamertus non inſtituit, ſed reſtituit. Sanè quidem Sanctus Auguſtinus, qui tempore præceſſit S. Mamertum,

d *Litaniarum inſtitutio & vſus antiquus.*

e *Proceſſiones.*

f *Rogationes ante feſtũ Aſcenſionis Domini à S. Mamerto non inſtitutæ, ſed reſtitutæ.*

de iiſdem Rogationibus, quæ præcedunt celebritatem Aſcenſionis Dominicæ, non obſcurè meminit *ſerm.* 173. *de tempore.* Celebrabantur olim in Eccleſia Gallicana Litaniæ noni menſis, de quibus agitur in Concil. I. Lugdun. *cap.* 6. Vſus itaque Litaniatum antiquiſſimus eſt. *Vide Baronium in Annotationibus ad Martyrol. die* 25. *Aprilis.*

a Cardinalium nomen, & vſus ante Gregor. in Eccleſia fuiſſe, contra Caluinum demonſtratur.

Prætetea ſciendum, quod Caluinus *lib.* 4. *Inſtit. cap.* 7 § 30. dicit, Cardinalium [a] nomen ante Gregorij tempora Eccleſiæ penitus ignorum fuiſſe. Sed mentitur, vt ſolet, cùm ante illa rempora notiſſimum fuiſſe conſtet: primùm ex Concilio Romano II. ſub Symmacho, qui vno ſæculo Gregorium præceſſit, vbi tam Presbyteri, quàm Diaconi Cardinales Concilio ſubſcribunt. Rurſus in Romano III. ſub eodem Symmacho nominantur, vbi *cap.* 6. Cardinalibus prohibetur Eccleſiæ ſuæ bona, & poſſeſſiones alienare. Ante Symmachum, Cardinalium fecit mentionem Concilium Romanum I. ſub Silueſtro, qui Symmacho, altero ſæculo prior fuit. Floruit enim Silueſter in Pontificatu circa annum Domini 314. in quo Concilio ita ſtatuitur. *Non damnabitur Presbyter Cardinalis niſi* 44. *teſtibus.* Ante Silueſtrum, Stephanus I. qui Pontificatu functus fuit anno Domini 255. appoſito nomine Cardinales commemorat, vt patet ex Gratiano *diſtinctione* 79. *capite Oportebat. Oportebat*, inquit, *vt ſacroſancta Romana Eccleſia, iuxta quod à Beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, ritè ordinaretur, vt in Apoſtolatus culmen vnum* [b] *de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis conſecraretur.*

b Papa vnus ex Cardinalibus eligendus.

c Caluinus mendacij apertiſſimè conuincitur.

Hinc craſſiſſimum Caluini mendacium apertiſſimè [c] detegitur, qui ante Gregorij tempora inauditum fuiſſe Cardinalis nomen auſus eſt aſſerere, quod tamen tribus ante ſæculis Eccleſiæ familiare erat. Præterea ex hac Stephani I. auctoritare poſtremò relara colligitur, quod, quamuis ante hunc Stephanum fortè Cardinalium nomen non legatur; illorum tamen inſtitutio ab [d] Apoſtolis profecta fuerit. Cùm enim in ea affirmetur, id Eccleſiam à Diuo Petro accepiſſe, vt Decentius vnus ex Cardinalibus in Pontificem eligeretur; ſanè conſequens eſt, vt Cardinalium dignitas iam ab ipſis Apoſtolorum temporibus inſtituta eſſet; tametſi fortè Cardinalis nomen tunc nondum vſurparetur. Enimuerò, vt colligit Polydorus Virgilius *lib.* 4. *de rerum inuentoribus cap.* 9. Cardinalium inſtitutio à temporibus Apoſtolorum exorta eſt, licèt Cardinalium nomen tunc expreſſum non fuerit, niſi ſub nomine Presbyterorum, vel Diaconorum Romanæ Eccleſiæ.

d Cardinalium inſtitutio, quo ad officium ab Apoſtolis orta: licèt Cardinalis nomen tunc vſurpatum non inueniatur.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

e Concil. Hiſpal.

Hispalense [e] Concilium hoc anno 590. celebratum eſt, Præſide S. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo, cui interfuerunt 8. Epiſcopi, qui tria in Synodo decreta firmata ad Pelagium, quem viuere putarènt, direxerunt: inter quæ illud memorabile, quo ſtatuerunt, ſæculares Iudices, permiſſione tamen Epiſcopi, ſeparare debere ancillas, aliáſque extraneas mulieres à Clericis.

f Gunthetamnus iuxta altare à Sicario appetitur, ſed diuina ope liberatur.

Guntheramnus Rex Francorum hoc anno in Eccleſia accedens ad altare [f] communicaturus, à Sicario appetitus, Dei ope illæſus ſeruatus, ipſum captum, ac tantum verberatum, viuum dimiſit, quia nefas putauit occidi, qui ab Eccleſia eductus fuerat. ex Gregor. Turon. *lib.* 9. *cap.* 3.

g Baioariorum ad fidem conuerſio.

Ad hæc rempora referri poſſe videtur Baioariorum [g] ad fidem conuerſio, Theodone, eius gentis Principe, eius nominis tertio, ad fidem Chriſti perducto, per virum ſanctiſſimum Rupertum, Vangionenſem, in Gallia Epiſcopum.

h Concil. Rom.

i Concil. Antisſiodor.

Eodem anno celebratum eſt Concil. [h] Roman. I. pro vnione Schiſmaticorũ.

Eodem anno celebratum eſt Concilium [i] Antisiodorense Diœceſanum. Præſide Anachario eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, ſolo cum Abbatibus & Presbyteris eiuſdem diœceſis, in quo plura ſtatuta in Matiſconenſi Conc. II. (cui idem Anacharius interfuit) pariter repetita eſſe reperiuntur. Habentur in eo ſanciti Canones 45. ad Eccleſiaſticam diſciplinam, & Monaſticam obſeruantiam retinendam ſpectantes. Quorum nonnullorum etſi vſus exoleuerit, antiquitatis tamen indices remanſerunt. De quibus monendum, ne dum duobus ex illis, vigilias [k] prohibitas legis, de ſacris intelligas, ſed quæ in priuatis domibus fieri conſueuerunt. Quàm [l] autem frequens eſſet hoc tempore

k Vigiliæ quædam priuatæ interdictæ.

l Pridie magnorum feſtorum, non ſolùm vigilias agi per noctem, ſed etiam interdiu ieiunari, teſtis eſſe poteſt S. Bern. in ſerm. de vigil. S. Andreæ. Item Burchardus lib. 15. decretor. c. 16. & Innoc. III. c. 1. & 2. de obſeruat. ieiuniorum. S. Aug. lib. 9. confeſſ. c. 7. & ſerm. 251. de temp. Vide Bar. in Notis ad Mart. in Vigilia Epiph.

ſacra

ANNO DOM.

ſacrarum vigiliarum vſus in [a] Galliis, illud oſtendit inter alia, quòd quemlibet diem Dominicum fideles, præcedentibus nocturnis vigiliis agerent, vt docet *Canon* 1. poſterioris Concilij Matiſcon.

a *Vigiliarum frequens vſus olim in Galliarum Eccleſiis.*

Pertinet & ad antiquitatis vſum, quòd eiuſdem Synodi *Can.* 36. prohibetur mulier, nudâ [b] manu Euchariſtiam ſumere, ſed (quod habet inferius *Can* 42.) præcipitur, vt ad hoc opus vnaquæque mulier habeat Dominicalem ſuum, (id eſt, nitida linteamina: *ex ſerm.* 152. Aug. *de temp.*) alioqui non communicet.

b *Euchariſtia ne nuda manu, ſed ſuper niteum linteamen ſuſcipiatur, à Synodo ſtatuitur.*

591. Hoc anno S. Gregor. prouidit, & propenſiore [c] cura Monachis deſertores reuocando; quas vxores duxiſſent, ab eis abſtrahendo: inſtituti tenaces iuuando, & fouendo. *epiſt.* 1 *lib.* 2. Inter deſertores fuit vir illuſtris Venantius Italiæ Cancellarius, diuitiis præpotens, ex Deciorum familia, Gregorio familiaris, quem conatus pluribus litteris reuocare non potuit. Bellorum [d] tempeſtas, Monachatus obſeruantiam relaxarat, & profugientes viri cum fœminis in Inſulas Orſianam, atque Palmariam, & alias, recipientibus eas Monachis, miſericordiæ intuitu, non leue damnum earum conuictus illis intulit.

c *Monachorum diſciplinæ inuigilat S. Gregor.*

d *Religioſi mulierum conſortia, & ſub prætextu pietatis vitent.*

592. Laborauit hoc anno Gregorius in reducendis [e] Schiſmaticis: peruaſerat ſchiſma occaſione damnationis trium Capitulorum, vſque in Hiberniam. Anguſtia preſſi illi Epiſcopi, ad Romanam Eccleſiam ſcripſerant, eos ſcriptis litteris, & miſſo libro, ea de re à Pelagio Papa confecto, docet, & amanter inuitat ad veritatem, quos reſipuiſſe, & ad Eccleſiam rediiſſe, inde certò colligitur, quòd poſt hæc Hiberni Epiſcopi, de rebus dubiis, vti cæteri Orthodoxi, eundem Gregorium conſuluiſſe, reperiuntur.

e *Schiſmaticos Hibernos colligit S. Gregor.*

Eodem anno celebratum eſt in Hiſpania CONCILIVM [f] CÆSARAVGVSTANVM II. Æra 630. ſeptimóque anno, vt ibi ponitur, Reccaredi Regis. Vbi inter alia illud notatu dignum ſancitum reperitur, vt reliquiæ, quæ inuentæ eſſent in Eccleſiis Arianorum, eædem præſentatæ Epiſcopis, igne [g] probarentur, vt tunc legitimæ cenſerentur, ſi ab incendio illæſæ remanerent.

f *Concil. Cæſarauguſt.*

g *Reliquiæ igne probantur.*

Eodem anno NVMIDIÆ [h] CONCILIABVLVM habitum eſt, à Gregorio ſummo Pontifice reprobatum.

h *Conciliabul. Numidiæ.*

593. Hoc anno, qui & numeratur Regis Francorum Childeberti 14. Conuentus Epiſcoporum PICTAVIIS [i] in Galliis celebratus eſt, duarum regiarum Monialium, vniuerſam illam prouinciam commouentium cauſa. Cùm & aliam antea eadem occaſione, oportuerit Synodum celebrari. Digna actio, quæ hic inſeratur, ad truculentiam [l] fœminarum cognoſcendam. Duæ erant Francorum Regum ex concubinatu filię, Chrodieldis Chariberti, & Baſina Chilperici ſub S. Radegundę diſciplina virginitatem, & monaſtica inſtituta profeſſę. Hęc poſt obitum eiuſdem S. Reginæ [k] non patiẽtes ab Abbatiſſa Leubouera regi, primatum ambiebant. Itaque factâ ſeditione, extra clauſtra erũpẽtes, foras egreſſæ, ſecum traxerunt 40. & amplius Virgines, eo prætextu, vt Reges Francorum adirent, & quòd malè tractarentur ab Abbatiſſa expoſtularent. Pedes ierunt, cœlo pluuio, inopiámq; rerum omnium, obſtinatâ peruicaciâ, tolerarunt. Interim cùm nihil à Guntheramno Rege, præter munera obtinuiſſent, multæ ex his virginibus abierunt retro poſt Sathanam, viris matrimonio colligatæ. Duæ illæ cum armato ſatellitio Pictauos regreſſæ, ſe intra Baſilicam S. Hilarij continuerunt, indéque armatos nefandiſſimos homines ad inuadendum Monaſterium miſerunt, vtque Abbatiſſam alligarent, imperarunt. Cùm hæc mandata à nefariis executioni darentur, Gundeſilus Epiſcopus Burdegalenſis, adiunctis ſecum Nicaſio Engoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac ipſo Mirouco Pictauienſi Epiſcopis, ad Baſilicam S. Hilarij aduenit, arguens has puellas, & in Monaſterium reducere volens. Sed cùm illæ obſtinatiùs reluctarentur, & hic cum reliquis eis excommunicationem indiceret, exurgens turba mutionum præfatorum, tanta eos in ipſa S. Hilarij Baſilica cæde mactauit, vt corruentibus in pauimento Epiſcopis, vix conſurgere poſſent. Sed Diaconi, & reliqui Clerici ſanguine perfuſi, cum effractis capitibus Baſilicam ſunt egreſſi. Exinde Chrodieldis, villas Monaſterij peruaſit, & quoſcunque de Monaſterio arripere poterat, plagis, ac cæde affectos, ſuo ſeruitio ſubiugauit: minans, vt ſi Monaſterium ingrederetur, Abbatiſſam de muro deiiceret. Deteriora prioribus, Megæra hæc adiecit. Aggregatis enim ſibi homicidis,

i *Synod. Pictau.*

k *Monialium duarum Regum filiarum truculenta ambitio.*

AN. DO

a Synodus Abbatiſſam priſtinæ dignitati reſtituit.

maleficis,& reliquorum criminum reis, iuſſit eis, vt irruentes nocte in Monaſterium, Abbatiſſam foras extraherent. Quod denique fecerunt, & in vincula coniecerunt, atque ſupellectilem Monaſterij abſtulerunt. Synodus ergo hæc conuocatur ab Epiſcopis,& cognita cauſa, Abbatiſſam [a] innocentem dignitati priſtinæ reſtituerunt; contumaces verò illas à communione ſuſpenderunt,& vt à Regibus acriori ſeueritate coërcerentur, ſupplicarunt. Hę autem ad Childebertum Regem perrexerunt, & malum ſupra malum adiicientes, perſonas, quaſi cum Abbatiſſa miſcerentur, denunciarunt. Audiuit Rex,& vinctos adduci, atque inquiri, cúmque criminis nihil inuentum fuiſſet, dimitti, atque abſcedere imperauit. Quid autem ſequutum fuerit, vide infra *anno 594.*

b Tunica Domini noſtri Ieſu Chriſti inuenitur.

Hoc eodem anno tunica [b] Domini noſtri Ieſu Chriſti in Zaphat, non longè à Hieroſolyma inuenta, confeſſione Simeonis Iudæi à Gregorio Epiſcopo Antiocheno, Thoma Hieroſolymitano Hieroſolymam tranſlata,& publicæ venerationi expoſita eſt. Sigebert. *in Chron.*

c Synodus Metenſis.

SYNODVS [c] METENSIS in Gallia celebrata eſt in cauſa Ægidij Rhemenſis Eiſcopi. Hic maieſtatis reus conuictus, in ordinem redactus eſt. In eadem Synodo 594
Baſina Chilperici Regis filia cum Chrodielde à communione remota, coram Epiſcopis ſolo proſtrata, veniam petiit, promittens ſe cum charitate, Abbatiſſæ Monaſterium ingredi, ac de regula nihil tranſcendere. Chrodieldis, quanquam veniam petiit, recuſauit tamen cum Leubouera in Monaſterio habitare. Vtrique ad preces Childeberti indultum, illa, vt ad Monaſterium rediret; Chrodieldis autem, vt in villa à Rege conceſſa, reſideret.

d Concil. Rom.

e In Pontificis cubiculo pueri laici non ſeruiant.

f Pontificum corpora, quare non cooperta ad ſepulchrum delata.

CONCILIVM [d] ROMANVM II. in cauſa Ioannis Presbyteri Chalcedon. Eccleſiæ. In hoc Concilio ſex Canones conſtituti ſunt. I. eſt, ne Diaconi, quorum munus eſt altari miniſtrare, Euangelium prædicare,& eleemoſynis inſeruire, iidẽ Cantores exiſterent. II. ne cubiculi [e] Pontificio ſeruirent pueri laici,& ſæculares, ſed Clerici, vel Monachi id Monaſterij exhiberent. III. ne Rectores patrimoniorum Eccleſiæ alienis poſſeſſionibus affigant titulos. IV. vt ſine tegmine corpora [f] Pontificum ad ſepulchrum deferrentur: ea nimirum occaſione, quod cùm (vt ait) dalmaticis tegerentur, ipſas poſtea populus inter ſe partitas loco ſacratum reliquiarum aſſeruarent. V. ne in ordinationibus ſacris conficiendis, vel pallij exhibitione aliquid penitus acciperetur, neque à Notariis pro carta, vel calamo quid ſumeretur, niſi poſt ordinationem exhibitam aliquid ordinatus ſpontè dare voluerit. VI. vt ſerui Eccleſiæ ad Monaſticam vitam venire cupientes, in laicali primùm habitu probarentur. 595

g S. Gregor. manus regias in auxilium petit contra non obſeruantes ſacros Canones.

h Catenarum D. Petri limaturam claui aurea clauſam ad Regem pro ingenti munere mittit ſummus Pontifex.

i Clauis cum tali limatura collo ſuſpenſa portabatur.

k Contra tales reliquias contemnentes, vltio diuina graſſatur.

l Tales reliquias Iuſtinianus à Papa Hormiſda petit.

Eodem anno S. Gregor. Regias [g] manus in auxilium petit, pro corrigendis iis, quæ contra ſacros Canones in Galliis agerentur, ſcribens ad Childebertum Francorum Regem. *(lib. 4. ep. 53.)* & ad Brunichildẽm eius matrem: & rurſum ad Childebertum *ep. 6. lib. 5* in quibus præclara ad laudem de Francorum regno: & in fine huius, *Claues preterea,* inquit, *S. Petri, in quibus de vinculis* [h] *catenarum eius incluſum eſt, excellentia veſtra direximus, quæ collo veſtro ſuſpenſa, à malis vos omnibus tueantur.* Moris enim tunc erat, de limatura Catenarum Petri pro ingenti munere ad Reges, & Principes, aliósque viros primarios de Dei Eccleſia benemeritos à Romano Pontifice mitti ſolita, eámque includere aureâ claui ab altari Petri Apoſtoli accepta,& ad abſentes tranſmittere. Hi verò ad quos paruula clauis mittebatur, religiosè accipientes, eam ſuſpendebant ad [i] collum, vt Apoſtoli muniti præſidio, à malis imminentibus tuti eſſent. Idem S. Gregorius recenſet grande miraculum de terribili vltione diuina in Longobardum eiuſmodi religioſi inſtituti [k] contemptorem. Petiit, & ab Hormiſda Papa [l] Iuſtinianus V. C. poſtea verò Imperator, vt earundem Catenarum limaturam ad ſe mitteret, extant de his epiſtolæ manuſcriptæ, quæ impreſſæ habentur apud Auctorem Annalium. De quibus Catenis vide eundem Auctorem *in Notis ad Martyrologium Romanum Calend. Auguſt.*

m Pſeudopropheta quidã Chriſtum ſe dicebat.

Eodem anno Pſeudopropheta quidam [m] Bituricenſis apparuit. Is dum ſaltum ſiluarum ingreſſus, ligna cæderet, ad explẽdam operis cuiuſdam neceſſitatẽ, muſcarum eum circũſedit examen, ex quo per biennium amens eſt habitus, diabolicæ emiſſionis nequitia. Hic prouincias Arelatenſem,& Gabalitanã circuibat, Chriſtũ

ſe

ANNO DOM.

ſe vocabat: aſſumptam verò quandam mulierem pro ſorore, Matiam appellabat. Confluebat ad illum multitudo populi exhibens infirmos, quos contingens, ſanitati reddebat. Conſerebant autem ei aurum, argentum, ac veſtimenta, iis qui ad eum veniebant: quod ille, quò facilius ſeduceret, pauperibus erogabat, proſternens ſe ſolo in oratione cum muliere: à qua conſurgens, adorari ſe iubebat. Prædicebat futura, ſcilicet, aliis morbos, aliis damna, paucis ſalutem. Sed hæc omnia diabolicis [a] artibus, & præſtigiis perpetrabat. Seducta eſt autem per eum multitudo immenſa populi, & non tantùm ruſticiores, ſed etiam Sacerdotes, atque Eccleſiaſtici illi credebant. Pluſquàm tria millia illum ſequebantur: quorum potentia fretus, cœpit ſpoliare, ac prædari quos in itinere reperiſſet: Epiſcopis, ac ciuibus minas intentabat, quòd eum nollent adorare. Contra Aurelium Belluacenſem Epiſcopum, exercitum ſuum duxit, & qui ei bellum nunciarent, præmiſit, ſed extremo ſuo damno. Vnus enim ex pluribus ab Epiſcopo, ad ſciſcitandum quid ſibi vellet, miſſus, cùm finxiſſet, ſe velle genua Pſeudochriſti oſculari, illum cultro diſtricto confodit. Maria illa ſuppliciis data, omnes eius præſtigias publicauit. Gregor. Turon. *lib. 10. hiſtor. cap. 25.*

a *Artes diabolicæ deteguntur.*

597. CONCILIVM [b] TOLETANVM ab Epiſcopis ſexdecim; cuius duo Canones tantummodò reperiuntur, de caſtitate à Clericis ſeruanda, vt ſi quis eam violauerit, non ſolùm gradu excidat; ſed & duro carceri mancipetur.

b *Conc. Tolet.*

598. OSCENSE [c] CONCILIVM in Hiſpania celebratur Æra 636. cuius duo tantùm extant Canones de Canonica diſciplina clericorum, vt caſtitate ſincera, & haud dubia polleant.

c *Conc. Oſcenſe.*

NARBONENSE [d] CONCILIVM in Gallia; plura in eo ſtatuta de diſciplina Eccleſiaſtica. Inter cætera cautum, ne purpureis veſtibus clerici vterētur. Ne Iudæorum corpora pſallendo deducerentur ad ſepulturam. Ne clerici albam deponant ante Miſſam conſummatam. De diuinatoribus, & ſortilegiis reuelandis, & alia.

d *Conc. Narbon.*

Hoc eodem anno defunctus [e] Gunthramnus Francorum Rex religioſiſſimus, ſepultus eſt in Eccleſia S. Marcelli, quam maximo ſumptu ipſe ædificauerat, qui & in territorio Senonum Monaſterium [f] quoque conſtruxit, & redditibus auxit, & per Synodum 40. Epiſcoporum, vt in eo ordo pſallendi inſtitutus à S. Auito, & reliquis Pontificibus in Eccleſia Agaunenſium Martyrum teneretur, ſanciri voluit.

e *Guntheramnus Francorū Rex moritur.*

f *Pia loca conſtruit & dotat.*

599. SYNODVS [g] CONSTANTINOPOLITANA aduerſus Cyriacum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui nomen *Oecumenici* ſibi attribuere volebat.

g *Synodus Conſtantinopolitana.*

BARCINONENSE [h] CONCILIVM hoc anno in Hiſpania celebratur, Æra 637. anno 14. Reccaredi Regis, cuius quatuor cùm extent Canones, duo aduerſus ſimoniacum ſcelus ſanciti eſſe noſcuntur: tertius verò aduerſus laicorum ordinationes, non ſeruato canonico tempore, de quibus iiſdem admonuerat Gallicanos Epiſcopos. Quartus aduerſus eos, qui poſt votum continentiæ ad terrena connubia tranſirent: & fœminas, quæ à pudicitiæ violatore ſe nollent ſeparare, vt ab omnium Catholicorum communione ſint ſeparati, cùm audire potuiſſent, Virgilium Arelatenſem Epiſcopum Galliarum Primatem, & Syagrium Auguſtodunenſem obiurgatos à S. Gregorio *lib. 7. epiſt. 120. Ind. 2.* quòd huiuſmodi quoddam facinus inultum reliquiſſent.

h *Conc. Barcinon.*

Hoc ipſo anno Rex Hiſpaniæ religioſiſſimus Reccaredus [i], delectos pios viros Abbates, Romam miſit cum muneribus ad limina Apoſtolorum, de quo illum S. Gregorius commendat, & pia illi munuſcula mittit. *lib. 7. epiſt. 26. Ind. 2.*

i *Reccaredus munera Romā mittit, cui S. Gregor. pia dona largitur.*

601. Auguſtinus ab Arelatenſi Epiſcopo ordinatus Anglorum Epiſcopus, reuerſus in Angliam, Legatos [k], Petrum, & Laurentium Romam ad B. Gregorium mittit, vt nouas operas, in ſubſidium conuerſionis Anglorum mitteret, qui non modò cooperatores, ſed & vniuerſa, quæ ad cultum erant, & miniſterium Eccleſiæ neceſſaria, vaſa, videlicet, ſacra, & veſtimenta altarium, ornamentáque Eccleſiarum, & ſacerdotalia, vel clericalia indumenta, ſanctorum etiam Apoſtolorum, & Martyrum reliquias, necnon codices plurimos tranſmiſit. Beda *libr. 1. cap. 29.* commendans eos Francorum Regibus, *lib. 9. epiſt. 53.* & Epiſcopis, *lib. 9. epiſt. 49.*

k *Auguſtinus Anglorum Epiſcopus Legatos ad B. Gregorium mittit, cooperatores in vinea Domini petens.*

Anno Dom.

Ad ipſum quoque Auguſt.Epiſcopum Anglorum gratulans ſcribit *lib.9. epiſt.59. Ind.4.* monénſque vt quando Deus per eum magna miracula oſtendit, de eodem dono cœleſti & timendo gaudeat, & gaudendo pertimeſcat. Scripſit pariter ad Adelbertum Regem & ad Reginam Adilbergam *lib.9.epiſt.59.60 Ind.4.*

a *Concil.Rom.*

Hoc eodem anno Gregorius Romæ [a] Concilium habuit, in quo inter alia damnatus eſt Andræas Græcus, ſub Monachali habitu incluſus degens apud Eccleſiam S.Pauli, detectus impoſtor, atque falſarius, de quo idem Gregorius ad Euſebium Theſſalonicenſem Epiſcopum, *lib.9.epiſt.69.Ind.4.* ſcribit, ipſum falſaſſe epiſtolam eius. In eodem Concilio Probo Abbati data eſt facultas teſtandi de iis bonis, quæ ante Monaſticum habitum ſuſceptum habebat.

b *Conc.Bizacenum.*

Concilium [b] Bizacenum in cauſa Clementis Primatis. 602.

c *Conc.Numidiæ.*

Concilium [c] Numidiæ in cauſa Dona Dei Diaconi, & Paulini 604.
Regenſis Epiſcopi.

d *B.Gregor.moritur.*

e *Phylacteriorum nomine crux pectoralis reliquiis referta, ſignificatur.*

f *Traiani anima ab inferno liberata.*

Eodem anno S.Gregorius Papa [d] moritur, cùm ſediſſet ann.13.menſ.6.dies 9. ſepultus eſt in extrema porticu Baſilicæ S. Petri. Huius Beatiſſimi Gregorij venerabile corpus à Gregorio IV. Pontiſ. poſt annos 125. (malè 50.) tranſlatum, ante Nouellum Secretarium, conſtructis abſidibus, ſub altare ſui nominis collocatur: in quo pallium eius, & phylacteria, ſed & baltheus eius conſuetudinaliter oſculantur, inquit Ioan. Diaconus, per phylacteria [e] autem crucem pectoralem, reliquiis refertam ad collum ferri ſolitam ſignificari, ex ipſius Gregorij, *ep.lib.12. epiſt.7.Ind.7.ad Theodolindam*, intelligitur. Plura de ipſo B.Gregorio, de ſanctitate eius, & miraculis lege Ioan.Diaconum, & Anaſtaſium. De anima verò Traiani [f], quæ B.Gregorij precibus ab inferno liberata aſſeritur, talis hiſtoria à nonnullis improbatur; à pleriſque etiam viris doctis, vt vera ſupponitur, ab aliquibus etiam probatur, & defenditur: quibus nos libenter ſubſcribimus.

g *Sabinianus PP. eligitur.*

h *Sabinianus S. Gregorio aduerſarius.*

i *Sabinianus à S.Gregorio per viſum admonitus, non reſipiſcens, percutitur.*

Sabinianvs [g], cuius patria ignoratur (ac meritò quidem) Gregorio 605.
ſucceſſit. Homo enim obſcuro loco natus, obſcurior moribus, rebus geſtis Gregorij [h] viri ſanctiſſimi aduerſatus eſt. Nam cùm ſub ſuo Pontificatu fame laboraretur, inſtaréntque pauperes, vt pietatem Gregorij eleemoſynis imitaretur, nil aliud reſpondebat, quàm Gregorium popularem famam aucupantem, patrimonium Eccleſiæ largitionibus diſſipaſſe. Paululum etiam abfuit, quin libri eius cōburerentur: adeò in Gregorium ira, & inuidia exarſerat homo maleuolus. Gregorius per viſum [i] ei ter apparuit, & increpauit, & quia non reſipuit, quartò etiam increpauit, & in capite percuſſit. Quo ille dolore vexatus, poſt quintum menſem & vndeuiceſimum diem Pontificatus obiit, funúſque eius à S. Ioannis Eccleſia per portam Aſinariam & pontem Miluium ad Baſilicam Petri defertur. Vacat Sedes eius morte menſes vndecim, dies viginti ſex.

k *Bonifacius PP. creatur.*

l *Romana Sedes omnium Eccleſiarum caput eſt.*

Bonifacivs III. [k] patriâ Romanus, ex Diacono à Gregorio Apocriſa- 606.
rius miſſus ad Phocam Imp. poſt vnius ferè anni vacationem 15. Cal. Mart. Papa creatur. Hic à Phoca obtinuit, vt Sedes B. Petri Apoſtoli, quæ caput [l] eſt omnium Eccleſiarum, ita & diceretur, & haberetur ab omnibus, ſeruato ſibi diuino priuilegio: quem quidem locum Eccleſia Conſtantinopolitana ſibi vindicare videbatur, fauentibus interdum malis Principibus, affirmantibúſque eo loco primam Sedem eſſe debere, vbi Imperij caput eſt.

Sed meritò Sedes Romana cæteris antefertur, cuius integritate, & conſtantia cunctæ hæreſes confutatæ ſunt, & exploſæ.

Idem quoque Bonifacius inſtituit, ne quis in demortui Pontificis, aut Epiſcopi locum ſubrogaretur, niſi tertio ſaltem poſt obitum eius die; & multa alia. Poſtremò, Pontificatus ſui menſe nono mortuus eſt. Sepultúſque in Vaticano. Vacat tum Sedes menſe vno, diebus ſex.

m *Conc.Rom.*

Hoc anno celebratum eſt Concilivm [m] Romanvm, in quo determinatum eſt de modo eligendi ſummum Pontificem.

n *Bonifacius IV. Papa creatur.*

o *Pantheon Deo & S. Virgini conſecratur.*

Bonifacivs IV. [n] ex Valeria Marſorum ciuitate, ex presbytero, Pon- 607.
tifex creatur die 18.Sept. qui ſtatim domum ſuam in monaſterium erexit, & redditibus locupletauit. Hic Pantheon [o] nobile Romæ delubrum à M. Agrippa, ter Conſule erectum, & Ioui vindici conſecratum, à Phoca impetrat, & in honorem Dei Genitricis Mariæ, & ſanctorum Martyrum, poſt ſexcentos triginta duos an-

nos

Anno Dom.

nos, Deo conſecrat, titulo Dei Genitricis ad Martyres. *ex Anaſtaſio.* Sedit annos 6. menſes 8.

Sub hoc Pontifice celebrara ſunt ſequentia Concilia.

610. Romanvm, [a] in quo actum eſt de his, quæ Mellitus Leudonienſis Epiſcopus, ex Aoglia attulit, cum Apoſtolico Papa conferenda, qui & ſedit cum aliis Italiæ Epiſcopis in Synodo, & epiſtolas retulir ad Laurcotium Archiepiſcopum, & Clerum, atque ad ipſum Regem Edilbertum, & genrem Anglorum, ex Beda *lib. 2. c. 4. hiſtor. Anglic.* His accedebat alia cauſa, quæ & potiſſima videri poterat de Eccleſiæ S. Petri monaſterij extra mœoia Londinij facta diuinitùs dedicatiooe; num rara haberi deberet. quam rem ſanè admirandam Ealredus Abbas, qui res geſtas S. Eduardi, Regis Anglorum, ſcriptis tradidir, hoc ipſum poſteris probè teſtatum reliquit.

a *Conc. Rom.*

Eodem anno 610. qui ab Hiſpanis vocatur Æra 648. celebratum eſt Toletanvm [b] Concilivm ſub Gundemaro Rege, qui rertius fuir à Reccaredo primo, ex Gothis Rege Catholico, poſt eum eoim Liuba regoum renuit annos duos, & ſucceſſor eius Witericus annos ſex, menſéſque decem. Cauſa Concilij apparet ex Actis, & Gundemari conſtitutione, boc eodem anno edita; nimirum, vt profirerentur, Eccleſiam Toletanam Carthaginenſis prouinciæ eſſe Metropolim, eámque antiquitùs conſecutam eſſe dignitarem. Quod ooonulli, leui quadam coniectura labefactare ſtudebanr. Vt autem non vnius Carthaginenſis, ſed torius Hiſpaniæ Toletanus Epiſcopus Primas eſſet, ab Eccleſia Romana Toletanam Eccleſiam eſſe conſecutam, certum eſt. Sed quando id primum, nobis incompertum eſt. Nam quod aliqui tradunt, ab ipſis temporibus S. Petri Apoſtoli, & ab ipſo Perro, haud probari poteſt.

b *Conc. Tolet.*

Summo tamen hooore ſuper omnes alias [c] Hiſpaniarum Eccleſias ſemper habitam eſſe Toletanam, frequenriora illic celebrara Concilia ſatis iodicanr.

c *Toletana Eccleſia ſuper omnes alias Hiſpaniarũ Eccleſias ſemper habita eſt.*

614. Hoc anno celebratum eſt Concilivm [d] Tarraconense ad mores.

d *Concilium Tarracon.*

Eodem anno, Bónifacius IV. Papa moritur [e] 8. Maij, eùm ſediſſet ſex menſes, dies 13. Vacar rum Sedes menſes ſeptem, dies 6.

e *Bonifacius Papa moritur.*

Eccleſia Anglicana collapſa [f] hoc anno reſurgir; cùm enim Laurentius Archiepiſcopus, Mellitum & Iuſtum ſecuturus eſſer in Galliis, noctu increpirus ab Apoſtolo Petro, & flagellarus, manè adut Regem: qui viſis vibicibus flagellorum conterrirus, & intus illuſtrarus, reiecto omni Idololarriæ cultu, & nefario abdicaro connubio, fidem Chriſti ſuſcipir, & Epiſcopos ex Galliis euocat. Ex Beda *lib. 2. cap. 6.*

f *Anglicana Eccleſia collapſa reſurgit.*

Hoc anno, quinro Heraclij Imper. irrumpentibus Saracenis in Laueam & omnia vaſtantibus, ſeptem pòſt diebus ſacroſancta Ieroſolymorum [g] ciuitas à Coſrhoë Perſarum Rege capitur, & viuifica ligna ſanctæ [h] Crueis, cũ multa præda in Perſidem abducuntur.

g *Ieroſolymorum ciuitas à Perſis capitur.*

h *Lignum S. Crucis in Perſidem tranſportatur.*

Ad hæc mala illata à Saracenis, ac multò magis Perſis, acceſſit exprobrarlo [i] Iudæorum, quaſi victa cruce, extinctum ipſum videretur Chriſtianæ Religionis robur, atque porentia; quod planè debilioribus fuit ſcandalum.

i *Iudæorum exprobratio.*

Sed admiratione dignum illud fuit, impium hominem Coſrhoëm, adeò eſſe reueritum ſalutis noſtræ [k] rrophæum, vt nec auſus fuerir ab ipſa Theca, qua operiebatur, ſignaculum amouere, & claue aperire, vt vel illud inſpiceret; ſed rimere perculſum, vri in ſacroſancto templi loco aſſeruabatur, eodem modo in Perſidem voluiſſe transferre, veluti demum, intactum Ieroſolymam reporratum fuit. Quod teſtarus eſt Modeſtus tunc Ieroſolymorum Epiſcopus apud Suidam.

k *S. Crucis lignum ab infidelibus non tangitur.*

615. Devs dedit [l] Romanus ex Subdiacono, nouo exemplo, ob egregiam ſanctiratem, ſucceſſor creatur 13. die Nouembr. Clerum mirum in modum dilexir, & auxir. Ferunt quidam, hunc tantæ ſanctiratis fuiſſe, vt quendam obuium
616. elephanriæ morbo laborantem, oſculo ſuo leprâ ſtatim liberauerit. Conſtituir autem vir optimus, ne filius patrini puellam è ſacro fonte à patre leuatam, ducere io
617. vxorem poſſet. At verò vbi ſediſſet annos tres, minùs diebus quinque, ex hac vita [m] deceſſit, octaua die Nonembris, & ſepultus eſt in Vaticano. Vacat ſedes menſem vnum, dies ſexdecim.

l *Deus dedit Papa ſuccedit.*

m *Deus dedit moritur.*

a Boniſac. V. Pontiſex creatur.

BONIFACIVS [a] V. Neapolitanus, Deus-dedit mortuo, ſubrogatur: qui ac- Anno Dom. 618.
cepto nuntio de Eadualdo in Anglia Rege, & Edilberga ſorore conuerſa, vxore
Eduini Regis, admodum lætatus, Iuſto Roffenſi Epiſcopo gratulatur, & pallium
in ſignum elargitæ plenitudinis poteſtatis mittit. Beda *lib. 2. c. 8.*

b Sanctio ne quis in clericum cooptetur, niſi in defuncti locum ſubrogetur.

Exigente Sergio Patriarchâ Conſtantinopolitano Heraclius hoc anno Prag-
maticam edidit ſanctionem [b], ne quis cooptaretur in Clerum, niſi in defuncti lo-
cum ſubrogetur: accedebat enim, vt procerum fauore, complures ſe intruderent
in eam Eccleſiam, adeò vt reditus ad alendos omnes non ſuppeterent.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

c Conc. Matiſcon.
d Conc. Hiſpal.

MATISCONENSE III. [c] hoc anno 618. pro Regula Columbani.

HISPALENSE [d] pro Eccleſiaſticis negotiis: & contra Acephalos hæreticos, 619.
negantes temerariè duas in Chriſto naturas in vna diuina perſona.

e Heraclius pro bello ineundo, vaſa ſacra, & ornamenta ab Eccleſia mutuò accipit.

Heraclius parans expeditionem in Perſas, [e] exhauſtis totius Imperij opibus, 620.
cogitur ab Eccleſiis muruum accipere, conflatis etiam ſacris vaſis, & ornamentis.
Quod tamen non probauit magnus Ioannes Eleemoſynarius, pauperum aiens
eas eſſe opes. Permiſit tamen auferri, ſed diuinitùs ſtatim longè plura, quàm abla-
ta fuerant, Patriarchæ reſtituta ſunt. Quòd cùm id ſciuiſſet Nicetas Patricius,

f Vaſa ſacra præſtata reſtituuntur.

qui nomine Imp. abſtulerat, & ablatas [f] reſtituit, & trecentas auri libras amplius,
de ſuo addidit: Altercatio inter Nicetam, & Epiſcopum Ioannem extat in vita,
planè digna, quæ legatur.

g Euangelio apud Anglos Aquilonares aperitur via.

h Chriſtiana vxor Pagano non danda.

Hoc anno aperitur via Euangelio [g] apud Aquilonares Anglos, Nordamhum- 625.
bros dictos, ex huiuſmodi occaſione (Beda *lib. 2. c. 9.*) Eduinus eorum Rex, poſtu-
lata in vxorem, Edelburga, Edelberti Cantuariorum Regis filia, & Eadbaldi ſoro-
re, Chriſtiana, cùm reſponſum eſſet, non licere [h] Chriſtiano, Chriſtianam virgi-
nem Pagano homini dari; permiſit ſe illi, & omnibus, qui cum ea veniſſent, per-
miſſurum liberam fidem, & cultum ſuæ Religionis, atque adeò, ipſummet can-
dem ſuſcepturum, ſi prudentibus ſanctior videretur. Mittitur igitur virgo, & ſimul
Paulinus, olim à S. Gregorio Pont. Romano Auguſtino, & aliis in ſubſidium miſ-
ſis, & nunc à Iuſto Archiepiſcopo ordinatus Epiſcopus. Vt hoc Bonifacio Rom.
Pont. cognitum fuit, pro ſuo Paſtorali officio litteras ad Eduinum miſit, exhor-
tans ad fidem, & ad Reginam pariter, vt coniugem ad eandem pelliciat, & impel-
lat. Quæ extant apud Bedam *lib. 2. c. 20.*

i Bonifacius moritur.

Bonifacius Papa V. hoc anno, cùm ſediſſet annos ſeptem, menſes decem, diem
vnum, vigeſima quinta menſis Octobris [i] moritur. Sepultus apud B. Petrum, ex
Anaſtaſio, qui êius aliquot ordinationes, & decreta ponit. Quorum vnum eſt, ne
qui ad Eccleſias confugerent, inde vi retraherentur. Vacat tum Sedes dies 13.

k Honorius Papa creatur.

HONORIVS natione [k] Campanus creatur Romanus Pontifex. Hic doctri- 626.
nâ, moribus ſanctiſſimis, omnem propè Clerum renouauit. Baſilicam S. Petri te-
gulis æneis ex Ioue Capitolino ſumptis cooperuit. Multa tẽpla & reſtituit, & ma-
gnificentiſſimis operibus ædificauit. Moritur autem vir ſanctiſſimus anno Ponti-
ficatus ſui 12. m. 5. d. 17. & in Baſilica S. Petri ſepelitur 4. Idus Oct. Vacat tum Se-
des annum vnum, menſes 7. dies decem & octo.

Honorius defenditur à calumnia.

Hic Pontifex accuſatur [l] à Græcis, quòd fuerit Monothelita: ſed egregiè de-
fenditur à S. Martino Græco auctore illius temporis, & etiam à Card. Bellarmino
lib. 4. de Rom. Pont. c. 11.

n Eduinus Rex tandem baptizatur.

Hoc anno Eduinus [m] Rex Nordumbrorum Anglorum, cum cunctis gentis 627.
ſuæ nobilibus, ac plebe plurima (ab Incarnatione Domini anno 627. ab aduentu
verò Anglorum in Britanniam, circiter 180. regni 11.) baptizatur Eboraci, in qua
ciuitate ipſi Paulino Epiſcopo Sedem Epiſcopalem donat, qui longè, latèque diu
Euangelium prædicauit.

Idem quoque Rex Eduinus, ſic erga cultum veritatis affectus eſt, vt ad eundem
Regem quoque Orientalium Anglorum Carpualdum pelliceret. Ex Beda *lib. 2.*
cap. 14. & 15.

Lignum S. Crucis Ieroſlymam aſportatur.

Hoc anno Conſtantinopoli Hieroſolymam Heraclius profectus, ſanctæ Crucis 628.
lignum [n] retulit: tùmque illud contigit miraculum, quod habetur ex Ritualibus
Eccleſiaſticis, cum Regio cultu Crucem Domini ſuis humeris ferens Imperator,
cõſiſtere coactus eſt in porta, quæ ad Caluariam ducit. Nec niſi monitu Zachariæ

Pon

Pontificis,plebeio ſumpto habitu,& depoſitis calceis,datum eſt progredi. Atque inde Exaltationis [a] feſtum 14.Septemb. initium ſumpſit apud Latinos:nam apud Græcos eo die Inuentionem celebrant, nomine Exaltationis, & Latini Inuentionem in Maio.

a Exaltationis S. Crucis feſtum.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

RHEMENSE, [b] in cauſa diſciplinæ Eccleſiaſticæ reformandæ.

b Conc.Rhemenſe.

630. Eodem anno Mahometus [c] ex patre Pagano, & matre Hebræa Hiſmaëlitici generis magnum in Chriſtianum populum excitauit incendium. Qui cùm magnum ſe Dei Prophetam aſſereret, magicis artibus Aſianos,& Africanos deludens,ita quoſdam populos concitauit noua à ſe religione imbutos, vt paululum abfuerit,quin omninò Imperij nomen deleret, capta Alexandria, multiſque alijs Syriæ,& Ciliciæ vrbibus.Qui annos penè natus 40.poſtquam tam tetra peſte animos hominum infeciſſet,extinctus eſt. Viſitur in Arabiæ vrbe Mudina [d] eius ſepulchrum,vti ſanctorum apud nos.

c Mahometis origo, & progreſſus.

d Mahometi ſepulchrum à ſuis religioſa ſuperſtitione viſitur.

633. Hoc anno SYNODVS [e] ALEXANDRINA à Cyro Monothelita coacta eſt,in qua Monothelitarum hæreſi viam aperuit. Decreuit vt duæ quidē in Chriſto [f] naturæ agnoſcerentur:duarum autem voluntatum,& duarum operationum nomina ſupprimerentur: & in loco eorum in Chriſto vna tantùm Dei virilis voluntas,& operatio diceretur. Ea de vna Chriſti voluntate ſententia,ad nihil aliud tendebat,quàm ad tollendam naturarum in Chriſto vnitatum differētiam, quam Eutychiani & Apollinariſtæ, atque Neſtoriani coniunctis manibus auferebant: nam & illi non niſi vnam in Chriſto voluntatem ponebant. Pro hoc ergo Cyrus decretum fecit,quod SATISFACTIO dicitur.

e Synod. Alexandr.

f Monothelitarum hæreſis, ne in Chriſto duæ voluntates, & duæ operationes confiterentur.

Eodem anno celebratū eſt CONCILIVM [g] TOLETANVM IV. generale dictū anno 3. Siſenandi Regis piiſſimi. Affuere Epiſcopi 62. Capita 70. ſtatuta de doctrinâ Catholicâ,& Eccleſiaſtica diſciplinâ,& bonis moribus. Præfuit S.Iſidorus Hiſpalenſis. Primo loco fidei profeſſio à Patribus edita, in qua Spiritum ſanctum à Patre,Filióque procedere profeſſi ſunt,more maiorum,vt Acta declarant.

g Conc.Tolet.

Sancto Iſidoro iniunctum à Patribus, multi exiſtimant, vt officia Eccleſiaſtica ordinaret, quod & perfecit.Extat adhuc Miſſale,[h] & Breuiarium, ſub eius nomine,*Mozarabe* dictū, quaſi mixtarabes,corrupto vocabulo, cùm,poſt occupata ab Arabibus Hiſpania, diu in ea Hiſpani mixti Arabibus vixerint, qui ab extorribus & agentibus in alijs prouinciis Hiſpanis,Mixtarabes dicti ſunt.

h Miſſale, & Breuiariū Mozarabe dictum.

635. Hoc anno mirum quoddam accidit Birino[i] Epiſcopo,qui de conſilio Honorij Papæ, profectus in Angliam, Occidentales Saxones, Geniſſos dictos,cum Cynigildo Rege,conuertit ad fidem, ipſo Oſualdo de ſancto eum lauacro ſuſcipiente, eique filiam in matrimonium elocante. Vterque Rex vrbem Dorcineam ad extruendam ibi Sedem Epiſcopalem, Birino Epiſcopo donat, apud Surium 3. Decemb. Mirum autem quod accidit, hoc fuit. Ad littus Britannici freti, arrepto itinere,prouenieus ipſe,aſcenſurus nauim,diuina celebrauit myſteria,ſibi ſuiſque viaticum parans ſalutaris hoſtiæ prælibamina Deo obtulit.Vrgente verò nauigationis articulo,ad nauim feſtinans,introductus,inſurgente vento,dum alta ſulcarent pelagi,reminiſcens Birinus ſe rem præcipuè charam amiſiſſe,& nautis vrgentibus impeditum, in littore, vnde abſceſſerat reliquiſſe. Dederat enim ei Honorius Papa pallam,ſuper quam corpus Chriſti conſecrabat,& in qua corpus Dominicum inuolutum,& ad collum ſuſpenſum[k] ſemper ſecum ferebat, atque inter ſacranda ſacroſancta myſteria, ſuper ſanctum altare ponere conſueuerat. Fide igitur armatus,in mare deſcendit, Deum auctorem habens, per mare ſecutus inceſſit, & recepto quod reliquerat,ad nauim regreſſus eſt. Offendit autem illam quaſi immobilem ſtantem, cùm paulò ante per vndas maris velociter currentem reliquiſſet.Vt autem in ea ingreſſus eſt, nec vna quidem in veſtimento eius aquæ gutta deprehenſa eſt.Id nautæ videntes, flexis genibus ipſum venerati ſunt. Perſeuerabat eo tempore conſuetudo portandi in itinere, terra, maríque ſacroſanctam Euchariſtiam ſudario inuolutam: quam piam conſuetudinem ſicut feruens religio introduxit,ita & religio æquè ſancta ſubduxit. Suadebat illud tunc fides, quod poſtea reuerentia diſſuaſit. Vtrobique commendandi fideles. Hæc conſuetudo temporibus noſtris renouata eſt à Papa Clem. VIII. qui dum Romā Ferra-

i Birino Epiſcopo mirum accidit.

k Euchariſtiam in pectore geſtabant olim Epiſcopi itinerantes.

tiam

riam pergeret, ſanctiſſimum ſacramentum ſemper præuium habuit. *Vide infra anno 1592.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM TOLETANVM V. primo 636.
Cinthiliani Regis, Epiſcoporum 200. Extant Canones nouem, iidem pro Regis
ſalure, & ſtabilitate Regni ſtaturi.

a Reges Hiſpaniarum cur Catholici nominentur.

Hoc anno CONCILIVM TOLETANVM VI. genetale, ſiue nationale,
effecêre per ſe, vel per Legatos Epiſcopi 52. anno Cinthiliani Regis ſecundo.
Continet capita nouem. & *cap.* 3 continetur, quod ſempiterna memoria dignum
eſt, de Chriſtianiſſimo Rege conſpirante cum Epiſcopis, vt nullus, niſi Catholi-
cus tolcretur in Regno, & Reges deinceps, antequam regnum ſuſcipiant, hoc
ſeruare promittant, ſub graui anathemate, vt non immeritò Hiſpaniæ Reges *Ca-* 639.
tholici [a] cognominentur.

SEVERINVS Romanus, patte Labieno, in demortui Honorij locum ſub-
rogatus eſt. Hic vit ſingularis pietaris & religionis, amator pauperum, in calami-
toſos benignus, in omnes munificus, in reparandis templis ſplendidus, Pontifica-
tus ſui anno primo moritur, ac ſepelitur in Vaticano quarto Nonas Aug. Vacat
tum Sedes menſes quatuor, dies vndetriginta.

b Conciliabulum Conſtantinopolitanum.

c Ecthesis promulgatur.

Sub hoc Pontifice hoc eodem anno 639. celebratum eſt CONCILIABV-
LVM [b] CONSTANTINOPOLITANVM quo Sergius Epiſcopus Edictum,
Ecthesim, [c] ſeu expoſitionem dictam, continentem, ſub nomine Imperatoris pro-
mulgat ad ſuam ſtabiliendam hæreſim: eandémque per Iſacium Exarchum Ita-
liæ ad Seuerinum Papam mittendam curat, ab eo probandã, vt in Synodo Con-
ſtantinopolitana probata fuerat. At is eam planè condemnauit, & anathematiza
uit. *Ex Act. Concil. Lateran. ſub Martino, Secretario 3.*

d Ioannes Papa creatur.

IOANNES IV. [d] natione Dalmata, parte Venantio, Pontificatum adeptus eſt 640.
poſt Seuerinum. Hic ſtatim mira pietate vſus eſt. Ex reliquis enim theſautis, quos
Iſacius apud Lateranum reliquerat, captiuos omnes, quos potuit, Iſtrios, & Dal-
matas à captiuitate redemit. Curauit, vt Romam quàm diligentiſſimè ferrentur
corpora Vincentij, & Anaſtaſij, ne quando in manus Barbarorum deuenirent,
veritus, ac iuxta fontem Lateranenſem in Oratorio B. Ioannis Baptiſtæ magna
cum veneratione collocauit. Pontificatus ſui anno primo, menſe nono, die nono,
moritur, & in Baſilica Petri ſepelitur quarto Idus Octob. Vacat tum Sedes men-
ſem vnum, dies tredecim.

e Synod. Rom.

Hoc eodem anno Ioannes Papa, collecta ROMÆ [e] SYNODO, Imperato-
riam Ecthesim, & Monothelitarum hæreſim condemnat.

f Imperator negat ecthesim eſſe ſuam, ſed Sergij.

His auditis Imperator, & infamiam hæretici apud Occidenrales veritus, nouo
promulgato edicto, tam in Oriente, quàm in Occidente, Ecthesim [f] illam, negat
ſuam eſſe, ſed Sergij, qui & curarit eam ſuo nomine edi. Sed contrarium publicari
oportebat, ad ſuſpicionem hæreſis purgandam, quod non fecit.

g Theodorus Papa.

THEODORVS [g] natione Græcus, patte Theodoro Epiſcopo Ieroſolymis 641.
otiundo die 25. Nouemb. in locum demortui Pontificis ſubrogatur. Qui Ponti-
ficatum iniens, omnia, quæ ad dignitatem religionis Chriſtianæ pertinere arbitra-
barur, circumſpiciebat, vt bonum paſtorem decet. In omnes, maximè autem erga
pauperes mira benignitate vtens. Baſilicam ædificat viâ Flaminiâ non longè à
Ponte Miluio, & ſtatim dedicat. Duo Oratoria conſtruxit, & ornauit: quorum al-
terum erat apud Lateranenſem Baſilicam B. Sebaſtiano; alterum verò via Oſtien-
ſi Epulo Martis dicatum. His ita ſanctè peractis, moritur Pontificatus ſui anno
ſeptimo, menſe quinto, ſepelitúrque in Baſilica Petri, pridie Idus Maij. Vacat tum
Sedes dies 52.

h Chriſtiana fides apud Anglos propagatur.

i Sigebertus Rex, abdicato regno, monaſticam vitam profitetur.

Chriſtiana fides apud Orientales [h] Anglos admodum hoc tempore propaga- 644.
tur, per Furſcum Hibernum virum admirabilem. Paulò poſt verò & Sigebertus
[i] eorum Rex, amore cœleſtis beatitudinis relicto regno cognato ſuo, monaſticam
vitam profeſſus, à Pagano Merciorum Rege occiditur. Beda *lib. 3. c. 14.*

k Diſputatio celebris inter Maximum, & Pyrrhum Conſtantinopolitanum Epiſcopum.

Pyrrhus Conſtantinopolitanus Epiſcopus delatus in Africam, inuenit ibi Ma- 645.
ximum monachum, inter quos, agentibus ipſis Africanis Epiſcopis, & Præſide
ipſo Prouinciæ, Gregorio Patricio, inſtituitur [k] publica illa famoſa diſputatio, in
qua Honorius liberatur à nota, & calumnia hæreſis: & veritas fidei Catholicæ ita

ANNO DOM.

Pyrrho ipſi innotuit, vt Romam profectus, libello pœnitentiæ Papæ oblato, hæreſim publicè abnegarit, & à Theodoro reciperetur, cum titulo Patriarcharus, in Eccleſiam Catholicam. *Anaſtaſius.*

Poſtea rurſus more canis ad proprium impietatis [a] vomitum reuerſus eſt. Quod ſic accidit. Cùm Imperator Pyrrhi conuerſionem audiſſet, miſit Platoni Exarcho ſucceſſorem Olympium hæreticum audaciſſimum: qui vbi Rauennam ſe contulit, omne adhibuit ſtudium, vt perficeret quod Imperatori gratum eſſe ſciebat: nimirùm vt Pyrrhum in priſtinum errorem reuocaret. Quod vt implere poſſet, elaborauit, vt illum ab vrbe Rauennam adduceret: cúmque illud ex animi ſententia conſecutus eſſet, qua pollebat auctoritate ipſum aggreſſus, nunquam deſeruit, quoúſque deſertorē Fidei, & aſſertæ Catholicæ confeſſionis præuaricatorem effecerit. Quo Papa Theodorus comperto, plenitudine conuocata Eccleſiæ ad ſe pulchrum [b] verticis [c] Apoſtolorum acceſſit, & diuino calice expoſtulato, ex viuifico ſanguine in atramentum ſtillauit, & ita propria manu depoſitionem Pyrrhi excommunicari fecit. Sic ex Theophane anno 20. Heraclij Imp. vt habetur *in tom. 2. par. 2. Concilior. in Notis ad vitam Theodori Papæ.*

a Ad vomitum reuertitur, & miro, inuſi-tato modo excommunicatur.

b *Mirum.*

c *Papa coram Concilio ad ſepulchrum B. Petri accedens, & de viuifico ſanguine ex diuino calice in atramentum ſtillans, propria manu Pyrrhi excommunicationem ſcripſit.*

646. Cognita per Africam palinodia Pyrrhi Conſtantinopolitani Epiſcopi, & audi- poſt conuerſionē Pyrrhi Cōſtantinopolitani ſuper ianuas primariæ Eccleſiæ, Monothelitarum hæreſim credendam omnibus, ſancitam eſſe; omnium Orthodoxorum animis concitatis, & maximè Africanorum: Concilia conuocata, BIZACENVM [d], ſub Stephano Primate, 42. Epiſcoporum; NVMINIVM, ſub Colūbo Primate; MAVRITANIVM, ſub Reparato Primate, ſex Epiſcoporum, CARTHAGINENSE, 68. Epiſcoporum, cuius Primas Fortunatus, ſiue Fortunius cum Paulo Conſtantinopolitano communicabat, ac propterea nullo eius hîc fit mētio *(Act. 14. VI. Synod.)* quorum Conciliorum Acta extāt in Cōcilio ſub Martino. Cùm autem Synodalē, tria priora Concilia ad Paulum Epiſcopum Conſtātinopolitanum commonendū Conſtantinopolim miſſura eſſent, vt detectaGregorij Præſidis tyrānide cōmerciū Africanorum cum Orientalibus interruptū eſſet, eandē remittunt ad Rom. Pont. rogantes, vt per ſuos reſponſales, eidē reddendā curaret, ac niſi reſipiſceret, ab ipſo Romano Pōrifice damnaretur. Synodalem item per ſe Concilium Carthaginenſe Procōſularis Prouinciæ ad eundem Paulum miſit. Bizaceni etiā Concilij Epiſtola extat ad Conſtantem Imperatorem, cùm nondum planè eſſet derectus hæreticus.

d Cōcilia collecta in Monothelitas ab Africanis.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM TOLETANVM VII. [e] anno Chindaſuindi Regis quinto, Præſide Orientio Emeritenſi Epiſcopo, vt ſeniores ſubſcriptiones extant 39. Canones quinque ſtatuti.

e Conc. Tolet.

648. Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus cùm vidiſſet ex litteris, tum à Romano Pontifice, tum etiam ab Africanis Conciliis ſcriptis, vniuerſam Occidentalem Eccleſiam aduerſus ſe concitatam, dolum excogitauit: perſuaſit enim Imperatori Conſtanti [f] edictum proponere (quod *Typus* fuit appellatum) quo ſignificaretur, tacendum eſſe de ea altercatione, quæ vertebatur, de vna, ſeu de duabus voluntatibus, ea iuſta cauſa prætenſa, vt omnes Chriſtiani orbis Eccleſiæ, in vnam, eandemque ſententiam vnirentur. Typus huiuſmodi Romam perlatus, à Theodoro, coacta Synodo, damnatus eſt. Interim, cùm nihil ſe profeciſſe cum Paulo Theodorus videret, damnationis [g] & depoſitionis ſententia in eum lata eſt: ſed & in Pyrrhum, qui ab Olympio Exarcho, Platonis ſucceſſore, Rauennam euocatus, in hæreſim [h] de nouo retractus eſt. Anaſtaſius *in Theodoro.*

f Conſtantis Imp. edictū quod Typus dicitur, à Theodoro Papa danatur.

g Paulus Conſtantinopolitanus Epiſcopus damnatur, & deponitur.

h *Pyrrhus retractus in hæreſim damnatur.*

i *Honorius Papa à calumnia purgatur.*

Quod ſi quis obiiciat, idem videri iudicandum de Honorij [i] epiſtolis, atque de Typo Conſtantis Imp. vtriſque ſuadentibus de vna, vel duabus voluntatibus non diſſerendum; reſpondendum eſt, multum referre, haberi rationem temporum: nam ſanctè, ac piè dici poteſt, iuſſum ab Honorio, de vtroque taceri, eo tempore, quo inciperet huiuſmodi controuerſia alicubi ventilari. Haud enim de omnibus quæſtionibus, quæ curioſitate diſputantium oriuntur, neceſſe eſt ab Eccleſia definitionem promulgari. Satis namque ad ſobrietatem ſapere, erat de duabus Chriſto naturis aſſerere, quæ à Sacroſancto Cōcilio Chalcedonenſe fuerant definita. Vbi verò indictum de curioſa diſputatione ſilentium ab aduerſariis violatum eſt, immo & per publicas aſſertiones publicè affixas in Eccleſiis, hæreſis palàm eſt promulgata, & Conciliorum ſententiis ſtabilita, haud aliquis locus potuit eſſe ſilentio, ſed damnandus error omninò fuit, & recta ſententia promulganda.

R Audita

a *Perſecutio in Catholicos à Monothelitis.*

Audita Conſtantinopoli condemnatione [a] Typi, Pauli Conſtantinopolitani Epiſcopi,ac denique Pyrrhi:tum Imperator, tum Patriarcha vehementer exarſere,& furorem exprompſerunt,primum in Apocriſarios Theodori Papæ, quorum altare in palatio Placidiæ, vbi habitabant, ſubuerterunt, ſacrificare eos non permittentes: ac in alios deinceps Catholicos Sacerdotes, alios in carcerem retrudentes,alios in exilium deportantes,alios verberibus ſubiicientes.

b *Martinus eligitur Papa.*

MARTINVS [b] Tudertinus,Etruſcus,in Theodori demortui locum creatur, 649.
1.die Iulij.Confirmat eius electionem Imperator pro tyrannico abuſu illorũ temporũ;& quaſi pro gratitudine exigit ab eo probationẽ,& ſubſcriptionẽ ſui Edicti, & Typi, vt de vnica, vel duabus Chriſti voluntatibus & operationibus ſileretur.

c *Conc.Rom. quod generale vocatur, & eius Acta.*

At Martinus, facinus execratus, hortante præcipuè Maximo Abbate, Concilium [c] Romæ indicit,quod ipſe Martinus Epiſcopus ad Amandum Traiectenſem Epiſcopum vocat generale, centum,& quinque Epiſcoporũ. Legatio Gallicorum adeſſe non potuit,ſed nec Galliæ Ciſalpinæ Epiſcopi affuerunt,bello fortaſſe impediti,quod acre in Italia Rotharis Longobardorum Rex Arianus gerebat: habitum eſt quinque ſecretariis,ſeu conſultationibus, aut ſeſſionibus,totidem diebus, in Eccleſia Cõſtantiniana. Lecta,& damnata ſunt ſcripta Theodori Pharanitani, Cyri Alexandrini,Sergij,Pyrrhi,& Pauli Conſtantinopolitanorum Epiſcoporum, ac denique Typus Conſtantis Imperatoris.

d *Concilium hoc ab omnibus Catholicis recipitur.*

Abſoluta Synodo,ſcripta eſt Synodalis epiſtola circularis,ad omnes Chriſti fideles,quæ extat, digna tanto Pontifice. Acceptum eſt autem [d] ab vniuerſo Orbe Catholico,magnâ approbatione,& honore hoc Concilium; adeò vt plenam fidei profeſſionem,poſt quinque vniuerſalium Synodorum aſſertionem,huius quoque confeſſio adiiceretur,vt apparet ex Concilio Anglicano (apud Bedam *lib.*4. *c.*17. ſub Theodoro) idque vſque ad celebratam VI. Synodum.

e *Martinus ab Olympio Exarcho non potuit captiuus fieri.*

Interim dum Concilium celebratur,aduenit Olympius Exarchus,cum mandatis ab Imperatore,vt Typum ſuum recipi curet: & ſi minus aliter perficere poſſit, Martinum captiuum teneat,& tum Typum promulget. Quòd cùm [e] vi perficere non poſſet, propter vnionem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ per fraudem Martinum interficere ſpathario ſuo mãdauit,dum in Baſilica S.Mariæ ad Præſepe, ſibi communionem miniſtraret.Sed nec id ſucceſſit: ſpathario diuinitùs obcæcato, quod ipſe pluribus cum iureiurando profeſſus eſt. Qua re cognita, Olympius rem totam Pontifici aperit, & pace [f] cum eo inita, cum exercitu in Siciliam aduerſus Saracenos progreditur. *Anaſtaſius.*

f *Olympius cum Martino reconciliatur.*

g *S. Martinus cum Imperatore diſſimulat eum eſſe hæreticum.*

S. Martinus [g] litteras mittit ad Imp. de Actis in Concilio,ea moderatione, vt Typum non ipſi, ſed Paulo, qui ſuaſerat, tribuat, & quaſi cum Orthodoxo agat, quamuis eſſet hæreticus, quòd non palàm cognitus, & damnatus eſſet ab Eccleſia.Illi Epiſtolæ omnes Epiſcopi ſubſcripſerunt.

h *Conſtans Imp. ex actis Romæ exaſperatur.*

Conſtans [h] Imperator his,quæ Romæ geſta erant exaſperatus,conuerſus in ſan- 650.
ctiſſimum Põtificem Martinum,obiectis calumniis,quòd mutaret traditam à maioribus fidem:quòd molitus eſſet quiddam cum Saracenis: quod neſcio quid cõtra Dei Genitricis Mariæ cultum eſſet locutus: quòd non legitimè Pontificatum occupaſſet;per Theodorum Calliopam Exarchum in Italiam miſſum, vi militari è Baſilica [i] Conſtantiniana eductum,aſportari curat in orientem.Prohibiti clerici cum eo proficiſci:prohibitus ipſe è naui in terram exſcendere, cùm etiam morbo podagræ affictaretur,detentus integro anno inter Cycladas, eo conſilio, vt preſſus ærumnis,de ſua conſtantia remitteret.

i *Calliopa Exarchus Martinum per vim captum in Orientem tranſportat.*

k *Conc.Aurelian.*

Per hoc tempus hæreticus quidam à partibus tranſmarinis profectus in Galliam,Auguſtoduni virus ſpargere cœpit: qua occaſione coactum AVRELIANENSE [k] CONCILIVM eſt,in quo ille nequam à Saluio Epiſcopo confutatus,damnatus,& eiectus eſt.

Exacto anno, Martinus Papa tandem aduehitur Conſtantinopolim, & in car- 651.
cerem recluditur. Vbi poſtquam fuiſſet per quinque dies abſque participatione ſermonis alicuius,iudicio ſiſtitur accuſatus, teſtes adducuntur inteſtabiles, quos periurantes,rogat prohiberi à iuramento,gladio addicitur,exuitur Pontificalibus indumentis,exponitur vrbis opprobrio,retruditur in carcerem,cathenis oneratus. Et denique Cherſonam in exilium tranſuectus eſt.

ANNO DOM. 652. Ex Martini *epiſtola* 18. colligitur, alium Romæ creatum fuiſſe Pontificem. Reſtitiſſe quidem diu viſus eſt Clerus Romanus Calliopæ, ex Imperatoris mandato inſtanti, vt Martino ſubrogaretur Pontifex, aſſerens, contra ius faſque, vt viuente Pontifice, alius in eum locum ſubſtituatur. Verùm ne cogeretur Romana Eccleſia ſubire periculum, vt niſi ipſe Clerus eligeret, daretur inuitis ab Imperatore Romanus Epiſcopus, qui eiuſdem cum ipſo eſſet hæreſis propugnator, eam duram conditionem accipiunt inuiti, & Eugenium Romanum, [a] præſtanti virtute, & fama in pauperes munificentiæ gratum populo eligunt, loco Martini, qui tamen Vicaria, dum ille viueret, præfectura Eccleſiæ præeſſet. Quod hoc anno contigiſſe, colligitur ex Anaſtaſio.

a *Martino relegato, Clerus Romanus Vicarium tantùm ſubſtituit Eugenium.*

653. In locum Pyrrhi ſubrogatur Conſtantinopoli Epiſcopus Petrus, ex Xenodochio, hæreticus, & [b] ipſe Monothelita, ab hæreticis; qui tamen Synodicam Romam miſit ad Eugenium, vt in communionem Sedis reciperetur, obſcuriſſimam, & perplexam, non exprimentem operationes, aut voluntates in Domino noſtro Ieſu Chriſto: quæ minimè eſt [c] ſuſcepta, ſed ab Eccleſia proiecta, conſentientibus in vnum Clero, populo, ac Senatu, tanta cum deteſtatione hæreſis, vt nec permitterent Pontificem Miſſas celebrare, niſi promiſiſſet, ſe nunquam eam ſuſcepturum.

b *Petrus Conſtantinopolitanus Epiſcopus hæreſim occultat, & Catholicum apud ſummum Pontificem ſe fingit.*
c *Synodica eius epiſtola reijcitur.*

Hoc ipſo anno quinto Receſuinthi Hiſpaniarum Regis celebratum eſt CONCILIVM [d] TOLETANVM VIII. dictum, cui interfuerunt Epiſcopi 52. Abbates 12. Vicarij Epiſcoporum abſentium 10. Sanciti Canones tredecim, IV. & V. de continentia Eccleſiaſticorum, IX. de Quadrageſimæ obſeruatione. X. de creatione Regis, per maiores Palatinos, & Pontifices. De Iudæis relapſis ſtatutum, vt Regis Siſenundi [e] ſeueræ leges exercerentur, quarum timore, libello Regi oblato, pœnitentiam, & plenam obſeruationem Chriſtianiſmi pollicerentur.

d *Conc. Tolet.*
e *Ad Regis electionem in Hiſpania etiam Pontifices concurrunt.*

654. Hoc anno 12. die Nouemb. S. Martinus Papa, Cherſonæ in Ponto, vbi fuerat relegatus, ærumnis [f] confectus, martyrium fœliciter conſummat, cùm ſediſſet ann. 6. m. 3 d. 12. miraculis clarus.

f *Martinus Papa moritur.*

Allato Romam nuncio de eius [g] obitu, qui per imaginem quandam ſedebat EVGENIVS, legitimus iam Pontifex, nouo accedente conſenſu ſedere cœpit. Hic conſtituit, vt presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi perpetuam caſtitatem in eorum conſecratione promitterent.

g *Mortuo Martino, Eugenius nouo accedente Cleri conſenſu ſedere cœpit.*

655. Qui tamen ſecunda die Iunij [h] moritur, cùm ſediſſet ab obitu Martini, legitimè, menſes ſex, dies 23. Vacat Sedes m. 1. d. verò 29. *ex Anaſtaſio.*

h *Eugenius moritur.*

VITALIANVS patriâ Segninus, ex oppido Volſcorum, patre Anaſtaſio creatus eſt ſucceſſor vltima die Auguſti. Qui Legatos cum Synodica Catholicæ fidei miſit Conſtantinopolim ſignificans de ordinatione ſua: quos receptos Imperator, confirmatis priuilegiis, quæ Imperatores Eccleſiæ conferre ſolerent, remiſit per eoſdem, B. Petro mittens Euangelia aurea cum gemmis albis, miræ magnitudinis, cincta in circuitu. *ex Anaſtaſio.* Conſilium callidi Imperatoris fuit, per hæc fingere ſe Catholicum, [i] & communione cum Eccleſia Romana coniunctum, vt Romanum populum, & totum Occidentem ſibi conciliaret, quem ſciret à ſe auerſum; ſeque malè apud eos audire, quaſi hæreticum, & perſecutorem.

i *Conſtantius Imp. ſimulat ſe Catholicum ad promerendam famam apud Occidentales.*

Organorum vſum in Eccleſia tempore huius Pont. incœpiſſe, Platina eſt teſtis. Licèt Ammonius *in lib. 4. de geſtis Francorum, c.* 114 non ante Ludouici Pij tempora, i. poſt annum Dom. 820. organa in Eccleſiis audita eſſe, aſſerat.

Eodem anno celebratur CONCILIVM [k] TOLETANVM IX. dictum, ſed verè decimum fuit. Cui interfuerunt Epiſcopi numero 16. Præfuit autem Eugenius Toletanus Epiſcopus. Præſcribebant Canonibus hoc memorandum: *Sed quia nequaquam rectè ſubditos iudicat, qui non ſeipſum prius iuſtitiæ cenſura caſtigat; aptum nobis, & expedibile viſum eſt ante, noſtris exceſſibus imponere modum, & ſic errata corrigere ſubditorum. Tunc namq; meliùs iudiciorum exordia diriguntur, cùm vita Iudicum ante diſponitur: eò quòd potius iudicij forma completur, quo negociorum principiis æquitas iudicantium anteſertur. Adeò exordium æquitatis inchoari à Iudicibus debet, vt perfectio iuris cauſarum limitem aptius formet.*

k *Conc. Tolet.*

656. CONCILIVM [l] TOLETANVM X. numeratum celebratur anno Recenſuinthi

l *Conc. Tolet.*

Anno Dom.

doceretque more Eccleſiæ Romanæ à ſanctis Apoſtolis Petro; & Paulo eruditæ, Paſcha non cum Quartadecimanis celebrare.

666. Hoc tempore Emeritenſe.[a] Concilium in Luſitania celebratum eſt duodecim Luſitaniæ comprouincialium Epiſcoporum, qui ſanxerunt, vt pro Rege,[b] & eius exercitu contra hoſtes dimicante, quotidiana ſacrificia offerrentur tamdiu, quamdiu ad ſuam recedat Sedem. Quiſquis recuſauerit, à Metropolitano excommunicetur. Conſtituerunt pariter, ne quis defuncto Epiſcopo detrahere audeat. Et alia plura ad mores ſpectantia.

a Conc. Emeritenſe.

b Rege cum exercitu ſuo contra hoſtes dimicante, quotidiana ſacrificia offeruntur.

667. Ioannes Epiſcopus Lappæ in Creta, iniuſtitiam paſſus ab Archiepiſcopo Cretenſi, appellans ad Rom. Pont. cùm detineretur ne Romam veniret; tandem elapſus, venit ad Vitalianum Pontificem, qui coacta Synodo[c] Epiſcoporum, cauſa cognita, eum abſoluit, & graues litteras (*ep. 1. tom. 2. ep. Rom. Pont.*) miſit ad Archiepiſcopum, ſignificans eum abſolutum, & in ſuam Sedem reſtituendum.

c Conc. Rom.

669. Hoc anno Vitalianus Papa ſui Pontificatus anno 14. m. 5. minus diebus 4. migrauit[d] in cœlum, inter Sanctos relatus. Vacat tum Sedes m. 4. d. 15. In *lib. 4. hiſtor. Rauen.* habetur, Maurum Epiſcopum[e] Rauennatem à Vitaliano excommunicatum fuiſſe, quòd ab ipſo Romam vocatus, ad dicendam cauſam, adeſſe contempſerit. Qui & hexarchi potentia fretus, eandem anathematis ſententiam in illum retorſerit. Quo portentoſo facinore, perculſi omnes Italiæ Epiſcopi, vnà cum Vitaliano coëuntes, eundem Maurum, vt indignum, ſacerdotio exuerunt. Factum id opinor, in Romano Concilio anno ſuperiori, in cauſa Cretenſis Epiſcopi collecto.

d Vitalianus migrat in cœlum.

e Epiſcopus Rauennas contumax à Vitaliano excommunicatus, retorquet excommunicationem.

Adeodatus[f] patriâ Romanus, patre Iouiniano ex Monacho Pontifex, poſt S. Vitalianum creatur. Hic vir religione, & omni comitate præditus, in delinquentes clemens, in pauperes beneficus, in hoſpites benignus, erga calamitoſos miſericors, Eccleſiam B. Petri, via Portuenſi iuxta Pontem Meruli tum inſtaurauit, ac dedicauit. Auxit & Monaſterium ſancti Eraſmi in Cælio monte ædificiis, & fundis, vbi ipſe monaſticam vitam duxerat. Supplicationes quoque frequentes habuit, ad abolenda prodigia, quæ tum apparuêre. Vixit in Pontificatu annis 7. m. 2. & mortuus eſt, ab omnibus fletus, atque ad Baſilicam S. Petri ſepelitur ſexto Cal. Iulij. Vacat tum Sedes m. 4 d. 20.

f Adeodatus Papa creatur.

Sub hoc Pontifice, ac de eius licentia Veneti[g] Ducem eligere incipiunt. Petr. Iuſtin. *lib. 1. hiſtor. Venet.*

g Veneti Ducem eligunt.

672. Hoc anno S. Audoënus Epiſcopus[h] Rhotomagenſis, poſt fundatam in fide Eccleſiam, poſt doctrinæ fluenta, poſt multa ædificata monaſteria, poſt tranquillatum totius Franciæ Regnum, Vrbem Romam Caput Orbis, & Chriſtianæ Religionis, quam Apoſtolorum Principes ſuis corporibus ornant, ac Martyrum cateruæ ſacris oſſibus decorant, adiuit. Multa auri,[i] argentique pondera ad eum Chriſti fideles deportauerunt, obſecrantes, vt ad corpora ſanctorum Apoſtolorum, & Martyrum pro redemptione animarum ſuarum deferri iuberet: partem etiam pauperibus illic diſtribueret, ipſóſque ſuis precibus Chriſto commendaret. Itaque ad ſingulas Apoſtolorum, & Martyrum memorias ſe proſternens, vota, & ſupplicationes tam pro ſe, quàm pro totius Eccleſiæ Catholicæ pace detulit, lacrymas tamen vberius, quàm verba effudit: vbicunque enim in oratione proſtratus iacebat, flumina lacrymarum pauimenta irrigabant. Denique, cùm ad B. Petri confeſſionem hunc[k] verſum inciperet; *Exultabunt Sancti in gloria*: Diuinitùs reſponſum eſt: *Lætabuntur in cubilibus ſuis*. Cumulabantur etiam altaria auro, & argento: itémque pauperum manus implebantur: gaudebat vrbs tota, cùm & beneficiis gratulabatur, ac ſi fidei ſuæ fundatores coràm, oculis corporeis intueretur. Abſolutis verò apud loca Sanctorum diu optatis precibus, diuinitùs acceptis reſponſis, cum multarum reliquiarum ſuffragiis tandem venerabilis Senex in Gallias reuertitur. *Apud Surium 24. Aug.*

h Audoënus Romam venit.

i Auri, & argenti magnam ſummam fideles per S. Audoënum Romam mittunt.

k S. Audoëno cantanti, diuinitus reſpondetur.

Eodem anno Recenſuinthus Rex Hiſpaniarum religioſiſſimus, & optimus, & omnibus mirificè charus,[l] moritur: eodémque die eligitur populi conſenſu Vuamba,[m] ſeu Pamba ex Regali Gothorum ſtirpe, eximia virtute, qui initio reluctans, demùm precibus, & minis aſſenſum præbuit.

l Recenſuinthus Rex moritur.

m Vamba licèt inuitus, Rex eligitur.

a *Pamba pugnaturus, exercitum præfectorum labe maculatum redarguit.*
b *Pamba in ſuo exercitu Angelos, & ſanctos comites habuit.*
c *Pamba victor.*

Hoc anno contra Ildericum, & Paulum tyrannos Pamba Rex Hiſpaniæ [a] pugnaturus, exercitum iuſtitia, continentia, & innocentia armauit. In ipſo enim procinctu, quos ſciuit, milites adulteria perpetraſſe, exſecuit, dicens: *Ecce, iam iudicium imminet belli, & licet fornicari, vt Deus ad iracundiam prouocetur?* addidit: *Fruſtra pergit ad bellum, quem iniquitatis comitatur exemplum.* Sic ille. Verùm, manifeſtè tũc adfuit protectio diuina. Viſus eſt enim eius [b] exercitus excubiis Angelorum circundatus: viſi ſunt etiam Angeli ſuper caſtra, coruſca volitatione protectionis ſuæ ſigna oſtendere, quod & rerum declarauit euentus. Siquidem Pamba [c] viribus & exercitu inferior, ciuitatibus fortiſſimis, & exercitu innumerabili hoſtes munitos adorſus, Lupum eorum ducem breuiſſimo temporis ſpatio ſuperauit. Paulus verò antequam caperetur, ſua ſponte regalia ornamenta depoſuit, & priuatum habitum recepit: non autem in poteſtatem Pambæ venit: quem ille, & complices decaluatos, raſos barba, nudos pede, ſordidis veſtibus indutos, catenis onuſtos, camelo impoſitos, corona ex corio capiti Pauli impoſita, in triumphum duxit, atque oculis ei erutis, ſupplicio ſubiecit. Porrò beneficiis gratus, ſacra omnia Eccleſiis à perduellibus ablata reſtituit, multáque de ſuo iiſdem addidit. *Luc. Tuden.* Anno Dom. 674.

d *Conc. Tolet.*

Tyrannis debellatis, Aſturibus, & Vaſconibus domitis, religioſiſſimus & fortiſſimus Rex Pamba, intermiſſum iam per decem & octo annos, morem frequentem Concilia celebrandi, magna cum Chriſtianæ diſciplinæ iactura, pro ſua pietate, reuocandum curauit, celebrato hoc anno, vndecimo CONCILIO [d] TOLETANO, anno ſuo quarto, in quo affuerunt decem, & nouem Epiſcopi. Canones ſexdecim ſanciti. 675.

e *Conc. Tolet.*

Ad tollendas contentiones de finibus diœceſum inter Epiſcopos, curauit Rex celebrari Cõcilium Hiſpaniæ generale [e] Toletanum (quod non extat quidem, ſed ex Tudenſi omninò celebratum conſtat) in quo diſtinctæ Sedes, certis finibus cuique aſſignatis, quæ fuerunt, inter Epiſcopales, & Archiepiſcopales octoginta, duarum Hiſpaniarum, ſub dominio Gothorum. Eáque omnium Epiſcoporum ſubſcriptione firmata. Sanxerunt etiam, vt Epiſcopi à iocis, riſu, verborum ſtrepitu, abſtinerent: vt lectioni, & prædicationi attenderent: vt Eccleſiæ Metropolitanæ ritum in celebrandis diuinis obſeruarent. Et alia plura vtilia. Tudenſis, qui certum annum non ſignat, ſed ſub hoc Rege celebratum affirmat.

f *Concil. Bracar.*

Eodem anno BRACARENSE [f] CONCILIVM celebratum eſt Epiſcoporum 8. in quo plura ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantia ſtatuuntur. Inter cætera verò, ſancitum eſt, ne procedentes in ſolemnitatibus Martyrum Epiſcopi, Diaconorum humeris ſella geſtatoria veherentur, ſuſpenſas collo reliquias geſtantes. Etenim ſella geſtatoriâ vehi, Romani Pontificis fuit tantùm inſigne: vel ſi cui Patriarcharum ipſe conceſſit: ſed quæ laicorum humeris vectaretur, Diaconorum nunquam, neque infimi Ordinis Clericorum.

g *Pamba victoriam naualem conſequitur.*

Cùm itaque Eccleſiæ bene inſtituendæ operam daret Pamba, altera [g] victoria hoc anno potitus eſt. Saraceni enim comparata claſſe ducentarum, & ſeptuaginta nauium Hiſpanias infeſtabant. Quos Pamba nauali prælio ſuperauit, & claſſem incendit.

h *Donus Papa.*

DONVS [h] patria Romanus, patre Mauritio in demortui locum Pontificis ſubrogatur. Veſtibulum B. Petri (quod *Paradiſum* vocant) quadriporticum marmoribus ſtrauit. Inſtaurauit præterea, & reſtitutas dedicauit aliquas Eccleſias. Pontificatus ſui anno 2. moritur, ac in Vaticano ſepelitur 3. Idus Apr. Vacat Sedes menſes 11. dies 16. 676.

i *Agatho Papa.*

AGATHO natione Siculus, patre Romano hoc anno ex Monacho Pontifex creatur: vir certè tantæ ſanctitatis, vt leproſum obuium factum, oſculo ſuo ſtatim liberauerit. Tantæ præterea manſuetudinis, & humanitatis fuit, vt neminem à ſe vnquam triſtem dimiſerit. Pontificatus ſui anno 4. moritur, ac ſepelitur apud S. Petrum 4. Id. Februar. Cuius morte annum vnum, menſes quinque tum Sedes vacat. 678.

k *Cometa tribus menſibus arſit.*

[k] Hoc anno 678. Cometa [l] tribus menſibus apparuit, quam conſecuta eſt ſiccitas, quæ triennio perdurauit: ita vt nunquam terra imbribus maduerit. *Anaſt. in Agathone.*

Sub

Anno Dom. 679. Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Anglicanvm[a], in quo fides Orthodoxa confirmata eſt ſub præſidio Theodori Deruetnenſis Epiſcopi. In cuius fidei profeſſione illud obſeruandum eſt, S. Theodorum, natione Græcum, meritis inſignem, ſanctis quibuslibet veteribus comparandum, atque doctrina clariſſimum, æquè cum vniuerſa Eccleſia Catholica aſſerere Spiritvm[b] sanctvm a Patre, Filióqve procedere: ſicut non à Latinis tantùm, ſed & à ſanctis Orientalibus Doctoribus affirmari certò ſciebat. Vnde erubeſcant magis recentiores[c] Græci, cùm à ſuis ipſis, qui doctiores, & ſanctiores fuere, erroris redarguantur.

680. Agatho Romæ[d] celebrat Synodvm 125. Epiſcoporum contra Monothelitas. De rebus autem in hac Synodo geſtis, nihil præterea reperitur, niſi epiſtola Agathonis ad Conſtantinum Imperatorem, & fratres de fide Catholica contra Monothelitas: ſed & alia epiſtola ad eoſdem nomine totius Synodi, de fide Catholica obſeruanda. Canon[e] in ea nullus ſancitus legitur, quod non ob aliam cauſam fuerit conuocata, quàm ad fidem Catholicam confirmandam, & legationem Conſtantinopolim ad Synodum Oecumenicam decernendam.

Porrò Agatho in ſua ad Imperatorem[f] epiſtola, inter alia deplorat rude ſæculum, Legatos non adeò imbutos ſcientiis[g] confitetur: quid agendum, cùm ſumma abeſt litterarum peritia, exponit: nimirum, recurrendum ad prædeceſſorum ſanctorum ſcripta in omnibus ſemper, & ante omnia antiquis[h] traditionibus firmiter inhærendo: Licentiam, inquit, proinde eis, ſiue auctoritatem dedimus ſimpliciter ſatisfaciendi, in quantum eis dumtaxat iniunctum eſt, vt nihil profectò præſumant augere, minuere, vel mutare, ſed traditionem huius Apoſtolicæ Sedis, vt à prædeceſſoribus Apoſtolicis inſtituta eſt, ſinceriter enarrare, &c.

Præconia Romanæ Eccleſiæ audacter exponit, quòd[i] nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa eſt, &c. omnes Romanos[k] Pontifices immunes ab hæreſi confidenter profitetur. Romani Pontificis eſſe monere Imperatores, &c. At quomodo iſta tam liberè potuiſſet tantus Pontifex conteſtari, ſi in eadem hæreſi, quam ſua epiſtola Agatho ipſe adeò validè inſectatur, Honorius[l], cuius recens adhuc memoria erat, idem cum illis ſenſiſſet.

In ea verò quæ à Sancta Synodo in eadem Synodali[m] epiſtola ſcribitur, Catholicæ fidei ſincerè confeſſione, ſtilus ſcribarum mendax operatus eſt falſitatem: dum enim ibi legeretur: *Credimus & in Spiritum ſanctum Dominum, & viuificatorem ex Patre, Filioq; procedentem*, abraſo nomine, *Filioq; à Patre procedentem*, tantùm relictum eſt. Detecta fuit huiuſmodi impoſtura Græcorum[n] in Concilio Florentino à Iuliano S. R. E. Cardinali, & idipſum longè ante ab Emanuele Caleca Græco auctore.

Synodvs[o] Generalis VI. Oecvmenica Constantinopolitana III.

Hoc eodem anno celebratum eſt Concilivm generale Oecvmenicvm, quod fuit Constantinopolitanvm III. Res ſic geſta eſt. Conſtantinus Imperator[p] Pogonatus, huius nominis V. ſummo ſtudio conatus eſt, vt Conſtantinopoli generalis Epiſcoporũ conuentus haberetur, quo damnaretur hæreſis Monothelitarum, vnam in Chriſto voluntatem ponentium: & vt Conſtantinopolitana Eccleſia cum Romana coniungeretur. Præfuerat enim ei Sergius, Paulus, Pyrrhus, & Petrus, Monothelitæ omnes. Vnde Imperator, Indict. 6. pridie Idus Auguſti epiſtolam ad Donum Romanum Pontificem miſit, qua petebat, vt ad ſe Legatos mitteret, qui generali Concilio præſiderent: Nam Theodoro, inquit, Exarcho mandaui, congregatis, & Epiſcopis ad Concilium venientibus, naues idoneas, & ſumptus neceſſarios ſuppeditandos curet. Extat epiſtola in ipſius Concilij Actis intexta. Interim Romæ Dono Papa mortuo, ei ſucceſſit Agatho anno 678. qui Romæ Conuentum Epiſcoporum Occidentalium centum viginti quinque habuit. In eo diffinitum eſt, in Chriſto duas[q] eſſe naturas, & duas voluntates. Quod decretum omnes Epiſcopi ſua

a Concil. Anglic.
b *Spiritus ſanctus à Patre, Filioq; procedit.*
c *Græci Schiſmatici confundantur.*
d *Synod. Roman.*
e *Canones in hac Synodo conſtituti ſunt nulli.*
f *Agathonis ad Imp. epiſtola.*
g *S. Cypr. ad Pompeium contra epiſt. Stephani. Si ad diuinæ traditionis caput, & originem reuertamur, ceſſat error humanus. & Sacramentorũ cæleſtium ratione perſpecta, quicquid ſub caligine, ac nube tenebrarum obſcurum latebat, in lucem veritatis aperitur. Et infra. Quod & nunc oportet facere Dei Sacerdotes, præcepta diuina ſeruantes, vt ſi in aliquo nutauerit, & vacillauerit veritas, ad originem Dominicam, & Euangelicam, ſed & Apoſtolicã traditionem reuertamur, vt inde ſurgat actus noſtri ratio, vnde & ordo, & origo ſurrexit. Probat id S. Auguſt. lib. 5. contr. Donat. c. 26. & Iren. l. 3. c. 3. ait: Hac ordinatione, & ſucceſſione ea, quæ eſt ab Apoſtolis in Eccleſia traditio, & veritatis præconiatio peruenit vſque ad nos. Et eſt pleniſſima hæc oſtenſio, vnã & eandem viuificatricem fidem eſſe quæ in Eccleſia ab Apoſtolis vſque nunc ſit conſeruata, & tradita in veritate.*
h *Traditiones ſectandæ ſemper.*
i *Eccleſia Romana nunquam hæreſis labe aſperſa eſt.*
k *Pontifices Romani nunquam hæreſis labe polluti.*
l *Honorius Papa à ſuſpicione hæreſis propugnatur.*
m *Synodalis epiſtola falſificata.*
n *Græcorum impoſtura in Concil. Florentino detecta.*
o *Synod. VI. Oecumenica Conſt. III.*
p *Conſtantinus Imperator vt Monothelitarum hæreſim deletam videret, Conſtantinopoli Synodum generale celebrari curauit.*
q *Concilij Romani de duabus voluntatibus in Chriſto determinatio.*

manu confirmarunt. Qua re peracta, Pōtifex, Epiſcopis quibuſdā diu, ſed fruſtra, ex lōginquis regionibus expectatis, Legatós [a] tres Cōſtantinopolim miſit, qui vices ſuas implerent, Theodorum, & Sergium Presbyteros, & Ioannem Diaconum, & totidem Epiſcopos miſit ipſe Conuentus Romæ habitus, videlicet Ioannem Portuenſem, Abundantium Paternenſem, & Ioannem Rheginum. Hi magno Clericorum, & Monachorum numero, conſcendentes naues, in menſe Octobri Conſtantinopolim peruenerunt, & honorificè [b] ab Imperatore in Palatio recepti, litteras ei Pontificis, & Conuentus Romani reddiderunt: quibus excuſatio de Legatis ſeruis miſſis, & fides Epiſcoporum de duabus Chriſti voluntatibus continebatur.

a Legati ad Concilium generale mittuntur.

b Legati honorificè recipiuntur.

c Fidei veritas ex Scripturis, & Patrum monumentis eruenda.

Imperator, his lectis, Legatos hortatus eſt, vt veritatem [c], remotis omnibus Philoſophorum concertationibus, ex ſanctarum Scripturarum monumentis, & Patrum teſtimonijs, conarentur eruere: & in eis hōſpitia parata diſtribuit, & quotidianos ſumptus aſſignauit. Mox Georgium Conſtantinopolitanum, & Macharium Antiochenum Patriarchas, vt primo quoque tempore ſuos Metropolitas, & Epiſcopos Conſtantinopolim aduocarent, admonuit. Die inde Dominico, ſacra pompa, Spiritus ſancti inuocandi gratia, per vrbem ducta, ad eam Legati, equis ſtratis miſſis, mira benignitate Principis inuitati ſunt. Tandem 7. Idus Nouemb. in penetrale Palatij, qui Trullus dicebatur, Concilium conuocatum eſt. Legati Pontificis, & Conuentus Romani, & omnes Orientalium Eccleſiarum Metropolitæ, & Epiſcopi excepti, ſuo quiſque ordine ſederunt.

d Georgius Patriarcha cum ſuis veram fidei doctrinam amplectitur.

e Machar. Patriarcha cū ſuis in perfidia perſeuerantes anathemati dantur.

Quibus ritè peractis, Georgio, & Machario mandatum eſt, vt quibus ſuam ſententiam de vna Chriſti voluntate Conciliorum auctoritate fulcirent, exprimerent. Illi, tria ſuperiora Concilia protulerunt. Verùm multa eos de ſuo effinxiſſe conuicti, riſum omnibus præbuerunt. Decimo ſeptimo Calend. Decembr. Decretum Catholici Pontificis Agathonis, Conuentúſque Romani de duabus Chriſti voluntatibus Legati ediderunt. His vtrinque prolatis, & Sanctorum Patrum teſtimonia in medium producta ſunt. Idibus Febr. teſtimonia recognita ſunt: quorum multitudine, & auctoritate Georgius [d] Patriarcha permotus, ſtatim à ſententia deſtitit. Itaque reuocatis 5. Non. Martij in Concilium Patribus, cùm ſurrexiſſet, clara voce ſe cum Metropolitis, & Epiſcopis ſuis Decreto de duabus Chriſti voluntatibus aſſentiri dixit, & continuò in partes Catholicorum tranſiuit. Macharius [e] autem Patriarcha, quid ſtudij ſui eſſet, rogatus, ſe cum ſuis Metropolitis, & Epiſcopis in priſtino manere propoſito affirmauit, citiúſque millies moriturum, quàm de ſuſcepta ſententia diſceſſurum. Quam vocem vbi Imperator, & Catholici audierunt, ita perciti, Orarium è collo detrahi iuſſerunt, eúmque cum ſuis è Concilio eiectum, ſacro anathemate perſecuti ſunt. Factum eſt autem, teſte Anaſtaſio Bibliothecario, vt eadem hora atræ omnes aranearum telæ è laquearibus Conclauis deciderent: qua re conſpecta, cuncti Catholici ſubitò nigras ipſas hæreticorum ſordes euanuiſſe, lætis animis & vocibus exclamauerunt. Condemnati ſunt Sergius, Paulus, Pyrrhus, Petrus, & Cyrus Alexandrinus omnes Monothelitæ. Die inde Reſurrectionis Ioannes Epiſcopus Portuenſis Legatus in Æde S. Sophiæ Miſſarum ſolemnia, Imperatore, populóque præſente, Latinè celebrauit, tanto cum populi applauſu, & lætitia, vt is quoque Latinè nouo more Imperatoris laudibus acclamaret. Ex quo omnes dirum tandem duarum Eccleſiarum diſſidium penitus eſſe ſublatum iudicantes, maximas Deo de conciliata concordia gratias egerint. Poſtremò 15. Idus Septembris profeſſio [f] fidei à Concilio edita, & poſt quinque dierum ſpatium ſingulorum Epiſcoporum ſubſcriptionibus firmata eſt. Decimo Calend. Ian. Imperator Conſtantinus remiſſis Legatis, litteras ad Pontificem, & Conuentum Romanum dedit: quibus ſe rem ex animi ſententia confeciſſe, ſignificauit.

f Fidei profeſſio.

g Sophronij cōfeſſio fidei.

In hoc Concilio lecta eſt confeſſio fidei, quam Sophronius [g] Ieroſolymitanus Patriarcha miſit ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, in qua poſtquam incarnationem vnigeniti Filij Dei proſequutus eſt, ſic loquitur: *Credo quòd Deus verbum vnigenitus Patris Filius, qui ante omnia ſecula, & tempora impaſſibiliter de eodem natus eſt Deo, & Patre miſerationem induens, & humanitatis miſericordiam, circa humanum noſtrum lapſum, ſpontanea voluntate, & Dei gignentis conſilio, & diuino*

ANNO DOM.

complacito ſpiritu, non ſeparatus à gremio generantis ad nos humilis deſcendit, ſicut eiuſdem voluntatis Patris, & Spiritus, ita & eſſentiæ inexplicabilis, & naturæ circumſcriptionem nullo modo ſuſtinens, aut ſecundùm nos localem tranſmeatum naturaliter ſciens efficere diuinam operationem, & vterum intactum virginitatis ingreſſus, caſtitatem luſtratam, Mariæ ſanctæ, præclaraq́; & quæ Dei ſunt ſapientis, & ab omni [a] *contagione liberatæ, & corporis, & animæ, & intellectus, incarnatus, qui erat incarneus, & formam ſuſcepit noſtram, qui ſecundùm diuinam eſſentiam, quantum ad habitum, & ſpeciem inexformabilis, & corporatur ſecundùm nos, qui eſt incorporeus. Hic itaque homo & cognoſcitur, & homo ſecundùm veritatem factus eſt ab ipſo ſummo conceptu de ſanctiſſima Virgine. Homo enim fieri voluit, vt ſimilis conſimilem mundificaret, & cognato cognatum ſaluificaret. Ideò Virgo ſancta accipitur, & anima* [b] *, corpuſq́; ſanctificatur, quæ ita miniſtrauit in Incarnatione Creatoris, vt munda, & caſta, & incontaminata,* &c. Er infra: *Ex inuiolabili namque, & virginali ſanguine ſanctæ, atque immaculatæ* [c] *Virginis Mariæ, Verbum verè factum eſt incarnatum, & veraciter homo, & in vtero virginco deportatus, & tempus expleuit legitimi puerperij, & per ſingula naturalia, & peccatum non trahentia nobis hominibus ſimilis factus, noſtramq́; non dedignatus paſſibilem vilitatem naſcitur Deus humano corpore, ſimiliterq́; & habitu animam rationalem, & incorpoream habens, quod ipſe in ſemetipſo, & nequaquam alter, rationali animauit ſpiritu, & Virginem generantem conſeruauit, & Θεοτόκον* [d] *, eam propriè, & veraciter demonſtrauit: vel ſi Neſtorius vecors ſcinditur, & eius Deo rebellis exercitus lachrymatur, & eiulat, lamentatur, & cum eo diſcerpitur,* &c. In quibus verbis animaduerte, quòd Sophronius confiretur B. Virginem ab omni contagione liberatam, & corporis, & animæ, & intellectus. Deinde dicit: *Ideo Virgo ſancta accipitur, & anima, corpúſque ſanctificatur.* Er denique quòd S. Virgo verè eſt Θεοτόκος, id eſt Dei Genitrix. Sequenti anno Agatho Pont. 4. Idus Ianuarij, morte abſumptus eſt. In eius loco Leo II. ſucceſſit, qui menſe Iulio Legatos à Concilio reuerſos cum litteris Imperatoris, & ipſius Concilij Actis accepit, eáque ſua auctoritate firmauit: & cùm Latinè, & Græcè peritus eſſet, Acta Concilij in Latinum ſermonem conuertit.

a *Maria ab omni contagione liberata.*

b *Mariæ anima, & corpus ſanctificatur.*

c *Maria immaculata.*

d *Maria verè Θεοτόκος.*

In hoc Conc. inter alia, *Can.* 97. contra impuras diſtinguens imagines ſic ſtatuitur: *Picturas, quæ oculos perſtringunt, & mentem corrumpunt, & ad turpium voluptatum mouent incendia, nullo modo deinceps imprimi iubemus. Si quis autem hoc facere aggreſſus fuerit, deponatur.*

Cardinalis Bellarminus [e] *libro 4. de ſummo Pontif. capite* 11. propendit ad ſentiendum, VI. hanc Synodum vitiatam eſſe ab æmulis Romanæ Eccleſiæ, quia inter damnatos ab illa, ponitur nomen Honorij I. ſummi Pontificis, & per multas rationes id probare nititur. Et ibidem aſſerit, Melchiorem Canum in hoc deceptum fuiſſe, quia ſecutus fuerat ſummam Conciliorum [f] Carranzæ, in qua multa ſunt, quæ correctione indigent.

e *Bellarminus docet hãc Synodum eſſe vitiatam.*

f *Summa Conciliorum Carranzæ correctione indiget.*

681. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [g] TOLETANVM XII. dictum, ad Regem confirmandum. Nam Epiſcopis per hoc tempus in Hiſpania tantum [h] tribuit Chriſtiana Religio, vt abſque ipſorum conſenſu non liceret regnare cuiq́; quamuis hæres eſſe defuncti Principis videretur. Rex ergo Eruigius, perſpectum habens, quod optima Conciliorum adiutoria ruenti mundo ſubueniant, ſi officioſis, quæ corrigenda ſunt ſtudiis peragantur, Concilium 30. Epiſcoporum Toleti habuit, à quibus petit confirmari ſibi regnum, quod Pamba cedente obtinebat. Et quia Reges Hiſpaniarum nominationem Epiſcoporum ſibi vſurpabant; ſanxerunt, vt Epiſcopus à Rege nominatus, & à Toletano ordinatus, ſuo ſe Metropolitano præſentaret. Iidem ſanxerunt, & Rex cum Romani Pontificis aſſenſu ſtatuit, vt nullus Archiepiſcopus Hiſpaniarum ſubderetur alicui Primati, niſi Romano.

g *Concil. Tolet XII.*

h *Regi in Hiſpania regnare nõ licebat, abſque Epiſcoporum conſenſu.*

682. Hoc anno, qui eſt Interregnum Pontificium, celebratum eſt CONCILIVM [i] RHOTOMAGENSE in Gallia ſub Anſberto eiuſdem ciuitatis Epiſcopo, cuius Acta deſiderantur: ſed mentio extat apud Angradum Monachum, in eius vita.

i *Concil. Rhotomag.*

683. LEO II. [k] poſt longam vacationem in Eccleſia Pontifex electus eſt, natione Siculus, patre Paulo vir doctiſſimus, vt eius ſcripta indicant. Muſices etiam adeò

k *Leo Papa.*

eſt

eſt peritus habitus, vt Pſalmodiam compoſuerit hymnóſque ad meliorem concentum redegerit, artem exercitatione confirmans. Idem quoque conſtitutione confirmauit, vt in celebratione, *Pax* [a] populo daretur. Præter doctrinam, & eloquentiam in hoc Pontifice, ſingularis religio, mira pietas, & clementia fuit, omnes verbo & exemplo ad iuſtitiam, & fortitudinem, humanitatem, benignitatem adhortabatur. Pontificatus ſui menſe decimo moritur, ſepelitúrque, collachrymantibus omnibus, tanquam publico Parente orbatis, ad Baſilicam S. Petri 4. Calend. Iulij. Poſt eius mortem vacat Sedes menſ. 1. dies 21.

a Pax in Miſſa, quando incœpit dari.

Hoc anno celebratum eſt Concilium Toletanum XIII. quod generale vocatur, quòd ex omnibus Hiſpaniæ prouinciis conueniſſent Epiſcopi 48. Vicarij Epiſcoporum 27. in eo Can. ſanciti 13. Eruigius Rex pro ſua erga Epiſcopos reuerentia illis in Concilio congregatis permittit ſancienda, quæ Regij [b] viderentur eſſe iuris: & de reſtituendis in priſtinos honores, & bona, qui Tyrannum ſectati fuiſſent, & alia huiuſmodi. Contra quam nunc à pleriſque perperam fit, magno conatu ſatagentibus omnia à tribunali Eccleſiaſtico ad ſuum ſæculare attrahere.

b Epiſcopi in Concilio Toletano ſanciunt quæ Regis viderentur eſſe iuris, & alia.

Celebrato Concilio, cùm iam reuerſi eſſent Epiſcopi ad ſuas Eccleſias, allatæ ſunt in Hiſpaniam litteræ Leonis Romani Pontificis, ſimúlque ſextæ Synodi Oecumenicæ Synodalia Acta, ab ipſo miſſa. Cùm verò nec tempus opportunum eſſet, ingruente ſæua hyeme, eos iterum conuocandi, viſum eſt, in ſequentem annum differre eiuſmodi rei tractationem. Ne autem iſtiuſmodi mora aliquam inobedientiæ ſuſpicionem poſſet afferre, conſultum fuit, vt interim ea per Eccleſias ad Epiſcopos mitterentur, vt confirmatio rerum in Oecumenico Conuentu geſtarum fieret, quæ vnà cum Apologia de dilato negotio, ad Romanum Pontificem mittitur. Teſtantur hæc Canones 14. Synodi Toletanæ, anno ſequenti habitæ, in cuius ſecundo, de honorifica etiam ad Rom. Pont. miſſa legatione mentio habetur.

Sub hoc Pontifice iuſſu Imper. Rauennas [c] Eccleſia reddita eſt Sedi Apoſtolicæ vt defuncto Archiepiſcopo, qui electus fuerit, iuxta antiquam conſuetudinem Romam adeat ordinandus.

c Rauennas Archiepiſcopus à Rom. Pont. ordinatur.

Sanxit Leo, vt qui ordinatus fuerit Archiepiſcopus, nulla conſuetudine, pro vſu [d] pallij, aut diuerſis officiis Eccleſiæ quidquam perſoluat.

d Pallij vſus ſine munere detur.

Benedictus II. [e] iunior, patriâ Romanus, patre Ioanne, die 20. Auguſti Pontifex creatur. Obtinuit ab Imperatore petente Senatu, Clero, & populo, vt electus Pontifex [f] nulla expectata confirmatione Imperatoris conſectaretur, quam vſurpatam primùm à Regibus Gothorum, & illis expulſis, Orientales ſibi vendicarunt Imperatores. *Anaſtaſius.* 684.

e Benedictus Papa creatur.

f Libera confirmatio Romani Pont. remittitur ab Imperatore electoribus.

Hoc eodem anno, qui & quintus Eruigij Regis numeratur, celebratum eſt Concilium [g] Toletanum XIV. Cauſa illud celebrandi fuit, quòd ad finem elapſi anni accepiſſent Acta VI. Synodi à Leone ſubſcribenda: ſed cùm ob id celebrandum foret generale Concilium totius Hiſpaniæ, nec tamen propter diuerſas turbas licuiſſet, illud factum, vt ſaltem in vnum conuenirent Toleti, Epiſcopi prouinciæ Carthagin. & quidquid ibi decretum fuiſſet, idem reliquarum prouinciarum Synodales Conuentus, eadem de cauſa celebrandi, æquè probarent, id præfantur Epiſcopi in Concilio: mox per aliquos Canones examinata, & confirmata ſunt Acta VI. Synodi. Illud notandum, quod dicunt *Can.* 7. hanc quæ ſexta dicitur, quinto loco ordine ponendam poſt Nicænam, Conſtantinop. Epheſ. Chalcedon. non propterea id dicere, quòd quintam abiicerent, ſed quia cùm in ea nihil de fide, ſed tantùm de perſonis actum eſſet, videtur prætereunda, vt non dogmatica.

g Concil. Tolet.

Vigebat per hoc tempus conſuetudo, vt per capillorum exhibitionem quis alicui offerretur in filium, & qui eum accepiſſet, patris nomen conſequeretur; ſic igitur pius Imperator Conſtantinus capillos Dominorum Iuſtiniani, & Heraclij filiorum [h] ad Papam direxit: & ipſe cum Clero, & exercitu, inquit Anaſtaſius, quaſi dicat, cum quadam ſolemnitate ſuſcepit, quod factum eſt à Pio Imperatore, vt filij ſui ſcirent ſe Romanum Pontificem peculiarem habere parentem, cuius monitis impenſius parere deberent, eúmque vt patrem, diligere, ac reueteri.

h Imp. Conſtant. filios ſuos Papæ tradit per capillum, quaſi adoptados.

Simile

Simile quiddam narrat Paulus Diaconus de Pipino filio Caroli Principis Francorum ad Luitprandum miſſo, vt eius, iuxta morem, capillum ſuſciperet, *qui*, inquit *eius cæſariem incidens, ei pater effectus eſt*, &c.

685. Benedictus [a] Papa pro munere Romani Pontificis proprio, conſeruandi fidem Catholicam ab omni nouitate in rebus, & in verbis, cùm legiſſet in litteris Epiſcoporum, quibus confirmabant definita in VI. Synodo, nonnulla ambigua, & quæ malè intelligi poſſent, paternè illos admonuit, vt ambigua declararent, & corrigerent. Quæ iidem Patres Hiſpani excuſauerunt poſtea in Concilio XV. Toletano poſt biennium habito, ex cuius Actis corrigitur Rodericus Toleranus in eo, quod Benedictum Papam calumniari videtur. Sedet menſes 10. & mortuus eſt.

a *Benedictus Papa fidem catholicam tuetur.*

Ioannes V. [b] natione Syrus, patriâ Antiochenus, patre Cyriaco, Pontifex creatur, mortuo Benedicto. Hic, cùm libellum de Pallij dignitate compoſuiſſet, Pontificatus ſui anno 1. & d. 11. moritur die 2. Auguſti. Sepelitur apud S. Petrum 4. Non. Aug. Vacat tum Sedes menſ. 2. d. 18.

b *Ioannes Papa creatur.*

Sub hoc Pontifice celebratum eſt Conciliabvlvm [c] Gallicanvm. Vide Baronium hoc anno 685. Alij dicunt, ipſum celebratum eſſe anno 692. In hoc Conciliabulo plura impia ſtatuta ſunt. In I. Canone Honorium [d] Pontificem tanquam Monothelitam damnant. In II. 85. Apoſtolorum Canones numerat, quos Romana Eccleſia Gelaſio decernente, velut apocryphos iudicauit. In III. abolitam olim à Stephano Papa de rebaptizandis hæreticis hæreſim innouauit, & Cyprianum Carthaginenſem Martyrem Stephano Pontifici Romano oppoſuit. IV. Vno ductu calami, omnes Canones Romæ, in Galliis, in Hiſpaniis, in Africa, & in Oecumenicis Conciliis conſtitutas deleuit, dum edixit, nulli licere prius declaratos Canones admittere à quibuſdam falſa adiecta inſcriptione compoſitos, qui veritatem cauponari conati ſunt. V. Vxorium eſſe debere Clerum decernit, contra ſexcentorum, & amplius annorum Epiſcopos Orientis, qui ad hanc vſque diem continuerunt omnes Diaconos, atque presbyteros ſolitarios, ac ſingulares abſque coniugibus. Et alia multa huiuſmodi in Conciliabulo Gallicano a Callicino celebrato, ſtatuta ſunt.

c *Conciliabul. Gallicanũ, & eius impia Acta.*
d *Honorius Papa ac ſi Monothelita eſſet, damnatur.*

Schisma [e] VIII.

e *Schiſma VIII.*

686. Conon [f] Thraciâ oriundus, in Sicilia educatus, inde Romanæ Eccleſiæ militans ex Presbytero Pontifex creatur. Nam dum Romani Petrum Archiepiſcopum, exercitus verò Theodorum Presbyterum in Ioannis demortui locum ſufficere conarentur; tandem poſt longam altercationem, in hanc ſententiam venere omnes, metu diuino impulſi, vt Cononem eligerent, virum certè tanto principatu dignum, & nuncios ad Exarchum pro more miſerunt. Iuſtinianus [g] Imperator remiſſa conſuetudine confirmandæ electionis Romani Pontificis à ſuo piiſſimo parente Conſtantino, & ſuæ priſtinæ libertati Eccleſia Romana vindicata, alia ſibi via eam vſurpare ſtuduit; nimirum, vt non crearetur Pontifex abſque Exarchi conſenſu, per quem militaribus copiis ſuffultum, non alius crearetur, quàm ſibi carus, & probatus. Ex quo illud obortum malum, vt ambientes Pontificatum, per Exarchi miniſterium illum conſequi conarentur, ſiue muneribus, ſiue aliis officiis hominem demerentes, Clero autem Romano in contrarium adnitente, ſæpè ſchiſmata ſunt conflata.

f *Conon Papa diuino nutu eligitur.*
g *Iuſtinianus Imperator alia via reſumere procurat conſuetudinem confirmãdi electionem ſummi Pont.*

Porrò Iuſtinianum [h] cœpiſſe hoc anno vacillare in fide, & diuerſa à Romano Pontifice ſenſiſſe, ex epiſtola Nicolai I. ad Michaëlem Imperatorem conſtat, cùm Cononis Legatos Conſtantinopolim miſſos, præuaricari coactos aſſerit, & ex Cedreno.

h *Iuſtinian. Imperator in fide vacillat.*

687. Conon ſanctiſſimus Papa moritur [i] 13. menſis Octob. cùm ſediſſet menſes 11. & dies 23. iuxta Anaſtaſium. Ceſſat Epiſcopatus m. 2. dies 13. quo tempore ſtudia Cleri, & populi in duas ſciſſa ſunt partes.

i *Conon Papa moritur.*

ANNO DOM.

a *Schiſma IX.*

SCHISMA [a] IX.

Cùm ergo mortuus eſſet Conon, ſeptimo ab eius obitu die Romanus populus in duas partes diuiſus eſt: & vna quidem elegit Theodorum Archipresbyterum, alia verò Paſchalem Archidiaconum. Cúmque inuicem tumultuarentur, nec alter alteri cedere vellet; Primates Iudicum, & exercitus Romanæ militiæ, & Cleri plurima pars, præſertim Sacerdotum, atque ciuium multitudo in ſacro Palatio conueniens, inter duos litigantes, Sergium de medio populi ſublatum elegit, & in Oratorium B. Cæſarij Martyris, ac exinde in Lateranenſe Epiſcopium deduxit. Ibi Theodorus Archipresbyter illicò quieuit, & Sergio inclinauit. Paſchalis autem, Rauennam mittens Ioanni Exarcho pecuniam ſi illum ad Pontificatum eueheret, promiſit. Venit quidem ille, & nihil, niſi prędas ex Eccleſiis egit. Paſchalis autem paulò poſt, magiæ [b], incantationum, ſortilegiorúmque, & lucorum, quos colebat, conuictus, Dei, Beatique Petri Apoſtolorum Principis iudicio interueniente officio, & dignitate Archidiaconi priuatus, & in monaſterium detruſus, poſt quinquennium præ cordis duritia defunctus eſt.

b *Paſchalis magiæ conuictus, punitur.*

c *Sergius Papa creatur.*

SERGIVS [c] autem fuit natione Syrus, patriâ Antiochenus, Patre Tiberio, 688
Adeodato Pontifice Romam veniens, in Clerum Romanum aſciſcitur: deinde per ordines conſcendens, presbyter cum titulo S. Suſannæ creatur: poſtea defuncto Conone, in altercatione prædicta, eius loco ſuffectus eſt. Is conſtituit, vt in fractione Dominici corporis diceretur, *Agnus* [d] *Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis*. & multa alia ſanciuit. Pontificatus verò ſui anno 13. menſ. 8. d. 23. moritur, atque in Baſilica S. Petri, collachrymantibus omnibus, magno funere ſepelitur 6. Idus Septembr. Vacat tum Sedes m. 1. d. 20.

d *Agnus Dei in Miſſa quando dici cœpit.*

e *Purificationis B. Mariæ Proceſſio cum cereis accenſis.*

f *Idem fieri præcepit in tribus aliis Deiparæ feſtis.*

Hic Pontifex diem [e] Purificationis B. Mariæ celebri, & ſolemni ſupplicatione, quam *Proceſſionem* appellant, coli inſtituit, & vt exeunte Clero cum populo ab Eccleſia S. Adriani, procederet cum cereis ad talem vſum benedictis ad Baſilicam S. Mariæ Maioris. Idem præcepit [f] fieri in tribus aliis diebus Deiparæ ſacris, nimirum, Annunciationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis, vt refertur in libro, qui dicitur, Ordo Romanus: & ex Martyrologio Bedæ 5. Idus Septemb. more Ambroſiano, inter celebritates Domini habetur, ex ritu Græcorum, Purificatio Beatæ Virginis, dicatas.

g *Cereorum vſus antiquus.*

Nec tamen quis putet, eundem etiam cereorum vſum [g] ab eodem Sergio eſſe inſtitutum: nam S. Eligius Epiſcopus Nouiomenſis, qui ante tempora Sergij vixit, obiitque, vt ſcribit Sigebertus *in Chron.* anno Domini 665. in ſermon. quem in ea ſolemnitate habuit, pluribus diſſerit de eo myſterio cereorum.

h *Purificationis feſtum à Iuſtin. Imp. Græcis indicitur ſeruandum, & cur.*

Nicephorus ſcribit *lib. 7. cap.* 28. Iuſtiniani ſenioris conſtitutione fuiſſe [h] ſancitum, vt hic dies feſtus ab omnibus anniuerſaria celebritate coleretur. Id autem meo iudicio, non ita eſt intelligendum, quaſi tunc primùm huius diei cultus fuerit inſtitutus; ſed quod ab omnibus Græcis populis hunc diem obſeruari, & coli iuſſerit Imperator, cùm fortaſſis nonnulli in hoc die feſto colendo, negligentiores extitiſſent. Puto hanc celebritatem antiquiſſimam eſſe, & fortaſſis ab Apoſtolis, vel primis eorum diſcipulis inſtitutam.

Concil. Toler.

Hoc anno 688. celebratum eſt CONCILIVM [i] TOLETANVM XV. hac occaſione: Eruigius Rex Hiſpaniarum defunctus, Egicam generum deſponſata ei Cixilonia filia, ſucceſſorem accepit. Hic duplici ſe obligatum iuramento videbat: altero dato Eruigio de filiorum, atque vxoris eius defenſione; altero de adminiſtranda populis iuſtitia. Cúmque vtrumque ſimul implere, impoſſibile exiſtimaret, neque alteri abſque alterius diſpendio ſe ſatisfacere poſſe; ideò Synodum Toleti [k] congregari voluit, à quibus conſilium acciperet. Conuenerunt Epiſcopi 61. per Vicarios verò 5. Abbates 11. Comites 17. Decreuerunt Patres, ea ex parte promiſſionem, vel iuramentum ſubſiſtere, qua filius Eruigij pollicitus eſt aduerſus omnes protectionem, atque defenſionem: ea verò ex parte, qua conſultum fuit iuſtitiæ, & obſtructus aditus iniquitati, ſuo robore debere ſubſiſtere, vtpote congrua iis, quæ ipſe populo iuramento pariter promiſerat.

k *Egica Synodum congregari curat, vt ab Epiſcopis cõſilium accipiat.*

Concil. Cæſaraugust.

Hoc anno CÆSARAVGVSTANVM [l] CONCILIVM habitum eſt. Inter 691.

alia

ANNO DOM.

alia ſancitum, vt relicta Regis, poſt eius obitum, veſtem Regiam mutaret, & religioſam indueret [a]: atque inter moniales in monaſterio vitam tranſigeret, ſcilicet ne occaſione ſecundarum nuptiarum, occaſio daretur alicui inuadendæ tyrannidis.

a Regina vidua relicti inter Moniales in monaſterio vitam tranſigat.

CONCILIVM [b] QVINISEXTVM.

b Concil. Quiniſextum

692. Hoc anno Conſtantinopoli celebratum eſt Concilium quod à Balſamone vocatur QVINISEXTVM. Pro quo ſciendum ex Tharaſio, VI.[c] Synodum, quæ tempore Conſtantini IV. celebrata eſt, nullos Canones edidiſſe. Sed poſt annos aliquot, tempore Iuſtiniani, Epiſcopos rediiſſe Conſtantinopolim & in Palatio, quod dicebatur *Trullum*, 102. Canones edidiſſe, qui dicuntur Trullani. Hinc factũ eſt, vt orta ſit quæſtio, vtrum Trullani [d] Canones ſint Canonici, & an Eccleſiaſticam auctoritatem habeant. De qua quæſtione Canus *lib. 5. de locis. cap. vlt. in reſp. ad 6. argum.* negat, eos Canonicæ, & Eccleſiaſticæ auctoritatis eſſe. Primùm, quia Anaſtaſius Apoſtolicæ Sedis Bibliothecarius in proœmio ad VIII. Synodum, ad quam iuſſu Adriani II. miſſus eſt, teſtatur, eos Canones non eſſe in Eccleſia Romana receptos, *vt habetur cap. 2. diſt. 63.* Idem dicit Vmbertus Candidæ Siluæ Epiſcopus Legatus Leonis IX. *in libello contra epiſt. Michaelis Patriarchæ Conſtantinopolitani.* Idem Theophanes, Græcus hiſtoricus, Theodorus Balſamon in interpretatione eorundem Canonum. Item Iuſtinianus Imp. eo nomine II. bis Synodum Conſtantinopoli coëgiſſe legitur, prius ſub Sergio Rom. Pont. poſterius ſub Ioanne VII. Et de priori quidem Synodo Beda *de natura rerum cap. 67.* ait: Iuſtinianus Rom. Eccleſiæ Pontifici Sergio, quia erraticæ ſuę Synodo, quam Conſtantinopoli fecerat, ſuadere, & ſubſcribere noluiſſet, iuſſit Conſtantinopolim deportari: qui tamen ob culpam perfidiæ, regni gloria poſtea priuatus, exul in Pontum ſeceſſit.

c Synodus VI. Canones non edidit.

d Trullani Canones non ſunt Canonici.

Præterea *in Can. 2.* ſuſcipit, & confirmat huiuſmodi Synodus 85. Canones Apoſtolorum. At Sedes Apoſtolica non tot Canones approbat, vt auctor eſt Iſidorus *cap. Canones. diſt. 17.* & Leo IX. *cap. Clementis. ead. diſt.* & Gelaſius *cap. Sancta Romana Eccleſia. diſt. 15.* Item huiuſmodi Synodus in eodem *Can. 2.* approbat Concilium Cypriani Martyris, de rebaptizandis hæreticis, quaſi ſecundùm traditam Africanis conſuetudinem lex illa conſtituta ſit. Sed Cypriani decretum ab vniuerſali Eccleſia reprobatum eſt. Cur igitur in Trullano Canone approbatur?

In *Can.* Eccleſiæ Romanæ lex de bigamis non ordinandis tanquam ſummum ius, & ex rigore Seuerum appellatur. In *Can. 13.* decernitur, vt Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, à ſuis vxoribus ante ſacros Ordines ſuſceptis non ſeparentur. Ea conſuetudo Græcanica eſt, non Romana, & vniuerſalis Eccleſiæ. Et eſt contra vſum, & traditionem Eccleſiæ Orientalis, & Occidentalis. De quo vſu, & traditione S. Hieron. *Quid,* inquit in Vigilantium, *facient Orientis Eccleſiæ? quid Aegypti, & Sedis Apoſtolicæ quæ aut virgines [e] Clericos accipiunt, aut continentes, aut, ſi vxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt.*

e Clericorum continẽtia

Can. 36. ſtatuitur, vt Conſtantinopolitana Sedes æqualia priuilegia cum Apoſtolica teneat. Aduerſus hoc priuilegium pugnauerunt olim Romani Pontifices Leo I. Pelagius I. Gregorius I. & Nicolaus I. & quanquam iure, & ratione pugnauerint: conniuentibus [f] tamen poſtea, & tolerantibus Romanis Pontificibus, Cõſtantinopolitanus Patriarcha poſt Rom. Pont. cæteris tribus Patriarchis Alexandrino, Antiocheno, & Hieroſolymitano prælatus eſt, *vt patet ex cap. antiqua. de priuileg.* Huic Conſtantinopolitanæ, & Græcanicæ ambitioni ac vanitati noluerunt ſequentes Romani Pontifices diutius repugnare. *Can. 62.* præcipitur, vt in omnibus Quadragenarij ieiunij diebus, per Sabbathum, & Dominicam nouæ hoſtiæ non conſecrentur, ſed fiat præſanctificatarum ſacrificium, vt apud Latinos fieri ſolet in die Paraſceues. Hic Græcanicus [h] ritus [g] eſt, non Romanus. *Canone quinquageſimo quinto* ſic habetur: *Quoniam intelleximus, in Romanorum ciuitate, in ſanctis Quadrageſimæ diebus, & in eius Sabbathis ieiunare, præter Eccleſiaſticam traditam conſuetudinem, Sanctæ Synodo viſum eſt, vt in Romanorum Eccleſia ſi quis fuerit inuentus Sabbatho ieiunans, Clericus deponatur, laicus ſegregetur.* Quis Romanus Pontifex ferat hunc Canonem æquo animo? Eccle-

f Pontificibus Romanis conniuentibus, Conſtantinopolitanus Patriarcha poſt Romanum Pont. cæteris tribus Patriarchis prælatus eſt.

g Græcorum ritus.

h Trullanus Can. 55. contra Eccleſia Romana ritum.

ſiaſticam appellant conſuetudinem, quæ apud Græcos viget, nou Latinos,& tacitè reputabatur vſus Romanorum in Sabbatho Quadrageſimæ ſeruantium ieiunium, & lex Eccleſiæ Romanæ præſcribitur ſine vllo Pontificis conſenſu. *Can.* 67.ſic dicitur: *Sacra Scriptura nobis præcipit, vt abſtineamus à ſuffocato, & ſanguine, meritò igitur damnamus eos, qui cuiuſcunque animalis ſanguinem arte aliqua condiunt, & ſic comedunt.* Audacter ſanè Græci, Latinorum conſuetudinem improbant, & Apoſtolicum præceprum ad breue tempus datum, volunt eſſe perpetuum.

Si contra hæc obiicias. Grarianus nomine VI. Synodi Trullanos Canones perpetuò citat, *vt conſtat ex cap. placuit. diſt.* 16. *cap. quoniam. diſt.* 31. *cap. ſi quis. diſt.* 32. *cap. final. diſt.* 93. *cap. Iacobus. de conſecrat. diſtinctione* 1. *capite dicimus. de conſecratione, diſtinctione* 2. *capite ſi quis Epiſcopus.* 37. *quæſtione* 1. At VI. Synodus ſine dubio Eccleſiaſticam auctoritatem habet. Reſpondeo [a], falsò, Gratianum [b] prædictos Canones citaſſe tanquam Canonicos, & Eccleſiaſticos, & à VI. Synodo conſtitutos. Potuit ille quidem auctoritate vti, ſed non tanquam Canonica.

Obiectionibus ſit ſatis. Gratianus, falsò citat aliquos Canones tanquã à VI. Synodo conſtitutos.

Secundò obiicies: Innocentius III. *in cap. à multis. de ætat. & qualit.* dicit: In ſexta Synodo eſſe decretum, vt ſi quis eorum, qui ad Clerum accedunt, nuptiali iure mulieri voluerit copulari, hoc ante Subdiaconatus ordinem faciat. Paret autem hunc eſſe ſextum Canonem Trullanum. Reſpondeo, Innocentium in hac parte ſecundùm vulgi opinionem locutum fuiſſe, appellauit enim Trullanos Canones nomine VI. Synodi, quia ſic vulgariter nominari ſolent.

Tertiò obiicies, Adrianus Papa *in cap. ſextam. diſt.* 16. *& in cap. ſextam. de conſecrat. diſt.* 3. prædictos Canones ſuſcipit, & approbat. Reſpondeo, non Adrianum Papam, ſed Tharaſium Patriarcham Conſtantinopolitanum eos Canones recipere, & approbare, vt conſtat ex Synodo VII. *Act.* 1. *&* 2. Adrianus verò Papa refert verba Tharaſij, & falſus eſt Gratianus, dum allegat, & accipit ea verba, tanquam Adriani Papæ.

Quiniſexta Synodus conciliabulum fuit.

De hac Synodo Quiniſexta vide Baronium in Annalibus, vbi vocat eam [c] Conciliabulum, & pſeudoſynodum, quòd abſque auctoritate Romani Pontificis, contra Canones confecta ſit, nullis Apoſtolicæ Sedis Legatis præſentibus, nulla eiuſdem Sedis approbatione, atque adeò cum eius reprobatione, quantumcunque contrarium affirment Tharaſius [d], *apud VII. Synod. act.* 2. & Balſamon in Nomocanone Photij, ſuis commentis, & impoſturis, nulla veritate, aut firmitate ſubnixis, quæ vt planè detegantur, & expungantur, legendi ſunt Annales. Legatur & Cardinal. Bellarminus *lib.* 2. *de Rom. Pont. cap.* 18. *ibi. Argumentum ſecundum. vbi latè de hoc. & lib.* 1. *de Conciliis cap.* 7.

Tharaſij, & Balſamonis impoſturæ deteguntur.

Concil. Tolet.

Decimum ſextum celebratur CONCILIVM [e] TOLETANVM, generale 693.
dictum, in quo conuenerunt 59. Epiſcopi, per Vicarios tres: præter Abbates 5. & viros illuſtres, de magna cauſa depoſitionis ſcilicet Sisberti Epiſcopi Toletani conuicti, & confeſſi, quòd in regnum & vitam pij Regis Egicani machinatus eſſet. In eius locum ſubiectus eſt Felix ex Hiſpalenſi Eccleſia tranſlatus. Statutum quoque in eo, vt pro Rege [f], eiúſque coniunctis, quotidie Miſſa celebraretur. Sancitæ etiam pœnæ in laicos, qui Maieſtatis rei eſſent. In Iudæos quoque, & Idolorum cultores.

Miſſa quotidie pro Rege celebretur Toleti.

Concil. Tolet.

Iudæi baptizati in Hiſpania, cum Africanis contra regnum, & Regem Hiſpaniæ conſpirant. Sed acriter puniuntur.

Dum Toleti [g] XVII. Concilium celebraretur, conſpiratio eorum Iudæorum [h], 694.
qui baptizati erant in Hiſpania, detegitur, adiunctis ſibi ex Africa Iudæis, ad inuadendum Hiſpaniæ Regnum, & Regem occidendum. Quare ex eiuſdem Concilij ſententia, bonis ſpoliati, in ſeruitutem rediguntur: filiis ad ſeptimum annum à parentibus abſtractis, vt in fide alerentur Catholica, & coniugiis Catholicis iungerentur. Statuitur contra exemplum Domini de ablutione [i] pedum non imitantes (cùm dicat: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*) vt deinceps non aliter per totius Hiſpaniæ, & Galliæ Eccleſias eadem ſolemnitas celebretur, niſi pedes vnuſquiſque Pontificum, ſeu Sacerdotum, ſecundùm hoc ſacroſanctum exemplum, ſuorum lauare ſtudeat ſubditorum Sublatus eſt & eodem Concilio abuſus ille ſuperſtitioſus celebrandi Miſſam [l] Defunctorum, pro aliquo viuente, cui ex odio mortem quis optaret.

Pontifices in Fer. V. cœnæ Dom. pedes ſuorum ſubditorum lauēt exemplo Chriſti.

Miſſa defunctorum cõtra viuentes non celebratur.

Concil. Traiect.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [k] TRAIECTENSE, in quo defini-

ANNO DOM. cum eſt,vt primi Prædicatores in exteras prouincias prædicarent verbum Dei.

698. Hoc tempore SYNODVS [a] AQVILEIÆ facta,ob imperitiam fidei,Quintum vniuerſale Concilium ſuſcipere diffidit: donec ſalutaribus B.Sergij Papæ monitis inſtructa, & ipſa cum cæteris Eccleſiis annuere conſenſit. Hæc quidem Paulus Diacon. *lib. 5. cap. 14.* ſed longè ante reſipuiſſe liquet Eccleſiam [b] Aquileienſem ab antiquo illo ſchiſmate,cùm Agatho Aquileienſis Epiſcopus ſubſcripſiſſe reperiatur Synodo Agathonis Papæ, vt ex actis conſtat. Quamobrem eandem Eccleſiam iterum in eundem errorem lapſam, dicere opus eſt: perfectè verò à Sergio Romano Pontifice eſſe curatam.

a Synod. Aquileia.

b Aquileienſis Eccleſia plures in ſchiſma relapſa eſt.

701. IOANNES VI. natione Græcus poſt vacationes Sedis, ab obitu Sergij menſe 1.& d.20.hoc eodem anno 29. Octob. creatur Pontifex. Quo ipſo anno(Anaſtaſius) miſſo à Tiberio Imp. Theophylacto cubiculario Patritio, & Exarcho Romam aduerſus Pontificem(cauſa ignoratur) vniuerſa Italiæ [c] militia Romam conuenit, ad tuendum Pontificem, qui eam incenſam, & tumultuantem aduerſus Exarchum compreſſit.Ex hoc tempore Exarchorum vires admodum tenues reddi cœpere: contrà verò Rom.Pont auctæ,ſtante pro eis militia: adeò vt poſt hæc ſupplices,non inſultantes in Italiam,mittere Imperatores ſolerent Exarchos.

c Militia Romana, & Italica fouet Rom. Pont. aduerſus Exarchos.

Hoc eodem anno,defuncto Hiſpaniarum Rege Egica,filius eius Vvitizza, qui cum patre annos quinque hactenus regnauit,regnum ſuſcepit ſolus adminiſtrandum: & initio ſpeciem optimi Principis præ ſe ferens, imitatus Parentis,& alio rum prædeceſſorum pietatem, ad optimum regimen inſtituendum, ex omnibus Hiſpaniarum Epiſcopis CONCILIVM generale collegit, quod XVIII. numeratur TOLETANVM [d],in quo non niſi pia,& ſalutaria oportet fuiſſe ſtatuta. Cur autem id nequaquam, vt cætera poſteris, ſcriptis traditum reperiatur: ea nobis cauſa videtur(quidquid aliqui aliter opinentur) quòd cùm Vvitizza Rex poſtea in peſſimum,nequiſſimum,& impium tyrannum degeneraſſet,quæ probè,& ſanctè ſancita, & ab eo probata fuerant, penitus fuerint abrogata, ipſaque Concilij Acta conſciſſa.

d Concil. Tolet.

Porrò ex antiquioribus, qui res Hiſpanicas ſunt proſecuti, Lucas Tudenſis eius nefariam [e] improbitatem pluribus deſcripſit,flagitia,rapinas, crudelitatem; vt habens ipſe plures vxores;& concubinas, Ducibus ſuis, idem vt facerent, imperauit:vt Theoſridum Ducem Cordubenſem dolo captum excæcarit, Fauilam eius germanum,Cantabriç Ducem occiderit,vt eius potiretur vxore,&alia plura.

e Regis Vvitizzæ flagitia.

Denique ne aduerſus eum inſurgeret ſancta Eccleſia, Epiſcopis [f],Presbyteris, Diaconis, & cæteris Eccleſiæ Chriſti miniſtris, vxores habere præceperit: & ne obedirent Romano Pontifici ſub mortis interminatione prohibuerit.

f Eccleſiaſticis vxores habere, & ne Romano Pont.obedirent iuſſit.

Sed cauſam [g] apoſtaſiæ tam inſolentis, & monſtruoſæ defectionis ab Eccleſia Romana non aliam fuiſſe putamus, quàm quòd cùm Hiſpaniarum [h] Regnum, antequam inuaderetur à Saracenis,fuiſſet Romanæ Eccleſiæ traditum à poſſidentibus ipſum Gothorum Regibus,maximè piis, ita vt ipſi aliquo annuo perſoluto tributo, Eccleſiæ Romanæ nomine poſſiderent, indigniſſimus ſucceſſor, impius Vvitizza eiuſmodi donationem irritam penitus reddere conatus,illud de non parendo Romano Pontifici ſanxerit decretum.

g Apoſtaſia ipſius cauſa.

h Hiſpaniæ regnum S. Romanæ Eccleſiæ à Gothis Regibus donatum.

Quòd autem Regnum Hiſpaniarum olim fuerit iuris Eccleſiæ Romanæ planè conſtat ex epiſtola [i] Gregor. VII. Papæ,*tom.3. epiſt.Rom.Pont epiſt.7.lib.1.*Hic ipſo 1073. Domini anno, quo Pontifex Romanus creatus eſt, epiſtolam ſcripſit hoc titulo.

i Gregorij VII.Papæ epiſtola pro regni Hiſpaniæ dominio.

Gregorius in Romanum Pontificem electus, omnibus Pontificibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus, perpetuam ſalutem in Domino Ieſu Chriſto.

Non latere vos credimus,Regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprij iuris S.Petri fuiſſe [k] *,& adhuc (licèt diu à paganis ſit occupatum) lege tamen iuſtitiæ non euacuata, nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo, ſemel in proprietatem Eccleſiarum iuſtè peruenerit, manente eo, ab vſu quidem, ſed ab earum iure, occaſione tranſeuntis temporis, ſine legitima conceſſione diuelli non po-*

k Regnum Hiſpaniæ ad Rom.Eccleſiam pertinet.

terit. Itaque Comes Eulus de Roccio, cuius formam apud vos haud obſcuram eſſe putamus, terram illam ad honorem S. Petri ingredi, & à Paganorum manibus eripere cupiens, hanc conceßionem ab Apoſtolica Sede obtinuit, vt partem illam, vnde Paganos, ſuo ſtudio, & adiuncto ſibi aliorum auxilio, expellere poſſet, ſub conditione inter nos facta pactionis, ex parte S. Petri poſsideret. Qua in re, & labore quicumque vſum ſibi adhærere voluerint, omni charitatis affectu commonitus, erga honorem S. Petri talem animum gerat, vt ab eo, & munitionis auxilia in periculis, & merita fidelitatis præmia ſecurus accipiat. Si autem aliqui ex vobis ſeorſum ab illo, propriis copiis eandem terram aliqua in parte intrare parauerint; decet, vt militiæ cauſam lex, animi deuotione, quàm iuſtißimam ſibi proponat, iam nunc omnis voto concipientes, & ex corde ſtatuentes: ne capta terra, eaſdem, quas illi, qui nunc, Deum ignorantes, eam occupant iniurias Sancto Petro faciant. Hoc enim neminem veſtrum ignorare volumus: quoniam niſi aqua pactione perſoluendi iuris Sancti Petri in regnum illud animaduertere ſtatueritis, potius vobis Apoſtolica auctoritate, ne illuc tendatis, interdicendo, contra feremur, quàm ſancta, & vniuerſalis mater Eccleſia idem à filiis ſuis, quod ab hoſtibus patiendo, non iam proprietatis ſuæ, ſed filiorum detrimenta ſancietur. Quam ob rem hunc dilectum filium Hugonem, & Cardin. S. R. E. Presbyterum in partes illas miſimus, in cuius ore, noſtra ad vos conſilia, & decreta plenius, apertiuſq; differenda, ac vice noſtra diſponenda poſuimus. Datum Romæ, 2. Calend. Maij. Indict. 11.

Quadriennio poſt alteram dedit hoc titulo.

a Idem de eodem.

Gregorius [a] *Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Regibus, Comitibus, cæteriſq; Principibus Hiſpaniæ ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

Non ignorare credimus prudentiam veſtram, &c. Et poſt multa: *Præterea*, inquit, *notum vobis fieri volumus, quod nobis quidem tacere non eſt liberum, vobis autem, non ſolùm ad futuram, ſed etiam ad præſentem gloriam, valdè neceſſarium, videlicet, Regnum Hiſpaniæ ex antiquis conſtitutionibus B. Petro, & S. R. Eccleſiæ in ius, & proprietatem eſſe traditum. Quod nimirum hactenus, & præteritorum temporum incommoda, & aliqua anteceſſorum noſtrorum occultauit negligentia*, &c.

b Hiſpania in manus Saracenorum tradita, quia à Sede Apoſtolica defecerat [illegible] vel quantum [illegible] iuriſdictionem.

c Caueant Principes ne Eccleſiaſtica iura violari permittant.

Sed redeuntes ad Apoſtatam Regem Vvitizzam, non alia ferè maior cauſa interceſſiſſe excogitari poteſt, cur Regnum illud, alioqui Catholicum, Deus poſt paucos annos, impiis [b] Saracenis tradiderit conculcandum, quàm defectio à Sede Apoſtolica, non quidem in rebus fidei, quod ſuſpicari poſſimus, ſed in iuriſdictione, & temporalitate, conſentientibus, vel diſſimulantibus tantum nefas populis, & maximè Epiſcopis. Hinc intelligant, quàm malè regno, & ſibi conſulant Principes, & [c] Conſiliarij, qui Eccleſiæ iura penitus tollere, vel minuere conantur.

d Reſtitutio Alpiũ Cottiarum Rom. Eccl. facta.

In Italia hoc anno Cuniperto Rege Longobardorum extincto, multis de Prin- 704.
cipatu contendentibus, Aripertus obtinuit. De quo hæc memoratu ſanè digna Diaconus. Hoc tempore [d] *Aripertus Rex Longobardorum donationem patrimonij Alpium Cottiarum, quæ quondam ad ius pertinuerant Apoſtolicæ Sedis, ſed à Longobardis multo tempore fuerant ablata, reſtituit: & hanc donationem aureis exaratam litteris, Romam direxit.*

e Rex Merciorum fit Monachus.

Eodem anno, vt ait Beda *in Compend. & lib. 3. cap. 14.* Edilredus Rex Merciorum, cùm regnaſſet 31. annos, Monachus factus, Coënredo regnum dedit.

f Ioan. VI. Papa moritur.

Hoc anno Ioannes [f] VI. Pontifex, cùm ſediſſet ann. 3. m. 2. d. 12. moritur 10. Ian. Vacat Sedes m. 1. d. 18.

g Romani Pontif. plures extera nationis per hæc tempora.

Ioannes VII. natione Græcus, patre Platone 1. Martij ſubrogatur. Veriſimile 705.
eſt, artibus Græcorum curatum, vt plures Orientales allegerentur in Collegium S. R. E. Cardinalium, quòd etiam opera Exarchorum crearentur Romani Pontifices, vt aliquo modo Eccleſiæ Rom. dominarẽtur: ſiquidẽ plures videmus [g] ordine ex Orientalibus creatos Rom. Pontifices poſt Benedictum: Io. V. Syrum; Cononem Thracẽ: Sergium Syrũ: Io. VI. & VII. Græcos: poſtea Siſinnium, Conſtantinũ, Gregoriũ III. Syros: Zachariã Græcum, vt appareat inter hos omnes, vix vnũ Gregoriũ II. intercalatum Romanum natione Pontificẽ. Sed diuinitùs factum eſt, vt iidem creati Pontifices, hæreditarent pariter ſpiritum Apoſtolicum, & conatibus

Impe

ANNO DOM. Imperatorum,& Orietalium Epiſcoporũ fortiter reſiſterent, vt in Io. VII acciddiſſe probatur: ad quem cùm Iuſtinianus honorificentiſſimam miſiſſet legationem, de examinandis, nomine VI. Synodi, editis Canonibus, & conſentaneis Catholicæ diſciplinæ probandis, alienis reprobandis. Qua cauſa ROMÆ [a] conuocauit CONCILIVM. a Concil. Rom.

Quamuis autem honeſta petitio videretur, tamen quòd non deceret Maieſtatem Apoſtolicæ Sedis, vel quid minimum comprobare, quod non in legitima Synodo ſancitum eſſet, eos Ioannes nec ex parte voluit cõprobaſſe. Cæterùm (quòd ab eo fieri expectabatur) neque ex humana fragilitate timidus, inquit Anaſtaſius, voluit condemnaſſe, ne commoueret animum Imperatoris, verùm eos non recepiſſe, videri poterat condemnaſſe. Non fuiſſe quidem receptos [b], illud, præter alia probat, quòd ob eam cauſam, poſtea Iuſtinianus euocauit Conſtantinopolim Conſtantinum Pontificem. Huic Romanæ Synodo interfuit mirificus ille Sanctus Vvalfridus Eboracenſis Archiepiſcopus, iterum reus, & accuſatus, appellans ſanctam [c] Sedem Apoſtolicam, vt iam olim iterum fecerat ſub Agathone: & in vtraque Synodo abſolutus, remiſſus eſt ad Epiſcopatum. Beda *lib. 5. cap. 19. & 20.* b Trullani Canones non recepti. c Appellatio ad Sedem Apoſtolicam.

705. Ioannes Papa VII. poſtquam ſediſſet ann. 2. m. 7. d. 17. moritur [d] 15. Cal. Nou. Ind. 6. de quo Anaſtaſius ſcribit, plures eum Eccleſias, & cœmeteria reſtauraſſe, & exornaſſe, & Oratorium S. Dei genitricis Mariæ intra Eccleſiam B. Petri Apoſtoli maximo ſumptu extruxiſſe. Epiſcopium quoque ædificaſſe ſuper Baſilicam S. Dei genitricis, quæ antiqua vocatur (creditur autem Eccleſiam fuiſſe S. Mariæ in Tranſtyberim) illúcque habitaſſe. Ceſſauit Sedes m. 3. d Io. VII. Papa moritur.

708. SISINIVS [e] natione Syrus 15. Cal. Febr. creatur Papa, qui podagra admodum conſtrictus 20. Pontificatus die, 7. Febr. repentinò moritur, & in Baſilica Vaticana ſepelitur. Ceſſat Epiſcopatus m. 1. Et 7. Martij creatur e Siſinius Papa paulò poſt electionem moritur.

CONSTANTINVS [f] Syrus, longè mitiſſimus. Hic eo tempore ad Pontificatus apicem euectus eſt, quo Romæ triennio fame laboratum eſt: qua quidem in re ita omnes, tum vel maximè pauperes iuuit, vt Conſtantinum cœlitus miſſum homines arbitrarentur. Iuſtinianus autem [g] Imp. videndi Conſtantini Pontificis admodum ſtudioſus hominem rogat, vt ad ſe proficiſcatur, præmiſſa claſſe, quò tutius nauigaret. Appropinquante autem vrbi Regiæ Conſtantino, Tiberius Iuſtiniani filius cum regio [h] comitatu, & Cyrus Patriarcha cum omni Clero, honoris cauſa, ad octauum lapidem obuiam prodierunt, eumque Pontificali amictu indutum, ſolemni pompa vrbem ingreſſo, in Regiam perduxere. Inde verò Nicomediam proficiſcens, quò venturus & Imperator Nicææ erat, non ſecus quàm Conſtantinopoli à Nicomedienſibus ſuſcipitur. Iuſtinianus autem non ita multò poſt, vrbem ingreſſus, non ſolum Pontificem amplectitur, verùm etiam, eius pedes [i] venerationis cauſa exoſculatur. Moritur autem Conſtantinus 6. Pontificatus ſui anno, m. 1. & in Baſilica S. Petri ſepelitur 3. Idus Febr. Sedes verò huius morte, menſem 1. & dies 4. tum vacat. f Conſtantinus Papa creatur. g Iuſtinianus Imp. Pontificem videndi flagrans miſſa claſſe, eum rogat, vt ad ſe proficiſcatur. h Pontifex ad Imperatorem pergens multis modis honoratur. i Pontificis pedes Imperator oſculatur.

709. Hoc anno Coënredus [k] Rex Merciorum 6. anno regni ſui venit Romam, vt Beda ſcribit *in Epitome.* de duobus teſtatur Anaſtaſius in Conſtantino: *Huius*, inquit, *temporibus, duo Reges Saxonum, ad orationes Apoſtolorum, cum aliis pluribus venientes, velociter, vt optabant, vitam ſuam finiuerunt.* De frequentibus per hæc tempora peregrinationibus Anglorum Romam pietatis cauſa, omnis conditionis, & ſexus, meminit & Paulus Diaconus. k Coënredus Rex Merciorum Romam venit.

710. Hoc anno Iuſtinianus [l] Imperator Chriſtianiſſimus Nicomediæ ad conſpectum ſummi Pontificis veniens, cum regno in capite proſtratus, pedes Pontificis oſculatus eſt. l Iuſtin. Imp. pedes Pont. oſculatur.

Die verò Dominica, Miſſa facta, ab eius manibus Imperator coronam cœpit, próque ſuis delictis vt deprecaretur, Pontificem rogans, omnia priuilegia Eccleſiæ renouauit. *Anaſtaſius.*

Conſtantinus Papa Romam ex Oriente redit menſe Octob. Ind. 10. Poſt tres menſes nuncius affertur de Iuſtiniano [m] Imp. trucidato, & Philippico hæretico in Imperiũ prouecto. Hic cùm aliquãdo, antequã imperaret, acceſſiſſet ad incluſum quendã pſeudomonachũ, ex Aſtronomicis inſpectionibus, futurã prædiceret ſoltũ m Iuſtinianus Imp. trucidatur, & Philippicus hæreticus in Imperium eueheitur.

Anno Dom.

illi prædixit Imperium: & quia erat impius Monothelita, hæreticus, obſtrinxit
eum iuramento, vt VI. Synodum haud ritè factam, cùm imperaret, abrogaret.
Factus igitur Imperator, dum ex more, profeſſionem Catholicæ fidei mittere de-
beret, hæreticam [a] miſit, execratione dignam, quam Conſtantinus Pontifex, cum
Sedis Apoſtolicæ [b] Concilio, reſpuit. Populus Romanus zelo fidei accenſus [c] no-
men, litteras, imaginem, figuram eius in nummis ſuſcipere recuſauit, nec in Miſ-
ſarum ſolemniis nomen eius prolatum eſt. Cúmque ille ſex Synodos Oecume-
nicas in pariete depictas Conſtantinopoli abradi iuſſiſſet, Conſtantinus contra
Romæ pingi iuſſit. Miſſum ab eo Ducem, zelo fidei magna pars populi Romani
recipere recuſauit, inter quem, & alium, qui antea Dux erat, in ipſa vrbe armis eõ
curſum eſt, & cædes factæ. Ex quo habemus Rempublicam [d] Romanam guber-
nari his temporibus ſolitam per Duces miſſos ab Imperatore, hincque Ducatum
Romanum dictum.

a Philippicus Imperator hæreticus.
b Concil. Rom.
c Populus Rom. Imperatoris fidei confeſſionem tanquam hæreticam reſpuit.
d Romana Reſpublica tunc per Duces miſſos ab Imperatore gubernabatur.

Philippicus [e] Imp. vbi ſibi Imperium ſtabiliiſſe viſus eſt, occiſis omnibus, qui Iu- 712.
ſtiniano fauerant, damnandæ Catholicæ fidei in VI. Synodo expoſitæ, & Mono-
thelitarum hæreſi reſtituenda, ex promiſſione, iuramento firmata, animum inten-
dit. Primùm igitur Cyrum Patriarcham depoſitum [f], trudit in exilium, repoſito
in eiuſdem locum Ioanne quodam Monothelitarum anteſignano. Nam qui in
eam promouendus erat Monachus, qui Philippico Imperium prædixerat, cæcita-
te percuſſus fuerat. Inde indicta Synodo [g], potiùs pſeudoſynodo, ex Epiſcopis
duntaxat Orientis, quam numeroſiſſimam curaſſe, credibile eſt, vt cùm deeſſent
cætera omnia, numero ſaltem vincere videretur, propoſita depoſitionis ſententia,
Epiſcopis VI. Synodum non damnantibus. Omnes Epiſcopi, ne ſedibus caderent,
turpiſſimè cedentes, in VI. Synodi damnationis ſententiam conſenſerunt, cui an
cæteri interfuerint Patriarchæ, ignoratur: Actis eius, vt execrabilibus perpetuo
anathemati ſubiectis.

e Philippicus crudelis, & hæreticus.
f Patriarcha deponitur.
g Conciliab. Conſtantinopol. aduerſus legitimam VI. Synodum.

Philippicus [h] autem, abrogata VI. Synodo, dum ſibi putat paraſſe Imperium, ab 713.
impoſtore promiſſum, poſt tamen annum vnum, & m. 6. (vt eſt apud Diaconum)
Imperio, & luce excæcatus, priuatur, creato Imperatore Artemio, à ſecretis, voca-
to Anaſtaſio [i], qui, vt Catholicus, ſtatim ſuæ Catholicæ fidei profeſſionem apud
Romanum Pontificem per Legatos edidit, magna eum totius Occidentis exul-
tatione; qua accepta, Conſtantinus Apocriſarium ſtatim mittit Conſtantinopo-
lim, qui lapſos Epiſcopos, auctoritate Apoſtolicæ Eccleſiæ Catholicæ reconci-
liaret.

h Philippicus excæcatus Imperio priuatur.
i Anaſtaſius Imp. creatur vir Catholicus.

Conſtantinus [k] Papa, vbi ſediſſet ann. 6. menſ. 1. ex hac vita diſceſſit 9. April. 714.
Eodem anno habitum eſt Concilium [l] Londinense in Anglia pro
Imaginibus.

k Conſtantinus Papa è vita diſcedit.
l Concil. Londin.

Gregorius II. [m] patriâ Romanus, patre Marcello, poſt 40. vacationis
dies creatur Pontifex, 22. Maij.

m Gregorius Papa creatur.

Hic ipſo Pontificatus initio, muros vrbis inſtaurare incipiens, nouis motibus 715.
exurgentibus eſt impeditus, ſiquidem Longobardi ſub dolo pacis Cumarum Ca-
ſtrum, Iuris Eccleſiæ occuparunt: quod vt reſtituerent, ſæpius à Gregorio admo-
niti, & rogati, vltione etiam Diuina [n] intentata, nunquam in animum induxe-
runt. Sed & conſilio, & prouidentia Pontificis, accito in auxilium Duce Neapo-
litano cum exercitu, nocturno improuiſo adortu eſt receptum, trecentis Longo-
bardis, cum eorum Galſtaldione, occiſis, quingentis captis. Pro cuius redemptio-
ne Caſtri 70. auri libras ipſe ſanctiſſimus Papa, vt promiſerat, dedit, ex Anaſtaſio,
& Diacono.

n Bona Eccleſiaſtica diſtrictio excommunicationis gladio recuperari.

Exemplo Pontificis, doctrina, & ſanctitate clari, ſancitur diſciplina: ablata
bona Eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus, etiam, ſi opus ſit, armis [o] vindicandi,
ſi cætera remedia, prius adhibenda contemnantur.

o Bona Eccleſiaſtica armis etiam vindicari poſſunt.

His temporibus, inquit Beda, multi [p] Anglorum gentis nobiles, & ignobiles, 717.
viri, & fœminæ, Duces, & priuati, diuini amoris inſtinctu, de Britannia Romam
venire conſueuerant, inter quos Reuerendiſſimus Abbas meus Ceolfridus an-
nos natus 74. cùm fuiſſet Presbyter annis 47. Abbas autem 35. vbi Sigonias
peruenit, ibi defunctus, atque in Eccleſia beatorum Geminorum Marty-
rum ſepultus eſt. Qui inter alia dona, quæ deferre diſpoſuerat, miſit Ec-

p Anglorum frequentes peregrinationes ad vrbē.

cleſiæ

ANNO DOM.

clesiæ S. Petri Pandecten à B. Hieronymo in Latinum ex Hebræo, vel Græco fonte tranſlatum.

719. S.Bonifacius presbyter Anglus, cum multis aliis Dei ſeruis, Romam petit, & expoſito ſuo Conſilio Euangelium prædicandi [a] gentibus ſummo Pontifici, litteras Apoſtolatus ab eo accipit, in quibus hæc inter cætera habentur: *In nomine indiuiſibilis Trinitatis per inconcuſſam auctoritatem B. Petri Apoſtolorum Principis, cuius doctrina, & magiſterio ſungimur, & locum ſacræ ſedis adminiſtramus modeſtiam tuæ Religionis inſtituimus, atque præcipimus, vt in Verbo Dei (quo igne ſalutifero, quem Dominus mittere venit in terram, eniti videris) ad quaſcunque gentes infidelitatis errore detentas, properare, Deo annuente poteris, myſterium regni Dei, per inſinuationem nominis Chriſti, veritatis ſuaſione deſignes, & per ſpiritum virtutis & dilectionis, & ſobrietatis, prædicationem vtriuſque Teſtamenti mentibus indoctis conſona ratione transfundas, &c.*

a *Apoſtolici muneris delatio à Papa S. Bonifacio.*

721. Quibus acceptis litteris, in Germaniam profectus, & aliquot dies hærens in Thuringia, omnes interim illius prouinciæ Principes ad Chriſti fidem inuitat. Audita autem Radbodi morte Friſonum Regis, qui per id tempus, magnam in Chriſtianos perſecutionem exercuerat, nauigat [b] in Friſiam, ibíque verbi Diuini ſemina ſpargens permultos ab Idololatriæ errore reuocat.

b *S. Bonifacius in Friſiam nauigat, multosq; idololatras ad fidem cõuertit.*

SYNODVS [c] ROMÆ habita, Præſidente ſanctiſſimo Gregorio Apoſtolico Papa in Baſilica S. Petri Apoſtolorũ Principis, ante confeſſionem, 22. Epiſcoporum, in qua anathema dictum [d] in eos qui presbyteram, Diaconam, vel monacham in coniugium duxerint. *Presbyteræ* [e] porrò, & *Diaconæ* erant illæ quæ ex mutuo conſenſu, à viris, ad ſacros ordines promotis, relinquebantur, quæ tenebantur caſtitatem ſeruare: quarum ſi viri ad Diaconatum promoti eſſent, *Diaconæ*, ſeu *Diaconiſſæ* [f]: ſi ad presbyteratum, *presbyteræ* dicebantur. Diuerſæ erant hæ à monialibus, quæ Virgines erant, & perpetuam virginitatem profitendo, vouebant.

c *Conc. Rom.*

d *In eos, qui vetita coniugia iniiſſent.*

e *Presbyteræ, quæ.*

f *Diaconiſſæ, quæ.*

Huiuſmodi autem abuſum irrepſiſſe in Occidentalem Eccleſiam, ex Orientali fortè Decreto credibile eſt. Etenim quod vulgatum vbique eſſet in appendice ad VI. Synodum, Orientalis Eccleſiæ Epiſcopos, Canones édidiſſe, quibus iuberetur, ne qui aſſumerentur ad ſacros Ordines, coniugem, quam habebant, dimitterent: in Occidentali verò Eccleſia ſecus, quæ huiuſmodi Canonem omninò recipere renuit, nonnullæ ex ipſis, quæ à viris, ſic ex conſenſu, dimiſſæ eſſent, quòd ad viros ſuos redire non permitterentur, ſicut Orientales presbyteræ recipi iuſſæ à viris ſuis, leuitate, & procacia muliebri, aliis ſe viris iunxerunt, titulo matrimonij, quos Pontifex, vnà & Patres ſimul ſancientes Decretum, anathemati ſubiiciunt.

Poſthæc ab eodem Greg. Papa in clericos [g] comã relaxantes inflictum eſt pariter anathema.

g *In Clericos comam relaxantes.*

723. Gregorius [h] Papa Bonifacium, quem ante quadriennium in Germaniam miſerat ad infidelium conuerſionem, ad ſe euocatum, perhumaniter excepit, & accepta ab eo fidei profeſſione, Epiſcopum ordinauit, nouo illi Bonifacij nomine impoſito, cùm antea Wilfridus diceretur: & vt ad obedientiam ſibi, ſuíſque ſucceſſoribus exhibendam, omnémque ſacræ fidei traditionem arctiùs eum adſtringeret, iuramentum ab eo exegit, & accepit, quod eſt huiuſmodi.

h *Gregor. Papa Bonifacium ad ſe aduocat.*

In nomine [i] *Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, imperante Domino Leone Magno Imperatore, anno 7. poſt eius conſulatum; ſed & Conſtantini Magni Imperatoris eius filij, anno 4. inchoato, ſcilicet Indict. 6. Promitto ego Bonifacius, Dei gratia Epiſcopus, tibi Petre, Apoſtolorum Princeps, Vicarióq; tuo B. Gregorio Papæ, & ſucceſſoribus eius, per Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem inſeparabilem, & hoc ſacratiſſimum corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem ſanctæ fidei Catholicæ exhibere, & in vnitatem eiuſdem fidei, Deo operante perſiſtere, in qua omnis Chriſtianorum ſalus eſſe, ſine dubio comprobatur, nullo modo me contra veritatem communis, & vniuerſalis Eccleſiæ, ſuadente quopiam, conſentire, ſed, vt dixi, fidem, & puritatem meam, atq; concurſum tibi, & vtilitatibus Eccleſiæ tuæ, cui à Domino Deo poteſtas ligandi, ſoluendiq; data eſt, & prædicto Vicario tuo, atque ſucceſſoribus eius, per omnia exhibere, ſed & ſi cognouero Antiſtites contra Inſtituta antiqua ſanctorum Patrum conuerſari, cum eis nullam habere communionem, aut coniun-*

i *Sacramentum quod à Bonifacio Epiſcopo Papa exegit.*

ctionem;ſed magis,ſi valuero prohibere, prohibebo; ſin minus, fideliter ſtatim Domino meo Apoſtolico renunciabo. Quòd ſi(quod abſit)contra promißionis meæ ſeriem, aliquid facere, quolibet modo,ſeu ingenio,vel occaſione tentauero, reus inueniar in æterno iudicio; vltionem Ananiæ,& Saphiræ incurram,qui vobis etiam de rebus propriis fraudem facere præſumpſerant. Hunc etiam indiculum Sacramenti, Ego Bonifacius exiguus Epiſcopus, manu propria ſcripſi,atque ponens ſupra ſacratißimum corpus S. Petri,ita vt præſcriptum eſt,Deo teſte,& iudice,feci Sacramentum,quod & ſeruare promitto.

a *Germani aduertant à quibus acceperint Euangelium.*

Hæc legentes Saxones, & Germani [a] omnes, agnoſcant à quibus acceperint Euangelium, & qui, qualéſve, aut cuius fuerint fidei, qui primam eis fidem Catholicam prædicarunt.

b *Iconoclaſtarum hæreſis origo.*

In Oriente monſtrum illud horrendum, quod diu cornibus ventilauit Eccleſiam, exoritur, hæreſis [b] Iconoclaſtarum, auctore Iudæo quodam malefico,qui longiorem vitam, & Regnum Gizidio Saracenorum Principi pollicitus, ſi venerabiles, quæ in Eccleſiis, in toto principatu ſuo imagines venerabantur, deleret. Cui fidem habens credulus Princeps, edictum propoſuit de delendis, & demoliendis imaginibus. Sed diuina prouidentia factum eſt, vt Gizidius poſt annum cum dimidio, moreretur, & eius filius Vlidus Iudæum turpiſſimè mori cogeret. Sublato autem edicto,imagines reſtitutæ ſunt. Theophanes.Sed hæc latius in Nicæna II.Synodo explicata habentur.

c *Conc.Rom.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] ROMANVM II. in cauſa S. 724.
Corbiani Friſingenſis Epiſcopi,qui amore quietis Romam venit ad Greg.Pont.& miſſionem magna humilitate,& lachrymis petiit:quam tamen non obtinuit; ſed ex Synodi etiam ſententia redire præcepit.

d *S. Auguſtini corpus Ticinum translatum.*

Corpus [d] S. Auguſtini Epiſcopi Hipponenſis ex Africa in Sardiniam transla- 725.
tum,à Catholicis Epiſcopis, in eam à Traſimundo Rege relegatis, occupata à Saracenis inſula, à Luitprando Longobardorum Rege, magno pretio redemptum, poſt ducentos,& viginti circiter annos, Ticinum delatum, & in ſuburbio,in Monaſterio egregij operis ab eo conſtructo, & multis redditibus, & pretioſis denariis ornato,& aucto,quod & *Cælum aureum* vocauit,conditum eſt.

e *Leo Imp.hæreticus Iconoclaſta.*

Hoc anno decimo Imperij nondum abſoluto, Leo Imperator, [e] hactenus habitus Catholicus,hæreticum ſe prodit Iconoclaſtam, promulgato edicto,vt ſacræ vbique imagines deleantur, idque omnium conſenſu, ex Hebræorum impoſtorum impulſu,qui imperium illi prædixerant.

Simeon Stylites *in ep.ad Imp.Iuſtinum* relata in VII. Synodo.*Act.1. Omnem*, in- 726.
quit,*blaſphemiam excedit improbum hoc factum,quòd in Deum Verbum pro nobis incarnatum,eiusq́; glorioſam matrem, & venerandam, ſanctamq́; Crucem deſignarunt. Nam cùm videamus pias leges veſtras eos qui imaginem, aut ſtatuam Imperatoris, ignominia afficiunt,extremo & iuſto mortis ſupplicio plectere;qua tandem pœna puniendi ſunt,qui in imaginem Domini noſtri, eiúſq́; matrem nefando facinore graſſati ſunt.*

f *Monothelitæ cum Catholicis aduerſus Iconoclaſtas vniuntur, & viriliter ſe gerunt.*

Ex hoc tanto malo,hoc elicuit bonum Deus,vt Monothelitarum hæreſis [f] planè conticuerit, illis cum Catholicis aduerſus hanc peſtem conſpirantibus: & vt Eccleſia Orientalis,ſæpè variis hæreſibus languens, ad huius conſpectum hæreſis valida effecta,aduerſus eam fortiter pugnarit, & tot ac tanta victrix erexerit trophæa Martyrum,quot & quanta nunquam fortaſſe antea.

g *Synodus Rom.*
h *Iconoclaſtarum hæreſis damnatur,& pius SS. imaginum cultus ſancitur.*

Gregorius Papa more maiorum ROMÆ [g] SYNODVM conuocat, in qua hæreſim [h] condemnat, & ipſum pium cultum ſanctarum imaginum ſancito decreto firmiter roborat: cuius quidem Synodi extat fragmentum recitatum ab Adriano Papa *in ep.ad Carolum Magnum.*

Vt auditum eſt in Occidente promulgatum impium Edictum ab Imperatore, Italiæ populi aduerſus hæreticum,atque adeò hæreſiarcham,hæreſis auctorem,& promulgatorem,zelo Catholicæ Religionis incenſi,inſurrexerunt,& tributa pendere recuſarunt. Quod totum Imperator tribuit Rom. Pontifici à cuius ore pendere omnes Occidentales,exiſtimaret, quemque Edictum ſuum anathemati ſubieciſſe,audiſſet.

i *Pontificis eſt tractare de dogmatibus, non Imperatoris.*

Gregorius autem eundem Leonem per epiſtolas monet. In vna quarum hæc habet:*Scis Imperator*,inquit,*ſanctæ Eccleſiæ dogmata* [i] *non Imperatorum eſſe,ſed Pontificum,qui tutò aſſolent dogmata tradere. Idcircò Eccleſiis Præpoſiti ſunt Pontifices à Reipu-*

blicæ

blica uegotus abſtinentes,& Imperatores ergo ſimiliter ab Eeeleſiaſticis abſtineant,& quæ ſibi commiſſa ſunt,capeſſant: conſilium autem commune Chriſti amantium Imperatorum, & piorum Pontificum, conſenſúſque virtus eſt vna, quando cum pace, atque charitate res adminiſtrantur. Scripſiſti vt Concilium vniuerſale cogeretur, & nobis inutilis ea res viſa eſt,&c.

Cæterùm ipſe Gregorius Papa non ſolùm litteras dedit ad Imp.ſed & Legatos miſit,per quos,ſi licuiſſet,eius animum demulceret. Verùm ferus barbarus,contra ius [a] Gentium,eoſdem Legatos detruſos in carcerem,damnauit exilio, vbi & eos mori coëgit. Teſtantur hoc litteræ Nicolai Romani Pontificis ad Michaëlem Imperatorem.

a *Leo Imper. contra ius Gentium etiam Legatos ad ſe miſſos carceri detruſos,mori tandem coëgit.*

His tanquam ſtimulis cruentatus Imperator,ſtatuit,ſummum Pont. [b] omninò neci rtadere,omnémque ad hoc perpetrandum adhibens fraudem,nec ſemel tantùm,ſed ſæpius, prima coniuratione per miniſtros Regios irrita facta, ſecundam init. Qua patefacta, Romani Iordanum Cartularium, & Ioannem Lutionem Subdiaconum interficiunt, & Baſilium Ducem retrudunt Monachum in monaſterium,in quo & vitam finiuit, in quo deſierunt penitus Duces Vrbis pro Imperatore;curáque [c] omnium in omnibus, recidit in ſummum Pontificem. Tertiò idem ſcelus molitur per Paulum Exarchum, cogitans de expilanda Eccleſia Romana, & alio ordinando Pontifice; ſed irrito conatu; poſt eum Spatharius miſſus eſt alter cum iiſdem mandatis. Denuò & Pauls Exarchus ad perficiendum ſcelus ſeductos aliquos immiſit:ſed conſpirantibus Romanis,atque Longobardis in defenſionem Pontificis,expers damni fuit.

b *Imp. necem Papæ molitur.*

c *Quando primùm Papa cœpit curare Vrbem, & Vrbano, deficientibus ducibus pro Imp.*

Toties à Deo repulſus Imperator,ne perficeret quod tentabat, Edictum, promulgatum in Oriente, miſit in Occidentem aduerſus ſacras Imagines, cui toto conatu reſtitit Gregorius Papa, excitãs Chriſtianos omnes ad certandum pro legitimis ritibus,vſque ad mortem,Apoſtolicas patentes litteras,quibus ſacrilegum [d] damnabat Edictum,vbique diuulgans: quibus omnes excitati, tam acriter inſurrexêre aduerſus impium Legiſlatorem,vt ab ipſo Pontifice fuerint cohibendi, ne torrentis inſtar influerent in Orientem,ad exturbandum Imperio tyrannicum Imperatorem. Atque hæc omnia in Anaſtaſio. Qui nominatim Pentapolenſium, & Venetiarum exercitus,ait,iuſſioni Imperatoris reſtitiſſe, & in necem Pontificis ſe nunquam aſſenſuros affirmaſſe. Religioſè [e] planè,& piè Veneti,qui quantumuis terra,marique proximi eſſent Imperatori,& viribus inferiores,vt ab eo deleri, timere potuiſſent; tamen Religioni omnia meritò poſthabenda cenſuerunt. Sic creuêre Reſpublicæ,cùm Religionem cæteris prætulêre;excidêre verò,cùm in eis Religio contempta elanguit.

d *Damnato Imp. edicto contra Imag. Chriſtiani in eum tam acriter inſurgunt,vt ab ipſo Pont. cohibendi fuerint.*

e *Venetorum religio.*

727. Hoc anno Ina [f] Rex fœlix, & potens, Adelardo cognato ſuo Regnum relinquens,Romam petiit, vt pro Regno temporali commutaret æternum. Quò cùm perueniſſet,fecit in ciuitate domum,conſenſu,& voluntate Gregorij Papæ,quam *ſcholam* [g] *Anglorum*,appellari fecit:ad quam Reges Angliæ,& genus Regium cum Epiſcopis, presbyteris, & Clericis, in doctrina,& fide Catholica erudiendi venirent: & ſic in fide ſtabili roborati, ad propria remearent. Fecit prætcrea iuxta domum præfatam,Eccleſiam [h] in honorem B. Virginis Mariæ fabricari,in qua Anglis Romam aduenientibus, diuina celebrarentur myſteria, & in qua poſſent, ſi quem ex illis Romæ mori contigerit,ſepeliri. Et hæc omnia vt perpetuæ firmitatis robur obtinerent,ſtatutum eſt generali decreto per totum Regnum Occidentale Saxonum,in qua Ina regnabat,vt à ſingulis familiis denarius [i] vnus,qui Anglicè(*Romſcot*)appellatur, B. Petro, & Eccleſiæ Romanæ mitteretur, vt Angli ibidem commorantes,vitale ſubſidium inde haberent,*Man.Vueſtmonaſter.in ſuo Flore Poëtarum.*

f *Ina Rex Angliæ Romã pergit.*

g *Scholam Anglorũ Romæ ædificat.*

h *Eccleſiam B. Virginis conſtruit.*

i *Denarius S. Petri per totum regnum ſtatuitur.*

Hoc vectigal confirmauit, & auxit Atulphus, qui totius ferè inſulæ imperium obtinuit. Polydorus [k] Virgilius narrat,quòd omnis Anglia ſuo tempore iſtud vectigal pietatis, & religionis cauſa Romano Pontifici penderet domeſticatim collectum,& nummi illi argentei vulgò vocabantur,*Denarij S. Petri*,quos Pontificius quæſtor,quem Collectorem nuncupabant,exigebat.

k *Polydorus Virgil. huius denarij quæſtor.*

Nos hanc, ait de ſe Virgilius, olim quæſturam aliquot per annos geſſimus, eiúſque muneris obeundi cauſa primùm in Angliam venimus.

Porrò

Anno Dom.

Porrò Inæ vxor Regina Eidilburga, licèt in ſexu fragili, parem tamen fortitudinem induta, regio faſtu repudiato, monaſticam vitam amplexata eſt, & magis ancilla Dei, quàm mũdi Regina dici, & eſſe prælegit. Aliqui volunt, omnia hæc contigiſſe anno 740.

a Damaſcenus ab Imper. inſidiatus.

Hoc anno Leo Imp. volens perdere Ioannem [a] Damaſcenum, quia cultus ſa- 728.
crarum Imaginum erat propugnator acerrimus, talem technam commentus eſt. Sciebat, illum apud Saracenorum Principem in pretio eſſe. Itaque vt per eundem illum perderet, negotium quibuſdam dedit, vt Scripturæ notas Damaſceni aſſimiles effingerent, ſcribeténtque quaſi ſua ad Imperatorem Leonem manu, quia Damaſcenorum vrbs negligenter omninò cuſtodiretur, atque Agarenorum præſidium exiguum, & infirmum eſſet. Hanc ille aliena manu [b] ſcriptam nactus, Saraceno miſit, atque is nullam facti defenſionem à Damaſceno audire volens, manum illi præcidi, [c] eámque in foro ſuſpendi imperauit. Veſpertina hora, vix eandem ſibi remitti impetrauit. Qua accepta, ad Oratorium quod domi habebat, ingreſſus, pronóque omninò corpore ante diuinam Imaginem, quæ Dei Genitricis [d] effigiem gerebat, prouolutus, exciſámque manum priſtinæ ſuæ commiſſuræ admouens, intimo pectore ingemuit, ac cum lachrymis exclamans, illam ad miſericordiam propenſiſſimam hunc in modum obſecrare cœpit: *Domina, & caſtiſſima mater, quæ Deum meum peperiſti, diuinarum Imaginum cauſa dextera mihi manus amputata eſt. Neque enim te fugit, quid Leonem in furorem coniecerit. Quare, quàm celerrimè accurre, & manui meæ medicinam adhibe. Dextera Excelſi, quæ ex te incarnata eſt, per tuam interceſſionem, virtutes multas effecit. Tuo itaque rogatu, meam quoque dexteram, obſecro, ſanet, vt tuas, quemadmodum conceſſeris, filiíq; ex te incarnati laudes modulo concentu, ô Dei genitrix, litteris conſignet, atque Orthodoxo cultui adiumento ſit. Potes enim quidquid lubet, vt Dei mater.* Hæc Ioannes cum lachrymis dicẽs, obdormiuit, atque in ſomnis Dei Genitricis Imaginem vidit, placitis, & lætis oculis ipſum intuẽtem, ac dicentem: Ecce ſanitati reſtituta eſt [e] manus tua. Iam ergo ſine vlla cunctatione, quemadmodum nunc pollicitus, eam ſcribæ velociter ſcribentis calamum effice. Experrectus igitur ille, qui ſanus fuerat, cùm exciſam manum contemplaretur, cámque ſanatam conſpexiſſet, ſpiritu exultauit in Deo ſalutari ſuo, atque ipſius Matre. Factum iſtud aliqui Saraceno retulerunt: is autem Ioannem [f] integra manu exultantem aſpiciens, inſontem fuiſſe agnouit, & priſtinæ dignitati reſtituit: erat enim Conſiliarius: at ille altiora meditans, gratiis actis, facultatibúſque [g] in cognatos, ſeruos, & egentes diſtributis, Ieroſolymam orationis cauſa profectus, ad D. Sabæ Lauram ſe contulit, ibique cum Coſma ſodali monachum induit.

b Scripturam aliena manu ſcriptam ac ſi Damaſceni eſſet, ad Saracenũ mittit.

c Damaſceno manus amputatur.

d Ante Dei Genitricis Imaginẽ orat, vt ei manus reſtituatur.

e Manus ei diuinitùs reſtituitur.

f Saracenus manum reſtitutam videns, eius innocentiam agnouit.

g Damaſcenus diſtributis omnibus, Ieroſolymã petijt, & ibi Monachi habitum ſuſcepit.

h Gregor. Papa moritur.

Hoc anno 3. Idus Febr. Indict. 14. moritur [h] Gregor. II. Papa, cùm ſediſſet an- 731.
nos 16. m. 8. d. 20. Et defunctus, receptus eſt inter Sanctos, anniuerſariæque memoriæ cultu in Eccleſia perſeuerat.

i Gregor. Papa eligitur.

Gregorivs III. [i] natione Syrus, eius nominis tertius, quinto die vacationis eius Sedis 16. Febr. in demortui locum ſubrogatus eſt. Hic Orthodoxæ fidei acerrimus defenſor fuit: ſtatim enim, ac Põtificatum iniit, Cleri Romani conſenſu, Leonem [k] III. Imp. Conſtantinopolitanum Imperio ſimul, & communione fidelium priuat, quòd S. Imagines è ſacris Ædibus abraſiſſet, & ſtatuas demolitus eſſet: quódque etiam de Homouſio malè ſentiret. Anno verò ſui Pontificatus decimo, m. 9. bene de Deo, & hominibus meritus, moritur, ac in Baſilica Petri ſepelitur 4. Cal. Decemb. Vacat Sedes tantùm dies 8.

k Gregor. Imper. Leonem Imperio, & fidelium cõmunione priuat.

Circa illa verba de hoc Pont. paulò antè dicta, quòd ſcilicet Leonem III. Imperatorem Conſtantinopolitanum Imperio ſimul & communione fidelium priuauerit, ſciendum, quòd

Pont. Rom. omnium Regum, & Principum Pater ſummus eſt: eiq; in ſpiritualibus omnes ſubijciuntur.

Pontifex Romanus eſt ſpiritualis [l] Pater, & Paſtor ſummus Regum, & Principum temporalium, quantumcunque in ſuo ordine ſupremi ſint: ac proinde in his, quæ ad animam & ſpirituale regimen ſpectant, Reges eſſe Põtifici Romano ſubiectos. De fide eſt hęc aſſertio: & omnes Scripturæ, Pontifices, Concilia, & Patrum teſtimonia, quæ probant, Pontificem ſummum ſuccedere Petro in vniuerſali poteſtate regendi Eccleſiam, probant etiam Reges ſubdi eidem poteſtati Pontificis, ſaltem in ſpiritualibus: nam poteſtas data in totum ouile, ſeu corpus, ad ſingulas

oues,

ANNO DOM. 731.

oues,ſeu partes extenditur. Et qua ratione illa poteſtas cæteros baptizatos cuiuſcunque inferioris conditionis ſub ſe complectitur, eádem Reges, & Imperatores comprehendit: quia nullo iure exempti ſunt, & Regia dignitas cum Chriſtiana ſubiectione non repugnat:aliàs etiam cum Chriſtiana fide, & profeſſione pugnaret,cùm ipſa Chriſti fides obedientiam hanc à ſuis cultoribus requirat.

In Concilio Nicæno *can.* 39. inter 80. ex Arabico tranſlata, vbi de Pontifice Romano dicit:*Ipſe eſt primus ſicut Petrus, cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos, & omnes populos eorum, vt qui ſit Vicarius Domini noſtri Ieſu Chriſti ſuper cunctos populos, & vniuerſam Eccleſiam.* Vnde Symmachus Papa Apolog. in Anaſtaſiũ Imp.ſic ad eum loquitur:*Tu ſi Chriſtianus Princeps es, qualiſcunq; Præſulis Apoſtolici debes vocem patienter audire.* Et Anaſtaſius Papa II. *in ep.1.ad Anaſt.Imperatorem*, obedientiam in his,quæ illum monebat,ab ipſo requirit. Et Gelaſius ad eundem: *Licèt præſideas humano generi dignitate rerum terrenarum;tamen Præſulibus diuinarum deuotus colla ſubmittis.*Et infra.*Subdi te debere cognoſce religionis ordinem.*

Veritas hæc ex factis,[a] ac teſtimoniis Chriſtianorum Imperatorum,ac Regum manifeſtatur:nam in primis de Philippo I. Imperatore Chriſtiano memoriæ proditum eſt,obediuiſſe Fabiano Papæ, præcipienti, vt ad communionem non prius accederet,quàm inter publicos pœnitentes ſedens,peccata defleret.De Conſtantino [b] etiam nota eſt hiſtoria, quòd in Concilio ſe ab Epiſcopis iudicandum eſſe dixerit,non de illis iudicaturum.

Satis etiam piè Iuſtinus Imp. *in l.4.C.de ſumma Trin. & fide Cath.* *Nos*, inquit, *reddentes honorem Apoſtolicæ Sedi,& veſtræ ſanctitati,quod ſemper nobis in voto fuit,& eſt,vt decet Patrem, honorantes veſtram ſanctitatem, omnia, quæ ad Eccleſiarum ſtatum pertinent,feſtinauimus ad notitiam deferre veſtræ ſanctitatis: quoniam nobis ſemper fuit magnum ſtudium vnitatem veſtræ Apoſtolicæ Sedis, & ſtatus ſanctarum Eccleſiarum cuſtodire.*

Caroli quoque Magni Imperatoris [c] ſunt valdè notanda illa verba: *In memoriam B.Petri honoremus ſanctam Romanam, & Apoſtolicam Sedem,vt quæ nobis ſacerdotalis mater eſt dignitatis,eſſe debeat magiſtra Eccleſiaſticæ rationis:quare ſeruanda eſt cum manſuetudine humilitas,vt licèt vix ferendum ab illa ſancta Sede imponatur iugum;tamen feramus,& pia deuotione toleremus.* Vnde etiam dixit Symmach. Papa in VI. Synodo Romana: *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem cuſtodienti quidquam, quod Apoſtolicis regulis obuiet,agere.* Vide Grat.*in cap 2. diſt.*10. vbi ſimilia verba ex Calixto,Marcellino,& Adriano Papa refert. Imò idem Adrianus Papa in vltimo ſuorum capitulorum,*Generali*[d],ait,*decreto conſtituimus,vt execrandum anathema ſit, & veluti præuaricator Catholicæ fidei ſemper apud Deum reus exiſtat, quicunque Regum, vel Potentum deinceps Romanorum Pontificum decretorum cenſuram in quoſcunq; crediderit,vel permiſerit violandam.*

Ladiſlaus Vngariæ [e] Rex in orat. ad Nicolaum V. vocat eum *Pontificem maximum,vnicum Chriſtianorum Principem,& Regum Regem,ac in terris Deum.*Item Iuſtinianus [f] in litteris ad Bonifacium II. prius de Apoſtolica Sede intelligit illud: *Tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* & ſubiungit: *Hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus,quia in Sede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio.*Et infra:*Anathematizamus omnes,qui contra ſanctam Romanam & Apoſtolicam Eccleſiam ſuperbiendo,ſuas erigunt ceruices:ſequentes in omnibus Apoſtolicam Sedem,& prædicantes eius omnia conſtituta.* Et Federicus I. *in epiſt.ad Emanuelem Græcum Imp.*prius dicit,*Romanam Eccleſiam omnium Eccleſiarum vnicam matrem, Dominam & magiſtram à Deo eſſe ordinatam.* Vnde infert: *Summo Pontifici,quem nomine tenus Sanctum appellas,debitam obedientiam exhibeas,& honorem.*

Hugo Rex Franciæ ad Ioannem Papam XV. inter alia dicit: *Hoc ex integro affectu dicimus,vt intelligatis, & cognoſcatis, nos, & noſtros veſtra nolle declinare iudicia.* Et Ludouicus etiam Rex Galliæ ep. ad Pium II. prius his verbis illum ſalutat, *Beatiſſimo Patri noſtro Pio Papæ II. obedientiam filialem,*& deinde ſubiungit:*Te Vicarium Dei viuentis ea veneratione proſequimur, vt ſacra tua monita, præſertim in Eccleſiaſticis rebus velut vocem Paſtoris audire,illiſq; parere prompta mente velimus:te Dominici gregis Paſtorem profitemur,& ſcimus:teq; iubentem ſequimur,* &c. Ita S.Ludouicus Rex Franciæ inter documenta ad Philippum filium ante mortem ſcripta inquit:

a *Euſeb. l.6. hiſtor.c.25. aliàs 27. & Niceph.l.5. c.25.*

b *Ruffin.l.1.c.2.*

c *Hæc verba ex capitulis Caroli refert Grat. in c.3.diſt.19.& Nauclerus volum.2.generat.28. dicit eſſe vnam ex 23. legum capitulis, quæ Carolus ad ſuos ſubditos miſit. Et receptum eſt à PP.in Conc.Tribur.c.30.*

d *Grat. in cap. generali. 25.q.1.*

e *Extat apud Cochlæum lib.11.hiſt.Huſſitarum.*

f *Extant inter geſta Bonifacy tom.2.Conciliorũ.*

Sis deuotus, & obediens matri Eccleſiæ Romanæ, eiusq́; Pontifici tanquā ſpirituali patri temorigerum præbeas. Præterea Sigiſmundus Rex Poloniæ *in ep. ad Concil. Later.* ſub Leone X. quæ habetur in eius *Act. VII.* obedientiam præſtat Summo Pontifici, & addit, *iuxta conſuetudinem maiorum meorum.* Anno Dom. 731.

Et in eodem Concilio *ſeſſ.* 2. in principio habetur mandatum Regis Catholici Ferdinandi, in quo inter alia multa, illuſtriſſima ſunt fidei ſuæ teſtimonia, hoc ponit: *Profitemur nos filium S. Romanæ Eccleſiæ matris noſtræ deditiſſimum, proq́; eius honore, atq́; ſtatu animam ponere paratiſſimum.* Et infra ſubdit, *ſe mittere Legatum, vt interſit Concilio*, ibique ait, *obedientiam debitam præfato beatiſſimo Domino noſtro Papæ toties, quoties opportunum fuerit, præſtandam*, &c. Et ſimilia verba ex Carolo V. habentur in Editione Vuormatienſi: Et Rex Alphonſus in ſuis legibus *par. 1. tit. 5. l. 2. 3. 4. & 5*, ex profeſſo, non ſolùm profitetur, ſed etiam eruditè Pontificiam dignitatem, & poteſtatem declarat, dicens, ratione illius eſſe ſpeciali modo, *Vicarium Chriſti, & ſucceſſorem Petri*, ac propterea per antonomaſiam *Apoſtolicum* appellari, & nominari etiam *Papam*, quia *Pater patrum, & Caput Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum. Et propterea*, inquit, *omnes Chriſtiani totius Orbis, quando ad ipſum accedunt, pedem eius oſculantur.* Addit deinde in fine legis 4. *Eum, qui negauerit, Pontificem habere hanc poteſtatem, vel eſſe caput Eccleſiæ, non ſolùm excommunicatum eſſe, ſed etiam hæreticum.*

Venio ad Reges Angliæ, qui à principio ſuæ vocationis ad fidem vſque ad Henricum VIII. Romanum Pontificem tanquam ſupremum Eccleſiæ Paſtorem recognouerunt. Primus enim Britanniæ Rex Lucius ſtatim, ac fidem ſuſcepit, ad Eleutherium miſit epiſtolam; Obſecrans (ait Beda) vt per eius mandatum Chriſtianus efficeretur, & mox effectum piæ poſtulationis cōſequutus eſt. Similia habet idem Beda *lib. 3. c. 25.* Itē [a] Ioannes Papa X. Eduardum Regem tanquā ouē ſuam admonuit. Eſtque optima epiſtola Regis Eduardi ad Nicolaū II. quam ſic inſcribit: *Sūmo vniuerſalis Eccleſiæ Patri Nicolao, Eduardus gratiâ Dei Anglorum Rex debitam ſubiectionem, & obedientiam.* Similes ferè inueniūtur epiſtolæ alterius Eduardi Regis Angliæ ad Bonifacium VIII. & alterius ad Clementem VI. Et ſunt etiam optima verba Richardi II. ad Clem. III. *Iuſtiorem exitum facta Principum ſortiuntur, cùm à Sede Apoſtolica robur, & fauorem accipiunt, & ſancta Romana Eccleſiæ colloquio diriguntur. Propterea dignum duximus ad notitiam Beatitudinis veſtræ transmittere, quæ inter nos, & Dominum Tancredum illuſtrem Siciliæ Regem publicò nuper, & neceſſario ſunt celebrata contractu.* Et infra: *Sanctitatem veſtram, & ſanctam Romanam Eccleſiam obnixè rogamus, vt ſancta Sedes Apoſtolica fideiuſſionem pro nobis ſuſcipiat: & vt confidenter id faciat, teſtimonio præſentium litterarum vobis liberam concedimus poteſtatem, nos, & hæredes noſtros, & terram noſtram diſtrictius coërcere, ſi contra præfatam pacem venerimus, &c.*

a Polydor. lib. 6.

Kenulphus Rex Merciorum in Anglia epiſtolam ſcripſit ad Ioannem III. Pont. in qua hæc habet inter cætera: *Quapropter opportunum arbitror, ſuis ſanctis iuſſionibus aurem obedientiæ noſtræ humiliter inclinari.* Et poſtea humiliter benedictione poſtulata, ſubiungit: *Hanc benedictionem omnes, qui ante me fuerunt Merciorum Reges meruerunt ab anteceſſoribus tuis adipiſci, hanc ipſe humilis peto, & à vobis, ô Sanctiſſime, impetrare cupio, quatenus in primis adoptionis ſorte me tibi filium ſuſcipias, ſicut te mihi patris perſona deligo, & totius obedientiæ viribus ſemper amplector.* Refert etiam Petrus Bleſenſis epiſtolam quandam Reginæ Angliæ, quæ apud ipſum eſt 144. in qua contra tyrannidem cuiuſdam Principis Chriſtiani auxilium Cœleſtini Papæ implorat.

Denique in ſignum huius ſpiritualis ſubiectionis Regum Angliæ adduci poteſt conſuetudo illa, ſoluendi tributum Romanæ Eccleſiæ in D. Petri reuerētiam, quæ conſuetudo ab Ina Rege initium ſumpſit, teſte Polydoro *lib. 1.* & à ſucceſſoribus conſeruata, & aucta eſt, vt in *lib. 5. & aliis locis* proſequitur. Poſteáque lege lata à Guillielmo Conquæſtore Angliæ confirmata eſt, & inter eius leges dicitur eſſe decima, & de Denario Petri inſcribitur. Atque ita vſque ad tempora Henrici VIII. tributum illud Romanæ Eccleſiæ perſolutum eſt. Vnde optimè colligit Sanderus *lib. 5. cap. 6.* veriſimile [b] non eſſe, Reges Angliæ, qui in honorem Sancti regnum ſuum vectigale Romanæ Sedi fecerunt, ſpiritualem eiuſdem regni gubernationem eidem Sedi negaſſe.

b *Vide Azor. in 2. p. ſuar. Inſtit. lib. 4. c. 35.*

Hoc

Digitized by Google

ANNO DOM.

Hoc anno 731. celebratum eſt CONCILIVM [a] ROMANVM I. in cauſa Gregorij presbyteri Sedis Apoſtolicæ Legati. Res ſic eſt. Gregorius Pontifex, ſtatim Legatum Gregorium presbyterum cum grauibus litteris ad Imperatorem mittit, ſtudens, eum ad Catholicam fidem reuocare: quas tamen Legatus [b], timore correptus, non auſus porrigere, Romam reuerſus eſt. Quem Pontifex, viciniorum Epiſcoporum coacto Concilio, facinus deteſtatus, deponere volebat: niſi Epiſcopi, & Optimates precibus interceſſiſſent, ne deponeretur; ſed pœnitentiæ ſubiiceretur: qua illi digna impoſita, ſecundò cum iiſdem litteris ad Regiam eum direxit Vrbem. *Anaſtaſius.*

a Conc. Rom.

b Legatus iuſſa non exequens, punitur.

732. CONCILIVM [c] ROMANVM II. à Gregorio hoc anno colligitur, quo decreto firmauit antiquas Patrum traditiones de cultu imaginum ſacrarum, & anathemate ferit omnes eidem aduerſantes: & ex eiuſdem Concilij Decreto miſſæ Commonitoriæ litteræ ad Imperatorem. Peracto Concilio, iterum miſſa alia ſimiliter ſcripta Commonitoria, per Conſtantinum Defenſorem, quem fortiſſima cuſtodia attineri mandauit, & ſcripta auferri, & poſt integrum ferè annum, relaxari. *Anaſtaſius.*

c Concil. Rom.

737. Hoc anno Rex [d] Anglorum Nordanhumbrorum Ceolulphus, diuino amore ſuccenſus, fide feruens, relicto regno Eadberto, capillis attonſus, monaſticam vitam amplexus eſt. Epit. Bed.

d Rex Anglorum ad monaſticam vitam ſe recipit.

738. Hiſpani antiquæ nobilitatis memores, cùm inſtar [e] Machabæorum montana petiſſent, & Regulum ſibi Pelagium conſtituiſſent, aduerſus Arabes Hiſpaniam ſeruitute prementes, Regni titulum ad poſteros propagare conati ſunt. Pelagius igitur poſt decem, & octo annos, magnis, diuina virtute, rebus geſtis, decedens, Regnum filio, nomine Fauila, reliquit: quo, ſecundo Regni anno, extincto, gener Pelagij Adelfonſus, Petri filius, ex Reccaredi ſereniſſimi Gotthorum Regis progenie ortus, in Regem eligitur, & cum Froila fratre in Saracenos mouens, plures ciuitates ex eis recipit, quibus & Epiſcopos dandos curat. Tudenſ. *in Chron. Catholici* [f] quoque glorioſum cognomentum, quod Reccaredus Rex ex propagata fide Catholica in Gentiles ſuos ab acclamatione Epiſcoporum, in Concilio congregatorum, tulerat, eius gloriæ æmulus, & regni ſucceſſor aſciuit. Quod ipſum intermiſſum à ſucceſſoribus, Ferdinandus Aragonius Hiſpaniæ Rex enixis precibus à Iulio II. Romano Pontifice impetrauit, vt omnium Regum Hiſpaniarum hæreditarium eſſet. Cuius tituli glorioſi hæres Philippus IV. nullum non mouet lapidem, vt aucta Catholica Religio per quàmplurima Indiæ Regna, ſua induſtria, & armis dilatetur.

e Hiſpani ad inſtar Machabæorum.

f Catholici cognomẽ vnde Reges Hiſpaniarum habeant.

740. Hoc anno S. Bonifacius Germaniæ Apoſtolus, SYNODVM [g] habuit. In quo ſtatuta Cuthberto Epiſcopo ſignificauit, digna, quæ hîc inſerantur. *Decreuimus*, ait, *in noſtro Synodali conuentu, & confeſſi ſumus fidem* [h] *Catholicam, & vnitatem, & ſubiectionem Romanæ Eccleſiæ fine tenus vitæ noſtræ velle ſeruare: Sancto Petro, & Vicario eius velle ſubiici. Synodum per omnes annos congregare. Metropolitanos pallia ab illa Sede quærere, & per omnia, præcepta S. Petri Canonicè ſequi. Et iſti confeſſioni omnes conſenſimus, & ſubſcripſimus, & ad corpus S. Petri Principis Apoſtolorum direximus, quod gratulando, Clerus Romanus, & Pontifex ſuſcepit. Statuimus, vt per ſingulos annos Canonum decreta, & Eccleſiæ iura, & norma regularis vitæ in Synodo legantur, & recuperentur.* Et alia multa ad mores ſpectantia ſancita ſunt.

g Synodus German.

h Fidei Catholicæ confeſſio.

Hoc anno Gregorius [i] Papa, ſacris muneribus miſſis, cum honorifica Legatione auxilium implorat à Carolo Martello Francorum Duce, aduerſus Longobardos, data ei epiſtola hoc titulo: *Domino excellentiſſimo filio Carolo Subregulo, Gregorius Papa.* In qua bis illum CHRISTIANISSIMVM [k] filium appellat: quem titulum honorificentiſſimum videmus in eius Regni Regibus ad nos vſque propagatum.

i Gregorius Papa à Francis auxilium petit.

k Chriſtianiſſimi cognomen, vnde Francorum Reges habeant.

741. Hoc anno 4. Cal. Decemb. moritur [l] Gregor. Papa, cùm ſediſſet annos 10. m. 9. d. 12. Ceſſauit Epiſcopatus dies 8.

l Gregor. moritur.

ZACHARIAS [m] natione Græcus ex patre Polycramio ſtatim Pontifex creatur, vir inſignis ſanctitatis, mitiſſimi ingenij, qui totam Italiam inuenit valdè turbatam, & Ducatum Romanum perſequente Luithprando Rege.

m Zachar. Papa eligitur.

ANNO DOM.

Is miſſa Legatione ad Luithprandum Regem, impetrauit, vt ciuitates Ducatui Romano ademptas, reſtitueret: cúmque exercitus Romanus, Pontificis hortatu, ad comprehendendum Tranſamundum Spoletanum Ducem, cum Rege, conſpiraſſet: conſcius Dux, quòd Romanos decepiſſet, Spoleto egreſſus, ſeſe prædicto Regi tradidit. Anaſt. Cùm verò ſanctè, & integrè populum Dei Zacharias annis decem, m. 3. cum maxima omnium beneuolentia gubernaſſet, moritur, ac ſepelitur in Vaticano Idibus Martij. Vacat tum Sedes d. 12.

a Bonifacius ad Zachariam Papam de pluribus ſcribit.

Hoc anno 742. cùm accepiſſet Zacharias[a] Papa litteras à S. Bonifacio Germanorum Epiſcopo, in qua, poſt gratulationem electionis in Pontificem, & præſtitam ſubiectionem ſignificat primùm de tribus Epiſcopatibus inſtitutis Wirtburgenſi, Butiburgenſi, & Erpherſphurdenſi, quos auctoritate Apoſtolica confirmari petit: mox de expetita Synodo à Carolomanno, per ſpatium octuaginta annorum apud Francos intermiſſa, cùm interim, nec Archiepiſcopum habuiſſent, & maxima ex parte Epiſcopales Sedes traditæ eſſent laicis, vel Clericis ſcortatoribus, vel publicanis: deinde de aliquot capitibus conſulit Sedem Apoſtolicam.

b Zachariæ Papæ reſponſio.

c Succeſſor eligi non debet in Eccleſia, ipſo viuente.

Ad hæc, & ad alia, reſpondit[b] Zacharias, gratulans de profectu prædicationis: tres Epiſcopatus ab eo inſtitutos, confirmans per litteras, quæ extant: de Synodo celebranda in ea Franciæ parte, quam obtinebat Carolomannus, quod ipſe rogarat, ad collapſam Eccleſiaſticam diſciplinam reſtituendam, annuens. Adulteros, bigamos, homicidas, vel aliis capitalibus vitiis notatos, mandans, ne vlla ratione permittat ſacerdotio fungi: abnuens de creando ſibi viuenti[c] ſucceſſore, quod eſt contra regulas Eccleſiaſticas: & concedens id tantùm in fine vitæ: quod quidem affirmabat ſecum à Sede Apoſtolica diſpenſatum de contrahendo matrimonio cum interdicta perſona per Canones, id verum pernegans: de ſuperſtitionibus, & incantationibus, quas audiſſet Romæ fieri, confirmans, à ſuis prædeceſſoribus, & à ſe fuiſſe ſemper damnatos; ad extremum monens, vt violatores ſacrorum Canonum ſeuerè puniat.

d Synodus Francica.

Is igitur, acceptis Zachariæ Papæ litteris, ſollicitus de iis, quæ mandata erant, implendis celebrandæ SYNODI[d] cauſa, Carolomannum adiit, qui eius verbis, quaſi diuino oraculo, permotus, vt Epiſcopi, & presbyteri in Concilium venirent, perfecit. Eius Synodi decreta, ſæcularibus, & Eccleſiaſticis, vtilia extant. Quæ delata ad Sedem Apoſtolicam Zacharias coacta Synodo comprobauit.

e Synodus Francica.

f Pallium à ſummo Pont. peti debet.

Altera item SYNODVS[e] ab Epiſcopis Franciæ factionis Carolomanni præ- 743
ſente eodem Principe, habita eſt apud LIPTINAS. Statutum eſt inter cætera, vt Eccleſiæ ſubſidium ad bella ingruentia conferrent: quæ tamen certa quadam ratione reſtituerentur. Decretum præterea, ne pro tribus Metropolitanis Epiſcopis, Treuerenſi, Rhemenſi, & Senonenſi, pallia[f] peterentur ab ipſo Romano Pontifice, quorum gratia ipſi Francorum Principes ſcripsêre litteras, ſicut & Bonifacius ipſe, quæ non extant illæ quidem, ſed ex Zachariæ ad Bonifacium litteris, menſe Iunio ſcriptis, ea omnia comperta habentur.

g Synod. Rom.

h Chriſtianiſſimi nomen Pipino datum.

Hoc eodem anno, inchoata iam à menſe Septemb. 12. Ind. Luithprandi Regis anno 32. celebrata eſt ROMÆ[g] SYNODVS: tredecim in ea capita ſancita, de Eccleſiaſtica diſciplina. Ex eadem Synodo. Pipinus ſollicitè curans res, 744
quæ ad Francorum Eccleſias ſpectarent, hoc anno litteras dedit. Cui Zacharias Pontifex, epiſtolam viginti ſeptem reſponſionum capita continentem, reſcripſit. Extat hoc titulo: DOMINO Excellentiſſimo, atque CHRISTIANISSIMO[h] Pipino Maiori domus: ſeu dilectiſſimis nobis vniuerſis Epiſcopis Eccleſiarum, & Religioſis Abbatibus.

Vt autem quæ in ea ſcripta eſſent, obſeruarentur, Bonifacio mandauit, vt Concilio coacto, de illis cuſtodiendis inter Epiſcopos ageret. Extat Zachariæ ad Bonifacium epiſtola in eius Actis, *lib. 2. epiſt. 7.* in qua & illud addit, vt in eodem Concilio, ſacrilegorum quorundam, & contumacium Pſeudo-apoſtolorum iudicium ageretur: quòd ſi perſtent, innocentes ſe proclamare, Romam vt mittantur, ſubtiliùs examinandi.

i Conc. Sueſſionenſ.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM[i] SVESSIONENSE in quo ſtatutum eſt, vt annis ſingulis Synodus renouetur.

Res Hiſpanicas egregiè per hæc tempora illuſtrauit Rex Alfonſus ſuis præcla-

ANNO DOM.

ris factis, pluribus Ciuitatibus ex manibus Saracenorum ereptis, & Gallæcia vindicata, pro [a] CATHOLICI quoque, quem gerebat titulo, Catholicam propagauit religionem, reſtituto Chriſtiano cultu, & Epiſcopis per Vrbes conſtitutis. a Catholici nomen Rex Hiſpaniæ propagare ſtudet.

745. Habito CONCILIO [b] Epiſcoporum in Germania à S. Bonifacio Apoſtolicæ Sedis Legato, ea, quæ ſuccreuerant in agro Dominico, licèt ſæpè culto, ſpineta, quæ iam magna ex parte, duobus aliis Conciliis, excisa fuerant, immiſſa rurſum Apoſtolica falce, auxilio Chriſtianiſſimorum Principum Carolomanni, & Pipini ſuccisa ſunt. Actum eſt in eo præcipuè de duobus illis hæreticis Aldeberto Gallo, atque Clemente Scoto, qui damnati, & ſacerdotio priuati, in cuſtodiam retruſi ſunt: viſum tamen eſt etiam, de iiſdem referendum ad Romanum Pontificem, vt ab eodem quoque damnarentur. Inſuper inter alia, adnitentibus iiſdem Principibus, exauctoratus eſt Epiſcopus Moguntinus, homicidij reus conuictus, & in locum eius ab iiſdem ſubrogatus eſt Bonifacius ipſe, qui hactenus Apoſtolatui tantùm Germaniæ generatim mancipatus, nulli fuerat adſcriptus certæ Sedi. Affuêre in Concilio octo Epiſcopi. b Conc. German.

Vt autem, quæ in eo Concilio decreta fuerant, tenaciori vinculo firmarentur, Acta miſit ad Zachariam Papam, qui collecto Concilio [c] Epiſcoporum ſeptem, & presbyterorum 17. in Baſilica Theodori, in Patriarchio Lateran. eoſdem hæreticos condemnauit. c Concil. Rom.

Nomina Angelorum quos Aldebertus in ſua oratione ponebat præter Michaëlem, omnia eſſe dæmonum nomina declarauit.

Extant Acta in vita S. Bonifacij. lib. 2. c. 4. Aldebertus ille [d] deſcribitur inſignis hypocrita, arrogans ſibi viſiones Angelorum, incertæ ſanctitatis reliquias iactans: impetrare ſe omnia quæ petat à Deo, affirmans: diſſuadens viſitationes liminum Apoſtolorum, & noua Oratoriola, dimiſſis antiquis Eccleſiis, formans, vbi populi conuenirent dicentes: *Merita S. Aldeberti adiuuabunt nos*: Vngulas ſuas, & pilos tradens ad honotificandum, & portandum cum reliquiis S. Petri. Accedenti populo, vt peccata confiteretur, dicens: *Scio omnia peccata veſtra, quia mihi cognita ſunt occulta veſtra: ideoq́ non opus eſt ea confiteri.* d Aldeberti hæretici flagitia.

Alter autem Clemens [e] abnegabat ſanctos Canones, Tractatus, & Expoſitiones ſanctorum Patrum, Iura quoque Synodalia, introducens etiam Iudaiſmum: licere affirmabat, & viduam patris defuncti accipere vxorem. Chriſtum deſcendentem ad inferos, omnes inde eduxiſſe credulos, & incredulos, nec non & cultores idolorum, plura quoque inſaniens affirmabat. In vtrumque igitur lata fuit ſententia, vt ab omni ſacerdotali officio alieni, pœnitentiam agerent: quòd ſi populum ſeducere pergerent, anathemate cum ſectatoribus percuterentur. e Clementis hæretici flagitia.

747. Hoc anno Carolomannus [f], relictis omnibus huius mundi opibus, & honoribus, vir glorioſus, & ſtrenuus, dimiſſa totius Francorum Regni adminiſtratione Pipino fratri, Romam veniens, & à Zacharia Papa, depoſito ſæculari habitu, Clericus factus, & Monachi habitu indutus, in Soracte monte exædificato Monaſterio aliquandiu egit: ſed cùm à commeantibus Romam Francis, nimis frequentaretur, ſtudio ſtrictioris ſeceſſionis, & diſciplinæ, Caſſinum ad Monaſterium S. Benedicti ſe contulit, ibique obedientiam profitens, vitam virtutibus commendabilem egit. f Carolomannus fit Monachus.

749. Hoc anno Anaſtaſius [g] Abbas Monaſterij S. Euthimij, extinctam hæreſim perditiſſimi Petri Gnaphei, Epiſcopi olim Antiocheni, renouat; cùm prædicaret, nonnulla ex ſanctis Patribus loca proferens, quæ ſcilicet ter ſanctum hymnum ad Filium dumtaxat, referant. g Hæreſis Anaſtaſii.

At S. Ioannes Damaſcenus [h] errorem illum ſibi confutandum ſuſcipit. Epiſtola ſcripta de Triſagio ad Iordanum Cœnobiarcham. h S. Ioannes Damaſcenus eam hæreſim confutat.

750. Per hæc ferè tempora Richardus [i] Rex Anglorum, dimiſſo terreno Regno, poſt longas, & duras peregrinationes, pietatis cauſa, cum filiis ſuſceptas, Lucæ in Tuſcia Ciuitate deceſſit, præclaro elogio ad ſepulchrum inſcripto. i Richardus Rex Anglorum moritur in Tuſcia.

ANNO DOM. 752.

a Pipinus auctoritate Zach. Rex Franc. creatur.
b Pipinus vngitur.

Hoc anuo Zacharias Papa conſulturus Monarchiæ Francoru m, ne magnum aliquod detrimenrum acciperet ſub Hilderico Rege inerti, ác ſtupido, ex auctoritate B. Petri Apoſtoli, mandat populo Fraucorum, vt Pipinus, [a] qui poteſtate Regia vtebatur, nominis quoque dignitate frueretur. Iraque Hildericus Rex, qui vltimus Merouingorum Francis imperauit, depoſitus, & in Monaſterium miſſus eſt. Pipinus [b] verò in ciuitate Sueſſionum à S. Bonifacio Archiepiſcopo in Regem vnctus, Regni honore ſublimatus eſt. *Vetus Chronic. Franciæ.*

c Zacharias moritur, inter Sanctos relatus.

Zacharias Papa cùm ſediſſet annos 10. menſes 3. & dies 10. quintadecima Martij ad Deum [c] fœliciter migrat, inter Sanctos relatus, & anniuerſaria memoria auctus. Hic plures Baſilicas reſtituit, & egregiè ornauit, plutibúſque prædiis auxit.

d Venetos mercatores cõprimit.

Veneticos [d] mercatores Chriſtiana mancipia vtriuſque generis ementes, & in Africam ad Paganos abducentes, id facere vetuit: eóſque, reddito illis pretio, redemptos, liberos fecit.

e Epiſcoporum nominatio Pipino à Zacharia conceſſa.

Ab eodem Romano Pontifice Zacharia [e] conceſſa fuit Pipino Regi Francorum nominatio, ſeu poſtulario Epiſcoporum pro Eccleſiis vacantibus in Regno ſuo. *Anaſtaſius.* Ex hac conditione illud colligitur, cùm legitur, à Regibus Eccleſiis eſſe datos Epiſcopos, totum id factum, non iure proprio (quod nullum prorſus in rebus Eccleſiaſticis Reges habent) ſed conceſſione Apoſtolicæ Sedis. Vnde erubeſcant [f] mentientes Politici Nouatores, cùm Eccleſias ſubiiciunt Regibus.

f Contra Nouatores.

g Stephanus Papa creatur, & ſtatim moritur.

STEPHANVS II. [g] poſt dies 12. vacationis Sedis, 27. Martij creatur Pontifex, qui quarta die vita fungitur: & ob temporis breuitatem, à nonnullis omittitur in ſerie Rom. Pontificum, cùm tamen verè Pontifex fuerit.

h Anglorum Regnũ Deo curæ eſt.

Sub hoc tempore Bittuuoldus [h] Guiltonenſis Epiſcopus dum tempore Regis Cructonis cœleſtibus apud Glaſtoniam lucubraret excubiis, ſubiiſſétque illum cogitatio de Regia ſtirpe Anglorum penè deleta, hæc meditanti, ſopor itrepſit. Et ecce in ſuperna raptus, videt Apoſtolorum Principem Petrum, Eduardum, qui tunc in Normannia exulabat, in Regem conſectare, cœlibe deſignata vita certo a 4. anuorum computato numero. Eidemq́ue conquerenri de poſteritate, reſpondiſſe, *Regnum Anglorum eſt Deo curæ: poſt te prouidet Regem ad placitum ſuum.* Polyd. Virg. *lib.* 8.

Mortuo Stephano II. eidem poſt aliquot dies ſubrogatur

i Stephanus 3. eligitur.

STEPHANVS [i] huius nominis tertius. Fuit is natione Rom. in Patriarchio Lateranenſi à pueritia vſque ad ſacerdotium ſanctè educatus, per gradus Eccleſiaſticos ad Pontificatum peruenit.

k Stephanus ad Imp. legatos mittit, ſed incaſſum.

Hic Pontifex omni qua potuit diligentia procurauit, vt à Rege Longobardorum Aiſtulpho pacis iura conſeruarentur, & vt occupatas ciuitates reſtitueret. Legatos [k] ad Imp. miſit, qui rogarent, vt Italiam à fœda ſeruitute liberaret, & Vrbem ab obſidione turpiſſima Aiſtulphi vindicaret.

l Litanias ſingulis Sabbathis fieri iuſſit.
m Nudus pedes ad Litanias incedit.

Interim tamen nihil eorum prætermiſit, quæ ad diuinam benignitatem conciliandam eſſe aduerteret. Litanias [l] namq́ue ſingulis Sabbathis fieri iuſſit, vno quidem Sabbatho ad S. Mariam ad Præſepe: alio verò ad B. Petrum, & alio ad B. Paulum Apoſtolum. Ipſe cum multa humilitate, etiam nudis [m] pedibus incedens, poſito in omnibus populorum capitibus cinere, cum maximo eiulatu omnium pertexit, miſericordiſſimum Dominum deprecans.

n A Rege Francorum inuitatus, in Galliam pergit.
o Euchariſtia præuia, Pontifices peregrinantur.

Alligauerat etiam adorandæ Cruci Domini Dei noſtri pactum illud, quod nefandus Rex diſrupit. Et quia Imperator non ſolùm non dedit auxilium, quin potius bellum funeſtum vniuerſæ Eccleſiæ in cauſa imaginum delendarum præparauit: Tandem, aduenientibus Legatis Regis Francorum, qui ipſum, [n] vt iret in Gallias inuitarent, die 14. menſis Octobris, Pontifex, aſſumptis ex Eccleſia Romana quibuſdam Sacerdotibus, Chriſto præuio [o] (ſic loquitur Anaſtaſius, innuens fortè ritum illum Romanæ Eccleſiæ, quo ſoleret peregrinantes Romanos Pontifices præcedere ſanctiſſima Euchariſtia, vt infra in Clem. VIII. pluribus exemplis allatis manifeſtũ fiet) laborioſum iter aggreſſus, & Franciã applicans, apud Monaſterium S. Mauritij Martyris Iulradus Abbas, & Rothaldus Dux à Pipino miſſi,

eum

Digitized by Google

ANNO DOM. 752.

eum ſuſceperunt, & ad Regem deduxerunt. Rex porrò filium Carolum, cum multis Optimatibus ad eum excipiendum ante ſe præmiſit: atque tandem ipſe cum vxore, filiis, & Primatibus proceſſit: & in locum, qui vocatur, *Ponticone*, ad triũ milliũ ſpatium deſcendens de equo ſuo, cũ magna humilitate terræ proſtratus, vnà cum coniuge, & filiis, & optimatibus, eundem ſanctiſſimum Papam ſuſcepit: cui & vice [a] ſtratoris vſque ad aliquantum locum iuxta eius ſellarem properauit. Sexta autem Ianuarij die in Palatium Regis cum hymnis, & canticis ſpiritualibus ingreſſus, cum lachrymis precatus eſt Regem Pipinum, vt per pacis fœdera, cauſam B. Petri, & Reipublicæ Romanæ diſponeret. Petenti Pontifici, iureiurando ſatisfecit, promiſitque Exarchatum Rauennæ, & Reipublicæ iura, ſeu loci, modis omnibus reſtituere.

a *Pipinus vice ſtratoris Papæ deſeruit.*

In litteris huius Pont. habentur hæc verba: *Scriptum per manus Benedicti ſcriniarij S.R.E. in menſe Iulio. Indict. 5. in ſacratiſſima Sede B. Petri Apoſt. 3. anno Pont.* Aliæ itidem litteræ Paſchalis I. qui electus eſt anno 817. in quibus dicitur: *Scriptum per manus Theodori Scriniarij S. R. E.* Aliæ Sergij I V. *Scriptum per manus Benedicti Notarij Regionarij, & Scriniarij S. R. E.* Fuit hic Pontifex factus anno 1009. Aliæ Martini II. *Scriptum per manus Adriani, Scriniarij S. R. E.* Creatus eſt Pontifex anno 942. Circa officium Scriniarij [b] duæ ſunt opiniones, & ambæ probabiles: Vna, quæ affirmat, Scriniarium in prædictis litteris Pontificiis non fuiſſe Cancellarium S. R. E. ſed vnum ex Notariis, quorum opera, & diligentia Curia Romana vtebatur in ſcribendis rebus Scrinio dignis. Altera quæ aſſerit, Scriniarium idem eſſe, quòd Cancellarium: & ſicut Cancellarius fuit Cancellariæ Præpoſitus; ſic Scriniarius fuit Præfectus Scrinio. Ac quemadmodum Scriniarij nomen in vſu eſſe deſiit, introducto nomine Cancellarij: ita etiam nomen Cancellariæ cœpit eſſe in vſu, abolito Scrinij nomine.

b *Scriniariorum munus, & an idem ſit quod Cancellarius.*

Petes, cur in Curia Romana dictus ſit Vicecancellarius, [c] non Cancellarius, is Cardinalis, qui eſt Cancellariæ præfectus? Cardinalis, & alij *in Clem. ne Romani. de electio.* huius rei tres aſſignant cauſas. I. eſt, quòd olim dicebatur Cancellarius: ſed quia plus iuris, & poteſtatis ſibi arrogabat, quàm par eſſet, & cum Romano Pontifice de certo honoris gradu contendere cœpiſſet, dictus eſt Vicecancellarius, non Cancellarius. Secundò dicunt, Sanctum Laurentium Martyrem fuiſſe primum S. R. E. Cancellarium, & vt debitus illi honor deferretur, qui poſtea in officio Cancellarij ſucceſſerunt, dicti ſunt Vicecancellarij, hoc eſt, qui vices S. Laurentij agerent, eius munere, & officio fungentes. Tertiò aiunt, Papam eſſe re vera Cancellarium Dei, vtpote eius Vicarium in terris, & ideò nominatus eſt Vicecancellarius is Cardinalis, qui Cancellariæ præficitur, eò quòd vicem agat Cancellarij Dei, hoc eſt, Papæ, qui eſt Dei Cancellarius. Sic Gomezius *in Proœmio Regul. Cancell.* Sed hæc tanquam nulla auctoritate fuſſulta, non comprobantur.

c *Vicecãcellarij officium in Curia: & cur tali nomine vocetur, & non Cãcellarius.*

Dicendum eſt, quod rectè annotauit Honuphrius in Catalogo Romanorum Pontificum, ante Alexand. III. re vera dicebatur Cancellarius [d] Cardinalis, qui Cancellarij munere, & officio fungebatur: & tempore Gregorij VIII. Moyſes quidam Lateran. Canonicus Regularis Sanct. Rom. Eccl. Subdiaconus ad Cancellarij munus, & officium aſſumptus eſt, eò quòd Albertus Sanct. Rom. Eccl. & Cancellarius fuerat in Papam electus, & dictus Gregorius VIII. Cùm autem Moyſes Cardinalis non eſſet, non Cancellarius, vt Cardinales ſeſe appellare conſueuerant, ſed Cancellarij vicem agens dictus eſt: & re vera Cancellarij munere, & officio functus eſt ſub Gregorio VIII. & Clem. III. Romanis Pontificibus, & qui poſtea ei in officio ſucceſſerunt, Vicem cancellarij agentes appellabantur, non Cancellarij, nec enim Cardinales erant.

d *Cancellarij nomen in Vicecãcellariumqua occaſione, & quo tempore introductum.*

Honorij III. tempore Reynerius Tudertinæ diœceſis Vmber, & Canonicus Regularis, & Prior S. Fudiani in diœceſi Lucenſi, fuit primus, qui commodiore vocabulo, pro Cancellarij vicem agente, Vicecancellarius vocari cœpit. Vnde qui poſtea in eo officio ſucceſſerunt, Vicecancellarij nominati ſunt: etiamſi multi eorum Cardinales eſſent. Hinc igitur Vicecancellarij nomen in vſu retentum eſt, quia Reynerius ille, & multi poſt eum, cùm Cardinales non eſſent,

non Cancellarij nominabantur, vt antea Cardinales, qui id officij gerebant, ſeſe appellabant; ſed Vicecancellarij: quod nomen retinuerunt poſtea etiam Cardinales, qui tali officio præficiebantur.

a Vicecancellarij munus.

Vicecancellarij munus eſt[a] eſſe Præpoſitum Cancellariæ Apoſtolicæ: & præeſſe expeditioni litterarum, & diplomarum Pontificiorum, quæ de rebus Eccleſiaſticis expediuntur.

Porrò mentio fit Apoſtolicæ Cancellariæ *in cap. ad hæc. de reſcriptis.* Eaque conſtitutio eſt Lucij III. qui teſte Honuphrio, electus eſt Pontifex anno Domini 1182. *& in cap. dura. de crim. fal: & in cap. porrecta. de confirmat. vtili, vel inutili:* quæ duæ Conſtitutiones ſunt Innoc. III. vt ait Honuphrius. Fuit creatus Pontifex anno ſalutis 1198.

b Cancellaria Apoſtolicæ miniſtri, & officiales qui.

Habet autem Cancellaria[b] Apoſtolica, ex Octauio Veſtrio *lib. 1. cap. 4. num. 2. 3. & 4.* multos miniſtros, quorum opera, induſtria, & diligentia vtitur in Pontificiis litteris expediendis, qui vulgò dicuntur *Abbreuiatores, Scriptores, Correctores, Sollicitatores, Plumbatores, Regiſtratores*: nam litteræ Cancellariæ ſub plumbo expediri ſolent.

Habet etiam Cancellaria Regentem, ex eod. Veſtrio, *vbi ſuprà n. 6.* cuius eſt inſpicere, an litteræ ſint correctæ, recognitæ, & iudicatæ.

Eſt etiam in Cancellaria Apoſtolica Auditor contradictarum, cuius officium eſt, ex eod. Veſtrio *vbi ſuprà c. 5.* audire, ſi inter impetrantes litteras controuerſia ſit de perſona Iudicis, de loco agendi iudicij, aliáve re, quæ ad impetrationem ſpectet. Is enim huiuſmodi contradictiones ſolet audire, cognoſcere, & iudicare.

c Camerarius Apoſtolicæ Cameræ quis: & qua auctoritate fulgeat.

Præterea eſt in Curia Romana Audientia Cameræ[c] Apoſtolicæ. Videtur eſſe dicta Camera Apoſt. quòd in ea Rom. Pontifex audire olim, & tractare conſueuiſſet cauſas, quas vt faciliùs ageret, & expediret, ſex Prælatos domeſticos ſibi aſciuit, qui propterea Cameræ Apoſtolicæ Clerici ſunt vocati, quaſi ad Cameram ipſius Pontificis ſorte electi. Erant hi eiuſdem Rom. Pontificis domeſtici Conſiliarij, quorum prudentia, conſilio, & opera vtebatur in cognoſcendis, & tractandis cauſis, quæ ad gubernationem Vrbis, & totius temporalis Eccleſiaſticæ ditionis, & præſertim quæ ad rationes vniuerſi ærarij Pontificij pertinebant. Nunc verò Cameræ Apoſtolicæ præeſt Cardinalis, qui Camerarius dicitur: quíque ſeptem Prælatorum conſilio, iudicio, & opera vtitur. Et quamuis Gomezius *in Proœmio Regularum Cancellariæ* dicere videatur, Camerarium Vicecancellario olim anteferri ſolitum; nihilominus Vicecancellario primus poſt Pontificem in Vrbe locus datur: Camerario verò ſecundus: Cuius magna eſt poteſtas. Hic enim de regimine Vrbis curam habet. Hic Eccleſiæ patrimonio, fiſco, & ærario præeſt, *cap. ad audientiam. de præſcript. & Clem. ne Romani. de elect.* De eius poteſtate, & dignitate Cardinalis, & Bonifacius Vital. *in Clem. ne Romani. cit.* poſt Gloſſam aliqua prodiderunt.

Teſtantur, Camerarij eſſe, Eccleſiæ reditus pauperibus erogare, quod S. Laurentius feciſſe legitur. Camerarij officium non deſinit Romani Pontificis morte. *Clem. cit. ne Romani.* ne Eccleſiæ reditus negligerentur, & ne Vrbis regimen damni aliquid Sede vacante pateretur.

d Theſaurarius Cameræ Apoſtolicæ.

Poſt Camerarium in audientia Camerali ex Veſtrio *lib. 2. c. 3.* primus eſt ratione nominis, & officij, qui ærario Eccleſiæ præeſt: qui ideò Theſaurarius[d] vocatur, eò quòd apud ipſum æs omne, ſiue pecunia ad Cameram Apoſtolicam pertinens, reponatur, & aſſeruetur. Eius igitur officium eſt, pecuniam Cameræ Apoſtolicæ recipere, cuſtodire, & vbi, & quando opus eſt erogare. At conſueuit mercator aliquis inſignis deputari, qui Theſaurarij mandato pecunias Cameræ Apoſtolicæ recipiat, & ſoluat.

e Auditor Cameræ Apoſtolicæ & eius munus.

Secundus ratione officij eſt Auditor[e] Cameræ Apoſtolicæ. Hic inter alia gladium habet ſpiritualem: cenſuras enim Eccleſiaſticas fert in contumaces, & rebelles, eò quòd non pareant Cameræ Apoſtolicæ ſententiis.

Eſt quoque Cameræ Apoſtolicæ alius Miniſter, videlicet Gubernator Vrbis: & ſicut Auditor Cameræ Apoſtolicæ habet gladium, & poteſtatem ſpiritualem; ſic Gubernator Vrbis habet gladium temporalem: vnde excommunicare, & alias cenſuras Eccleſiaſticas ferre non poteſt.

Eſt

Anno Dom. 752.

Eſt etiam Commiſſarius Cameræ Apoſtolicæ, qui eiuſdem Cameræ negotia, quæ ad iudicia non attinent, agere, tractare, & exequi ſolet: præeſt exactionibus, publiciſque functionibus, & vectigalibus, annonæ, & pecuniæ cudendæ.

Habet Romanus Pontifex, tanquam Chriſti Vicarius in terris, ſummam in Eccleſiam Catholicam poteſtatem, qua poteſt ligare, & abſoluere. Vnde vt facilius, & commodius hoc expediat, huiuſmodi poteſtatem committit vni ex Cardinalibus, & is vocatur Summus [a] Pœnitentiarius, qui vtitur opera aliorum Pœnitentiariorum Minorum, quorum eſt pœnitentium confeſſiones audire, & eos à cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis, & delictis abſoluere, iuxta delegatam ſibi à ſummo Pœnitentiario facultatem.

a *Pœnitentiarius Summus, & Pœnitentiarij Minores cur, & qui dicantur, & eorum munus.*

Nec Summi Pœnitentiarij, nec minorum Pœnitentiariorum officium finitur Romani Pontificis obitu. *Clem. ne Romani. de elect.* ne Sede vacante deeſſent, qui pœnitentium confeſſiones audirent, & à cenſuris, pœnis, & peccatis abſoluerent.

Porrò habet Summus Pontifex Pœnitentiarios Minores in tribus vrbis Templis: videlicet in æde S. Petri, Ieſuitas: in æde S. Ioannis in Laterano, Minoritas: in æde S. Mariæ Maioris Dominicanos.

Quia ex vniuerſo Chriſtianorum orbe ad Pontificem litigatores cauſas de beneficiis Eccleſiaſticis, & aliis rebus deferre ſolent: has cauſas expedire conſueuit Pontifex per viros vtriuſque iuris peritos: qui quoniam in Cappella Pontificia Papæ aſſiſtebant, Cappellani Summi Pontificis olim dicebantur, & Auditores [b] ſacri palatij, hodie Auditores Rotæ dicuntur, quòd in orbem ſedentes, cõtrouerſias, & cauſas examinent. In hoc Auditorio cuncta iuxta doctrinam, prudentiam, æquitatem, & iuſtitiam, & integritatem definiuntur. Sunt Auditores duodecim: ad hunc enim numerum eos Sixtus IV. reduxit. Quorum hodie Decanus eſt D. Ioannes Baptiſta [c] Coccinus Venetus amicus meus, vir morum probitate, & doctrina vrbi, & orbi inſignis.

b *Auditores Rotæ, qui & Cappellani Papæ dicuntur.*

c *Ioannes Baptiſta Coccinus laudatus.*

Eſt etiam in vrbe Iudex, qui *Senator* [d] *vrbis* dicitur: hunc tanquam Prætorem vrbanum Romanis ciuibus Summus Pontifex dat. Is in Capitolio ſuum tribunal, & audientiam habet. Romanis ciuibus ordinaria poteſtate ius dicit. Tres habet ſubſtitutos: quòd ſi ab altero appellator, Iudex adeſt Capitolinus, qui omnium appellationum Ordinarius eſt: à cuius ſententia, ſi cum priori concordet, lege municipali prohibente, non appellatur.

d *Senatorem vrbis velut Prætorem Romanis ciuibus Papa dat.*

Olim à tempore Innoc. II. vſque ad Clem. III. perpetua per annos plus minus quinquaginta inter populum Romanum, & Summum Pontificem diſcordia [e] fuit. Populus ſumma ope contendebat, nouam in vrbe gubernationem inducere; vetere mutata. Vnde Summo Pontifice ab vrbis adminiſtratione ſubmoto, Senatores præter eius voluntatem crearunt, qui vnà cum Patritio omnibus Præfecto Reipublicæ præeſſent, & ciuitatem ipſam gubernarent. Hæc res grauiter afflixit Pontifices Romanos, Innoc. II. Cœleſtinum II. Lucium II. Eugenium III. Anaſtaſium IV. Adrianum IV. Alexandrum III. Lucium III. Vrbanum III. Gregorium VIII. Poſt hunc creatus eſt pontifex Clemens III. qui cùm patria Romanus eſſet, pacem cum ipſis Romanis compoſuit. Cuius pacis hæ conditiones [f] fuerunt.

e *Meminit huius diſcordiæ Otho Friſingen. lib. 7. hiſt. & lib. 1. de geſtis Aenobarbi Imp. & Ab. Vrſperg. & Scriptor incerti nominis vitarum Pontificiarum Bibliothecæ Palatinæ, ex quibus ſumpſere Honuphrius, & Ciaconius.*

f *Pacis conditiones inter Papam, & populum Romanum.*

Prima, vt vrbs in Romani pontificis poteſtate eſſet. II. Vt abrogato patritio, præfectus reſtitueretur. III. Vt Senatores annui ex pontificis auctoritate crearentur: qui in pontificis verba iurarent, & ſacramento fidem, pacem, & ſi opus eſſet, ſubſidium Eccleſiæ Romanæ mitterent. IV. Vt populus Romanus Baſilicam Vaticanam, & reditus S. Petri, quos bello durante occupauerant, liberè, & integrè reſtituerent. V. Vt vectigalia, & reditus publici in poteſtate pontificis eſſent, ea lege, vt tertia pars in populi vſus cederet. VI. Vt Romanæ Eccleſiæ, & Summi pontificis maieſtatem, honorem, & poteſtatem, Senatus populúſque Romanus coleret, ac tueretur. VII. Vt Romanus pontifex Senatoribus, Iudicibus, Aduocatis, & Scriniariis, & Senatus miniſtris conſuetas largitiones, & donatiua, quæ preſbyteria vocantur, ſtatis temporibus tribueret. VIII. Vt idem pontifex certam annuam penſionem pro muris vrbis reſtituendis perſolueret. IX. Vt Tuſculum ſolo æquari pontifex permitteret, vt intra certum tempus populum Romanum ad

 ANNO DOM.

eam expeditionem iuuaret: ea tamen lege, vt eo diruto, ager, & homines in poteſtate Eccleſiæ Romanæ eſſent. Has conditiones Pontifex & populus Romanus iurarunt. Poſtea diuturna quies, & tranquilla Eccleſiæ tempora conſecuta ſunt. Continentur huiuſmodi conditiones apud Cincium Camerarium *in lib. Cenſuum S.R.E.* ex quo accepit Ciaconius *in vita Clem. III.*

a *Alfonſus Hiſpaniarum Rex multis victoriis illuſtris.*

Hic annus in Hiſpaniis multis [a] victoriis de Mauris ab Alfonſo Rege partis clariſſimus fuit. Viſi ſunt Cordubæ tres Soles. Alfonſus ergo ex inteſtina Maurorum diſcordia, & rerum omnium perturbatione, rei bene gerendæ occaſiones captans, Regni fines, quod anguſtis regionibus deſcriptum erat, armis contra Mauros ſuſceptis: amplificabat. Captis quàm plurimis ciuitatibus, Alfonſi cura, vetus Epiſcoporum dignitas longo ex interuallo reſtituta eſt. Dati Præſules: Syl- uefcentes Chriſtianorum mores repurgabant contagionibus malorum, quæ ex conſortio Maurorum profectæ, latiùs emanarant. Subditos populos nouis inſtitutis, & legibus, atque diuinorum librorum lectione, explicationéque excolebant. Chriſtiana templa, vbi diruta erant, reſtaurabantur: & quæ Mauricæ ſuperſtitionis ſordes fœdarant, ex Chriſtiano ritu expiabantur. Sacrorum itaque inſtituta, inſtrumentáque reſtituta, quantum gentis inopia, & Regij ærarij tenuitas patiebantur. Noua lux reddita videbatur, lætitiæ in præſenti, & maioris ad futurum ſpei materia permaxima. Mariana *lib. 7. c. 4.* 753.

b *Pipinus à Papa Rex inungitur.*

Hoc anno die quinto Calend. Auguſt. inter ſacra Miſſarum ſolemnia, Pipinus [b], vnà cum duobus filiis, Carolomanno, videlicet, & Carolo Magno, à Stephano Summo Pontifice in Regem Francorum vnctus eſt in Eccleſia Pariſienſi S. Dionyſij Martyris. 754.

c *Conciliabul. Conſtantinopol.*

Eodem anno impius Imperator Conſtantinus PSEVDOSYNODVM [c] CONSTANTINOPOLI conuocat Epiſcoporum in S. Mariæ Virginis Templo, quod eſt Blachernis, deletis prius, & penitus abraſis, pulcherrimo artificio factis Imaginibus vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti: arborum, & animalium formis in earum locum ſubſtitutis, nullo præſente Patriarcha Catholico, & in ambonem ipſe progreſſus, Conſtantinum Monachum ex Sylei Epiſcopo, Patriarcham ipſe Laicus inſtituit, & pronunciat Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ. Inde omnes ſacrarum, & venerandarum Imaginum cultum damnant: ſanctum Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham, Gregorium Cypricum, Ioannem Damaſcenum, & omnes denique ſacrarum cultores Imaginum anathematizant, & Idololatras vocant: & Sanctorum Martyrum quoque reliquias, tum igni, tum aquis, tum aliter perdunt, & propoſitis in medio, venerando ligno Crucis, vnà cum diuinis Dominici Corporis, & Sanguinis myſteriis, per ea vniuerſos iureiurando aſtringunt, nunquam ſe diuinas Imagines adoraturos, quin ea potius Idola vocaturos. Sed alia etiam deteriora addentes, vetant, Apoſtolos, Martyres, & ipſam Deiparam Sanctam appellandam, & nullo modo inuocandam: Catholicos vocant Neſtorianos, Arianos, Dioſcorianos, & Eutychianos, atque Seuerianos. Denique, vt nefarium illud Conciliabulum, VII. Synodus Oecumenica diceretur, ſtatuunt. Hæc ex Theophane, & maximè ex Actis S. Stephani iunioris Martyris. Quam quidem Pſeudoſeptimam Synodũ, tum Patriarchæ cæteri vnanimes, tum maximè Stephanus Papa deteſtati ſunt, vt eſt in VII. Synodo Nicæna II. *Act. 3.*

Illud autem annotabis, hanc Synodum falsò à nonnullis vocari tertiam Epheſinam, vt à Caranza *in ſua ſumma Conciliorum in principio VII. Synod.* & à Sixto Senenſe *lib. 9. Bibliotb. annot.* 245. Nam omnes antiqui vocant eam Conſtantinopolitanam.

d *Pipinus Papa in auxilium venit.*

Pipinus Rex hoc anno menſ. Septembri 8. iam Ind. inchoata, cum [d] exercitu iter in Italiam ingreſſus, rogatu S. Papæ, ne Chriſtianorum ſanguis funderetur, per Legatos rurſum, Aiſtulphum rogauit, vt ablata reſtitueret, quòd ipſum facere litteris cohortatus, & per omnia ſacra obteſtatus eſt ipſe Pontifex; ſed eo obſtinatiùs obnitente, ac minas potius in Pontificem, Pipinum, & Francos ipſos iactante exercitus iter profecutus clauſtra Alpium occupauit: Aiſtulphi copias profligauit, & ad Papiam obſidione concluſit. Aiſtulphus tandem remiſſa pertinacia, cum Pipino conuenit, ſe redditurum Exarcham, & Pentapolim, tabulæ fœderis ſcriptæ, & ſacramento obſignatæ ſunt, obſidéſque dati, qui in Franciam

miſſi

ANNO DOM.

miſſi ſunt. Quibus perfectis, Pipinus per hyemem in Franciam, Pontifex Romam rediit, & gratias Deo apud B. Petrum ſolemnes egit.

755. Aiſtulphus fœdiſtagus, & periurus, Francorum metu ſolutus, non modò ablata Romanæ Eccleſiæ non reſtituit, ſed & nouis exagitare vexationibus cœpit, ditionem Romanam inuadens, & prædas agens. Quibus permotus Stephanus Papa, litteras, & Legatos in Franciam miſit ad Pipinum. Qui [a] his acceptis, pro ſua erga Romanam Eccleſiam pietate, & deuotione, ſtatim ad occupanda Alpium clauſtra præmiſſis copiis, ipſe cum reliquo exercitu ſubſecutus eſt. Interim Legati ab Imperatore Romam adueniunt, & vnà cum Legato Pontificis, Pipinum iam Papiam obſidione prementem inueniunt, à quo nullis obſecrationibus, aut promiſſis impetrare potuerunt, vt à Longobardis vſurpata, Imperatori reſtitueret, ſed in eo perſtitit, vt quæ B. Petro Apoſtolo, & Eccleſiæ Romanæ, pro ſuorum venia delictorum promiſerat, præſtita vellet.

a Pipinus iterum cum exercitu in Papæ auxilium.

Aiſtulphus, perfidiæ [b] venia impetrata, non modò quæ ante promiſerat, ſe verè reſtiturum confirmat, ſed & Comaclum caſtrum addit. Pipinus igitur miſſo Fulrado Abbate Conſiliario ſuo cum Aiſtulphi Legatis, ad recipiendas ſingulas vrbes, & caſtra, ſcriptam donationem, & claues ciuitatum, ſuper B. Petri ſepulchrum ponens, eidem Apoſtolo, & eius Vicario ſanctiſſimo Papæ, atque omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus perpetuò poſſidendas, atque diſponendas tradidit. *Anaſtaſ.*

b Aiſtulphus promittit ſe redditurum quæ ab Eccleſia abſtulerat.

Hoc tempore Conſtantinus Copronymus [c] cùm moreretur clamabat: *Viuens adhuc igni ſum inextinguibili traditus.* Cedrenus, & alij. Noteot, & horreant noſtri temporis Iconomachi.

c Conſtantin. Copron. moritur, clamans ſe adhuc viuum igni traditum.

756. Euoluto anno ab obſidione vrbis, Aiſtulphus Rex ſæpiùs fœdifragus, in vexatione diuino [d] ictu percuſſus, defunctus eſt. Cui Deſiderius ex ſententia Papæ Stephani ſucceſſit.

d Aiſtulphus diuino ictu percuſſus moritur.

Stephanus Papa [e] mittit ad Pipinum litteras plenas gratulationum, & eius laudum de tot beneficiis Eccleſiæ Romanæ collatis: in quibus de Regno Longobardorum Deſiderio collato, illum commonefacit, hortatúrque & rogat, vt illi mandet, vt quæ promiſit, plenè reſtituat.

e Stephanus Papa litteras gratulationum Pipino mittit.

Hoc anno IV. Pipini SYNODVS [f] celebrata eſt in palatio VERNIS dicto, in qua ſanciti Canones 26. de Iuribus Eccleſiaſticis, & diſciplina reſtituenda: & ne quid exigeretur à peregrinis: qui religionis cauſa loca ſacra inuiſerent, pius Rex ſtatuit.

f Synod. in Palatio Vernis.

757. Stephanus Papa [g], immenſis laboribus pro Romana Eccleſia honeſtè perfunctus, ex hac vita migrauit 6. Calend. Maij, cùm ſediſſet annos 5. & dies 28. Ceſſauit Epiſcopatus dies 32. Et die 28. Maij

g Stephanus Papa moritur.

PAVLVS [h] Diaconus eius frater, illi in Pontificatu ſubrogatur, vir mitiſſimi ingenij, & magnæ miſericordiæ, qui noctu per ſemetipſum, cum ſuis familiaribus cellas egenorum languentium circumiens, & carceres perluſtrans, egentibus, & oppreſſis opem ferebat. Statim vt factus eſt Pontifex, litteris Pipino Regi Stephani deceſſum, & ſuam creationem exponens, amicitiam initam, ſe ſeruaturum promiſit, & idem ipſe, vt faceret, expetiit, ſollicitus quidem, vt res Romanæ Eccleſiæ illi ſaluæ eſſent ab inuaſione Longobardorum: ſed maiori ſtudio, quæ erant fidei Orthodoxæ, & ad vniuerſalem Eccleſiam ſpectabant adminiſtrans, tentando ſæpius per litteras, & per Legatos Conſtantinum Imperatorem ab impietate reuocare.

h Paulus eius frater ſuccedit.

Hoc eodem anno Alfonſus [i] cognomento *Catholicus*, cùm regnaſſet annos 19. glorioſus Saracenorum triumphis, migrauit ad Dominum: in cuius obitu, voces cœlitus auditæ ſunt. Succeſſit illi Froila [k], Æra 795. qui pro ſua pietate, Eccleſiaſticos Canones, ob aſſidua bella penè obliteratos, reſtitui ab Epiſcopis curat, & presbyteris carnalia matrimonia interdicit: ob quæ pluribus diuinitùs donatur victoriis. Mauros Gallæciam inuadentes profligat, quinquaginta quatuor millibus cæſis, qua nulla hactenus extitit maior in Hiſpania de Saracenis victoria.

i Alfonſus Catholicus moritur.

k Froila ſuccedit.

758. Hoc anno in Anglia Eadbertus [l] Rex Nordanhumbrorum, ſublimioris philoſophiæ amore exardeſcens, filio Oſuulſo regnum reliquit, & inter Monachos profiteri cœpit.

l Rex Angliæ fit Monachus.

Hoc

a *Conciliab. Germ.*

Hoe anno celebratum eſt Conciliabvlvm [a] Germaniæ, in quo Anno
Othmarus Abbas Monaſterij S. Galli ob crimen impudicitiæ falsò iniectum, in- Dom.
iuſtè condemnatus eſt, & carceri mancipatus, atque ſine alimento corporis reli- 759.
ctus, fame interiit.

b *Pipinus ob villam Eccleſiaſticàs cũ annuo cẽſu ablatam, punitur.*

Hic opportunè reddamus quod Pipino [b] accidit, cùm villam Eccleſiæ, perſol- 760.
uendo annuo cenſu, vendicare vellet; cùm conceſſum eidem à Romano Pontifice fuiſſet, vt ablata antea quædam bona Eccleſiaſtica annuo perſoluto cenſu retinere poſſet. Ad eam igitur Laudunenſis Epiſcopij villam cùm veniſſet; ibíque dormiret, venit ad eum per viſum S Remigius dicens: *Tu quid hic facis? quare intraſti in hanc villam, quam mihi, te deuotior homo dedit: quamq; ego Eccleſia Domina mea ſancta Dei Genitrici donaui!*

Et flagellauit eum ſatis duriter, ita, vt liuores poſtea in corpore eius apparerent. Et cùm diſparuit Sanctus Remigius, Pipinus valida correptus febre, quantocyus ab ipſa villa receſſit, qua febre non paruo tempore laborauit. Et deinde Princeps Regni, vſque ad moderna tempora ibi non manſit. *Hac ex Hincmaro.*

c *S. Remigius anathematizat Reges Francorum, qui Eccleſiæ bona ſurripere audent.*

Sed & hìc meminiſſe oportet diri anathematis, quod in ſuo S. Remigius [c] ſcribi voluit teſtamento, aduerſus Reges Francorum, ſi quis ex eis, quæ Eccleſiis donata eſſent, aliquid quodammodo ſurripere auſus eſſet. Qui igitur Rex maximè pius, vt filius à Deo correptus eſt, tantùm abfuit, vt quouis honeſto titulo res Eccleſiarum acciperet, vt potius aduerſus eos, qui ea tentaſſent inuadere, mox vindex inſurgeret. Diſcant homines quàm periculosè, ſiue ſub prætenſo annuo cenſu, ſiue alio modo laicus homo res Eccleſiæ poſſideat, quas ſæpè inuitus; ac nolens, fatigatus precibus, vel aliis compulſus occaſionibus, vel deceptus falſis ſuaſionibus Pont. Rom. illis poſſidendas indulget.

d *Concil. Rom.*

Romæ [d] celebratur Concilivm in cauſa immunitatis, & priuilegiorum 761.
Eccleſiis, & Monaſteriis à Papa Paulo erectis conceſſorum: communi enim omnium conſenſu anathema dictum eſt in raptores, vſurpatores, alienatores, commutatores, clepſores, omnium rerum ad monaſterium pertinentium.

e *Conſtantinus Imp. ad Pipinum Legatos, & munera mittit.*

Conſtantinus [e] Imperator impius, quibus potuit legationibus, atque munei- 766.
bus laborauit, vt Francus, quorum ope Romana Eccleſia iura Imperij in Italia fuerat conſecuta, demereretur, atque hoc anno nobilem miſiſſe legationem ad Pipinum Regem Francorum veteres Annales produnt, & inter alia munera, miſſum organum muſicum. Credibile portò eſt, ab eodem miſſos ſuæ hæreſis aſſertores, qui aliquid Pipino de ea inſuſurrarint, & Aulicis aliquid ingeſſerint. Ex quo cœpta ſit occaſio hoc anno (vel ſequenti, vt alij) celebrandi Concilivm

f *Concil. Gentiliacenſe.*

[f] Gentiliacense, annuente Pipino Rege, de cultu ſanctarum Imaginum, & de ſanctiſſima Trinitate, nimirum (vt Ado Viennenſis docet,) De proceſſione Spiritus ſancti, num videlicet dici poſſit, ipſum à Patre, Filióque procedere. Quòd enim Occidentales in Conſtantinum, eiúſque ſectatores, maximè circa ſacrarum Imaginum cultum obiiciebant, illi contra, Latinis, quòd adiecisſent ad Symbolum ea verba, *Filióque*, vitio vertebant. Videant igitur ſchiſmatici Græci, dum Latinos impugnant, ſe cauſam agere nefarij Conſtantini Copronymi, ipſorum etiam ſententiâ damnati.

g *Paulus Papa moritur.*

Paulus [g] Papa vbi ſediſſet ann. 10. & menſ. vnum, moritur 29. Iunij. Ceſſauit 767.
Epiſcopatus eius annum 1, & menſem 1. Cauſam tam longæ vacationis Anaſtaſius in Stephano perſequitur hoc modo.

h *Schiſma X.*

Schisma [h] Decimvm.

Agente adhuc ſpiritum Paulo Pontifice, inſtigante Deſiderio Longobardorum Rege, Toto, Dux Nepeſinus, collecta armatorum manu vrbem inuadit, & Conſtantinum fratrem nullis ordinibus initiatum, quod nefas erat, Papam nominandum curat, & in Lateranum introductum, à Gregorio Epiſcopo Prænestino, vi adacto, clericum ordinandum, móxque Subdiaconum, & Diaconum, qui vniuerſum populum ſacramentum ſibi dicere iuſſit: & paulò poſt, cum armatis Baſilicam intrans B. Petri, ab eodem Epiſcopo Prænestino, ab Albanenſi, &

Portuenſi

Digitized by Google

ANNO DOM. Portuenſi Epiſcopus conſecratus, B. Petri Sedem, annum vnum, & menſem vnū, inuaſor tenet. Non poſt multos dies, Gregorius ille Epiſcopus Præneſtinus ægritudine correptus, areſcente manu, timens, ac languens, vitam finiuit, diuina eum vltione perſequente. Conſtantinus Pſeudopapa illegitimam ſuam electionem agnoſcens, per Conciliabulum vicinorum Epiſcoporum, vi, & metu, cogit probari, & ratam haberi. Quem Conuentum pôſt Stephanus Papa irritauit. Idem ad ſtabiliendam ſuam peſtilentię Sedem, ipſo Pontificatus initio, duas epiſtolas ſcripſit ad Pipinum Regem, quibus ſe inuitum, & immerentem Papam factum aſſerit, & quam erga prædeceſſores ſuos fidem præſtitiſſet, ſibi quoque, vt præſtet, rogat, nec de ſe maleuolis credat.

Dum Occidens Orthodoxorum complurium factioſorum temeraria audacia laborat, monſtroſo capite, ſancto Eccleſiæ corpori, appoſito; laborat Oriens atroci hæretici Imperat. perſecutione, pluribus Sanctis crudeliſſimè cæſis. Theophanes enim de impij Copronymi [a] ſæuitia ſic pergit ſcribere: *Depoſitum Petrum nobilem Stylitam à Metra, & per plateas tractum, pranci iuſſit. Alios ſaccis incluſos, erutis oculis, in pelagus iactauit. Aliis nares abſcidit, alias flagellis excoriauit: omnem denique tormenti ſpeciem aduerſus pios excogitauit. Si quiſquam* (pergit Theophanes) *correptus vel dolens, ſolitam Chriſtianorum vocem emitteret de hæreticis:* DEI GENITRIX [b] IUVA: *aut vigilias agens deprehenderetur, aut Eccleſiis aſſuetus, aut cum Religione viuens, aut non paſſim iuramentis abutens, vt inimicus Imperatoris damnabatur.*

De tanta blaſphemia agens Theoſterictus huius temporis ſcriptor, & inſpector in Niceta, hæc fuſiùs proſecutus, vbi plura in deteſtationem impij Conſtantini dixiſſet, ſubdit: *Habitu erat Chriſtianus, mente Iudeus, quam enim ſibi Chriſtus in domicilium elegit glorioſiſſimam, inquam, ſuam matrem omnibus aliis rebus creatis ſuperiorem, omnium hominum ſalutem, mundi patrocinium, quæ propter virginitatis ſuæ præſtantiam, propè Deus [c] veneratur: huius, inquam, venerandum nomen multis modis ab Eccleſia expellere ſtuduit. Eius verò interceſſiones [d], per quas mundus conſiſtit, illas, nec nominare quidem voluit, cùm diceret, nemini eam poſſe opitulari. Conabatur autem quod dicebat, exemplo crumenæ confirmare, quæ aurum continens, pretioſa; vacua verò, vilis eſſet: ita Mariam, dum Chriſtum geſtaret, honorandam: illo edita, nihil differre ab aliis impiè aſſerebat: in quo recentes Nouatores impium impij ſequuntur. Ex quo autem hic impius regnare cœpit, hoc habuit propoſitum, Ordinem Monaſticum extinguere. Itaque atrociſſimam in eos exercuit perſecutionem.* Hæc ex Theoſtericto.

Hanc Mariæ interceſſionis efficaciam rectè cognouit Ambroſius *Precat. 2.* præparationis ad Miſſam, dum dixit: *Et vt efficax hæc mea ſit precatio, B. Mariæ Virginis ſuffragia peto, quam tanti meriti eſſe feciſti* (Deum loquitur) *vt prima inter mulieres nouum munus offerret, & nulla præter ipſam tam nouum acciperet.* S. Auguſtinus *in lib. Meditat. cap. 35. & cap. 40.* Nazianz. *Orat. 18. & in Tragœdia de Chriſto patiente in fine* eam Deam nominat ſic inquiens: *Veneranda, ô Virgo caſtiſſima, quando Beata nunc Beatorum in populo, exuta quidquid fæcis humanæ ſedes, æternitatis pallio ornata, vt Dea habita, ſenectæ expers.* In quibus verbis non eam Deam [e] per eſſentiam, ſed per quandam excellentem participationem appellauit: nam ſi (ait Chriſtus in Euangelio) illos dixit Deos Propheta ad quos ſermo Dei factus eſt; quid mirum, quòd illa dicatur Dea, quæ præ cæteris Sanctis fines Diuinitatis propinquiùs attigit? Sed ad hiſtoriam redeamus.

768. Tam indignam Apoſtolicæ Sedis inuaſionem non ferentes Chriſtophorus Primicerius, & Sergius eius filius Sacellarius, & pôſt Secundicerius, Româ profecti, quaſi Monachatum ſuſcepturi, Longobardorum Rege Deſiderio conuento, auxilium ab eo impetrant Longobardorum, ad deiiciendum [f] Sede Pſeudopapam, qui aſſumptis in conſilij ſocietatem aliquot Romanis, Romam redeunt: & occurrentes, qui pro Pſeudopapa ſtabant, Totonem quidem Ducem obtruncant; reliquos verò in fugam vertunt. Waldipertus Presbyter, cognita Pſeudopapæ fuga, nec communicato conſilio cum Chriſtophoro, & Sergio, aliquot Romanis aliis aduocatis, Philippum Presbyterum ex Monaſterio aſſumptum, Papam pronunciant, & in Lateranum adducunt, ac in Sede Pontificali collocant. Quod audiens Chriſtophorus Primicerius, nec Philippum ritè cenſens electum, coram populo Romano iurauit, vrbe ſe abſuturum, quoad Philippus Lateranum

teneret.

[a] Copronymi ſæuitia.

[b] Copronymi erga Dei Matrem impietas.

[c] Maria propè Deum veneratur.

[d] Maria interceſſione mundus conſiſtit.

[e] Maria quo ſenſu Dea à Nazianzeno dicatur.

[f] Conſtantinus Pſeudopapa depoſitur.

Philippus Pſeudopapa deponitur.

Stephanus ritè eligitur.

Anni Dom.

teneret. At Gratioſus Chattularius, cum aliquot Romanis, Philippum [a] Presbyterum expulerunt, qui libens ad ſuum reuerſus eſt Monaſterium. Alia die Chriſtophorus Primicerius ritè congregato populo Romano, Clero, Magiſtratibus, & militia conſenſere omnes in Stephanum [b] Tit. S. Cæciliæ Presb. Cardinal. virum ſanctiſſimum, qui fauſtis acclamationibus exceptus, in Lateranum deductus, ritè eſt conſecratus.

Stephanvs IV. hic, tertius dictus ab Anaſtaſio, re vera qnartus, Siculus natione, ſacris litteris doctiſſimus, & Eccleſiaſticis traditionibus egregiè imbutus, Romam veniens, in monaſterium S. Chryſogoni, quod tunc B. Gregor. III. fundabat, ab eo traditus eſt, & Monachus, atque Clericus effectus eſt. Ex quo monaſterio aſſumptum, Zacharias Papa ſuo Lateranenſi cubiculo præfecit, & poſt Preſbyterum Cardinalem Tit. S. Cæciliæ creauit, quem tamen, tum ipſe, tum Stephanus, & Paulus Pontifices, propter eius modeſtiam, & caſtitatem in ſuo officio detinuerunt.

Ante autem ordinationem Papæ Stephani, conuentu Epiſcoporum, Presbyterorum, & Clericorum in Baſilica Saluatoris habito Conſtantinus in medium productus, ritè depoſitus eſt, & coram vniuerſo populo Romano culpam confitente, ac deprecante, quòd impiè ordinationi non reſtitiſſent, Pontifex eſt conſecratus. Poſt conſecrationem ab iiſdem factioſis hominibus, Duce Gratioſo Chartulario, Conſtantinus [c] inuaſor eſt excœcatus: alij nonnulli eius fautores oculis, & linguâ mulctati. Eadem pœna affectus eſt Waldipertus [d] Presbyter, in ſuſpicionem vocatus, quòd genere Longobardus conſilia iniſſet de Roma Longobardis tradenda, & aliquot Romanis proceribus necandis.

Conſtantinus inuaſor multatur.

Walfridus inuaſor multatus.

Stephanus Papa ad Pipinum Legatos mittit.

Pontificatu inito Stephanus, Eccleſiam Romanam perturbatam conſtituendi ſtudio incenſus, per Legatos [e] rogat Pipinum, & filios Carolum, & Carolomannum Reges, vt aliquot ſibi mittat doctiſſimos Epiſcopos. Pipino interim mortuo, à filiis, benignè excepti Legati, omnia impetrant.

Pipinus Rex moritur.

Pipinus [f] Rex rebus belli, & pacis bene perfunctus ſubægrotans, ad proximum ſe parans obitum, orationis cauſa inuiſit ſepulchrum S. Martini Turonis: inde reuerſus Pariſium, ad S. Dionyſium Deo reddidit ſpiritum, anno 14. ex quo à Stephano Papa coronatus eſt. Porrò Pipinus, tum ob præſtantiam rei militaris, tum ob inſitam eius animo religionem, tum ob egregiam munificentiam, maximè erga Romanam Eccleſiam, immortalem ſibi peperit apud homines laudem, & æternam gloriam apud Deum.

Concil. Rom.

Concilivm [g] Romæ celebratur, Epiſcoporum Gallicanorum 769.
(quos duodecim ſelectiſſimos Reges miſerant) & Italicorum, in Baſilica
Saluatoris, ad Lateranum, Præſidente Beatiſſimo Papa Stephano, Conſtan-
tinus inuaſor iam excœcatus introductus, corruens in terram, manibus exten-
ſis in pauimento Palatij Lateranenſis, ſe reum, ac ſuper numerum arenæ maris
peccaſſe deflebat, petebátque miſericordiæ veniam ab eodem ſacerdotali conſe-
qui Concilio. Sed quia excuſare ſe voluit, colaphis cæſus eſt. Et allatis Canonibus,
eiſque liquidò perſcrutatis, ab eodem ſacerdotali Concilio prolata eſt ſententia
ſub anathematis interdicto, ne vllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine, niſi
per deſtinatos gradus aſcendens, Diaconus vel Presbyter Cardinalis factus fue-
rit, ad ſacri Pontificatus honorem poſſit promoueri. Cultus [h] præterea ſacrarum
Imaginum ab Imp. Conſtantino ſublatus, eſt confirmatus.

Imaginum cultus.

Papa cum cæteris nudis pedibus ad S. Petrum pergit.

Abſoluto Concilio, Stephanus Papa, Patres, Clerus, & populus, cum Hymnis,
& Canticis, nudis [i] pedibus ad B. Petrum proceſſerunt, & ſingula Concilij Acta,
ex Ambone ad populum, clara voce lecta ſunt, & tres Epiſcopi interdixere ſub
anathemate, ne quis vnquam præſumat tranſgredi quidpiam de omnibus, quæ in
eodem Concilio ſtatuta ſunt. 770.

Concil. Vuormat.

Hoc anno celebratum eſt Concilivm [k] Wormatiense, in quo poſt dignam fidei confeſſionem 80. Canones ſubiiciuntur. Porrò in Capitularibus Regum Francorum, digna memoria leguntur, tunc ſuggeſta à populis ſupplici corporis habitu, coram ipſo Carolo Rege; quarum hæc ſumma eſt: ne Epiſcopi, aut Clerici permittantur procedere ad bella, niſi duo, aut tres bene docti, electione videlicet cæterorum, ad benedictionem dandam, & ad periclitantium re-

conci

ANNO DOM.

conciliationem. Plura etiam ſubduntur de oblationibus fidelium factis Eccleſiæ, quæ magno ſacrilegio vſurpantur. Sequenti Capitularium capite hæc habentur: *Auctoritas Eccleſiaſtica, atque Canonica docet, non debere abſque ſententia* [a] *Romani Pontificis Concilia celebrari.*

a Concilia abſque Romani Pont. auctoritate non celebrantur.

Ex quibus colligitur, quæcunque ſub iiſdem Francorum Regibus legimus, eorum ordinatione celebrata Concilia, ea non niſi aſſenſu Romani Pontificis habita eſſe.

771. Hoc anno (*habent Francorum Annales Aimon. lib. 4. cap.* 68.) Dominus Carolus [b] Rex repudiauit filiam Deſiderij Regis Longobardorum anno poſtquam matris hortatu eam duxerat vxorem, & Hildegardam de genere Sueuorum præcipuæ nobilitatis fœminam in matrimonium accepit. Sed quid interceſſerit impedimenti, vt matrimonium contractum ſolueretur, nemo prodit, ſed aliquid omninò extitiſſe, antea incognitum, ob quod legitimè ſolui potuerit matrimonium, Caroli pietas cogit opinari.

b Carolus Rex Franciæ repudiata priore vxore, alteram ducit.

772. Ægrotante Stephano Papa, octo diebus, quàm ex hac vita migraret, factione Pauli Cubicularij cognomento Aſiartæ, Sergius Secundicerius, antea eius opera excœcatus, ex Cellario Lateranenſi extractus plurimis vulneribus confoſſus, in ſepulchrum proiectus eſt.

Stephanus Papa [c] moritur Cal. Febr. cùm ſediſſet annos 3. m. 5. d. 28.

c Stephanus Papa moritur.

ADRIANVS [d] primus patria Romanus, ex Diacono Card. Non. Febr. creatur. Hic ab ineunte ætate honeſtis ſtudiis, & pietati impensè deditus, ob præclaram famam à Paulo Papa in Clericatum allectus, & poſt à Stephano Papa ob eandem morum integritatem, Diaconus Cardinalis factus, eidem in Pontificatu ſucceſſit. Anaſtaſius. Ipſa hora ſuæ electionis Adrianus Papa, omnes tam de Clero, quàm de militia, ad tranſitum Papæ Stephani, à Paulo Cubiculario, & eius factione, in exilium miſſos, reuocauit, & reliquos arcta detentos cuſtodia abſoluit; & ita omnibus cum eo exultantibus, Pontificalem ſuſcepit conſecrationem.

d Adrianus Papa creatur.

Huius Pontificis amplitudinem Deſiderius Longobardorum Rex veritus, ſtatim de pace ineunda, & de amicitia mentionem per Legatos fecit. Verùm Adrianus cognitâ hominis perfidiâ, in aliud tempus pacem diſtulit. Tres Epiſcopos ad Deſiderium mittit, qui ei ſub anathematis pœnâ minarentur, ne vllo modo fines Romanos attingeret. Rex igitur veritus ne iram Dei incurreret, in Ciſalpinam ſtatim rediit.

Adrianus verò, operâ, & auctoritate Caroli, à terrore bellico ſecurus, ad exornandam vrbem, ſacráſque Baſilicas animum induxit. Nam & corpus S. Pauli laminis argenteis incluſit, & altare S. Petri pallio exornauit, auro intexto, in quo depicta hiſtoria inerat, quemadmodum Angelus B. Petrum è vinculis liberauerat. Inſtituit etiam, vt ſingulis diebus centum pauperes in atrio Lateranenſi paſcerentur, & alia plura. Dum verò his operibus detineretur Adrianus, adeò in immenſum excreuit [e] Tyberis, vt & portam Flamineam à ſuis fundamentis euerterit, & Pontem Antonini Pij, quem olim Sublicium vocarunt inter Ianiculum, & Auentinum, & multa alia ædificia vrbis demolitus ſit. In tanta autem calamitate hac diligentia Adrianus [f] vſus eſt, vt per vicos naui[illegible], vnde cibaria ob excreſcentiam aquæ egredi domo nequeuntibus, ſubminiſtrarentur. Moritur autem Pontificatus ſui anno 23. menſ. 10. d. 13. Sepelitur in Vaticano.

e Tyberis inundat.

f in Tyberis inundatione prouiſio.

Sub hoc Pontifice plura Concilia coacta ſunt.

CONCILIVM [g] WORMATIENSE, in quo innouata eſt ſanctio Gregorij Papæ his verbis concepta: *De Presbytero verò, vel quolibet ſacerdote à populo accuſato, ſi certi non fuerint, teſtes qui crimine illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda ſunt, & aperta*
773. *omnia: ſicq́; maneat in proprio gradu.*

g Concil. Vvormat.

Eodem anno Duce Baioariorum Taſſilone interueniente, celebrata eſt SYNODVS in villa publica DINGOLVINGA nuncupata: in qua plurimæ leges tum Eccleſiaſticæ, tum populares ſancitæ ſunt. In lucem vindicatæ à Marco Velſero Auguſtano.

a Concil. Bauaricum.
b Carolus Magnus confirmat donationem à ſuo patre S. Petro factam.

Anno Dom. 774.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [a] BAVARICVM ad mores.

Hoc anno Carolus [b] Magnus Romam venit, & honorificè acceptus, cùm in Eccleſia S. Petri ab Adriano admonitus eſſet, vt promiſſionem illam quam eius ſanctæ memoriæ genitor Pipinus Rex, & ipſe Carolus cum ſuo germano Carolomanno, vnà cum omnibus Iudicibus Francorum fecerat B. Petro, & eius Vicario ſanctæ memoriæ Domino Stephano Papę, quando in Franciam perrexit pro concedendis diuerſis ciuitatibus, & territoriis Italiæ, & contrahendis B. Petro ei, & omnibus Vicariis, & ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendis, adimpleret in omnibus. Cúmque ipſam promiſſionem, quæ in Francia, in loco, qui vocatur Cariſiacus, facta eſt, idem Rex Carolus ſibi legi feciſſet, complacuit illi, & eius Iudicibus, omnia quæ ibi erant adnexa confirmare, & propria voluntate, bono ac libenti animo aliam donationis ſyngrapham ad inſtar prioris, ipſe Carolus conſcribi iuſſit per Etherium religioſum, & prudentiſſimum Capellanum, & Notarium ſuum, vbi conceſſit eaſdem ciuitates, & territoria S. Petro, atque præfato Pontifici, atque ſpopondit per deſignationem confinium, id eſt, à Lunis cum Inſula Corſica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, in Veneto, in Parma, in Regio, in Mantua, & monte Silicis: ſimúlque vniuerſum Exarchatum Rauennatem, ſicut antiquitùs erat: atque prouincias Venetiarum, & Iſtriæ, necnon cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneuentanum. Factáque eadem donatione, eam propria ſua manu ipſe Chriſtianiſſimus Francorum Rex corroborans, vniuerſos Epiſcopos, Abbates, Iudices, etiam Graphiones in ea ſubſcribere fecit. Quàm prius ſuper altare B. Petri, & poſtmodum in ſancta eius confeſſione ponentes, tam ipſe Francorum Rex, quàm eius Iudices B. Petro, & eius Vicario ſanctiſſimo Adriano Papæ ſub terribili ſacramento, ſe omnia conſeruaturos, quæ in eadem donatione continerentur, promittentes, tradiderunt exemplar ipſius donationis intus ſuper corpus B. Petri ſubtus Euangelia, quæ ibidem erant, pro firmiſſima cautela, & æterna nominis ſui, ac regni Francorum memoria.

c Sigeberti impoſtura deteſtabiliſſima de iure eligendi Pontificem, & inueſtiendi Epiſcopos Carolo conceſſo.

Hîc detegenda, & confutanda deteſtabilis [c] fraus, & impoſtura Sigeberti *in fine ſuæ Chronographiæ anno* 111. qui in gratiam ſchiſmatici Imperatoris Henrici, vindicantis ſibi Eccleſiarum inueſtituras, confinxit Carolum poſt receptam Papiam, Romam reuerſum: habitóque Concilio 153. Epiſcoporum ab Adriano Papa, & vniuerſali Concilio, accepiſſe ius eligendi Pontificem, & ordinandi Apoſtolicam Sedem, & inueſtiendi Archiepiſcopos, & Epiſcopos per ſingulas prouincias. Atque hæc ſcribebat Sigebertus, poſt annos 338. cùm nullus planè alius reperiatur eorum, qui ante eum ſcripſerunt res Francorum, qui vel leuem eius rei, vel Synodi mentionem fecerit: nec Eginhardus, qui lateri Caroli inhærens, res eius ſcribebat, vel verbum de hoc iure Carolo collato fecerit. Creditum id à poſterioribus fuit, nullo adhibito diligentiori examine, & Eccleſiaſtici tractatores non hæc refellere ab Adriano Carolo conceſſa, ſed fuiſſe poſtea reuocata oſtendere laborarunt. Ex iis, vnus Gratianus [d] nimis credulus, eandem Sigeberti impoſturam improuidè nimis in ſuum librum Decretorum ad verbum tranſtulit. *diſt. 65. capite Adrianus Papa.* quaſi aliquod firmiſſimum Pontificum, vel Synodi Oecumenicæ Decretum. Par impoſtura ab eodem Gratiano [e] ibidem mox appon[illegible] *Synodo congregata Romæ in Eccleſia S. Saluatoris. Ad exemplum B. Adriani Apoſtolicæ Sedis Antiſtitis, qui Domino Carolo Victorioſiſſimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apoſtolicæ Sedis, & inueſtituram Epiſcoporum conceſſit. Ego quoque Leo Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei*, &c. Quibus eadem ſe concedere Othoni, quæ Adrianus Carolo conceſſerat, aſſertus ille Pontifex profitetur.

d Gratianus nimis credulus.

f Conſtitutio prætenſa ab illegitimo Papa facta.

Sed præterquàm quòd illa conſtitutio nullius ſit momenti, vt facta ab illegitimo [f] Papa, & eo, qui viuente adhuc legitimo Romano Pontifice, ſederit, commentitium planè eſſe Decretum priori par comprobatur. Nam quod in primis ad Carolum ſpectat, cuius exemplo id factum dicitur, tantùm abeſt, vt Carolus ſibi arrogare voluerit (quod aſſeritur) electiones Epiſcoporum, vt potius ſuo Decreto promulgato ſtatuerit eas eſſe liberas, atque ex ſacrorum Canonum præſcripto decerni. SACRORVM CANONVM NON IGNARI (inquit in ſuis Capitularibus *lib. 1. capite 84. diſtinctione 63. cap. 34.*) VT IN

ANNO DOM.

DEI NOMINE Eccleſia, ſuo libero potiretur honore, aſſenſum Ordini Eccleſiaſtico præbuimus; vt ſcilicet Epiſcopi per electionem [a] Clericorum, & populi, ſecundùm ſtatuta Canonum, de propria Diœceſi, remota perſonarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & ſapientiæ donum, eligantur: vt exemplo, & verbo ſibi ſubiectis, vſquequaque prodeſſe valeant.

a Electio Summi Pont. abſque ſæcularium aſſenſu.

Nec verò dicendum, per hæc renunciaſſe priuilegio ab Adriano collato: nam ſi hoc eſſet, aliquam ſaltem, vel leuem mentionem de eo feciſſet. Ipſum quoque nomen inueſtituræ [b] arguit impoſturam: cùm temporibus Caroli minimè eſſet in vſu, nec apud vllum eius ætatis auctorem reperiatur vſurpatum. Adde, quòd apud nullum auctorem mentio eſt huiuſmodi Concilij à Leone VIII. dicto Pontifice: nec quòd huiuſmodi priuilegium ſit ab eo conceſſum Othoni: ſed & repugnant his omnibus Praxis [c], & leges aliorum, poſt Carolum, ſucceſſorum Imperatorum, vt quid dici poſſit, fuiſſe ab Adriano conceſſum eidem Carolo Magno de electione Romani Pontificis. Nam in electione Adriani II. Papæ hæc leguntur *diſt. 63. cap. 29.*

b Inueſtituræ nomen tempore Caroli inuſitatum.

c Praxis, & leges cæterorum prætenſæ conceſſioni repugnant.

Cùm Adrianus II. ad Romanum Pontificatum, ab Eccleſia Dei Genitricis Dominæ noſtræ, quæ dicitur ad Præſepe, traheretur ad Lateranenſe Patriarchium, certatim à Clero, & plebe, & proceribus deportatus eſt. Quod audientes miſſi Ludouici Imperatoris, moleſtè tulerunt, indignati, ſcilicet, quòd, dum præſentes eſſent, non fuerint inuitati, nec optatæ à ſe futuri præſulis electioni intereſſe meruerunt. Qui accepta ratione, quod non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu, omiſſum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Pontificum expectandi mos, per huiuſmodi fomitem inoleſceret) omnem indignationem medullitus ſedauerunt, & ad ſalutandum electum, etiam ipſi humiliter acceſſerunt.

Audiens hoc Ludouicus [d] Imperator Chriſtianiſſimus, mox Imperialem ſcribens epiſtolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto elegiſſent officio Præſulem collaudauit. Sed & in edita à ſe, pro iuribus Romanæ Eccleſiæ conſeruandis, conſtitutione, *diſt. 63. cap. 30. 31. & 32.* iſta inter alia habet: QVANDO DIVINA VOCATIONE, *huius ſanctiſſimæ Sedis Pontifex, de hoc mundo migrauit, nullus ex regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo, ſub poteſtate noſtra conſtitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi.*

d Electio Papæ ſine ſæcularium interuentu, etiã Imp. auctoritate ſancitur.

Planè, ſi quæ priuilegia conceſſa fuiſſent ab Adriano Carolo Magno, cùm per Oecumenicam [e] VIII. Synod. Adr. II. ſanciendum curauit, vt nullus Laicorum penitus ſe immiſceret electionibus Epiſcoporum, monuiſſet conceſſionis huiuſmodi, & reuocaſſet ſaltem generatim, conceſſa Carolo priuilegia, vel ſi rata, & firma ea conſiſtere voluiſſet, omninò expreſſiſſet: ſed quia re vera conceſſio nulla facta erat, nulla de ea potuit fieri mentio. Omittimus recitare de his ad Lotharium, & Ludouicum Imperatores, Leonis IV. Decretum, & Henrici I. atque Othonis Conſtitutiones, de libera electione, ex præſcripto Canonum facienda Romani Pontificis. Sed de his ſatis. *Videantur Annales.*

e Synod. Oecum.

775. Hoc anno SYNODVM [f] à Carolo Magno in DVRIA habitam, Saxonéſque duobus prœliis ab eodem Rege profligatos, docent Francorum Annales veteres. Planè obſeruatione digna res eſt, quòd antequam in bellum Carolus [g] cum exercitu proficiſceretur, ad componendum ciuilem, & Eccleſiaſticum ſtatum, Epiſcopos, & Abbates conuocare conſueuiſſe. His planè Carolus Diuinum ſibi nomen concilians, aduerſus hoſtes pugnans, victor ſemper exitit.

f Synodus Duriæ.

g Carolus antequam ad bellum proficiſceretur, res Eccleſiaſticas curabat, & ea propter victor euadebat.

Eodem anno Offa [h] Rex Orientalium Saxonum, traiecto Oceano Romam ſe contulit veniæ conſequendæ cauſa: Romanóque Pont. Adriano I. regnum ſuum vectigale fecit, impoſito tributo ex ſingulis nũmis argenteis, quos denarios vocãt, domeſticatim in annos ſingulos conferendis. Polydor. Virg. *lib. 4. Anglican. hiſtor.*

h Rex Angliæ Offa regnum ſuum Rom. Pont. offert, & vectigale facit impoſito ſibi tributo.

Hic eſt annus, qui Æra Hiſpanica notatus 813. qua Tudenſis habet defunctum eſſe Aurelium Regem Gallæciæ, ſuffectúmque in eius locum Silum, ſiue Silonem eius ſororis filium: referunt alij id factum anno ſuperiori, auctoritate Diplomatis donationis factæ Monaſterio Æra 812. eius regni anno primo. De quo nobilis rerum Hiſpanicarum hiſtoricus: Eſt autem, inquit, ad memoriam inſignis in iis litteris, contenta execratio, qua eius donationis violator iubetur eſſe,

ANNO D.O.M.

Maranata vox quid ſignificet.

ANATHEMA[a] MARANA, & EXCOMMVNICATVS. Vnde intelligitur, Marraoi, vocem vulgarem, non à Mauris, quaſi Mauriani, vt quidam ſuſpicaotur, factam, ſed potius ex Syriaca voce Maranatha deductam, qua anathematis ignominia, execratióque in Diuinis litteris continetur.

Concil. Vvormat.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM[b] WORMATIENSE, à Carolo, 776.
coram quo Saxones intrepidi venientes, ſe, ſuámque Prouinciam illi dederunt, ſeque eſſe Chriſtianos futuros ſpoponderunt. Acceptis ab eis obſidibus, Caſtrum Eresburgum ioſtaurauit, & aliud ſuper Lippiam fluoium, ædificauit. Vbi Saxonum iooumerabilis multitudo virorum, mulierum, ac infantium ſacro baptiſmate ablnta eſt, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſaocti. Amen.

Synod. Paderburnenſ.

Hoc anno Carolus magnus ad ſtabiliendam Saxonum Eccleſiam, SYNODVM[c] 777.
habet PADERBORNÆ, vbi Saxones baptizati, iuramento firmauere ſe Chriſtianam fidem perpetuò ſeruaturos, excepto vno Principe eorum Vvidichindo, qui cum paucis in Normandiam profugit.

Excepit in eadem Synodo tres Saracenorum Principes, ab Hiſpania ſe dedentes cum ciuitatibus, quibus à Rege præfecti fuerant.

d Synod. in villa Duria.

Carolus Magnus primùm quæ Dei ſunt curans, quàm bellica inchoaret, SY- 779.
NODVM[d] in villa DVRIA habuit, mox in ipſo procinctu, expoſcente Roberto Abbate Sanctorum Vincentij, atque Germani Pariſiorum Epiſcopi, confirmauit quæ eorum monaſterio Pater Pipinus bona contulerat, & alia ipſe adiecit. His ex more præuiis pietatis officiis aduerſos Saxones profectus, fugientibus illis incruento bello, Saxooiam, atque Vveſtphaliam debellauit, receptiſque ab iiſdem obſidibus, firmatiſque rebus denuò per iuramentum, in Franciam rediit. *Annal. Franc.*

Hoc anno Theophanes dicit euentum vnum admiratione dignum, quem cùm 780.
omnes, tam Græci, quàm Latini hiſtorici æquè aſſectant, non eſt prætermitteodus. Hoc etiam anno, inquit, in longis Thraciæ muris, quidam homo fodiens, inuenit arcam lapideam, quam cùm expurgaſſet, & eleuaſſet, reperit virum iacentem, & conglutinatas arcæ litteras, continentes hæc: CHRISTVS[e] NASCETVR EX VIRGINE MARIA, CREDO IN EVM: SVB CONSTANTINO ET IRENE IMPERATORIBVS, O SOL, ITERVM ME VIDEBIS.

e Moriens quis ante Christi aduentum, ipſum pronunciat futurum.

f Synod. Lippienſ.

Eodem anno Carolus Magnus LIPPIÆ[f] in Saxonia SYNODVM habuit. In ea Synodo actum de erigendis Sedibus Epiſcopalibus in Saxonia.

g Synod. Colon.

Hoc anno à Carolo Magno habita eſt SYNODVS[g] COLONIENSIS, cui 782.
cùm intereſſet, excepit Legatos diuerſarum gentium.

Hîc autem opportunè ingerendum eſt, quod ad memoriam inſigne teſtatur Gregorius Papa VII. *in epiſtola vltima lib.* 8. *numero* 23. ad ſuos Legatos in Galliam miſſa:

Gregorius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis noſtris P. Albanenſi Epiſcopo, & G.... Principi Salernitano Legatis noſtræ Apoſtolicæ Sedis in Gallias, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Vobis commiſſa negotia non latent, etiam vos, ita, ac ſi noſtra, imò quia noſtra ibi in vobis præſentia eſt, cuncta digna peragite. Dicendum autem eſt omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquæque domus, ſaltem vnum denarium[h] annuatim ſoluat Beato Petro (ſi eum recognoſcunt Patrem, & Paſtorem ſuum) more antiquo. Nam Carolus Imperator, ſicut legitur in Tomo eius, qui in Archiuio Eccleſiæ Beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad ſeruitium Apoſtolicæ Sedis, id eſt; Aquiſgrani, apud Podium Sanctæ Mariæ, & apud Sanctum Aegidium, excepto hoc, quod vnuſquiſque propria ſua deuotione offerebat. Idem verò Magnus Imperator Saxoniam[i] obtulit Beato Petro, cuius eam deuicit adiutorio. Et poſuit ſignum deuotionis, & libertatis ſicut ipſi Saxones habent ſcriptum, & prudentes illorum ſatis ſciunt. Hæc Gregorius, quæ cùm facta dicat à Carolo Imperatore, non niſi ad finem belli Saxonici ea contigiſſe putandum eſt.

h Denarius S. Petri ex Gallia.

i Saxonia B. Petro oblata

k Taraſius Conſtantinopolitan. Patriarcha eligitur.

Hoc anno Conſtantinopoli mortuo Paulo Patriarcha, Taraſium[k] à ſecretis 784.
Imp. elegerunt, ipſo vno ſolo refragante, & aſſenſum detrectante, quouſque pro-

missio

Digitized by Google

ANNO DOM.

miſſionem accepiſſet ab omnibus de celebrando Oecumenico Concilio, per quod hæreſis damnaretur, & anathemate ipſa Conſtantinopolitana Eccleſia ſolueretur.

785. Imperatores de creatione, & conſécratione Taraſij ſcripſerunt litteras,& miſerunt Legatos ad Adrianum Rom. Pont. rationem reddentes de iis, quæ facta erant,& inuitantes [a] eum ad Concilium.Quibus reſcribit,gratulans(*Act.2.Concil. Nic.2.* ex verſione Anaſt.)quòd diuinitùs delecti ſint ad reſtituenda,quæ à prædeceſſoribus ipſorum Imperatorum euerſa,& deſtructa erant, & cohortans ad perſeuerandum in illis,quæ optima inchoarunt. Diſſerit etiam de Romanæ Eccleſiæ primatu [b] ſuper omnes Eccleſias, & doctrinam, ac traditionem continuati vſus ſacrarum Imaginum in Eccleſia latè proſequitur. Monet inde, Conciliabulum contra ſacras Imagines aboleri,his verbis: *In primis, pſeudoſyllogum illud,quod ſine Apoſtolica Sede enormiter, & irrationabiliter, nequitérque contra ſanctorum venerabilium Patrum traditiones, de ſacris Imaginibus actum eſt; anathematizetur præſentibus Miſſis noſtris*,&c. Poſtulat deinde, oblata, & conceſſa patrimonia B.Petri in integrum,vt reſtituant pro luminarium cócinnationibus,atque alimoniis pauperum.

a Imp. Summum Pont. ad Concil. inuitat.

b Rom. Eccleſiæ Primatus.

Reſcripſit item ad Taraſium Patriarcham Adrianus, magnoperè ſe miratum, de eius,ex laico [c] promotione,contra Canones, & vſum Eccleſiæ: ac propterea eius ſe electionis approbationem ſuſpédere, donec hæreſi Iconoclaſtarum profligata,ſacrarum Imaginum cultum reſtituat Eccleſiis.Quod ille facere iam aggreſſus,hiſce calcaribus velociſſimè currens, minimè indigebat, quippe qui ad hoc agendum ſoli oppignorauerat fidem Imperatorum, dum ſuæ electioni minimè conſenſurum,publicè fuerat conteſtatus,niſi eiuſdem erroris abolitionem, polliciti iidem fuiſſent Imperatores.

c Taraſius ex laico aſſumpus contra Canones.

Hoc eodem anno Carolus Magnus Rex in Saxonia SYNODVM [d] habuit PADERBVRNENSEM, in qua inter alia, ſtatus Eccleſiæ Saxonum diſpoſitus eſt: Baptizatis enim hoc anno iis qui rebellare conſueuerant,Widichindo,atque Albione Principibus,res Saxonum in tuto,quodam modo videri poterát collocatæ.

d Synod. Paderburnenſis.

CONCILIVM [e] GENERALE OECVMENICVM VII. NICÆNVM II.

e Concil. Oecumen.

787. Hoc anno celebrari cœptum eſt CONCILIVM NICÆNVM II. ſub Adriano Papa,& Conſtantino Imp. in menſe Oct. vndecima Indict. Epiſcopis 350. præſentibus,& Legatis Romani Pontificis Præſidentibus, Petro Archipresbytero,& Petro Monacho Presbytero. Coactum fuit contra Iconomachos hæreticos, hoc eſt,ſanctarum Imaginum impugnatores. Omnium Epiſcoporum auctoritate antiquus Cruci,& ſanctis Imaginibus honor, & cultus eſt reſtitutus: condemnati qui contra ſenſerant. Abſoluto Concilio Epiſcopi omnes menſe Nouembri Conſtantinopolim profecti, præſentibus Imperatoribus, Irene matre, & Conſtantino filio. Acta Concilij recitarunt, quæ cum Imperatoris proprio adhibito conſenſu, ſubſcriptione firmaſſent,eos benignè,& honorificè dimiſerunt.

Hoc autem Concilium ſuaſu,cura,& auctoritate Adriani I.Papæ,& miniſterio Imperatricis Irenæ matris,& filij Conſtantini VII. conuocatum [f], & celebratum eſt: quod poſtea Adrianus confirmauit,teſte Iuone Epiſcopo.

f Synodus hac auctoritate Papæ conuocata.

In eo Concilio definitum eſt,Cruci [g] non deberi cultum latriæ proprium [h] his verbis: *His ita ſe habentibus, Regia, quaſi euntes, ſemita ſequentes, diuinitus inſpiratum ſanctorum Patrum noſtrorum magiſterium, & Catholicæ traditionem Eccleſiæ (nam Spiritus ſancti hanc eſſe nouimus, qui nimirum in ipſa habetur) definimus, in omni certitudine, & diligentia, ſicut figuram pretioſæ, & viuificæ Crucis, ita venerabiles,ac ſanctas imagines proponendas, tam de coloribus, & taxellis,quàm ex alia materia congruenter, in ſanctis Dei Eccleſiis, & ſacris vaſis, ac veſtibus, & in parietibus, ac in tabulis, domibus, & viis, tam videlicet imaginem Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quàm intemeratæ Dominæ noſtræ ſanctæ Dei Genitricis eius, honorabiliumq́; Angelorum, & omnium Sanctorum ſimul, & almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur; tanto qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad primitiuorum earum memoriam, & deſiderium, & ad oſculum, &*

g Crux cultu latria adoranda non eſt.

h Tertull. in Apolog. de Imagin. S.Crucis veneratione loquitur, & lib. de Pudicitia, imaginis Chriſti in forma paſtoris venerationem docet. Athan. Imaginibus teſtimonium perhibet,ex Niceph. in Dial. qui inſcribitur,Orthodoxus.S. Baſil.ad.Iul.(citatur in hoc Cócil.act.2.& 4.)imagines propugnat,S.Gregor.

ANNO DOM.

Oportet enim, vt qui prouehendus eſt in Epiſcopum, ab Epiſcopis eligatur: quemadmodum à ſanctis Patribus, qui apud Nicæam conuenerunt, in regula definitum eſt, qua dicit: Epiſcopum conuenit maximè ab omnibus, qui ſunt in prouincia, Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit propter inſtantem neceſsitatem, aut propter itineris longitudinem, tribus tamen omnimodis conuenientibus, & aliis per litteras conſentientibus, tunc conſecratio fiat. Primatus tamen eorum, quæ geruntur, per ſuam quamq́; prouinciam Metropolitano tribuatur Antiſtiti.

Hæc Canon, quibus videas penitus inhibitum eſſe Principibus Eccleſiis præficere Sacerdotes. Habent tamen aliqui id ex Sedis Apoſtolicæ priuilegio, quoad electionem tantùm.

789. Cùm laici homines ſolerent bona [a] Eccleſiarum, & Monaſteriorum inter ſe diuidere, Clericis, & Religioſis tantum relinquentes, quantum ſufficeret, vt veluti Canonici, & Monachi viuerent; Carolus Magnus piè inter cætera ita ſanxit. *Capit. Franc. lib. 1. cap. 72. & 73.*

a *Eccleſiæ bona laici non ſubripiant.*

Quia iuxta Sanctorum Patrum traditionem nouimus, res Eccleſiæ vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolùm habita conſeruare, verùm etiam multa, Deo opitulante, conſerre optamus: tamen vt ab Eccleſiaſticis de non diuidendis illius rebus ſuſpicionem dudum conceptam penitus amoueremus: ſtatuimus, vt neque noſtris, neque filiorum, & Deo diſpenſante, ſucceſſorum noſtrorum temporibus, qui noſtram, vel progenitorum noſtrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus diuiſionem, vel iacturam patiantur.

791. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] FOROIVLIENSE ſub Paulino Patriarcha Aquileienſi. Ad duplicem errorem corrigendum, hæc Synodus potiſſimùm conuocata eſt, præter ea, quæ ad diſciplinam Eccleſiaſticam bene reſtituendam pertinent.

b *Concilium Foroiulienſe*

Vnus error erat in Oriente: Quæſtio, inquam, de proceſſione Spiritus ſancti, quæ in Oriente exagitari cœpit, indéque dilapſa in Italiam, Gallis, cum Hiſpanis contranitentibus. In Occidente alter in Hiſpaniis, ab Epiſcopo Toletano Elipando, & Felice Vrgelitano Neſtorianiſſimo reſtitui cœpto, dum aſſererent, Filium Dei Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſecundùm humanitatem, dicendum eſſe Filium Dei adoptiuum: ac proinde duos Dei Filios in Chriſto, naturalem, & adoptiuum eſſe.

Quod ad primum ſpectat, hæreticos cùm nominet negantes Spiritum ſanctum à Patre, Filióque procedere, diuerſum planè eſt ab eo, quòd aliqui ſimpliciter dixère, ex ſancti Euangelij præſcripto, Spiritum ſanctum à Patre procedere, non negando tamen, etiam ex Filio procedere. Hos quidem non eſſe cenſendos hæreticos, Adrianus Papa excuſat, in reſponſionibus ad Carolum Magnum datis aduerſus Synodi II. Nicænæ detractores, vbi Taraſium excuſat, qui Spiritum dixerat ex Patre procedere per Filium. Et recitat nonnullorum Græcorum, & Latinorum Patrum ſententias, Taraſij aſſertioni conſentientes, quòd ſcilicet Spiritus ſanctus à Patre per Filium, de quibus videas, quæ diſputat fuſius S. Thomas 1. *par. q. 36. a. 3.* Non ergo conſentit Adrianus illis damnantibus Græcos ob id, quod dicerent, Spiritum [c] ſanctum à Patre procedentem, non tamen negarent à Filio, æquè ipſum procedere. At quòd addita Symbolo illa verba fuerint, (*Filioq́;*) hanc affert Paulinus rationem: Hæc enim, inquit, & quæ ſequuntur in Nicæni ſymboli ſacro dogmate non habentur: ſed & poſtmodum propter eos videlicet hæreticos, qui ſuſurrant, Spiritum ſanctum ſolùm eſſe Patris, & à ſolo procedere Patre, additum eſt, *Qui ex Patre, Filioq́; procedit.* Quomodo autem nonniſi ex diuinarum Scripturarum auctoritate id factum ſit, pluribus idem Paulinus docet: licèt, quando ſit factum, non dicat: ſed origo [d] eius in Leone Magno habetur, ad annum Domini 447. cùm in Hiſpaniis id primùm factum eſt, & poſtmodum in Galliis: licèt autem eandem doctrinam Eccleſia Romana receperit, in ſymbolum tamen nunquam admiſit, niſi ſub Nicolao Papa, vt ſuo loco dicetur.

c *Spiritus ſanctus à Patre & Filio procedit.*

d *Vox illa (Filioq́;) quando addita.*

Quoad ſecundum errorem, Paulinus in hac Synodo pluribus diſputans de ſanctiſſima Trinitate, hæreſes aduerſus eam obortas, prædamnatas confutat, atque demùm de Verbi Incarnatione tractans, redarguit eos, qui Filium Dei factum

a *Chriſtus non eſt dicendus Filius Dei adoptiuus.*

hominem nominant adoptiuum [a]: eodémque Catholicæ fidei ſymbolo eoſdem condemnat errores.

Demùm verò in hac eadem Synodo, poſt tractationem dogmaticam, ſanciti ſunt 14. Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticam ſpectantes: in quibus, quàm accuratus fuerit Eccleſiaſticæ diſciplinæ reſtitutor, & cuſtos, vel ex eo intelligitur, quòd nec eum permiſſis à Concilio Nicæno mulieribus matre, ac ſorore, permiſerit ſuos Clericos habitare.

b *Conc. Ratiſpon.*

Concilivm [b] Ratisponæ habetur in cauſa Felicis, & Elipandi Hiſpanorum Neſtorianorum. Erat Felix Vrgalis Epiſcopus. Is ab Elipando Toleti Epiſcopo conſultus, quid de humanitate Saluatoris Ieſu Chriſti ſentire deberet: Vtrum ſecundùm id, quod homo eſt, proprius, an adoptiuus filius credendus eſſet, ac dicendus, valdè incautè, & contra antiquam Eccleſiæ Catholicæ doctrinam, adoptiuum non ſolùm pronunciauit, ſed etiam ſcriptis ad memoratum Epiſcopum libris, pertinaciſſimè prauitatem opinionis ſuæ defendere curauit. Huius rei cauſa ductus ad Palatium Caroli Magni, qui tunc apud Reginum Baioariæ ciuitatem reſidebat. Vbi congregato Epiſcoporum Concilio, auditus eſt, & erraſſe conuictus, ad præſentiam Adriani Papæ Romam miſſus: vbi etiam coram ipſo in Baſilica S. Petri Apoſtoli hæreſim confeſſus eſt, atque abdicauit, Eccleſiámque ſuam recepit. 792.

c *Conc. Francoford.*

Francofordiense [c] Concilivm in Germania habetur Epiſcoporum (ex Italia, Germania, atque Britannia) circiter 300. præſentiâque Sedis Apoſtolicæ Legatorum, plenarium appellatum. In hoc Concilio Epiſcopi, Elipandum, & Felicem, eorúmque hæreſim de Filio Dei, quæ Feliciana nominatur, condemnarunt. 794.

d *VII. Synodus Nicæna II. an hoc Concilio Francoford. fuerit damnata.*

Quoniam autem nonnulli affirmant, in hoc eodem Concilio damnatam fuiſſe VII. Synodum [d] Oecumenicam, eandem, & poſteriorem, ſeu ſecundam Nicænam dictam, verúmne id ſit, & an aliquod præiudicium attulerit veritati, & an dicta Synodus ex eo paſſa ſit aliquod detrimentum, diligentiſſimè fuit ab Auctore Annalium, & luculentiſſimè, quòd res grauiſſima ſit, pertractatum. Nos rem, pro more, in pauca redigemus.

e *Contradictiones duæ aduerſus Synodum.*

Non videtur poſſe dubitari, quin in Synodo Francofordienſi VII. Synodus damnata ſit: tam multi antiqui, & graues id aſſerunt Auctores. Aduerſarios quidem habuit ipſa VII. Synodus ipſo illo tempore, qui contradictiones [e] aduerſus eam collegerunt, & duas, maximè falſas, & fraudulentas Synodo ingeſſerunt. Alteram, quòd in ea definitum eſſet, vt cultus latriæ, ſoli Deo debitus, etiam imaginibus tribueretur. Alteram verò, quòd ea Synodus cauiſſet approbatione Sedis Apoſtolicæ, quæ cùm nimis oſcitanter, & leuiter ab Epiſcopis, maximè Gallicis, vt Græcis, alioqui fortè infenſioribus, credita fuiſſent, reclamantibus etiam Sedis Apoſtolicæ Legatis in damnationem Synodi, quam crederent impiam, & minimè à Sede Apoſtolica approbatam, proruperunt: cùm alioqui, & definiſſet de cultu imaginum iuxta doctrinam, & traditionem Romanæ Eccleſiæ, & probata fuiſſet à Sede Apoſtolica. Huiuſmodi contradictores ſugillat Anaſtaſius in præfatione interpretationis Latinæ VII. Synodi ad Ioannem VIII. Papam.

f *Contradictiones ad Papam mittuntur.*

Vbi verò ſenſiſſet Carolus impugnati ab illis Nicænam Synodum, defendi verò ab Apoſtolicæ Sedis Legatis; tunc illud more ſuo, ſalubre conſilium iniit, vt collectas in vnum propoſitas contradictiones illorum, eaſdem per Legatum Angilbertum Abbatem S. Ricarij mitteret ad Adrianum [f] Rom. Pont. quæ, quòd pluribus capitibus continerentur, *Capitulares* ſunt dictæ. Ad quæ ſingula capita reſpondit Adrianus, ſecutus, vt ipſemet affirmat, prædeceſſorum doctrinam, & Eccleſiæ traditionem.

Quòd igitur ex dicto Capitulari volumine, haud accuratè perſpectis iis, quæ in eo eſſent conſuta mendacia, conclamata fuerit in eodem Francofordienſi Concilio damnatio VII. Synodi, eiuſdémque Nicænæ II. quódque idem libet aduerſarius, vbique vulgatus, & abſque veritatis diſcuſſione receptus à compluribus fuerit: Synodóque abſoluta æquè putauerint in eo tractata, retractatione minimè indiguiſſe; ex his accidit, vt nonnulli abſque aliqua hæſitatione conſcripſerint, in eodem Francofordienſi Concilio damnatam fuiſſe Nicænam Synodum. Poſteriores

ANNO DOM. 794

riores verò nonnulli id ex eius Actis, nempe dicto Capitulari volumine; ſiue ex Actis Pariſienſis Concilij (de quibus ſuo loco) falſa ipſorum aſſertione decepti, putantes eſſe vera, quæ in eis falsò reperirentur aſſerta; abſque vlla dubitatione idipſum aſſeruerunt, nempe Nicænæ Synodi condemnationem in Francofordienſi Concilio. Sic igitur aſſerimus cum antiquis auctoribus, damnatam in Francofordienſi Concilio Nicænam II. Synodum, vt deficiente conſenſu Legatorum Sedis Apoſtolicæ quorum erat Synodum comprobare, negemus omninò per Francofordienſe Concilium eſſe eam damnatam, vt non mireris, ſi quæ ſunt ab eis tunc Acta conſcripta, nuſquam appareant; vtpote quòd abolita, perpetuóque fuerint ſepulta ſilentio, quæ non probaſſent Legati Apoſtolicæ Sedis, & Adrianus, qui eos miſerat, magnopere contradixiſſet, vt confutatio, & redargutio aduerſariorum ad Carolum Magnum conſcripta palàm oſtendit. Conſenſiſſe porrò, & adhæſiſſe Carolum Magnum in cultu Imaginum ipſi Eccleſiæ Romanę, & nominatim doctrinæ B. Gregorij, ita vt epiſtola ad Serenum Maſſalienſem Epiſcopum *lib. 9. ep. 9.* ſit interpretatio, ea quæ eſt ad Secundinum *lib. 7. ep. 33. Indict. 2.* vltimum Capitularis illius caput, quod vnum eſt Caroli, ſatis indicat, in quo iſta leguntur: *Vt ſciat Dominus Apoſtolicus, & Pater noſter, & cuncta ſimul Romanorum Eccleſia, vt ſecundùm quod continetur in epiſtola Beatiſſimi Gregorij, quam ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum direxit. Permittimus imagines Sanctorum, quicunq; eas formare voluerint, tam in Eccleſia, quamq; extra Eccleſiam, propter amorem Dei, & Sāctorum eius. Adorare verò eas, nequaquam cogimus, qui noluerint. Frangere, vel deſtruere eas, ſi quis voluerit, non permittimus. Et quia ſenſum ſanctiſſimi Gregorij ſequi in hac epiſtola vniuerſalem Eccleſiam Deo placitam indubitanter liberè profitemur.*

Hactenus de Concilio Francofordienſi, quod deceptum relatione perfidorum, quantumuis damnauit VII. Synodum, nullum præiudicium veritati, nec ipſi VII. Synodo attulit, in ea parte ab Adriano improbatum. Videatur Adriani epiſtola. In qua nihilominus non tangit ea Caroli verba, quibus dixerat: *Adorare verò eas, nequaquam cogimus, qui noluerint:* ſed ratio temporis id poſtulabat, ne cogendo, ſchiſma aliquod conflaretur, cùm eius ſententiæ eſſent viri, qui ſcientia in hoc rudi ſæculo, eminere videbantur.

Videbat enim prudentiſſimus Pontifex, eos, de quibus ſcribebat, nondum veritatis eius eſſe capaces. Verùm ipſe Adrianus obliquè verba illa reprehendit, dum laudat S. Gregorij Papæ ſententiam, ex qua colligeretur, imagines quidem non eſſe adorandas, quaſi eædem eſſent Dij quidam; ſed tantùm eſſe venerandas ob relationem, quam haberent ad Chriſtum, & Sanctos, quos effigie repræſentant. Viſum eſt autem ſummo Pontifici ad tempus diſſimulare in eos, vt iidem non cogerentur, ſacras imagines, quas habere ſolerent, adorare, eò quòd ſic errantes, nondum inter hæreticos erant annumerati, ſicut Iconoclaſtæ, ſed tolerabantur, quamdiu diuinæ gratiæ lumine illuſtrarentur, quod poſtea factum eſt.

Quod ad eandem de imaginibus quæſtionem attinet, longè poſt Adriani Pontificis obitum; Aduerſarij in Conciliabulo Pariſienſi, ſub anno 824. omnem adorationem imaginum, quaſi ex ſententia S. Gregorij, quem ſe plurimi facere præ ſe ferunt, tollere contenderunt.

Summa eorum ſententia de imaginibus erat: *Retinendas quidem illas in Eccleſia, hiſtoriæ, & repræſentationis cauſa, ſed minimè adorandas, quaſi per eam Diuinitati iniuria inferretur, cui ſola adoratio deberetur.* At ſenſus totius [a] Catholicæ Eccleſiæ, & expreſsè VII. Synodi is fuit, non modò eſſe retinendas, ſed & venerandas, & adorandas, non quidem eo modo, quo ſanctiſſima Trinitas, ſumma quadam, & ſingulari ratione adoratur: nec inferiori ea, quæ B. Virgini, & Sanctis debetur; ſed alia quadam longè differenti, & inferiori, ratione exemplaris, qualem intellexit S. Gregorius *epiſt. ad Secundinum*, & qua ipſum ante imagines ſe proſtraſſe Adrianus Papa *in Apologetica ſua* affirmat. Sed omninò ſtudioſus hanc quæſtionem ſubtilius cognoſcendi, plenam Annalium tractationem legere non omittat.

a *Catholicæ Eccleſiæ ſenſus ſemper fuit, imagines retinendas eſſe.*

Adrianus Pontifex cùm ſediſſet annos 23. m. 10. d. 16. 7. Cal. Ianuarij ex hac vita [b] migrauit. Huius Sedes omnium fœliciſſima exiſtimanda eſt, tum rerum temporalium proſperitate, tum etiam gloria Crucis, ſub Principibus Chriſtianis eidem obſequentibus, defendentibus, locupletantibus, & in omnibus eam veneran-

b *Adrianus Papa moritur: cuius ſedes omnium fœliciſſima fuit.*

tibus,

tibus, aucta noua ſobole conuerſorum ad fidem infidelium populorum: vindicata à Longobardorum perfidia,& protecta à Græcorum ſuperbia,& illis adhærentium inſolentia.

a *Leo Papa creatur.*

b *Fabula reycitur.*

Leo III. [a] eodem die obitus Adriani, magno omnium conſenſu ſubrogatus eſt, Romanus, à parua ætate in Veſtiario Patriarchij educatus, cuius laudes perſequitur Anaſtaſius. Quæ fertur de eo fabula [b], quòd initio ſui Pontificatus, paſſus carnis incendium ob mulierem eius manum exoſculantem, eam ipſe ſibi præciderit, ſtatueritque ne manus; ſed pedes oſcularentur Pontificis, reijcienda eſt,vt quæ nulla firmitate ſubſiſtat, cùm ante hæc tempora reperiatur, moris fuiſſe oſculari pedes,manus nunquam,multáque alia ſint,quæ repugnent.

c *Irene Imper. mater, contra filium conſpirat.*

Hoc anno Irene [c] Imperatoris mater, per ſe,& per alios nacta opportunitatem, 796.
promiſſis,& muneribus, Duces, & Principes attraxit ad ſe omnes,vt filio depoſito,ipſa ſola imperaret.

d *Conſtantinus Imp. luminibus priuatur,& ſtatim moritur.*

Conſtantinum Imperatorem cõſpirantes proceres,conſilio eius matris Irenes, 797.
comprehenſum, luminibus [d] priuant, ex quo ſtatim moritur. Iuſſionem matris fuiſſe, Religionis ſtudio, & amore iuſtitiæ tantùm, vt teneretur,nec amplius imperaret. Ex quo ab Orientalibus nonnullis, qui facto aderant, viris ſanctiſſimis meruit laudari.

e *Solis obtenebratio per dies 17.*

Obtenebratus eſt autem Sol [e] per dies ſeptemdecim,ita vt errarent naues maris: omnéſque dicerent, quòd propter excæcationem Imperatoris Sol obcæcatus radios ſuos retraxerit.

Irene adepto Imperio,exilium omnibus relaxat.

f *Pontifex ab impiis malè afficitur.*

Annus Eccleſiæ Romanæ lugubris, ob immane ſacrilegium admiſſum in Ro- 799.
manum Pontificem [f] à ſceleſtis, & impiis Eccleſiæ Romanæ potentioribus Clericis. Nepotes ſiquidem Adriani Pontificis Paſchalis Primicerius, & Campulus ſacellarius cum aſſeclis,militantes in Romani Cleri primis ordinibus: inuidia tabeſcentes ob Leonis electionem,odio implacabili ipſum proſecuti,calumniiſque inſectati, tandem eò furoris, & inſaniæ ſunt prouecti, vt in ipſum ſacrilegas manus iniicerent, in terram proiicerent, diſpoliarent, conciderent, oculos eruerent, linguam radicitùs præciderent, idque in ſacri muneris functione, expiando per Litanias populum ritu ſolemni: ſed & ſacrilegia ſacrilegiis cumulantes,rurſus in Eccleſia ante altare iuxta Confeſſionem tractum,tantum repetiuerunt rabido furore flagitium, & ſemiuiuum in ſanguine reuolutum ante altare dimiſêre. Veriti autem ne à fidelibus inde eriperetur,abſtractum in Monaſterio S.Eraſmi in arcta cuſtodia recluſerunt: Quę tam nefanda,tam horrenda,&execranda,pro ſceleris immanitate, declarata vbique facinora, tam Occidentales, quàm Orientales hiſtoriarum ſcriptores ſunt proſecuti. Sed paulò latius Anaſtaſius eius ſæculi ſcriptor.

g *Põtifex miraculosè viſum recipit, & linguam.*

h *Spoletanorum Dux ei ſuccurrit.*

i *Ad Regem Carolũ pergit.*

k *Leo Pont. cùm Impp. Cõſtantinopolitani fuiſſẽt ſchiſmatici, & hæretici, imperium contra eos diuiſit, Occidentis Imperatore Carolo Magno Francorum Rege delecto, vt haberet Eccleſia Romana Patronum, tutorem, & defenſorem contra ſeditioſos ſchiſmaticos,hæreticos,& quoſuis alios Catholicæ religionis hoſtes: hoc enim munus,& officiũ Conſtantinopolitani Imperatores obire,& exequi debebant: at id omnino neglexerunt, quia plerique eorum ſchiſmatici, & hæretici,& hæreticorum fautores fuerant.*

l *Leo Romam reuertens, à cunctis honorificè recipitur.*

In ea cuſtodia cooperante Domino, & B. Petro Apoſtolo ſuffragante, magno miraculo Pontifex,& viſum [g] recepit,& lingua ad loquendum, ei reſtituta eſt: vnde eodem diuino nutu; ab Albino Cubiculario, & aliis piis, ac fidelibus viris extractus;& ad Baſilicam B. Petri deductus eſt, omnibus de ſancti Pontificis liberatione gratulantibus,& de tanto miraculo Deum celebrantibus. Vbi dum agit,adueniens cum exercitu Vuinigiſus Dux [h] Spoletanus,eum aſſumptum,magna cum veneratione Spoletum deducit. Quo audito,de vniuerſa Romana ditione plures fideles ad eum accurrunt: Epiſcopi etiam, & omnis generis Clerici & Primates, qui eum ad Carolum [i] Magnum deducunt. Cuius is aduentu cognito,Epiſcopos, proceres,ac proprium filium Pipinum [k] obuiam mittit: ac mox ipſe etiam procedit, excipiens eum cum omni veneratione. Et cùm aliquandiu apud Carolum in magno habitus honore fuiſſet, Romam [l] cum ingenti, & nobiliſſimo comitatu Eccleſiaſticorum,& ſæcularium procerum reuertitur, exceptus ad Pontem Miluium ab omnis generis,gradus,ſexus, conditionis viris,& fœminis,etiam ſanctimonialibus,cum ingenti gratulatione, & honorificentia in Eccleſiam B. Petri deductus, vbi & Miſſarum ſolemnia celebrauit,& omnes communiter Corpus, & ſanguinem D.N. Ieſu Chriſti fideliter participati ſunt.

Poſt aliquot dies,ab iis,quos Carolus Magnus miſerat, Archiepiſcopis, Epiſcopis,& Comitibus, habita per hebdomadam eſt quæſtio de illis, qui tam immania

ANNO DOM.

ſcelera perpetrarant: qui cùm nihil aduerſus eum haberent, quod dicerent, conuicti, & Maieſtatis damnati, capite plectendi erant, niſi Papa, [a] pio affectu apud Carolum interceſſiſſet, vt vitam & membra eis donaret: ſed pro facinoris atrocitate exilio deportati ſunt in Franciam. *Anaſtaſius.*

a *Leo Papa verè pius, pro delinquentium vita intercedit.*

800. Carolus [b] Magnus hoc anno Rauennam cùm veniſſet, ibi ordinata expeditione in Beneuentanos, in Romanam Eccleſiam tunc infeſtos, poſt ſeptem dierum inducias, præmiſſo exercitu, cùm Pipino filio, aduerſus eos, Romam peruenit, ad 8. Cal. Decemb. Pridie quàm Romam veniret, Leo Papa apud Nomentum occurrit, & cum magna veneratione ibidem ſuſcepit. Poſt cœnam, qua ſimul refecti ſunt, ibi, illo manente, Pontifex ad Vrbem proceſſit: poſteróque die, miſſis obuiam Romæ Vrbis vexillis, ordinatis etiam, atque diſpoſitis per congrua loca, tam peregrinorum, quàm ciuium turmis, qui venienti laudes dicerent, ipſe Leo cum Clero, & Epiſcopis, equo deſcendentem, gradúſque aſcendentem, ſuſcepit, datáque oratione in Baſilicam B. Petri, pſallentibus cunctis, introductis. Poſt ſeptẽ verò dies, Rex Concione vocata, reſidentibus [c] Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus: ſtantibus reliquis Sacerdotibus, & Optimatibus Francorum, & Romanorum, obiecta in almum Pontificem propoſuit examinanda. Qui vniuerſi Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates vnanimiter audientes dixerunt:

b *Carolus Romæ veniens, honorificè recipitur.*

c *Leonis cauſa coram Epiſcopis proponitur.*

Nos *Sedem Apoſtolicam* [d], *quæ eſt Caput omnium Dei Eccleſiarum, iudicare non audemus: nam ab ipſa nos omnes, & Vicario ſuo iudicamur: ipſa autem à nemine iudicatur: quemadmodum antiquitus mos fuit: ſed ſicut ipſe ſummus Pontifex conſuerit, iubeat, Canonicè obediemus.*

d *Apoſtolica Sedes omnes iudicat, ipſa à nemine iudicatur.*

Ac Venerabilis Leo præſul, cùm nullus probator eorundem criminum exiſteret, inquit: *Prædeceſſorum Pontificum veſtigia ſequor, & de talibus falſis criminationibus, quæ ſuper me nequiter exarſerunt, me purgare paratus ſum.* Sequenti die coràm omnibus, conſcenſo ambone, ſacra tenens Euangelia, cum iuramento dixit:

Nota [e] *res eſt, fratres chariſſimi, malos aduerſum me homines inſurrexiſſe, meq́; ac vitam meam grauiſſimis criminibus informaſſe: cuius rei cognoſcendæ gratia, clementiſſimus hic, & Sereniſſimus Rex Carolus, vnà cum Sacerdotibus ac Principibus ſuis in hanc Vrbem ſe contulit. Quamobrem ego* [f] *Leo Pontifex ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, à nemine iudicatus, nec coactus, ſed mea voluntate impulſus, purgo me, præſentibus vobis, coràm Deo, & Angelis eius, qui conſcientiam nouit, & B. Petro Principe Apoſtolorum, in cuius conſpectu conſiſtimus, neque ſceleratas res, quas mihi obijciunt, perpetraſſe, neque perpetrari iuſſiſſe, Deũ teſtans, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc facio, non vllis legibus obſtrictus, neque hanc conſuetudinem; aut Decretum in ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſucceſſoribus meis, & fratribus Coepiſcopis imponere cupiens, ſed vt certius iniquis vos ſuſpicionibus liberem. Anaſtaſ.*

e *Leo coram omnibus ſe purgat.*

f *Purgationis forma.*

Poſt hæc, adueniente die Natali Domini noſtri Ieſu Chriſti, in iam dicta Baſilica B. Petri Apoſtoli, inquit Anaſt. omnes iterum congregati ſunt: & tunc venerandiſſimus Almificus Pontifex, manibus ſuis propriis pretioſiſſima corona [g] Carolum coronauit. Tunc vniuerſi fideles Romani videntes tantam defenſionem, & dilectionem, quam erga S. Romanam Eccleſiam, & eius Vicarium habuit, vnanimiter altiſona voce, Dei nutu, atque B. Petri clauigeri Regni cœlorum, exclamauerunt: *Carolo piiſſimo* [h] *Auguſto à Deo coronato, Magno, Pacifico Imperatori, Vita, & Victoria.*

g *Carolus à Leone coronatur.*

h *Romani Carolum Imperatorem acclamant.*

Ante ſacram Confeſſionem B. Petri Apoſtoli, plures Sanctos inuocantes, ter dictum eſt ab omnibus, & conſtitutus eſt Imperator Romanorum. Illicò ſanctiſſimus Antiſtes, & Pontifex, vnxit oleo [i] ſancto Carolum Imperatorem; & excellentiſſimum filium eius Italiæ Regem. Tunc ſe obligauit Carolus Romanæ Eccleſiæ [k] defenſorem, quod iuſiurandum his verbis concipi à poſteris etiam conſueuit:

i *Carolus à Leone oleo ſancto vngitur.*

k *Carolus ſe Romanæ Eccleſiæ defenſorem ſpondet.*

In nomine [l] *Chriſti ſpondeo, atque polliceor ego Carolus Imperator coràm Deo, & B. Petro Apoſtolo, me protectorem, ac defenſorem fore huius S. R. E. in omnibus vtilitatibus, quatenus diuino fultus fuero adiutorio, prout ſciero, poteróq́.* Ordo Romanus.

l *Formula promiſſionis.*

Quam quidem tranſlationem [m] Imperialis dignitatis Imperij Occidentalis in Carolum Magnum, diuina factam diſpenſatione, & optimo concilio, nullo modo eſt dubitandum, cáque omnis ratio ſuadebat, vt fieret per Romanum [n] Pontifi-

m *Tranſlatio Imperij Occid. in Carolum ritè, & rationabiliter facta, multis demonſtratur.*

n *Tranſlatio Imp. per Papam fieri debuit.*

cem

cem omoium animarum Paſtorem,& Orbis totius, Chriſtianorúmque imperiorum,eerta quadam ratione, moderatorem : nec verò conferri potuit in alium digniorem Carolo Magno,piiſſimo,mitiſſimo, iuſtiſſimo, & de Eccleſia Catholica, & de ſtatu publico,ſemper in omnibus,optimè merito.

a Græci ob hæreſes amittunt iura Occid. Imperij.

b Conſtantinus licèt Catholicus, aliâ ob cauſam.

Sed & quando opportuoiùs , quàm hoc tempore ? Iacebant abſque poſſeſſore titulus, iuráque Occidentalis Imperij,à Græcis [a] ob hæreſes , quibus pertioaciùs inhæſiſſent,iuſtè , Pontificia auctoritate ſublata : nec enim dignus eſt Conſtantinus,[b] licèt Catholicus,cui reſtitui deberet,vtpote,qui ablatos à prædeceſſoribus, hæreticis Imperatoribus Archiepiſcopatus,& Epiſcopatus, qui eſſent immediatè ſub iuribus Eccleſiæ, & dempta eius ampliſſima patrimonia , admonitus licèt per Adrianum Pontificem,minimè reſtituere voluiſſet,ob quam cauſam,eius ſententia excommunicandus eſſet,atque hæreticus decernendus.

Sed quòd conueoiens fuiſſe dictum eſt , idem pariter vtile , & neceſſarium etiam extitiſſe , ſi quis tempora poſteriora, & varia euenta conſiderabit , non negabit.

c Tranſlatio hæc Imperij à quodam impugnata,à Cardin. Bell. propugnata eſt.

Quòd verò extitit hac ætate, qui impudentiſſimè , [c] & arrogantiſſimè ſcriberet,Occideotis Imperium,per Rom. Pont. in Carolum minimè tranſlatum fuiſſe: oec verò transferri potuiſſe; non defuit etiam, qui illum acerrimè , & doctiſſimè confutarit Robertus Bellarminus Societatis Ieſu Theologus , poſt S.R.E. Cardinalis , omoibúſque irridendum , expoſitis eius mendaciis , & ineptiis expoſuerit.

Poſt coronationem,Idem Carolus Abacum argenteam, & diuerſa vaſa ex auro puriſſimo fabrefacta,iogentis pretij,Baſilicæ Vaticanæ obtulit. Lateranenſi verò crucem eximiam ex hyacinthorum gemmis conflatam,quam Leo in ſupplicationibus præferri,Carolo obſequutus,inſtituit; & alia aliis Eccleſiis pretioſa muoera contulit.

d Apoſtolica & Romana Sedes honoranda.

e Imperat. piiſſima verba.

Carolus Magnus hoc anno de Romana Eccleſia hanc memorandam legem 801.
ſanciuit,vt refert Eginhardus *in vita. diſt. 19. c. 3.* In memoriam B. Petri Apoſtoli honoremus [d] ſanctam Romanam & Apoſtolicam Sedem, vt quæ nobis ſacerdotalis eſt mater dignitatis, eſſe debeat Eccleſiaſticæ magiſtra rationis. Quare ſeruanda [e] eſt cum manſuetudine humilitas: vt licèt vix fereodum ab illa ſancta Sede imponatur iugum;tamen feramus , & pia deuotione toleremus. Si verò (quod non decet)quilibet,ſiue ſit presbyter,ſiue diaconus,aliquam perturbationem machinando,& noſtro miniſterio inſidiando,redarguatur , falſam ab Apoſtolica Sede detuliſſe epiſtolam,vel aliquid aliud,quod inde non venerit;ſalua fide,& integra circa Apoſtolicam Sedem humilitate, penès Epiſcopum [f] ſit poteſtas , vtrum eum in carcerem,aut aliam detrudat cuſtodiam, vſquequò per epiſtolam, aut per idoneos partis ſuæ Legatos Apoſtolicam interpellet ſublimitatem,vt potiſſimùm tam ſancta Legatione dignetur decernere,quid de talibus iuſto ordine ſtatuat lex Romana definire,vt & is corrigatur,& cæteris modus imponatur.

f Epiſcopi Clericos punire & iudicare debent,non ſæculares.

g Carolus Magnus literas reſtituit.

Hoc anno Carolus Magnus Imperator literas [g] bonas ſepultas reſuſcitauit, & 802.
non ſolùm apud Germaniam, ſed etiam in Gallia in ſingulis Monaſteriis, & Epiſcopiis, ſcholas eſſe conſtituit, vbi ingenuorum, & ſeruorum filij Grammaticam, Muſicam, Arithmeticam,& reliquas Artes liberales docerentur. Oſnaburgi in Saxonia,& Lutetiæ in Gallia,literarum Latinarum,& Græcarum,tum Philoſophiæ, Iuriſprudentiæ,& ſacrarum Scripturarum Gymnaſia ædificauit, prouentúque annuo ditauit.

h Synod. Altinen.

Eodem anno Paulinus Aquileienſis SYNODVM [h] ALTINENSEM celebrauit,& in cauſa cædis Patriarchæ Gradenſis, & aliorum Sacerdotum tunc occiſorum,Carolo Magno ſcripſit, vindictámque de tam immani ſacrilegio expetiit. *Annales Venet.*

i Sanguis Chriſti Mantuæ repertus.

Hoc anno referunt Annales Francorum perlatum eſſe ad Imperatorem , æſta- 804.
te præterita Mantuæ repertum [i] eſſe ſanguinem, non eum quidem,qui ex imagioe Berythi , ſed qui è latere Chriſti in Cruce pendentis effluxerat. Cupidus ſcire Carolus quid veri eſſet,Leoni ſummo Pontifici ſcripſit, vt coram inquireret. Vidit ille,examinauit , hunc ipſum ſanguinem eſſe,certis argumentis comprobauit. Quid veritas habeat,alius viderit.

Eodem

ANNO DOM.

Eodem anno Carolus Magnus Saxonibus ſuperatis, prouinciam illorum D. Petro Apoſtolo obtulit, & hoc vinculo obſtrinxit, vt vnaquæque domus ſaltem vnum denarium [a] B. Petro annuatim perſolueret. Mille, & ducentæ libræ colligebantur ad ſeruitium Apoſtolicæ Sedis ex hac Principis donatione.

a Saxonia denarium S. Petro ſoluit.

806. Hoc anno CONCILIABVLVM [b] habitum eſt CONSTANTINOPOLI in cauſa Ioſephi ſacerdotis cuiuſdam, quem Tharaſius ſacerdotio amouerat.

b Conciliabulū Conſtantinopolitanum.

Eodem anno in villa Theodonis [c] habitus eſt Conuentus Optimatum Galliæ, quo Imp. Carolus Magnus, condito teſtamento, [d] inter filios Regnum diuiſit, eiſque ſic præcepit: *Super omnia autem iubemus, vt ipſi tres fratres curam, & defenſionem S. Papæ ſuſcipiant.* Quæ omnia Carolus ad Leonem, vt ea confirmaret, miſit, permittens, vt is, cui vellet, Imperij ſummam decerneret. Vide etiam inf. an. 839.

c Conuentus Theodunis.

d Teſtamentum Caroli, in quo filiis præcipit, vt curam, & defenſionem Papæ ſuſcipiant.

In eodem etiam Conuentu Epiſcopi aliqua decernunt ad Sacerdotum accuſationes pertinentia, quando occurrerent.

808. Ardulf Nordhumbrorum [e] Rex in Anglia, à ſuis pulſus, Romanum Pontificem appellans, ab eodem per Legatos, in Regnum remiſſus, reſtitutúſque eſt. *Annal. Franc.*

e Rex Nordhumbrorum ad Papam appellat.

809. CONCILIABVLVM [f] CONSTANTINOPOLI II. celebratur contra Theodotum, & Platonem, eorúmque ſocios.

f Conciliab. Conſtantinopolitanum.

Eodem anno AQVISGRANENSE [g] CONCILIVM celebratum eſt de voce addita ad ſymbolum (*filioq.*) Non quidem in dubium vertebatur, an à patre, Filióque Spiritus ſanctus procederet: ſed iſtud eos angebat, an in Symbolo Conſtantinopolitano quod inter ſacrificium Miſſæ canebant, deberet has quatuor ſyllabas (*filioq.*) adiungere. Et licèt tunc factum non fuerit, poſterioribus tamen temporibus ex legitima cauſa additum eſt (*filioq.*) quemadmodum inferius dicetur.

g Conc. Aquiſgran.

Per id tempus, cùm Rex Scotorum [h] inſignem victoriam ex Pictonis reportaſſet patrocinio S. Andreæ, ſub cuius tutela ſuum Regnum erat: & gratus Deo actis, Hungus Rex, vt ſe verum Apoſtoli cultorem oſtenderet, augendæ religionis ſtudio, ſacram Ædem magnifico auxit apparatu, ac numerum Sacerdotum ad diuina exequenda. Præclara huic donaria intulit, calices, phialas ex argento, auróque, & capſam pro reliquiis D. Andreæ aſſeruandis ex auro puriſſimo. Et præter hæc, Chriſti Eccleſiæ ad Sacerdotum vſum, vt gerendis Eccleſiæ dignitatibus ſuppeterent facultates, armentorum, omnis generis fructuum, prouentuum, & prædiorum vbilibet per ſuum Regnum decimam partem liberè erogauit. Et ne Clerici deinceps ad profanum iudicium traherentur, néve quouis pro crimine, vltimo afficerentur ſupplicio, edicto cauit.

h Rex Scotorum victor, gratus Deo oſtenditur.

810. Huc anno ſurrexit Sergius [i] hæreticus, nequiſſimus Manichæus, à muliere Manichæa miſerabiliter ſeductus, qui Manichæorum hæreſim, Paulicianorum etiam dictam, collapſam reſtituit.

i Sergius hæreticus Manichæus.

812. Hoc anno à Carolo Magno habitum eſſe generalem conuentum AQVIS, [k] veteres Francorum Annales teſtantur.

k Conc. Aquiſg.

813. Hoc anno idem Carolus, habito generali Conuentu AQVISGRANI, [l] filium ſuum Ludouicum Aquitaniæ Regem, optimis præceptis iuſtructum, de diligendo præ omnibus Deo, & Eccleſia tuenda, coronauit Imperatorem, & Bernhardum ex Pipino nepotem, Italiæ Regem præfecit. Et quia nonnulla tum in Clerum, tum in populum vitia irrepſerant, voluit diuerſis in locis Concilia celebrari.

l Conc. Aquiſg.

Primum celebratum eſt MOGVNTIACI, [m] vbi præcipuè ſtatuitur, ne Clerici arma ferant.

m Conc. Mogunt.

Secundum celebratum eſt RHEMIS, [n] vbi ſingulariter decernitur, vt Epiſcopi, & Abbates, pauperes, & indigentes, ſecum ad menſam habeant: & lectionem [o] in menſa audiant, & cibum ſumant cum laude, & benedictione Dei. Præcipitur etiam in *cap. 6.* vt Calix Domini cum patena, ſi non ex auro eſt, tamen ex argento fiat. Si quis autem tam pauper eſt, ſaltem, vel ſtanneum calicem habeat. De ære, aut ex aurichalco non fiat calix, quia ob viui virtutem, æruginem facit, pariterque vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo, [p] aut vitreo calice præſumat Miſſam cantare. Hic Canon habetur in *cap. vt Calix Domini. de conſecrat. diſt. 1.*

n Conc. Rhem.

o Lectio in menſa Epiſcopi.

p Calix vitreus, aut ligneus prohibetur.

Pro quo ſciendum, quòd vitreus [q] calix, & parenæ vitreæ olim erant vſui

q Calix vitreus olim in vſu erat.

ANNO DOM.

in ſacris myſteriis. De patenis vitreis habes *in lib. de Rom. Pont. in Zepherino Papa.* De vitreo calice Hieronym. *ep. 4 ad Ruſticum*, agens de S. Exuperio Epiſcopo Toloſano: *Nihil*, inquit, *illo ditius, qui corpus Domini in caniſtro vimineo, ſanguinem portat in vitro.* Rurſus etiam Cyprianus Gallus in vita S. Cæſarij Epiſcopi Arelaren. qui claruit temporibus Theodorici Regis Italiæ: *An non*, inquit, *in vitro habetur ſanguis Chriſti?* A temporibus enim Apoſtolorum vitreus [a] calix in vſu fuiſſe videtur: vnde & Marcus hæreſiarcha illis temporibus proximus, & ipſe æmulatus Catholicam Eccleſiam, vtens calice vitreo in ſuis ſacris, impoſtura quadam per magicam artem exhibita, populum dementabat, dum vini color albus, qui foris apparebat in vitro, quibuſdam præſtigiis mutabat in rubrum, adeò vt vinum conuerſum in ſanguinem videretur. De his Epiphan. *in panar. hæreſ.* 34. Meritò autem in hoc Concilio Rhemenſi calix vitreus vetitus eſt, idque laudabiliter, ob periculum, quod immineret materiæ fragili. De calice [b] ligneo item vetito habetur *in cap. vaſa in quibus. diſt.* 1. Sic enim determinatur ex Concilio Triburienſi, *cap.* 9. *Statuimus, vt deinceps nullus ſacerdos ſacrum myſterium corporis, & ſanguinis D. N. Ieſu Chriſti in ligneis vaſculis vllo modo conficere præſumat: ne (vnde placari debet) inde iraſcatur Deus.*

a *Calix vitreus etiam à tempore Apoſtolorum.*

b *Calix ligneus olim in vſu.*

Tertium eſt TVRONENSE, [c] & idem determinatur.

c *Conc. Turon.*

Quartum eſt CABILONENSE, [d] in quo præcipuè edicitur, vt Epiſcopi ſcholas erigant, in quibus bonæ litteræ, atque in primis Theologicæ docerentur.

d *Conc. Cabilon.*

Quintum eſt ARELATENSE, [e] in quo Carolus, Comites ſubiectos eſſe debere Epiſcopo ordinauit: & vt libertati Eccleſiarum proſpiceret, vnà cum Ludouico filio Imp. liberam Epiſcoporum, & Abbatum electionem, hactenus à Principibus vſurpatam, reſtituit.

e *Conc. Arelat.*

Hoc anno CONCILIABVLVM [f] CONSTANTINOPOLITANVM celebratum eſt, quo Iconoclaſtæ Nicænam II. Synodum condemnarunt, & Pſeudoſeptimam confirmarunt. Ad hoc Conciliabulum vocati Orthodoxi, vt venirent, ſic ex Concilio Theodori [g] monachi reſponderunt: *Nos legibus diuinis, Eccleſiaſticiſq́ Canonibus obſequentes, qui manifeſtè ſic ſanciunt, nihil præter Epiſcopi ſui ſententiam dicere, aut agere oportere: aut de his, quæ ad fidei dogma, vel ad aliam quampiam d unam controuerſiam ſpectent, inueſtigare, aut penitus inquirere: nec venire, abſente Patriarcha, poſſumus, nec vocantibus vobis parere: ne reos nos ipſi faciamus, violataq́ legis culpam ſuſtineamus. Eſt enim talium vindex Deus, minimè inultos ſinens eos, qui eius mandata deſpiciunt.* 814.

f *Conciliabulum Conſtantinopolitanum.*

g *Orthodoxa reſponſio.*

Eodem anno Concilium apud THEODONIS [h] Villam congregatum eſt aduerſus percuſſores Clericorum.

h *Conc. Theodonis.*

Eodem anno NOVIONENSE [i] CONCILIVM celebratum eſt de terminis duorum Epiſcopatuum.

i *Conc. Nouionenſe.*

Eodẽ anno, menſe Ianuario, ſeptimo die, quàm decubuerat Carolus [k] Magnus, perceptis ritè Sacramẽtis, moritur anno ætatis 72. Regni 47. Imperij 13. & Aquiſgrani ſepelitur, enſe accinctus, cum ſceptro & corona: Euangelium aureum tenẽs manibus, planè habitu Imperiali, genibus flexus, magno vniuerſorum luctu. Carolus verè Magnus, talis, ac tantus fuit Imperator, vt nullus fortaſſe illi æquari poſſit, ſiue rerum geſtarum magnitudinem, ſiue religionem ſpectes: ſed nec in moribus haberet æqualem, niſi coniugalem caſtitatem, concubinarum introductione fœdaſſet. Sed poſterior, maculas iſtas, pœnitentia [l] iugis abſterſit, dum carnem ſuam, ſenilem licèt, cilicino, ſuper nudum corpus, inhærente iugiter indumento attriuit. Porrò egregiarum ipſius virtutum meritò Eccleſia Gallicana eius diem natalem celebrat: habéntque inter Sanctos recenſitum Aquiſgranenſis Eccleſiæ Tabulæ.

k *Carolus M. Imper. diem claudit extremum.*

l *Pœnitentia, & cilicio in fine vitæ vitam malè actam purgauit.*

Mortuo Carolo, Ludouicus [m] filius Imperator, Aquiſgranum de Aquitania veniens, poſſeſſionem omnium eius Regnorum ſuſcepit, abſque vlla contradictione. 815.

m *Ludouicus filius ſuccedit.*

Hoc anno Ludouicus Pius Caroli Magni filius Imperator creatus eſt.

Hoc anno Prid. Id. Iun. Leo [n] Papa cùm ſediſſet annos 20. m. 5 & d. 17. vt Anaſtaſ. habet, ex hac vita migrauit. Sepelitur autem in Baſilica S. Petri. Eius morte Sedes vacat diebus decem. 816.

n *Leo Papa moritur.*

Scripto

ANNO DOM.

Scriptores omnes, qui res Hiſpaniarum ſunt proſecuti, æquè teſtantur, huius auctoritate Ponti ficis ſactum, vt Sedes Epiſcopalis Hiriensis Eccleſiæ, transferretur [a] Compoſtellam, id expoſcente Alfonſo Rege, cognomento *Caſto*, per Carolum M. ab eodem Leone Romano Pont. Cuius rei illa fuerit cauſa, quòd reperto [b] Compoſtellæ venerando corpore S. Iacobi Apoſtoli fratris Ioannis, atque miraculis inſigniter illuſtrato, Apoſtolici culminis reuerentia dignum viſum, vt locus ille Epiſcopalis Sedis inſigniti deberet honore: quod per eundem Leonem III. Rom Pont. fœliciter impletum affirmant, hiſque initiis iacta eſſe Eccleſiæ Compoſtellanæ fundamenta.

a Compoſtellana Eccleſia in Epiſcopatum ſublimatur.
b S. Iacobi Apoſtoli inuentio.

STEPHANVS V. [c] patria Rom. patre Iulio, in patriarchio Lateran. educatus, & ſacris litteris eruditus, Leoni ſucceſſit. Qui ſtatim iuſſit, omnem populum Romanum fidelitatem cum iuramento promittere Ludouico (ex Thegano) idque, vt tumultuari ſoliti Romani in Rom. Pontificem, ſic ſaltem coërceri poſſent. Mox Legatos ad Ludouicum miſit, qui dicerent, ſe cupiditate eum videndi [d] teneri, & de communibus rebus cum eo agendi. Ludouicus ob id mirè exultans, ſummos [e] homines, & in his Bernardum Regem Italiæ, nepotem ſuum obuiam qui Rhemos deduxerunt, miſit: appropinquanti, alios, & in primis Archicapellanum Palatij, & alios Epiſcopos inſulis ſacris ornatos: ad vltimum milliare ipſemet Imp. venientem excepit, & ter in terram proſtratus, in Eccleſiam deduxit. Dominica ſequenti, eum Imperatorem [f] inungit, & aurea corona, quam ſecum attulerat, vnà cum Inningarda vxore coronat, *Auguſtos* appellans. Poſt quotidianos ſermones de ſtatu Eccleſiæ habitos, plurimis donatum, & ampliſſimis muneribus Pontificem Imperator, cum honeſtiſſimo comitatu in Italiam [g] dimiſit: eique petenti, Romanos, propter flagitia aduerſus Eccleſiam. & Leonem admiſſa, in Francia captiuos conceſſit. Non poſt multos dies, quàm Romam venit, claruit (inquit Theganus) Dei manifeſtatione, in nonnullis [h] miraculis, quòd ipſe erat verus Dei cultor.

c Stephanus Papa eligitur.
d Stephanus in Gallias ſe transfert.
e Stephanus honorificè recipitur.
f Stephanus Ludouicum coronat, & inungit, Aug. vocans.
g Stephanus Romam reuertitur.
h Steph. claret miraculis.

Hoc anno tertio Ludouici, celebratum ab eo conſtat Conuentum Prouincialem AQVISGRANI, [i] in eóque S. Meinulphum accepiſſe facultatem ædificandi Monaſterium Virginibus, Canonicis Regularibus, vt habent eius vitæ acta Gobellino conſcripta.

i Conuent. Aquiſgr.

817. Srephanus Papa cùm ſediſſet menſes ſeptem, & dies tres, 8 Cal. ſiue 9. Febr. migrat [k] è vita. Poſt biduum vacationis Sedis, miro totius Cleti, & populi conſenſu

k Steph. Papa moritur.

PASCHALIS [l] Romanus ex presbytero S. Praxedis inuitus, & reluctans. è Monaſterio S. Stephani eductus, cui præſidebat, Pontifex creatur. Is ſtatim ac eſt conſecratus, Legatos cum muneribus ad Ludouicum miſit.

l Paſchalis inuitus & reluctans eligitur.

Hoc anno AQVISGRANI [m] generalis Conuentus celebratur, in quo Imperator pro zelo diuini cultus, quæ Abbates, cum Monachis conuenientes, in commune pro regularis ſtatus diſciplina obſeruanda ſtatuiſſent, obſeruari mandauit. Et alia plura ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentia, ſtatuta ſunt.

m Conuent. Aquiſgr.

In hoc eodem Conuentu Aquiſgranenſi, quod Apoſtolicæ Sedis Legatione petebatur, Ludouicus Imp confirmauit [n] quæcunque à prædeceſſoribus ſuis donata, vel reſtituta fuiſſent Romanæ Eccleſiæ, de his ſcribens publicam conſtitutionem, quam tum ſua, tum ſuorum ſubſcriptione firmauit, atque ſigillo muniuit. Extat apud Gratianum *in cap. ego Ludouicus. diſt. 63.*

n Imp. Ludou. confirmat omnia à ſuis prædeceſſoribus Eccleſiæ Romanæ donata.

Ego Ludouicus, inquit, *Imp. Auguſtus, ſtatuo, & concedo per hoc pactum confirmationis noſtræ Tibi B. Petro Principi Apoſtolorum, & pro te Vicario tuo Domino Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, & ſucceſſoribus eius in perpetuum, ſicut à prædeceſſoribus veſtris vſque nunc in veſtra poteſtate, & ditione tenuiſtis, & diſpoſuiſtis ciuitatem Romanam cum Ducatu ſuo, & ſuburbanis, atq; viculis omnibus, & territoriis eius, montanis, & maritimis littoribus, & portubus, ſeu cũctis ciuitatibus, caſtellis, oppidis, ac viculis in Tuſciæ partibus, id eſt, Portum, Centumcellas, Care, &c. Et patrimonium Beneuentanum, Salernitanum, & patrimonium Calabriæ inferioris, & ſuperioris, & patrimonium Neapolitanum, &c. Has omnes ſupradictas prouincias, vrbes, ciuitates, &c. Simúlque, & patrimonia iam dicta Eccleſiæ tuæ, B. Petre Apoſtole, & per te, Vicario tuo ſpirituali Patri noſtro, D. Paſchali ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ, eiuſq; ſucceſſoribus, vſq; ad finem*

ANNO DOM.

ſaculi, eo modo confirmamus, vt in ſuo detineant iure, principatu, ac ditione. Et infra. *Et quando diuina vocatione huius ſacratiſſima Sedis Pontifex de hoc mundo migrauerit, nullus ex Regno noſtro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo ſub noſtra poteſtate conſtitutus, licentiam habeat contra Romanos, aut publicè, aut priuatè veniendi, aut electionem faciendi*, &c.

a *Legati ad Papam.*

Hoc tempore Theodorus Studita Legarum [a] miſit ad Paſchalem Papam, qui benignè receptus eſt. Theodotus verò Patriarcha Conſtantinopolitanus hæreticus miſit & ipſe Legarum ad Paſchalem, qui litteras communicationis ab eo referret. Sed Paſchalis non modò communionem eius eſt auerſatus, ſed & Legaros, ne Romam propius accederent, prohibuit.

Acceptis iam litteris per Dionyſium à Paſchale Romano Pontifice Theodotus Studitarum Præpoſitus, in carcere conſiſtens, rurſum legat ad Occidentem Epiphanium diſcipulum ſuum ad eundem Romanum Pontificem, cui & litteras dedit (*lib. 2. ep. 35.*) quarum obſeruanda eſt inſcriptio Græci hominis, maximè à Græcis: 818.

b *Papa, & Eccleſia Romana tituli à Græco viro dati.*

Per omnia Religioſiſſimo [b] *Patri, ſupremo lumini, vniuerſali Domino noſtro, Apoſtolico Papa*, &c. Et illa encomia Eccleſiæ Romanæ: *Vos*, inquit, *illimis, ac ſincerus ab initio fons orthodoxa veritatis. Vos aduerſus omnem hæreticam procellam tranquillus ſepoſitus portus Eccleſia vniuerſalis. Vos à Deo electa ciuitas refugij ſalutis. Sed quoniam temerarium eſt à nobis miſeris, ac indignis encomia congeri diuino nomini noſtro, quod diuina olim lingua Beatum prædicarunt, præſtat vt ad ærumnas noſtras veniamus.* Citantur hęc à Gennadio pro defenſione Concilij Florentini.

c *Paſchalis omnes orthodoxos extorres recipit.*

Sanctiſſimus Paſchalis Pontifex, nihil antiquius habens, quàm de fide Catholica bene mereri, orthodoxos [c] omnes extorres Conſtantinopoli vel aliunde, Romam cōfugientes, quàm benigniſſimè excepit, qui & Græcis, & Monachis egregium conſtruxit monaſterium apud S. Praxedem, quem presbyteralem titulum collabentem reſtaurauit, mirificè exornauit, doniſque pluribus auxit.

d *Conc. Aquiſgr.*

e *Apoſtolicæ Sedis impetrat Ludouicus auctoritatem.*

Ludouicus Imperator (vt veteres Annales Francorum produnt) habuit hac hyeme AQVISGRANI [d] CONVENTVM, in quo multa de ſtatu Eccleſiarum, & monaſteriorum tractata, & ordinata ſunt, legibus etiam capitula quædam perneceſſaria, quæ deerant, addita ſunt. Imperator ſiquidem maximè pius, Apoſtolicæ Sedis [e] auctoritate (vt dicetur) quibus valuit ope, & conſiliis, conſulere laborans Eccleſiis Gallicanis per ſingulas prouincias Legationes inſtituit, mittens Epiſcopum, & cum eo Comitem, vnà cum legum Eccleſiaſticarum capitibus, quæ ſingulis darent deſcribenda Eccleſiis, & obſeruanda, in hoc laborans, vt vigeret vbique in Eccleſiis Gallicanis cultus pietatis & ſacrorum Canonum obſeruantia. In qua quidem functione, cùm ipſe teſtetur Ludouicus Imp. ſe genitoris ſui in his exemplum ſectari, quo ſtuduerat, rebus Eccleſiaſticis bene conſulere, conſtétque Carolum Magnum in eo inuigilaſſe, vt Conciliorum decreta, ſimúlque Romanorum Pontificum Conſtitutiones, vt etiam in ipſis Capitularibus ſæpè inuenitur expreſſum; dum Rom. Pont. citat decreta Leonis, Innoc. Gelaſ. Adriani, & aliorum; planè apparet, non nouas in Eccleſia eundem Ludouicum Imp. ſanciuiſſe leges: ſed ſancitas ſeruandas eſſe ſuis legibus ſtatuiſſe: & ſi quæ nouæ additæ eſſe reperiuntur, eaſdem illas omnes, Epiſcoporum conſpirante ſententia conſcripſiſſe, ac per dictos Legatos ſeruandas mandaſſe, atque auctoritate Pontificia roboraſſe. Quod variè comprobatur. Qui Ludouici Imp. leges collegit B Leuita in præfatione ipſa præpoſita, hæc habet: *Agnoſcant omnia hac prædictorum Principum capitula maximè Apoſtolica auctoritate fore firmata*, &c. Recitat idem eiuſdem Ludouici Imp. decretum de cuſtodia Pontificiorum decretorum his verbis: *Ita vnanimes diuinis, & Apoſtolicis conſtitutionibus ſeruatis, vt in nullo patiamini pia Canonum decreta violari. Vt nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas Conſtitutiones, vel Apoſtolicæ Sedis decreta temerare.* Et in ſecundo Capitularium libro à ſe addito, hæc habet in titulo. *Ex capitulis Domini Ludouici in Ingilheim Apoſtolica auctoritate, & Synodali ſanctione omnium videlicet Clericorum, & laicorum generaliter conſenſu, atque hortatu decretis.* 819.

f *Rom. Pont. hortatu facit Carol. M.*

Porrò, non auctoritate ſolùm id eoſdem Francorum Reges agere conſueuiſſe, ſed & hortatu etiam [f] Apoſtolicæ Sedis, teſtatur eiuſdem Caroli Magni, ad legē,

quam

ANNO DOM.

quam de militari expeditione ſanxit, prælocutio verbis iſtis: *Carolus, Dei gratia Rex Regniq́; Francorum Rector, & deuotus Eccleſiæ defenſor, atque adiutor in omnibus, Apoſtolicæ Sedis hortatu, omniúmq́; fidelium noſtrorum, & maximè Epiſcoporum, ac reliquorum Sacerdotum conſultu, ſeruus Dei*, &c. Et alibi pluries.

Ex quibus confutatur [a] Nouatorum perfidia, & impudens audacia, qui exemplo Caroli, Ludouici, & aliorum Chriſtianorum Principum ius condendarum legum Eccleſiarum tribuunt Regibus, & Imperatoribus. Tantum enim abfuit Ludouicus à condendis legibus, ad Eccleſiæ perſonas, & res ſpectaoribus, vt nec putaret, licere ſibi, ſuiſque Epiſcopis, abſque auctoritate Romani Pont. de his, quæ ſpectant ad Eccleſiaſticas controuerſias, vel tantum pertractare, atque differere; niſi primùm de his licentiam accepiſſent ab ipſo Romano Pontifice.

a Nouatores confutantur, qui Regibus, & Impp. tradunt ius condendarum legum Eccleſiaſticarum.

Eodem anno alio Conuentu [b] habito, actum eſt de his, qui res, ſiue perſonas Eccleſiaſticas inſeſtant *lib. 6. cap. 96.* Qui de rebus Eccleſiaſticis, inquit, aliquid abſtulerit, grauius inde iudicetur, quia ſacrarum rerum ablatio, ſacrilegium eſt. Infames quoque tales perſonæ, vſque ad ſatisfactionem Eccleſiæ, quam læſerint, ſint habendæ. Inde de his, qui armis perſonas Eccleſiaſticas appetunt.

b Conuentus pro immunitate rerum Eccleſiaſticarum.

820. Hoc anno, ipſis Domini Natalitiis Leo [c] Imperator interficitur in Oriente à coniuratis, in eum incitatis à Michaële Amorienſi, Maieſtatis reo, & in cuſtodia ferreis compedibus vincto, à quibus euehitur in Imperium, Leonis vxore, & filiis aula eiectis, & in inſulam Protam delatis, ibíque caſtratis.

c Imperatoris noui electio, mirè facta.

Michaël cuſtodia liberatus, Imperatorio ſolio conſedit, eſtq́ue ab omnibus, qui tum in Palatio erant, Imperator ſalutatus, & adoratus. Sub meridiem verò fama iam vndique diſſipata, malleo per vim diffuſis compedibus, quibus adhuc erat conuinctus, neque manibus ablutis, neque Dei metu in animam ſuam inducto, neque vlla re alia, quam decebat fieri, peracta, ad magnum S. Sophiæ templum prodiit, cupiens manu Patriarchæ coronari, & ab vniuerſo populo ſalutari, ſolis fidens coniurationis ſociis, & Leonis percuſſoribus.

821. Hoc anno iubet Imperator Michaël, vt omnes Epiſcopi, tam [d] Catholici, quàm hæretici conuenientes, de dogmatibus conferant. His auditis, conuenientes inter ſe Epiſcopi orthodoxi, confirmauerunt, non decere in Concilium vnum cum hæreticis conuenire, id vetantibus Eccleſiaſticis regulis. Supplicauêre tamen Imperatori, vt ſe audire velit: excuſantes interea, ſibi non licere cum hæreticis habere Conuentum, nec audire penitus, niſi ad correptionem. Háſque ad eum litteras, omnium nomine, conſcriptas dedere hoc titulo. *libro 2. epiſtola 86.*

d Catholici prouocati ad conferendum cum hæret. negant ſibi licere.

Epiſtola [e] ex perſona omnium Epiſcoporum, & Præpoſitorum ad Michaelem Imperatorem.

e Epiſtola Epiſcoporum ad Michaëlem Imp.

Extat inter epiſtolas Theodori, vtpote quæ ab eo putetur fuiſſe conſcripta. In ea primùm gratias agunt, & eum laudant, ſupplicantes audiri: nec ſibi licere conuenire cum hæreticis.

Quòd ſi quid eſt, aiunt, huiuſmodi, de quo ambigat, aut diffidat diuina Magnificentia veſtra, piè à Patriarcha diſſolui poſſe, iubeat magna ipſius, & à Deo confirmata manus, ad communem vtilitatem A VETERE ROMA SVSCIPI DECLARATIONEM, PROVT OLIM, ET AB INITIO PATERNA TRADITIONE TRANSMISSVS MOS FVIT. Hæc Chriſti æmule Imperator SVPREMA EST ECCLESIARVM [f] DEI, in qua Petrus Sedem primus tenuit, ad quem Dominus dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.

f Romana Eccleſia omnium ſuprema eſt.

Locum hunc recitat Gennadius, expoſit. pro Concil. Flor. *c. 5. ſect. 17.* ad demonſtrandam Apoſtolicæ Sedis auctoritatem ſemper in Eccleſia cognitam, & prædicatam.

Epiſcopi igitur, & Theodorus conuenientes apud Imp preces obtulerunt, & vt

ANNO DOM.

ipſi proprias Eccleſias reciperent, & qui eas occuparent hæretici, pellerentur, & de fide copioſè diſſeruerunt. Sed ſurdo, & nihil intelligenti, quare hoc ſolùm abſurdè ſtultéque illis reſpondit: *Tametſi*, [a] inquit, *egregia, & honeſta ſunt quæ dixiſtis, & mihi nequaquam amplectenda, qui hactenus imaginem nullam colui, vel adoraui. Quocirca, & me æquum eſt, eum manere, qui ſui, & vos pariter priſtinum ſtatum retinere, opinionesq; veſtras ſequi. Per me enim licebit, nec cui iam obſiſtam, niſi quòd imagines in Regia Vrbe à vobis erigi prorſus nolo; ſed extra eam procul, & vbicunque volueritis. Quo audito, ſtatim exierunt.*

Politici an magis athei, et ſtulti Imp. reſponſio.

Conc. Attiniacenſe.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ATTINIACENSE, in quo Ludouicus Imp. Occid. extimulante eum conſcientia, eorum, quæ in nepotem Bernardum, & conſobrinum Adelardum, & alios cognatos peccaſſe ſibi videbatur publicam, magno humilitatis exemplo, tantus Imperator ſubire voluit pœnitentiam, palam confitens, ſe erraſſe, & Theodoſij Imp. exemplum imitatus, pœnitentiam publicam ſuſcepit. Multas interim eleemoſynas erogauit, & monaſterium Corbeienſe ædificauit. 821.

Paſchalis PP. moritur.

Hoc ipſo anno Paſchalis Papa, cùm ſediſſet annos 7. m. 3. d. 16. moritur [c] pridie Idus Maias. 824.

Schiſma XI.

SCHISMA [d] VNDECIMVM.

Poſt quatuor dies creatur 14. Cal. Iun.

Eugenius PP. eligitur. [e]

EVGENIVS II. [e] ex Presbytero Card. tit. S. Sabinæ, patria Rom. filius Boëmundi. Fuit Eugenius magnæ ſimplicitatis, ac humilitatis, doctus ſcientia, & qui ſola Chriſti placita, diebus, ac noctibus cogitabat. Aliqui ſeditioſi nonnullos tumultus in illius electione concitarunt, adeóque Zinzinum Antipapam elegerant. Eos, vt Ludouicus Imp. componeret, Lotharium filium in Vrbem miſit, qui ſtatim, ac iniuncta patefecit, ſtatum populi Romani, iam dudum quorundam Præſulum peruerſitate deprauatum, Eugenij Pontificis beneuola aſſenſione ita correxit, vt omnes, qui rerum ſuarum direptione grauiter fuerant deſolati, de reſtitutione bonorum ſuorum, quæ per illius aduentum, Deo donante, prouenerant, magnificè eſſent conſolati. Eugenius autem, pauperum, pupillorum, viduarum cauſas, & vitam ita tutatus eſt, vt ab omnibus meritò Pater pauperum diceretur. Cum his itaque artibus in Pontificatu annis tribus, m. 2. vixiſſet, moritur Pontifex optimus collachrymantibus omnibus. Sepelitur in Vaticano.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

Collatio Pariſienſis cõtra VII. Synodum.

COLLATIO [f] PARISIENSIS hoc anno 824. habita eſt de cultu imaginum: quæ quia pugnat ex diametro contra VII. Oecumenicam Synodum Nicænam II. meritò Pſeudo-ſynodus dici debet. Namque illi Epiſcopi nimium ſcioli, ex ſola ſuſpicione, non autem Canonum inſpectione, Patribus Nicænæ Synodi Concilij impoſuerant, quaſi adorationem latriæ imaginibus omnibus decreuiſſent. Ideóque temerario auſu eandem Nicænam II. Synodum damnauerant, & vulnus olim in Francofordienſi Synodo Eccleſiæ inflictum, non ſolùm non abſtulerunt, ſed malè refricarunt, vixque in ſuam ſententiam Ludouicum Imp. datis ad eum litteris non traduxerant: quinimò definitionem præſumptuosè factam ſummo Pontifici obtulerant: fortè ea ſpe illecti, vt in eandem opinionem ſecum illum abducerent.

Cæterùm Ludouicus minimè ignarus conſuetudinis Eccleſiaſticæ, ſecundùm quam omnes quotquot fuêre Orthodoxi, decreta in rebus fidei non aliunde expectabant, quàm à Sede Romana.

Conc. Rom.

Hoc anno die 15. Nouemb. celebratum eſt CONCILIVM [g] ROMANVM 63. Epiſcoporum Præſidente ipſo Apoſtolico, in quo 38. Canones ſanciti ſunt. Hos duos tantùm Canones apponemus. 826.

Vbi Clerici conſiſtere debeant.

a q. 1. neceſſaria.

Neceſſaria [h] *enim res exiſtit, vt iuxta Eccleſiam clauſtra conſtituantur, in quibus Clerici diſciplinis Eccleſiaſticis vacent. Itaque omnibus ſit vnum refectorium, ac dormitorium, ſeu*

ANNO DOM.

cætera officina ad vſus Clericorum neceſſaria. Miniſtri verò, poſt Epiſcopum ſuper eos tales eligantur, quorum vita atque doctrina illos potius exornent, quàm dehoneſtent.

De conuiuiis feſtis diebus non faciendis.

Sunt quidam, & maximè mulieres, qui feſtis, ac ſacris diebus, atque Sanctorum Natalitiis, non pro eorum quibus delectantur deſideriis aduenire, ſed ballando, verba turpia decantando, choros tenendo, & ducendo, ſimilitudinem Paganorum peragendo aduenire procurant. Tales enim, ſi cum minoribus veniant ad Eccleſiam peccatis, cum maioribus reuertuntur, &c. adiecit excommunicationem Leo IV. ſi admoniti non ceſſarent. Iuo *p. 2. cap. 77.*

827. Hoc annò Eugenius Papa [a] moritur 11. Auguſti.

VALENTINVS [b] patria Romanus, patre Leontio, ab Epiſcopis, Clero, & populo Romano in Laterano conuenientibus, magno conſenſu acclamatur, & multum, ac diutius renitens, in Sede Pontificia collocatur. Sedit dies quadraginta, alij menſem dicunt. Moritur, & in Vaticano ſepelitur. Vacat Sedes dies tres.

a *Eugenius Papa moritur*
b *Valentinus creatur, & paulò pòſt moritur.*

GREGORIVS IV. [c] 24. Sept. creatur ex Presbytero Cardinali tit. S. Marci, omni virtute ornatus, & ipſe inuitus, & renitens, ac latebras quærens, vixit in Pontificatu annos 16. Sepelitur in Vaticano, ac Sedes eius morte vacat dies 15.

c *Greg. eligitur renitens & latebras quærens.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

828. Hoc anno cùm ad aures Ludouici Imperatoris perlatum eſſet, quòd non boni homines, ſed mali dæmones Doctores eſſent, & inuentores vitiorum, perſuaſoréſque criminum ad corruptiones homines admonerent; ad expianda peccata, auertendáque mala, primùm omnium per vniuerſum regnum indixit triduanum ieiunium, atque preces. Addidit etiam iubere, ad correctionem morum quatuor [d] in locis Synodos celebrari. I. ſcilicet, in Moguntiacenſi vrbe. II. Pariſiis. III apud Lugdunum. IV. apud Toloſam. In quibus conuentibus, ait, tractare, quærere, & cum Dei adiutorio inuenire debent de cauſis ad religionem Chriſtianam, & eorum curam pertinentibus: quid à Principibus, reliquóque populo: vel ita vt diuina auctoritas docet, aut aliter, teneatur: vel quid inde ex parte, vel toto dimiſſum ſit, vt non teneatur. Deinde quid in ipſorum, qui Paſtores populi conſtituti ſunt, moribus, conuerſatione, & actibus inueniri poſſit, quòd diuinæ regulæ, atque auctoritati non concordet: ſimúlque inueniant, quæ occaſiones in vtroque ordine id effecerint, vt à recto ordine deuiatum ſit.

d *Concilia plura Imper. iubet congregari ad morum correctionem.*

Eodem anno SYNODVS [e] PARISIENSIS ab Imperatore indicta celebrata eſt. Ex qua Synodicam ad Imperatorem ſcripſerunt Patres, in his verbis: *Clementiſſimus [f] quoque Imperator, non ideo eſt, vas miſericordia præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit, ſed ſi in Imperiali culmine, recta fide viuat, & vera cordis humilitate præditus, culmen Regia dignitatis, ſanctæ religioni ſubiiciat. Si magis in timore Deo ſeruire, quàm in tumore dominare populo delectetur. Si in eo lenitas miſericordiam mitiget, ornet benignitas poteſtatem. Si ſe magis diligendum, quàm timendum cunctis exhibeat: ſi ſubiectis ſalubriter conſulat: ſi iuſtitiam ſic teneat, vt miſericordiam non relinquat. Si præ omnibus ita ſe ſanctæ matris Eccleſiæ meminerit filium, vt eius paci, atque tranquillitati per vniuerſum mundum prodeſſe, ſuum faciat principatum. Magis enim Chriſtianum regitur, & propagatur Imperium, dum Eccleſiaſtico ſtatui per omnem terram conſulitur; quàm cùm in parte quacunque terrarum, pro temporali ſecuritate, pugnatur. Regale autem miniſterium ſpecialiter eſt, populum Dei gubernare, & regere cum æquitate, & iuſtitia, & vt pacem, & concordiam habeant, ſtudere. Ipſe enim debet primò defenſor eſſe Eccleſiarum, & ſeruorum Dei, viduarum, orphanorum, pauperumq́; cæterorum.* Sic ex D. Fulgentij ſententia ſcripſerunt.

e *Synod. Pariſ.*
f *Imperatoris munus, & omnium qui præſunt vnum exemplar.*

Addebant quoque ex Iſidoro & iſtam monitionem: *Principes ſæculi, nonnunquam intra Eccleſiam, poteſtatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem poteſtatem muniant Eccleſiaſticam diſciplinam. Cæterùm, intra Eccleſiam, poteſtates neceſſariæ non eſſent, niſi vt quod non præualeat Sacerdos efficere per doctrinæ ſermonem; poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem. Sæpè per regnum terrenum cæleſte proficit: vt qui intra*

Eccleſiam poſiti contra fidem, & diſciplinam Eccleſiæ agunt, rigore Principum conterantur: ipſamq́; diſciplinam, quam Eccleſia exercere non prævalet, ceruicibus ſuperborum poteſtas impendat, & vt venerationem mereatur, virtutem poteſtas impertiat. Cognoſcant [a] *Principes ſæculi Deo debere reddere rationem propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur, ille ab eis rationem exiget, qui ſuam Eccleſiam eorum reddidit poteſtati.*

a *Principes Eccleſiæ tutores.*

Res Francorum hoc anno maximo ſunt obiectæ diſcrimini. Ingentes enim in 830.
Ludouicum Imperatotem conſpirationes ſunt detectæ, exortæ à filiis, & Principibus regni, & compluribus Epiſcopis. Peperit ſiquidem inuidiam omnibus, præſertim Aulicis, quod Bernardum Hiſpanum, Hiſpaniarumq́ue limitum Comitem defenſionis ſuæ cauſa, Imperator vocauit in aulam, conſtituitque Præfectum cubiculi. Ex inde ſparſus rumor, auctáque [b] ſuſpicio, creditúmque à pluribus, eundem Bernardum admiſceri Iudith Imperatrici. Id quidem, cùm filiorum animos haud leuiter ſauciaſſet: commouiſſet verò amplius odium in nouercam: auxiſſet verò magis, ingens amor, quo proſequi viſus eſt Imperator, natos ex ea, Carolum, atque Rodulphum: his fomitibus admotis ingens flamma accenſa, mox erumpere in incendium viſa eſt; adeò vt Pipinus [c] Ludouici ipſius filius, contra patrem parauerit exercitum.

b *Suſpicio.*

c *Pipinus patri parat exercitum.*

Huius timore percitus Imperator, mox præcipuorum iurgiorum cauſam [d] dimouere conatus, Bernardum à ſe dimiſit: Iudith verò Imperatricem Lauduni in Monaſterio S. Mariæ morari præcepit. Sed nec iſta ſatis fuere aduerſariis, qui eductam è Monaſterio Imperatricem, ipſam promittere coëgerunt, perſuaſuram ſe Imperatori, vt depoſito Imperio, retruderet ſe ſua ſponte in monaſterium; id ipſúmque ſe eſſe facturam, comiſque præciſis monaſticam vitam ſe profeſſuram.

d *Ludouicus Imperator ſuſpicionis & iurgij cauſas dimouere conatus.*

Hac facta promiſſione, ad ipſum Ludouicum Imperatorem cum cuſtodia miſſa eſt: cúmque ſecretò eum allocuta eſſet, monaſticum ipſa [e] ſibi velum impoſuit: Imperator verò ad deliberandum de hoc, tempus accepit. Illa verò ſic velata, in monaſterium S. Radegundis à Pipino detruditur. Cùm interea rediens ex Italia Lotharius Rex, quæ eſſent facta probaret, non tamen in patrem quid vlterius peragi paſſus eſt: rémque geri non armis, ſed iure voluit. Sícque Conuentum [f] publicum indici iuſſit, ex Imperatoris ſententia, Neomagi, ad quem veniret ipſe Imperator, non armata manu, ſed ſimplici comitatu: quod faciendum æquè filio perſuaſit. Cuius rei gratia Hilduinus Abbas, & Walach Abbas Corbeiæ cum armatis venientes, ab Imperatore iuſſi ſunt abire. Ibi cùm eſſent, Lotharius [g] à Patre vocatus, ſecretò admonitus, flexus tandem, atque ſuaſus eſt, patri debere eſſe ſubiectum, eidémque firma pace conciliatum iri. Sícque factum, vt Imperator, qui totam æſtatem abſque Imperij viribus tranſegiſſet, Lothario eidem obſequente, priſtinum vigorem receperit imperandi.

e *Imperatrix velum monaſticum ſuſcipit, & in monaſterium detruditur.*

f *Conuentus Neomagi.*

g *Lotharius cedit Patri.*

Hoc anno grauiori turbine quatitur rurſum Imperium Occidentale, cùm Lu- 833.
douicus Imperator ſe cogitur abdicare, conſpirantibus iterum in eum filiis, ſimúlque Epiſcopis, quorum ſuaſu, idem rurſus ad publicam peragendam redigitur pœnitentiam. Cauſa & origo omnium fuit, quia cùm Pipinus à Patre priuatus fuerit Aquitania, quæ Carolo puero ex Iudith nato data fuit, magnam ſibi Imperator cum odio concitauit inuidiam, non Pipini tantùm, ſed aliorum etiam filiorum Lotharij, & Ludouici, quo factum eſt, vt ad bellandum, pararentur vtriuſque exercitus.

Interea verò Gregorius [h] Papa, pacem inter filios, atque parentem conciliaturus, Roma profectus, ad ea quæ prius obuia habuit caſtra filiorum acceſſit, diutiúſque ibidem commoratus eſt, vt ad concordiam filios adduceret. Quæ res in deteriorem partem accepta eſt à Ludouico, inſuſurrantibus nonnullis, ſtudere nimirum Pontificem filiis Imperatoris: iactantibus inſuper fore, vt eſſet excommunicaturus Pontifex quotquot inhærerent Imperatori. Quò factum eſt, vt veniens ipſe Gregorius ad Ludouicum, haud eo ſuſceptus [i] ſit honore, quo conſueuerunt prædeceſſores Reges Francorum ire obuiam, & excipere Romanum Pontificem. Conteſtatus autem ipſe Pontifex, ſe non aliam ob cauſam eſſe Româ profectum, niſi vt ortum domeſticum bellum ſedaret, pacémque inter parentem,

h *Gregorius in Gallias proficiſcitur, vt pacem inter patrem & filios initet.*

i *Gregorius ab Imp. non recipitur cum ſolito, & debito honore.*

& filios

ANNO DOM.

& filios conciliaret : ab eodem Ludouico dimittitur ad filios, rem cum ipſis tractaturus Sed cùm nihil conficeretur , illis implacabili odio in ipſum commotis, Gregorius [a] ,re infecta,mœrens Romam reuerſus eſt.

a Gregorius re infecta Romam reuertitur.

Cæterùm etſi ſint qui dicant , in ſuſpicionem adductum Gregorium Papam apud Ludouicum,quòd diutius apud filios manſiſſet , tamen euentus hanc penitus ſuſpicionem diſiecit ; ſiquidem ipſe,quod eis aduerſus patrem non fauerit,inſenſos ſibi reddidit. Cuius rei cauſa Lotharius reuerſus in Italiam , acerbiſſimum odium aduerſus eundem Gregorium , ipſam Romanam Eccleſiam perſequendo, manifeſtè declarauit , vt videre eſt infra ſub anno 836. quod ipſe Ludouicus intelligens, eidem , quibus valuit , auxiliis præſtò fuit. At verò tantùm abeſt,vt ſceleratis filiorum actibus conſenſeritGregorius Pontifex,vt ab eis factum patris abrogationis [b] decretum reſciderit.

b Gregorius reſcindit decretum abrogationis Imperatoris.

834. Hoc anno habetur generalis Conuentus [c] in Attiniaco Palatio , in quo inter cætera,mandatur à Ludouico Imperatore filio Pipino,vt quæ in ſuo regno ablata fuiſſent Eccleſiis , abſque cunctatione reſtituerentur , Legatis etiam per ciuitates, & monaſteria miſſis ſtatum Eccleſiaſticum penè collapſum in antiquum ſtatum erigi iuſſit : multa etiam ad politicum ſtatum pertinentia illic fuere conſtituta.

c Conuentus Attiniac.

835. In Theodonis [d] villa magno habitu conuentu Epiſcoporum, & aliorum,Ebbo Rhemenſis,auctor,vt Ludouicus Imperator priuaretur Imperio,ſuaſu Epiſcoporum, Epiſcopatu, vt eo indignus ſe abdicauit , reliquis,qui aſſenſerant,neceſſitatem excuſantibus,venia data. Condemnatus autem eſt Agobertus Lugdunenſis Archiepiſcopus,qui vocatus ad Synodum,venire diſtuliſſet.

d Conuentus Theodonis.

Paulò pòſt in METENSE [e] ciuitate , omnibus ſimul conuenientibus ſeptem Archiepiſcopis , ſeptem reconciliationis Eccleſiaſticæ orationes ſuper eundem Imperatorem , inter Miſſarum ſolemnia , pro plenaria reſtitutione Imp. magnis Deo ab omnibus gratiis actis cecinerunt.

e Concil. Metenſe.

Eodem anno Gregorius Romanus Pontifex monuit Ludouicum Imperatorem vt in Gallia [f] , atque Germania feſtiuitas omnium Sanctorum Calend. Nouembr. celebraretur , quæ hactenus Romani, ex Bonifacij Papæ inſtituto , celebrare conſueuerunt. Quod tum ab ipſo , tum ab Epiſcopis omnibus Franciæ, atque Germaniæ mira conſenſione acceptum fuit , & ingenti gratulatione peractum.

f Omnium Sanctorum feſtiuitas in Germania, & & Gallia quando celebrari cœpit.

836. Lotharius [g] moleſtè ferens , ſe titulo nominatum Italiæ Regem , & non niſi Longobardiæ,earum ſcilicet,quas poſſederant Longobardi, regionum potiri dominio,inuidere cœpit Romanæ Eccleſiæ , quæ liberalitate Regũ Francorum prædeceſſorum ſuorum,nobiliorem videretur Italiæ partem recuperaſſe. Quam ob rem contra iuſiurandum eidem Romanæ Eccleſiæ , cùm corona ornaretur,ab eo præſtitum,contráque ipſius parentis Ludouici , Caroli aui,proauíque Pipini ſancitas pro Romana Eccleſia ſanctiones , dominandi vniuerſæ Italiæ flagrans cupidine , Romanam Eccleſiam vexare cœpit , & eius homines crudeliter tractare. Quæ res animum Ludouici [h] ,licèt mitiſſimum, adeò exaſperauit , vt Legatos ad eum ſumma feſtinatione deſtinarit , ab incœpto deterrens , reuocans illi in memoriam,quòd quando illi Regnum Italiæ donauit , etiam Eccleſiam Romanam commendauit , & quam ab aduerſariis defendendam ſuſceperat , nequaquam à ſuis diripi permitteret,monens de præſtitis nuper ſacramentis:quæ ſi contemneret,non impunè illi futurum. Iuſſit etiam , vt militares annonæ, & ſtatiua ſibi parata eſſent more in Italiam ad limina Apoſtolorum venturo. Quod ne faceret [i] , irruptio Normandorum in Friſiam impediuit : aduerſus quos pergens , Legatos duos ad Lotharium , qui reſponſum ſibi ab eo referrent , miſit,& ad Gregorium vnum,qui de neceſſariis eum conſuleret , & bonam ſuam erga Eccleſiam voluntatem ſignificaret.Lotharius de rebus quarundam Eccleſiarum ablatis, alia reſtituit , alia reſtituere ſe non poſſe reſpondit. Gregorius Ludouici legatione,grauiter decumbens mirificè eſt recreatus , & miſit ad eum duos Legatos , qui gratias illi agerent , & Lotharium accuſarent,quos Bononiam progreſſos, Lotharius ne longiùs procederent,impediuit. Epiſtolam tamen Imperatori deſtinatam, occultè perferendam curauit.

g Lotharius contra Eccleſiam Romanam.

h Ludouic. Imp. pro Eccleſ.Romana.

i Imp.Lud.impeditus ne Romam veniret.

Eodem

a *Synod. Aquiſgran.*

Eodem anno, 8. Idus Febr. Indict. 14. celebrata reperitur SYNODUS [a] AQUISGRANENSIS, ſub eodem Ludouico Imperatore. In ea præcipuè actum de vtilitatibus Eccleſiæ, & bonis ablatis reſtituendis. Itaque ex Imperiali auctoritate, & Epiſcoporum monitus eſt Pipinus, & ſui, quanto cum periculo res Eccleſiæ vſurpentur. Quę libenter monita ſuſcipiens Pipinus, etiam per auunculi inuaſionem vſurpata libenter reſtituit.

b *Conuent. Lugdun.*

Eodem quoque anno apud LUGDUNUM [b] alius Connentus eſt habitus Epiſcoporum, & cui idem Ludouicus, cum filiis interfuit, excepto Lothario, qui eſt impeditus, eo quòd hoc anno morbo laborauit, ita flagellis à Deo correptus, cùm inconceſſa tentaſſet. Porrò in hoc Concilio agitata eſt cauſa Epiſcoporum Lugdunenſ. & Viennenſ. qui rei coniurationis in Imperatorem, vocati non comparuerunt, in quos abſentes, ſententiam ferre detrectarunt.

c *Cometa apparente quomodo Imp. ſe diſponat, prouideq́; ſuper eum philoſophetur.*

Cometa [c] apparente, Ludouicus Imperator ſciens mutationem regni, mor- 837.
témque Principis per hæc ferè ſigna portendi, pro ſua magnanimitate, & prudentia: *Non alium*, inquit, *timere debemus, præter illum, qui noſtri, & huius Syderis creator eſt. Sed eius clementiam non ſatis laudare, & mirari poſſumus, qui noſtram inertiam, cùm ſimus peccatores, & impœnitentes, talibus indiciis dignatur admonere. Quia ergo & me, & omnes communiter hoc oſtentum tangit; omnes, pro poſſe, & ſapere, ad meliora feſtinemus, ne fortè miſericordiam illo prorogante, & noſtra impœnitudine impediente, nos illa inueniamur indigni.* His dictis, vnumquemque ad ſua ſe colligere præcepit, noctémque illam peruigilem, ac Dei laudibus, & obſecrationibus honoratam, luci ſuperuenienti præſentauit. Cuius crepuſculo miniſtros aulicos vocauit, & eleemoſynas quàm largiſſimas pauperibus, ac ſeruis Dei, tam Monachis, quàm Canonicis porrigi iuſſit, Miſſarúmque ſolemnia per quoſcunque potuit, celebrare fecit, non tantùm ſibi metuens, quantùm Eccleſiæ proſpiciens.

d *Conuent. Cariſſ.*

In his Imperator, tota æſtate conſiſtens, induxit generalem Conuentum [d] in CARISSIACO, cui & Pipinus filius ex Aquitania interfuit, vbi Imperator Carolum filium Regem partis Neuſtriæ declarauit, & vtrumque ad ſua regna dimiſit.

e *Ludou. Imp. defenſionem, & protectionem Eccleſ. S. Petri filiis ſuis legat.*

Hoc anno, mortuo Pipino Rege Aquitaniæ, Ludouicus Imperator alia [e] ra- 838.
tione prouincias inter filios partitus, iſtud pro immunitate Eccleſiæ eis præſcripſit: *Super omnia autem*, inquit, *iubemus, atque præcipimus, vt ipſi tres fratres curam, & defenſionem Eccleſiæ S. Petri ſimul ſuſcipiant, ſicut quondam, à proauo noſtro Carolo, & auo noſtro Pipino, & beatæ memoriæ genitore noſtro Carolo Imperatore, & à nobis poſtea ſuſcepta eſt: vt etiam cum Dei adiutorio ab hoſtibus defendere nitantur, & iuſtitiam ſuam quantum ad ipſos pertinet, & ratio poſtulauerit, habere faciant. Similiter de cæteris Eccleſiis, quæ ſub illorum fuerint poteſtate præcipimus, vt iuſtitiam ſuam, & honorem habeant: & Paſtores, atque Rectores venerabilium locorum habeant poteſtatem rerum, quæ ad ipſa pia loca pertinent, in quocunque de his tribus fratribus illarum Eccleſiarum poſſeſſiones fuerint.* Vide etiam ſupra anno 806.

f *Conuent. Cabilon.*

Ludouicus Imperator CABILONI [f] Conuentum habuit, quo de rebus 839.
Eccleſiaſticis, atque politicis componendis actum eſt. Imperator Ludouicus filium rebellantem, ducto in eum exercitu, ad ſpontaneam reconciliationem adegit: Aquitaniámque ob nepotem Pipinum inofficioſè prætermiſſum, commotam compeſcuit.

g *Appellatio ad Sedem Apoſt.*

Eodem anno Aldricus Cenomanenſis Antiſtes, grauem à Comprouincialibus Epiſcopis paſſus inuidiam, ad Gregor. [g] Pontificis Romani tribunal appellauit. Et quia ab iiſdem laceſſebatur; ideò Gregorius Papa his occurrere volens, aliíſque conſulere, epiſtolam ſcripſit ad vniuerſos Epiſcopos, in qua multa de auctoritate Sedis Apoſtolicæ, & iure ad eam appellandi habentur. Eam ex veteribus Bibl. Vaticanæ monumentis editam, lege in Annalibus. Ex ea Gratianus complura decreta intulit in Decretorum volumen.

Ludouicus filius indignans, quòd Carolus ex alia coniuge genitus, & natu mi- 840.
nimus, ſibi prælatus fuiſſet, rurſus ad arma conuerſus, Alemaniam, cum Saxonibus, & Turingis incurſant. Aduerſus quem Ludouicus Imperator per Quadrageſimam mouens exercitum, eum fugauit, & ad proprium Regnum redire compulit.

ANNO DOM.

Indicto autem generali Conuentu [a] in vrbe Vangionum, Lotharium ex Italia acciuit, cùm Carolus cum matre Iudith in Aquitania longè abeſſet. Quo tempore Sole prodigioſè obſcurato, Ludouicus ex fatigatione corporis, & animi ægritudine in morbum grauiſſimum incidit. Theſaurum priuatum diſtribuit. Inſignia Imperialia ad Lotharium miſit. Ludouico filio omnes iniurias remiſit, rogans Epiſcopos, vt illum grauiter de violata paterna pietate admonerent: & paulò pòſt è vita [b] migrauit anno ætatis 64. Regni Aquitanici 37. Imperij 27.

a Conuent. Vangion.

b Ludou. Imp. moritur.

841. Hoc anno Lotharius Pij filius Imperator creatur.

842. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] AQVISGRANI, quo Regnum Franciæ à Lothario ad Ludouicum, & Carolum fratres eſt tranſlatum. Epiſcopi id faciunt, hac de cauſa. Lotharius mouens ſuum exercitum in fratres, à quibus fugatus, regnum deſeruiſſe viſus eſt. Fratres igitur Palatium Aquis, quod tunc Sedes prima Franciæ erat, petunt, & quid de fratris regno agendum ſit, Epiſcopos, quorum pars maxima aderat, conſultant. In quo agnoſcas pietatem Regum [d] Francorum: haud audent auſpicari magna, abſque Concilio Epiſcoporum. Quibus Epiſcopis Lotharij geſta conſiderantibus, quomodo Patrem regno expulerit. Quoties periurus ipſe Patri, fratribúſque, populum Chriſtianum periurum ſua cupiditate fecerit. Quot homicidia, adulteria, incendia, omnigenáque facinora, ob eius regnandi cupiditatem, patrata Cùm nullam Rempublicam gubernandi ſcientiam habeat, nec bonam voluntatem. Quibus ex cauſis non immeritò, ſed iuſto Dei omnipotentis iudicio, & prœliis fugatus ſit, & à proprio Regno fugam inierit, & illud omnium conſenſu [e], & iudicio fratribus, ſe melioribus, ad regendum tradiderit: nec prius tamen illud eis tradiderunt, quàm rogati, ſe illud, iuxta voluntatem Dei, quantum ſcirent, & poſſent, adminiſtraturos. *Propterea*, inquiunt, *illud auctoritate diuina ſuſcipiatis, & ſecundum Dei voluntatem, & legem illud regatis, monemus, rogamus, atque præcipimus.*

c Concil. Aquiſgran.

d Francorum Regũ pietas, vt conſilio Epiſcoporum magna auſpicentur.

e Epiſcopi regnum à Lothario Imp. transferunt in fratres.

Notate Politici [f] Nouatores, vt Epiſcopi Francorum Iudices ſederint, de regno, & Regibus iudicaturi, atque ſua ſententia (quod maius eſt) Imperatoris Lotharij Regnum hæreditarium tranſtulerint in Ludouicum, & Carolum, appoſita, vt audiſtis, eâ præceptione, quæ & mox fuit executioni mandata: delectus ſiquidem ab vtraque parte duodenis, illis regni partitio permiſſa, in quibus Hithardus vnum ſe fuiſſe, ait: quantò magis Romanus Pontifex Francorum Regnum ab Hilderico ſtupido transferre potuit in Pipinum, quod vos abnegatis.

f Politici Nouatores notent.

Eodem anno CONCILIVM [g] CONSTANTINOPOLITANVM habitum eſt, quo hæreſi Iconoclaſtarum damnatâ, cultus Imaginum Conſtantinopoli eſt reſtitutus: eiectóque Ioanne Patriarcha hæretico, Methodius Orthodoxæ fidei defenſor, ſubrogatus fuit. Sic igitur hæreſis illa, quæ Conſtantinopoli ante centum viginti annos è portis inferni, magno faſtu, auctore Imperatore, potens, ac furens erupit, & repreſſa ſæpiùs, rurſus ſanguine Sanctorum ebria, audacius in Eccleſiam Orientalem eſt debachata; hoc anno tandem penitùs extincta fuit.

g Concil. Conſtantinopol. Imaginum cultus reſtituitur.

843. Lotharius à fratribus victus, amiſſo regno, pluribus legationibus, quod amiſerat, ſuppliciter [h] ſibi reddi poſtulauit: cui aſſentientes pij fratres, paci populorum conſulentes, nouam regni partitionem, arbitrio Epiſcoporum permiſere.

h Lotharius ſupplex denuò à fratribus partem regni accipit.

Eodem anno Gregorius IV. [i] Papa, cùm ſediſſet annos 16. diem clauſit extremum.

i Gregor. Papa moritur.

SCHISMA [k] DVODECIMVM.

k Schiſma XII.

844. Conſultantibus proceribus Cleri Romani, Optimatibus, vniuerſóque populo pro eligendo Pontifice, in SERGIVM Archipresbyterum conſenſerunt. Cùm repente Ioannes quidam Romanæ Eccleſiæ Diaconus, collecta agreſti turbulentorum, & ſeditioſorum turba, telis armata, in Patriarchium Lateranenſe per vim irrupit, omnibus, qui in eo erant, ſtupore defixis. Sed poſt horæ ſpacium, turba illa, timore correpta, eo relicto defluxit. Principes verò Romani rei indignitate commoti, communi conſilio vniuerſi conuenientes ad Baſilicam Beati Martini,

a Sergius Papa eligitur.

SERGIVM [a] Archipresbyterum, omnibus virtutibus probatiſſimum de Eccleſia extractum, magno comitatu, laudes eius reſonantes, cum Hymnis, & Canticis ſpiritualibus, in Lateranenſe Patriarchium deduxerunt, & Pontificem elegerunt. Prædictum verò Ioannē Diaconū, arctâ, pro tanta temeritate, incluſum cuſtodia, à Concilio Antiſtitum, ſuo priuari honore, & membratim laniari voluerunt: quod fieri, minimè paſſus [b] eſt clementiſſimus Sergius Præſul. Actum demum, exultantibus omnibus, ſanctiſſimus vir in Apoſtolica B. Petri ſacratiſſima Sede ordinatus, conſecratuſque eſt Pontifex.

b Sergius Papa Ioannē ſchiſmaticum à nece liberat.

Quæ conſecratio cùm ad aures Lotharij Auguſti peruenisſet, Drogonem Metenſis Eccleſiæ Archiepiſcopum, cum excellentiſſimo filio Ludouico, exercitu, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus Romam miſit. De quo Ludouici Romam aduentu, Ado Viennenſis ſub anno 841. huius ſæculi ſcriptor ſic habet: *Lotharius filium ſuum Ludouicum, quem in Italia Regem fecerat, vt Imperatoris nomen ſortiretur per Drogonem patruum Romam miſit. Cui Sergius, iam tunc Pontifex coronam impoſuit, & acclamante vniuerſo populo, Imperator, & Auguſtus eſt ſalutatus.* Hæc Ado, de quibus redarguas impudentiam ſchiſmatici [c] Sigeberti, dum ait, miſſum à Lothario Romam Ludouicum ad confirmandam electionem Sergij Papæ. Hæc ipſe pro animi libitu, in gratiam eius, cui inhæſit, contra Pontificem ſchiſmatici Imperatoris.

c Sigebertus arguitur.

Hoc anno ſecundo regni Ramiri, ſiue Ranimiri Regis, Oueti in Hiſpania contigit admiranda [d] illa omnium celeberrima, omni ſcriptorum genere celebrata victoria aduerſus Saracenos, obtenta diuinitùs, cùm renuente Rege, turpe illud tributum Saracenis pendere, quinquaginta puellarum nobilium, & quinquaginta de plebe, & bellum aduerſus eos parante, viſus eſt illi S. Iacobus Apoſtolus, diuini ſpe auxilij, in bellum impellens: & denique viſus eſt ante aciem aduerſus barbaros impios dimicare.

d Victoria celebris in Hiſpania ope S. Iacobi Apoſtoli habita.

Hoc anno celebratum eſt in Gallia CONCILIVM [e] BELLOVACENSE, in quo decennio poſt Ebbonis depoſitionem (de qua ſuperius actum eſt) occupata interim Eccleſia Rhemenſi à Fulquo Presbytero, & ab Othone ſucceſſore, Hincmarus Monachus S. Dionyſij Pariſienſis, à Clero, à populo, & à Concilio electus, & ordinatus eſt. Quam electionem Carolus Rex, Caluus dictus, gratiſſimam habuit. Ex Frodoardo *lib. 3. de Eccl. Rhem.* 845.

e Concil. Bellouacenſ.

Eodem anno MELDENSE [f] CONCILIVM celebratum eſt contra rerum Eccleſiaſticarum peruaſores: & eos, qui contra Patrum decreta, & totius Chriſtianæ Religionis conſuetudinem in iudicandis, & regendis perſonis Eccleſiaſticis ſæcularibus, & regularibus ſe ingerebant. Hæc & reliqua plurima Gallorum vlcera, vngue Eccleſiaſtico Patres penetrarunt, & medicinam ab ipſo Rege eſſe voluerunt: memores illius: *Omne caput languidum, & ideo omne cor mœrens.* Auſcultauit Carolus Rex Eccleſiaſticam diſciplinam: & quæ Rhemenſi Eccleſiæ abſtulerat, reſtituit.

f Concil. Meldenſe.

Hoc eodem anno Bulgari [g] ad fidem conuertuntur.

g Bulgarorum conuerſio.

h Conci. Pariſ.

CONCILIVM [h] PARISIENSE hoc anno celebratum eſt, quo Meldenſis Synodus abſoluta eſt: vel ſaltem, illos, quos conſtituerant Canones, promulgauit. In hoc enim toti incubuerant Patres, vt Carolum Regem impellerent ad reſtituenda bona erepta, & inter Comites diſtributa, necdum reſtituta. Nonnulla Monaſterio Ferrarienſi abſtulere: ſicut ei Lupus Abbas *epiſtola 46.* inculcat. 846.

i Concil. Pariſ.

CONCIL. [i] PARISIENSE hoc anno habetur in cauſa Ebbonis: nam Sergius Papa interpellatus litteris Lotharij Imperatoris commoti aduerſus electionem Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi, Legatos miſſurus in Gallias ad cogendam Synodum Rhemenſem, in qua eadem cauſa cognoſceretur, litteras ſcripſit ad Carolum Regem, vt Epiſcopos in eius regno conſtitutos, ad Synodum Treuerenſem venire ſineret: ſed morte eiuſdem Sergij Papæ, ad Leonem IV. eius ſucceſſorem res delata eſt. Quæ autem in eadem cauſa tum temporis tranſacta ſint; Frodoardus in ſua hiſtoria Rhemenſi narrat *lib. 3. cap.* 847.

k Sergius moritur.

Sergius autem Papa, vbi ſediſſet annos 3. & menſem 1. obiit [k] pridie Idus Aprilis. Eo defuncto, Sedes non vacat, ſed eadem die, omnium conſenſu

ANNO DOM.

LEO IV.Romanus [a] ſufficitur,qui obſtint Lothario, & Ludouico Impp.vendicantibus ſibi confirmationem Romani Pontificis electi,vel qualecunque aliud ius,quod ſibi iidem Impp. in eiuſdem electione, vel conſecratione arrogate tentaſſent. Euicitque,vt iidem conſenſerint, ne ea, niſi ex Canonum præſcripto fieri deberet. Hac moleſtiâ liberatus Leo, animum ad inſtaurandas, ornandas, & ditandas Eccleſias appoſuit,Saracenorum incurſione violatas,& expilatas.

a *Leo Papa ſufficitur.*

Cùm autem Saracenos [b] cum magna claſſe,diripiendæ vrbis cauſa aduentare audiuiſſet,ſtatim cũ quanta potuit manu,Oſtiã proficiſcitur,eóq; omnes auxiliares copias [c] conuocat, cum hoſtibus dimicaturus, ſi copiam pugnandi feciſſent. Suos autem ſanctiſſimus Pontifex ad communionem primò adhortatus, vbi id obſequentiſſimè feciſſent,orationem ad Deum his verbis habuit: *Deus cuius dextera B.Petrum ambulantem in fluctibus,ne mergeretur,erexit, & coapoſtolum eius Paulum tertiò naufragantem,de profundo pelagi liberauit*, &c. His dictis,ſtatim facto ſigno Crucis, pugnandi copiam fecit: qui ita alacriter pugnam iniere, ac ſi victoriam certam ſibi propoſitam viderent. Tandem verò poſt longum, & acre certamen,hoſtes ſuperantur, fugantúrque,multi in prælio ipſo,vtpote nauali, periere: plerique tamen viui capti, & Romam perducti ſunt, &c. Moritur autem Leo vir ſanctiſſimus,Pontificatus ſui ann.8.m.3.d. 6. 16. Cal.Aug.Sepelitur in Vaticano, & vacat Sedes m.2. & d.15.

b *Saraceni Romam inuadunt.*

c *Pontifex cum valida manu, inito prælio eos fugat.*

Sub hoc Pontifice Alidolphus Angliæ Rex, religione motus, facit ſuam Inſulam [d] Rom.Eccleſiæ tributariam, & præcepit, vt ex qualibet domo quolibet anno ei denarius vnus ſoluatur. Is, cùm Subdiaconus [e] eſſet Ordine initiatus, nec alium fratrem haberet,qui in regnum paternum ſuccederet,à Leone diſpenſatus, vxorem accepit.*Platina.*

d *Angliæ Reg. S. R. E. tributarium.*

e *Subdiacono diſpenſatur vt vxorem ducat.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

MOGVNTIÆ [f] hoc anno 847.SYNODVS congregata eſt,eadémque prima dicta ſub Rabano,qui hoc anno,eiuſdem Eccleſiæ, defuncto Otchgario, Epiſcopus creatus eſt,malè relata à Collectore Conciliorum in annum Dom. 834. Occaſio huius congregandi Concilij,eadem quę Meldenſis fuiſſe cognoſcitur:quòd cùm à laicis [g] bona Eccleſiarum,iura pariter,& perſonæ aſſiduè inuaderentur,deque his frequentes apud Regem querelæ eſſent,vt is ipſe liberaret malis Eccleſias egit,vt huiuſmodi prouinciale Concilium colligeretur, cui Archiepiſcopus Rabanus,vir doctrina valdè inſignis præeſſe deberet. Præcipua igitur Patrum intentio in hoc Concilio fuiſſe videtur, vt conſulerent rebus Eccleſiaſticis per laicos, mirum in modum diuerſis prætextibus proculcatis.

f *Synod. Mogunt.*

g *Laici bona, & iura Eccleſiæ inuadebant.*

848. Hoc anno II. SYNODVS [h] MOGVNTINA ſub Rabano Archiepiſcopo circa Calend.Octobr.celebratur, in qua Rex Ludouicus Legatos fratrum ſuorum, & Northmannorum, Sclauorúmque ſuſcepit,audiuit, & abſoluit. Homines autem Rabani Epiſcopi aduerſus Dominum ſuum conſpirantes, publicè conuictos,cum eo pacificauit.Legatos ſuos ad fratrem ſuum Lotharium in Theodonis villa Placitum habentem,pro Giſleberto,qui eodem anno ad fidem eius venerat, reconciliationis gratia direxit. Hotheſcalchus quoque quidam Presbyter,de prędeſtinatione Dei praua ſentiens, rationabiliter, vt plurimis viſum eſt, conuictus, & ad proprium Epiſcopum Hincmarum Rhemenſem tranſmiſſus eſt, prius tamen iuramento confirmans,quòd in regnum Ludouici vltrà non rediret.*Annales Franc.*

h *Synod.Mogunt.*

Eodem anno Leo Pont.vrbem [i] Leoninam condidit aduerſus irruptiones Saracenorum. Ita Baſilica S.Petri,quæ extra vrbem erat,intra vrbem eſſe cœpit.

i *Leonina vrbs Romæ conditur.*

849. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [k] TVRONENSE aduerſus Homenorum Ducem Britonum Britanniæ iunioris, qui litteras Pontificias [l] contemnens,à Deo punitur ſubitaneâ morte. Enim vt reprimerent aliqua ratione Patres Concilij, poſtquam illi ſua quamplurima facinora exprobrarunt, hæc addiderunt: *Satis hæc ad tuam perditionem ſufficiebant: ſed ad cumulum malorum auxiſti temeritatem, & omnem læſiſti Chriſtianitatem, dum Vicarium B.* [m] *Petri Apoſtolicum,cui dedit Deus primatum in omni Orbe terrarum,ſpreuiſti. Cùm enim eum poſtulaſſet,vt in libro ſuo te ſcriberet, & pro te Dei clementiam exoraret: & ille directis litteris ſe id facturum promiſiſſet, ſi ſe monentem obediens audires: non ſolùm nihil eorum, quæ*

k *Concil. Turonenſe.*

l *Dux Britonum litteras Papæ contemnens, punitur ſubitanea morte.*

m *Vicarium Chriſti qui offendit,totam Chriſtianitatem offendit.*

Anno Dom.

mandauerat feciſti, ſed ne litteras quidem ipſas recepiſti. Et quia nolebas à malo deſinere, timuiſti bene monentem audire. In eo igitur læſiſti Apoſtolos, quorum eſt Princeps Petrus, læſiſti Epiſcopos, qui iam cum Deo regnant in cælis, & miraculis coruſcant in terris: læſiſti & nos, qui etſi non habemus eorum meritum, idem tamen diuina gratia poſſidemus officium. Lambertum quoque Epiſcopum feciſti tuum participem, imò auctorem perturbationis populi Chriſtiani. Iube afferri libros diuinos, & in eis comminantem Dominum audies: Impio præbes [a] *auxilium, & his, qui eum oderunt, amicitia iungeris: & non ſolùm qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus, dignos eſſe morte inuenies.* Plura addiderunt Epiſcopi, concludentes, quòd ſi non auſcultaret, ſciret, anathematis vltionem in Tartaro ſibi, & Lamberto præparatam.

a *Cum Dei inimicis non licet Catholico ſe coniungere.*

Hoc anno habita eſt REGIATINA [b] SYNODVS ad mores. 850.

b *Synod. Regiatina.*
c *Ramiri Regis fauſta.*

Eodem anno Ramiri [c] Regnum, tempore breue, gloria rerum geſtarum celeberrimum fuit, grauiſſimo ſeruitutis iugo à piorum ceruicibus depulſo, compreſſaque inſolenti Mauricæ gentis audacia. Quòd enim Hiſpaniæ antiqua dignitas reſtituta eſſet, vnius Ramiri virtuti, & perpetuæ fœlicitati acceptum feratur, neceſſe eſt. Foris clarus, domi admirandus: nec bellica gloria, quàm pacis artibus maior. Magica ſacra, cantionéſque ſupplicio coërcuit: furta, quorum erat magna licentia, eruendis oculis latronum iuſtiſſima pœna, auferri amplius delicti facultatem abſtulit.

d *Conciliab. Cordub. quo martyrium vetitum eſt.*

Hoc anno CONCILIABVLVM [d] CORDVBENSE habitum eſt, in quo 852.
Epiſcopi Arabi Regi inhærentes, ei ſuaſerunt, vt martyrium vetaretur; ex quo doloſo inuento, omnes Epiſcopi, & Sacerdotes carceribus ſunt educti. Concilio interim Pſeudoepiſcoporum coacto, vetitum eſt martyrium, demptúſque eſt cultus Sanctorum Martyrum: erecta perfidia, atque depreſſa confeſſio, cùm dicerent, qui violenter ad abnegationem fidei non adigerentur, ſed propria voluntate diſcrimini ſe offerrent, inter Martyres non habendos, idque eo maximè, quòd miracula, vt olim Martyres, non ederent, nec eorum corpora incorrupta manerent.

e *Concil. Mogunt.*
f *Concil. Sueſſion.*

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM [e] MOGVNTIÆ III. ad mores.

SVESSIONE [f] in Gallia CONCILIVM habetur, cui & Carolus Rex vo- 853.
luit eſſe præſens. Actum eſt in eo de cauſa eorum, qui ordinati fuerant ab Ebbone Rhemenſi Archiepiſcopo, qui primùm, ſub Ludouico Imperatore Sede priuatus, operâ Lotharij Imp. per Synodum comprouincialium Epiſcoporum fuerat reſtitutus, cùm & complures in eadem Eccleſia Clericos ordinauit; ſed eo, opera Caroli, abire coacto, Hincmarus in locum eius fuit Epiſcopus ſubſtitutus. Hic, cùm iam anno ſuperiori idem Ebbo deceſſiſſet, ordinatos ab eo recipere nolens, hanc Synodum celebrandam curauit, in qua eorundem Clericorum ab Ebbone ordinatorum damnatio facta eſt. Portò hæc cauſa Rhemenſium Clericorum per annos [g] 16. nempe vſque ad ann. 869. ventilata eſt iudicio Sedis Apoſtolicæ. Quòd verò caſſata prorſus, & abolita fuerit à Nicolao Papa, malè inter probatas Synodos, in poſteriori editione Conciliorum voluminum fuit relata. Ex eadem Synodo miſſi ſunt à Carolo Rege aliqui delegati, qui Monaſteria, & Eccleſias totius regni Franciæ viſitarent, & ſi quid dignum reformatione, vel reparatione inuenirent, decreto Synodali ſtatuerent: & omnia eis ablata, auctoritate Regia reſtituerent: atque à Northmannis, vel Saracenis diruta templa, & alia ſacrorum virorum ædificia inſtaurarent.

g *Cauſa per 16. annos ventilata.*

h *Concil. Rom.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [h] ROMANVM à Leone Papa 67. Epiſcoporum, ex quibus 4. ab Imperatoribus Lothario, & Ludouico deſtinati: in quo de conſilio sereniſſimorum Imperatorum ſancita 42. Capitula, ad Chriſtianam diſciplinam, & morum correctionem reſtituendam. In hoc denique Concilio poſt cætera, Anaſtaſius Presbyter Cardinalis tit. B. Marcelli, ab omnibus Canonicè [i] eſt depoſitus, eo quòd parochiam ſuam per annos 5. contra Canonum inſtituta, deſeruit, & in alienis huc vſque demoratus, qui neque ad duo pro eo congregata Concilia, venire volens, neque per Apoſtolicas epiſtolas, neque per tres vocatus Epiſcopos; ideò meritò vno conſenſu, ſecundùm quod de talibus ſacris continetur Canonibus, eum ſancta Synodus depoſuit, & Sacerdotali honore priuauit. *Anaſtaſ.*

i *Cardinalis deponitur.*

De hoc Pont. refert Grat. *in cap. Nos ſi incompetenter.* 2. *q.* 7. quòd iudicio Mi-

chaelis,

ANNO DOM. 853.

chaelis, & Legatorum eius ſe ſubiecit, ex quo facto, & ex alio ſimili Symmachi Regis temporalis iudicio ſe ſubmittentis, vt ſumitur ex Conc. III. Romano ſub eodem. Item Gregor. Papa, vt refertur *in cap. ſi quis. 2. q. 7.* ſic ait: *Si quis ſuper hu nos arguere voluerit, & extra auctoritatem nos facere contenderit, veniat ad Sedem Apoſtolicam, &c. & ibi ante confeſſionem S. Petri mecum iuſtè decertet, quatenus mihi vnus ex nobis ſententiam accipiat ſuam.* & Sixt. III: vt refertur *in cap. mandaſti. 2. q. 5.* cùm iniuſtè criminaretur, coràm Valentiniano Auguſto, & Synodo ſe purgauit: addidit tamen: *Sed non aliis, qui noluerunt, aut ſponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumq́ dans.* Idémque refertur de Leone III. *in cap. auditum. ead. cauſa, & quæſtione.* De Marcellino quoque quòd iudicio Sinueſſani Concilij ſe ſubiecerit, omnibus manifeſtum eſt. Ex quibus omnibus factis, aliquibus videtur, Papam poſſe [a] ſe ſubiicere ſpontè iudicio vel Imperatoris, aut Regis, vel ſaltem Concilij.

Veritas tamen eſt, quòd Papa [b] non poteſt ſe ſubmittere in foro exteriori iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, ſeu ſpirituali alteri commiſſæ quoad vim coactiuam eius, ſiue directè in cauſis ſpiritualibus, ſiue indirectè in temporalibus, tam omnibus, quàm ſingulis, vel vna, aut altera cauſa. Ita ſentiunt Bellarminus *lib. 2. de Concil. capite* 18. Turrecremat. *lib. 2. Summæ. capite* 104. *&* 105. Caietanus *tract. 2. de poteſt. Papæ.* Sed ſolùm poteſt Papa ſe ſubmittere iudicio alterius, tanquam arbitro, non tanquam proprio iudici, iuriſdictione vtenti, in ipſam perſonam Pontificis. Ita Sanctus Thomas 2. 2. *quæſt.* 67. *artic.* 1. *in ſol. ad* 2. & ſic ſe ſubiecit Leo IV. & idem dicendum eſt de Symmacho: in quo tamen facto conſiderandum eſt, cùm Theodoricus abuti vellet modeſtia Pontificis, & per modum ſuperioris iudicare, clamaſſe Concilium, *Pontificem à nemine iudicari poſſe*: vtique illo modo, ipſo etiam conſentiente. Sicut etiam in Concilio Sinueſſano de Marcellino conclamatum fuerat: & ſimiliter alia facta Sixti, & Leonis III. clariora ſunt, quia in eis Pontifices non ſe ſubmiſerunt aliorum iudicio: ſed ſolùm ad tollendum fortaſsè ſcandalum, ſe voluntariè purgare voluerunt, vtique vel publico iuramento, vel aliis probationibus, vel rationibus innocentiam ſuam oſtendendo.

a *Papa an ſponte poſſit ſe ſubiicere iudicio Imp. vel ſaltem Concilij.*

b *Papa quoad vim coactiuam non poteſt ſe alieno iudicio ſubmittere, niſi tanquam arbitro.*

De fictione [c] Ioannis Papæ fœminæ.

c *Ioannis Papæ fœminæ fabula diſcutitur.*

Hoc ipſo anno, ab auctore, qui poſt ducentos & triginta annos vixit, & ſcripſit, Mariano Scoto, ponitur primùm falſiſſimè obitus Leonis Papæ, qui & viſam adhuc ad duos annos etiam propagauit, Anaſtaſio Bibliothecario teſte, qui hoc viuebat tempore, atque præſens omnibus, vt teſtatus, ea ipſa ſcribebat. Stultiſſimè verò ei ſubrogata mulier aſſeritur, Ioanna nomine, quæ ſederit annos duos, menſes quinque, & dies quatuor. Hic quidem huius portentoſæ fabulæ auctor, Marianus Scotus, à quinquageſimo [d] octauo anno, poſt milleſimum, ad milleſimum octogeſimum ſextum vixit. Erant ea ipſa tempora, quibus Marianus ſcribebat, cùm Henricus III. Imperator (vt ipſe narrat) ſchiſmate cum ſuis ab Eccleſia Catholica deſciuerat: cùm & promulgato à Gregorio Papa VII. aduerſus Clericos concubinarios decreto, complures ex illis (vt ait) delegerint expelli potiùs ab Eccleſia, quàm concubinas expellere. Addendum his, quòd eo ipſo tempore, iam de fœmina ordinata in Sede [e] Conſtantinopolitana Patriarcha fama ferretur, vt eſt in epiſtola Leonis IX. Romani Pontificis ad Michaëlem Patriarcham Conſtantinopolitanum, atque Leonem Acridanum, Romanam Eccleſiam maledictis proſequentes. Porrò ea, quæ ita erant fama vulgata de Eccleſia Conſtantinopolitana conuerſa in Romanam Eccleſiam à ſchiſmaticis, eam odio proſequentibus, & calumniis proſcindentibus, ita vt accepit, ipſe Marianus, eodem tempore ſcripſit. Fortaſsè id fama vulgatum, quòd Michaël Imperator, licèt per ludum, vnum è cinœdis ſuis fecerit Conſtantinopolitanum Patriarcham; qui cum aliis cinœdis, Epiſcopis pariter nominatis, obiret ſacra, aliáque exercere Pontificia munera. Vidimus de tempore, quo ſcribebat: videamus iam quid hoc eodem annò ſcripſerit.

d *Marianus Scotus quando vixerit.*

e *Conſtantinopolitana in Sede, fœmina ordinata.*

Anno, inquit, 853. *Leo Papa obiit Calend. Aug. huic ſucceſſit Ioanna mulier annis* 2.

ANNO DOM. 853.

menſ.5.d.4. Hæc in eodem impreſſo Codice, Heroldi opera, qui malæ fidei locum hunc, cum aliis multis, corrupit: nam in ſcripto Codice, ex quo produit prima Editio, ita legitur: *Ioannes, qui, vt aſſeritur, fuit mulier.* Triginta autem fermè annis poſt Marianum, Sigebertus, & ipſe ſchiſmaticus, in ſua Chronographia, eandem deſcribens fabulam, nulla aliqua firma vtitur atteſtatione, ſed incerta fama rantùm ferri, quod ſcribit, aſſerit. Poſt hæc factum eſt, vt plures alij eadem ſuis ipſorum, quas ſcripſerunt hiſtoriis intexuerint, aliique alia addiderint, vt mendacia vires ſumerent: adeò vt viri pij etiam rem maiorum proſequuti, quæ de his inuenerint, abſque delectu ſcripſerint. Totam hanc fabulam, in qua mirum quàm exultent Nouatores, plures eruditi, & pij viri, mendacij conuicerunt, ſed in primis Florimundus Remundus Conſiliarius Regius Burdegalenſis, Cardinalis Bellarminus *lib. 3. de Roman. Pontif. cap. 24.* Onuphrius *in addit. ad Platinam.* & latè Auctor Annalium. Nos breuiter pro inſtituti ratione, commentum hoc totum, non ſolùm falſum, ſed nec veriſimile, apertiſſimè oſtendemus.

a Confutatio fabulæ de Papa fœmina.

b Mulier nec minoris Ordinis Clericalis capax eſt. D. Thom. in 4. ſent. d. 25. q. 2. art. 1. q. 1. Sot. q. 1. art 1. conclus. 1. Syluest. in ſumma, verbo Ordo. 4. q. 1. Epiphan. hæreſ. 79. Denique traditio Eccleſiæ id probat, quæ nunquam aliquam fœminã nouit ordinatam.

Ridiculum autem eſt ſtudium Nouatorum [a] in hac fabula fulcienda, & ſuadenda, vt ex eo, continuatam hactenus ſucceſſionem Romanorum Pontificum iam eſſe ſuccisam, & interruptam oſtendant, quaſi, etiam ſi demus fœminam electam in Pontificem, Pontifex illa fuerit, quæ ne minoris quidem Clericalis [b] Ordinis capax ſit. Qua ratione ne primus quidem eius fabulæ ſcriptor Marianus inter Romanos Pontifices eam numeret: dum qui ante Leonem IV. vixit, Sergium numerat centeſimum primum: Leonem ſucceſſorem centeſimum ſecundum: Benedictum (illa abſque numeri nota prætermiſſa) legitimum Leonis ſucceſſorem centeſimum tertium ponit, & ſic deinceps. Qua certiſſima ratione nihil præterea, ex ea lucri capiunt Nouatores, niſi, vt dici poſſit, duobus illis annis, & menſibus, Sedem Pontificiam legitimo vacuam fuiſſe Paſtore, non tamen ob eam cauſam, ſucceſſionem à Chriſto per Petrum in poſteros continuatam, fuiſſe ſuccisam: nam & aliàs accidit, vt maiore etiam temporis ſpatio, Sedes Pontificia, dilata, per diſcordias eligentium, electione vacarit; nec tamen ſucceſſionem defiiſſe, quiſquam vnquam auſus eſt dicere.

Primùm igitur, nemo inficiabitur, quin Anaſtaſio res ſui temporis ſcribenti, maior fides adhibenda ſit, quàm Mariano, poſt duo ſæcula ſcribenti. At is diſertè ad hunc annum, quo Marianus Leonem obiiſſe ſcribit, duos addit vitæ annos, & Leoni non Ioannam fœminam, ſed Benedictum ſucceſſiſſe aſſerit.

Deinde verò ſilentium ipſum tanti temporis, de re tanta, tot emergentibus, tantum nefas declamandi occaſionibus, pluſquam mille dixeris iuratos teſtes eſſe ad certam, exploratámque fidem faciendam, de fabulæ vanitate, & falſitate. Certè quidem tam amici, facinus horrendum deteſtando, quàm hoſtes exprobrando, centies proclamaſſent.

Tertiò, quomodo Leo IX. in hoſtes ea de fœmina euecta in Patriarcham, ipſe obiicere auſus eſſet, ſi maiori infamia, atque turpiori dedecore id fuiſſet in Romanam Eccleſiam perpetratum? Certè de tam numeroſa multitudine, poſt Leonem, ſchiſmaticorum Orientalium Epiſcoporum, qui minima quæque arriperent ad Romanam Eccleſiam calumniandam, non eſt inuentus quiſquam, qui id illi obiiceret, etiam cùm apud Latinos id iactari cœpiſſet. Sed neque de hiſtoricis Græcorum, qui ab hoc vixerunt tempore, etiam ſchiſmaticis vel vnus extitit, qui probroſi eius facti meminerit. Nam quod apud vnum Laonicum Chalcondilam, nouiſſimum ſcriptorem, ea fabula reperitur eſſe deſcripta, id fraude interpretis, non auctoris, agnoſcitur factum.

c Scriptores de Papa fœmina quàm diuersè à ſe diſſideant.

d In nomine.

e in tempore.

Quartò, Latini ipſi, qui poſt multa ſæcula de ea fabula ſcripſerunt, adeò inter ſe [c] diſſident, vt magis eam deſtruant, quàm confirment. Diſſident in nomine [d], quo ipſam Ioannam antea nominatam volunt: nam alij Agnetem, alij Gibertam, alij Iſabellam, alij Margaritam, alij Tuttam, alij Dorotheam: præter quàm quòd, alij Germanam, alij Anglicanam dixere. Diſſident in nomine Papiſſæ Ioannæ, nam alij eam vocant Ioannem VII. alij VIII. alij verò IX. cùm tamen fuerint iidem legitimi Eccleſiæ Romanæ Pontifices. Diſſident [e] & in tempore; nam alij in hoc anno collocant 853. alij ſequenti;

alij

alij in anno 857. Octauo alij: qoidam 904. præter eos, qui ponunt eam poſt Martinum I. anno 653. alij poſt Ioannem V. anno Chriſti 686. Sed vnde, qui poſt Marianum primum auctorem, iſta ſcripſere, ab eo recedentes, iſta ſibi tam diuerſa finxere? Diſſident & in Sedis [a] tempore, dum alij eam ſediſſe tradunt anno vno, & menſe vno, & diebus 4. alij annis 2. totidémque menſibus, & diebus 4. alij duobus annis cum dimidio, duobus tantùm annis alij: alij verò quatuor tantùm menſibus. Diſſident etiam in fabulæ [b] narratione, vt ne vnus quidem reperiatur, qui conſentiat alteri: vt nulla penitùs hiſtoria ſit de nomine, loco, tempore, & rebus, quæ narrantur, adeò mendax, adeò inconſtans, & varia, & diuerſa, & omni penitùs veriſimilitudine carens. *Plura de hac re vide infra ſub anno 879.*

a *In Sedis tempore.*

b *In fabulæ narratione.*

854. Hoc anno ab Ignatio Patriarcha celebratum eſt CONCILIVM [c] CONSTANTINOPOLI, in quo depoſitus eſt Gregorius Epiſcopus Syracuſanus: & cùm à Leone, & ab eius ſucceſſore Benedicto confirmationem eius ſententiæ poſtulaſſent; hi tamen Sedis Apoſtolicæ moderamina ſequentes, noluerunt ſic vnam partem audire, vt alteri parti nihil penitus reſeruarent.

c *Concil. Conſtantinop.*

Eodem anno Etelulphus Rex Occidentalium Saxonum [d] in Anglia Romam venit, vt SS. Apoſtolorum limina viſitaret. *Matth. Vveſtmon.*

d *Rex Saxon. Romam venit ad limina.*

Ex damnatione hac Gregorij Syracuſani, dirum conflatum eſt ſchiſma. Hinc enim arrepta occaſione Gregorius hic vlciſcendi ſe de Ignatio Patriarcha, malis artibus curauit, eum deponi, & Photium Eunuchum, ex laico intrudi, vnde innumera ſecuta ſunt mala.

Nota autem, Synodalia acta, ſententias Patriarcharum, iudicia Epiſcopalia, indiguiſſe confirmatione primæ Sedis Pontificis. Quòd autem Sicilia ſub iuribus adhuc eſſet Orientis Imperatoris, quamuis occupata eſſet à Saracenis, primas cauſas vindicauerat ſibi Conſtantinopolitanus Epiſcopus, ita tamen, vt ſua acta, confirmatione indigere Apoſtolicæ Sedis non ignoraret.

855. Menſe Ianuario, viuente Leone, celebratur CONCILIVM [e] VALENTINVM in Gallia, quorundam Scotorum vagorum occaſione, quorum Princeps Gotheſcalcus, qui de prædeſtinatione, & præſcientia, prauas opiniones in vulgus ſpargere laborabāt, ex quibus Catholica doctrina corrumperetur. Aduerſus quos, inſurgentes Epiſcopi, vetuſtatem nouitati oppoſuerunt, nimirum, quòd olim in Africa in Concilio Carthag. iu Gallia Arauſicano II. ſtatutum fuerat, nempe, *bonos, non niſi per gratiam Dei ſaluari, malos per ſuam damnari impietatem.* Nec ipſos malos, vt ipſi dicebant, ideò perire, quia boni eſſe non potuerunt, ſed quia eſſe noluerunt. De hoc Gotheſcalco, horum auctore errorum, dictum eſt ſuperius in ſecundo Concilio Moguntino ſub Rabano. Poſt hæc autem in eadem Synodo, ad corrigenda mala, quæ per laicos Eccleſiis inferrentur, conuerſi ſunt Patres, ac in primis, ne qui nominarentur à Regibus Epiſcopi, ita indiſcuſſi reciperentur; ſed de doctrina [f], atque moribus diligentiſſimum haberetur examen. Vetuerunt inſuper, ne vtraque pars litigantium iurare ſimul compelleretur, cùm eſſet neceſſe alteram peierare. Sed & qui creuerat, graui animarum damno, in populo Francorum, abuſus, vt cauſæ ſæpiùs duello [g] dirimerentur, Canonica cenſura, dignáque cohibuere ſeueritate. Alia quoque ſtatuerunt.

e *Concil. Valentinum.*

f *Epiſcopi de doctrina, & moribus examinandi antequam ordinentur.*

g *Duella in Francia interdicta.*

Eodem anno, menſe Februario TICINI [h] CONCILIVM celebratur ab Epiſcopis Ciſalpinis, Ludouici Imperatoris monitu, inualuerat enim abuſus, vt non, vt olim conſueuere maiores, ipſi Epiſcopi Sacerdotali auctoritate per Canones, quæ viderentur, in Eccleſia conſtituerent, ſed vt ea per capita digeſta, in Palatium mitterent probanda ab Imperatore, quod factum videmus in Concilio Valentino, & in Ticinenſi.

h *Concil. Ticinum.*

Hoc eodem anno Leo Papa obdormiuit in Domino 16. Cal. Aug. cùm ſediſſet an. 8. m. 3. d. 5. relatus inter Sanctos. *Anaſtaſius.*

Hic Pontifex Octauam Aſſumptionis [l] B. Dei Genitricis diem, quam minimè antea Roma colebat, inſtituit.

l *Aſſumpt. B. Mariæ Octaua quando celebrari cœpta.*

Item, inquit Anaſtaſius, Crucem, quæ vt mos eſt antiquus, ferebatur [k] à Subdiaconis ante equum Pontificium, Deo adiuuante, in auro, & argento, & gemmis, melius renouauit.

k *Crux præferri ſolita equitanti Papæ.*

Anno Dom.

Benedictvs III. defuncto Leoni, abſque mora ſubrogatur omnium conſenſu.

Schisma tertivmdecimvm.

a *Lotharius, & Ludouicus Imperatores.*

Doluit Lothario, ac Ludouico [a] Imperatoribus, quòd in hac electione, ius quod prætendebant, non potuiſſent exercere; ideò Anaſtaſium tituli S. Marcelli Preſbyterum à Leone Papa damnatum, opera miſſorum Legatorum intrudere, vel armis introducere conati ſunt. Hominem omnium ſceleſtiſſimum, vt hoc vel vnicum factum demonſtrat. Iam Pontem Miluium armatis circundatus tranſierat, & in ciuitatem Leoninam cum Imperatoris Legatis intrauerat, cùm ad Baſilicam Principis Apoſtolorum irruens, tanta facinorá perpetrauit, qualia vix Saraceni ipſi. Imagines enim confregit, ignéque cremauit: & Synodum, quam ſuper Sanctuarij ianuas beatæ memoriæ Leo Papa pingere iuſſerat, deſtruxit. Et denique Ieſu Chriſti, eiúſque ſemper Virginis genitricis iconem bipenne ad ima deiecit.

b *Deteſtandum facinus.*

Deteſtabile [b] iſtud ſcelus Orthodoxi viderunt, & ingemuerunt: nec tamen vindicare, aut veſanum reprimere potuerunt. Is namque in Patriarchium Lateranenſe, vt erat armatis circumdatus, venit, & fores effregit, Benedictum legitimè electum, è Sede detraxit, & in carcerem, Pontificalibus exutum detruſit, atque hominibus ſæuiſſimis, olim à Leone damnatis, cuſtodiendum tradidit. Conabantur Legati Epiſcopos, & Clericos, & populos ad Sancta ſanctorum plorantes compellere, vt Anaſtaſium ſuſciperent. Fruſtra. Nulla enim ratione ſe [c] permoueri paſſi ſunt, vt toties damnatum illum, & millies meritò damnandum, pro Pontifice legitimo haberent. Ceſſerunt Legati precibus Orthodoxorum: & Anaſtaſio eiecto, Benedictum Pontificem, oſculatis eius pedibus, adorauerunt, & populo exhibuerunt. Inito Pontificatu, omnibus, qui in ſe peccauerant, indulſit, & ad ornandas, locupletandáſque Eccleſias, animum adiecit. His artibus, vitam ſanctiſſimam traducens, Pontificatus ſui anno 2. m. 6. d 9. moritur, & ſepelitur ante fores Baſilicæ S. Petri. Interim verò dies quindecim Epiſcopatus vacat.

c *Orthodoxorum conſtantia.*

d *Lothar. Imp. fit Monachus.*

Hoc eodem anno 855. Imperator Lotharius, relicto [d] Imperio, atque regno diuiſo, Ludouico Italiam, Lothario Regnum, quod in Francia poſſidebat, dedit, præter Prouinciam quam Carolo tradidit: cæteríſque rebus cunctis bene diſpoſitis, abdicans ſe ab omnibus humanis curis, Pruniacenſe ingreſſus eſt Monaſterium, vbi, Coma depoſita habitans, ſanctæ Religionis accepto habitu, fit Monachus. Demùm eodem anno 4. Calend. Octobr. ſpiritum Deo reddidit.

e *Rex Saxonum Romam deuotionis cauſa venit.*

Hoc tempore Rex [e] Saxonum ex remotiſſimis regionibus, trans mare Caſpium, Romam venit, ad limina Apoſtolorum, & diuerſa B. Petro Apoſtolo dona obtulit. 856.

f *Concil. Cariſſiac.*

Eodem anno celebratum eſt Concilivm [f] Carissiacvm. Cauſa congregandi Concilium fuit, quia in Galliis à rebellibus contra Carolum Regem tumultuatum eſt, ideò iis reprimendis, poſtulauit ab Epiſcopis, vt Cariſſiacum ad Synodum celebrandam conuenirent. Conuenerunt: & epiſtolam Synodicam ad factioſos ſcripſerunt: obſecrantes, vt arma deponerent, pacem optatam regno reducerent, & arma parricidialia deponerent.

g *Synod. Mogunt.*

Habita eſt hoc anno Synodvs [g] apud Mogvntiam circa Calend. Octobris, præſidente Carolo Archiepiſcopo, vbi inter alia, ventilata eſt cauſa de iure Eccleſiaſtico. 857.

h *Rex Angliæ tributum annuũ S. Petro aſſignat.*

Eodem anno in Anglia Ethelulphus Rex [h] Occidentalium Saxonum religioſiſſimus, moriens, teſtamento ſcripto diſpoſuit, vt in ſingulos annos trecentæ mancuſæ denariorum D. Petro Apoſtolo Romam mitterentur. *Math. Vveſtmonaſter.*

i *Conuentus apud S. Quintinum.*

Eodem anno habitus eſt Conuentus apud S. [i] Quintinum, in quo Carolus Caluus cum fratribus, & nepotibus pacem ſe tenere profeſſus eſt, ſtatutis ea de re quibuſdam Capitulis.

k *Bened. Papa moritur.*

Benedictus Papa [k] moritur die 16. Februarij. Diaconorum humeris elatus eſt ad ſepulturam, vt ipſo ſtatuerat, inter quos fuit Nicolaus, qui illi ſucceſſit in Pontificatu. Ludouicus Imperator Romam cùm adiiſſet, conſiliis cum Benedicto maturè compoſitis, inde profectus, eius è vita tranſitum in itinere cùm cognouiſſet, 858.

uiſſet,

ANNO DOM.

uiſſet, mœſtus Vrbem repetiit. Clerus, Proceres, & populus, in Baſilica B. Dionyſij conuenientes, vnanimes NICOLAVM I. [a] Romanum ex Diacono eligunt, quem fugientem, & tantum onus declinantem à S. Petri Baſilica abſtractum, ſacris acclamationibus in Patriarchium Lateranenſe introductum, Apoſtolico ſolio impoount; & poſt, honeſtiſſimo comitatu in Baſilicam B. Petri reductum, coronant.

a Nicolaus fugiens, & reluctans eligitur.

Inde paucis interpoſitis diebus, cùm Ludouicum de profectione cogitare audiſſet, officij cauſa ad eum in caſtra venit. Quod vbi Ludouicus ſenſit, obuiam aliquanto viæ ſpatio prodiit, & degreſſus ex equo, frenum [b] per integrum ſagittæ iactum tenuit: & conuiuio, ſub militari tabernaculo, excepit. Quo ſuauiſſimis ſermonibus celebrato, donis ipſum magnificis coluit, & in Vrbem reuertentem proſequutus, deſtinato in loco, iterum ad frenum acceſſit, oſculóque ſancto pedi oblato, in tabernaculum ſe, atque inde in Lombardiam recepit. *Anaſtaſius.*

b Imper. obſequia Papæ præſtita.

Eodem anno S. Dei Confeſſor Angarius, comitante gratia diuina, trucem tyrannum Regem [c] Daniæ, ſic placatum reddidit, vt Chriſtianitatem ipſe ſuſciperet, ſuiſque omnibus, vt Chriſtiani fierent, per edictum mandarit, & inſuper alio portu Regni apud Ripam extruxetit Eccleſiam in Dania ſecundam.

c Rex Danorum fit Chriſtianus.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIABVLVM CONSTANTINOPOLITANVM ſiue PHOTINIANVM I. in quo cùm Ignatius Conſtaotinopolitanus Patriarcha 11. Sedis annum expleuiſſet, atque 12. ageret, factione Bardæ Patritij (cui Eccleſia interdixerat, ob vxoris repudium, & ſuperinductam cognatam) penes quem ſumma erat adminiſtrationis Imperij, è throno iniquè deponitur, tyrannicéque per diuerſa exilia, & carceres diſtrahitur: atque Photius, nobiliſſimus quidem, & ſæcularibus ſcientiis diſertiſſimus, ſed ſacrarum litterarum expers, Eunuchus, & ex laico, indignè contra Canones ſufficitur, conſecratúrque die Natalis Domini, cuius initiationis adminiſtro, nefario illo Gregorio Syracuſano, excommunicato, & depóſito, & per ſæcularem potentiam retinetur.

859. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [d] TVLLENSE, in quo plura vtilia ſancita ſunt. Damnatus eſt in primis Gotheſcalcus Scotus, qui Prædeſtinatorum errores ſuſcitabat. Damnati ſunt etiam alij plures propter varia delicta. Scriptum eſt etiam ex Synodali decreto ad ſeditioſos, factioſorúmque Principes, vt mortiferam ſocietatem relinquerent, & arma feralia deponerent, & dato ſpatio pœnitentiæ non abuterentur. Statutum eſt etiam, vt ſcholę inſtituerentur, & bonæ litteræ reſtituerentur. Et alia plura.

d Conc. Tullen.

Eodem anno, cùm Eccleſia Conſtantinopolitana ſchiſmate ſciſſa reperiretur ob violentam abdicationem Ignatij, & Photij intruſionem, ipſe Photius videns quàm plurimos adhuc ſtare pro Ignatio, perſuaſit Imperatori, miniſterio Bardæ, vt congregaret Concilium ſibi adhærentium Epiſcoporum, quo eundem Ignatium damnaret, vt hac arte Epiſcopos, atque populum ab Ignatij affectione depelleret. De quo Conciliabulo, Nicetas in Ignatio.

Cùm igitur à propria conſcientia redargui ſentiret ſe Photius, & multos obmurmurare, & eius iniuſta acta reprehendere; prauum, & callidum init conſilium, ſcribendi ad Nicolaum Pontificem, & petendi Legatos ea occaſione, vt Eccleſiã corrigeret, & vt Iconomachos ab Eccleſia reſcinderet: ſed vt re vera eius manu, & auctoritate firmaret Ignatij depoſitionem, & ſuam intruſionem. Hîc vide, quanti æſtimaret Photius [e] Sedis Apoſtolicæ auctoritatem, vt abſque eius confirmatione cenſuerit non poſſe ſubſiſtere quod Imperiali auctoritate, & Concilij definitione fuerat ſtatutum in cauſa Ignatij, & Photij.

e Papæ auctoritas etiam à Pſeudo-epiſcopo Photio quanti æſtimetur.

Audiuit Legatos [f] Nicolaus Papa in Baſilica S. Mariæ ad Præſepe, non tamen ad communicationem cum reliquis Epiſcopis admiſit, licèt ad audientiam eos recepiſſet.

f Legati Photij audiuntur: ſed ad communionẽ minimè recipiuntur.

860. Auditis Legatis, & examinatis litteris in Conuentu PP. communi ſententia, petita Legatio decernitur Conſtantinopolim ad cauſam ipſam perueſtigandam, non autem dirimendam. Dedit quoque Nicolaus ipſis Legatis in mandatis, ne vllo pacto cum Photio communicarent, antequam id ipſe Pontifex decreuiſſet, vt teſtatur ipſe Nicolaus *in ep. Encyclica.* (*ep.* 1 *tom.* 3.) *ad omnes fideles.* Quæſtionem verò de ſacris imaginibus exortam, ſæpius iudicatam, vt definirent mandauit.

ANNO DOM.

a *Nicolai Papæ ad Imp. epiſtola tanto Pontifice digna.*
b *Laicus ad Epiſcopatum non promoueatur.*

Dedit quoque idem Nicolaus Papa iiſdem Legatis litteras ad Michaëlem Imperat. Apoſtolico [a] throno dignas. In illis primùm diſſerit de Apoſtolicæ Sedis ſuprema auctoritate. Deinde declamat in abuſum quòd laicus ſit factus [b] Epiſcopus: *O quàm præſumptuoſa temeritas*, inquit, *ille præponitur ouili ouium, qui neſcit adhuc dominari ſpiritui ſuo. Nam qui ignorat diſponere vitam ſuam per gradus Eccleſiæ minimè ductus, quomodo corrigere quibit vitam alienam ſubitò electus?*

c *In imaginibus veneratus eſt Deus in veteri Teſtamento.*

Poſt tranſit ad cauſam Ignatij depoſitionis, quam vult examinari, Canonicáne fuerit, vt poſſit in ea definitionem adhibere. Deinceps ingerit, quæ experi videbatur, ſolida, conſtánſque doctrina de cultu ſacrarum imaginum, præclarè oſtendens inter alia, nunquam in Teſtamento veteri, [c] niſi in imaginibus cultum fuiſſe Deum, cùm non vt eſt, ſed in diuerſis aſſumptis formis ſemper apparuerit ſeruis ſuis. Denique expoſtulat de iuribus, & bonis aliis Romanæ Eccleſiæ à Græcorum Imp. iniuſtè detentis, rogans, vt antiquum morem reſtituat, quem Eccleſia Rom. ſemper habuit.

Verùm ob ſummã Bardæ, & Photij improbitatem, & potentiam cum ſumma inertia, & ſocordia Michaëlis Imp. Legati non dignè ſuſcepti, neque vt decuerat retenti, nec liberè loqui permiſſi ſunt, ne inquirere de depoſitione Ignatij poſſent. De quo queſtus eſt Nicolaus *ep. ad Photium. ep. 6.*

d *Conc. Confluentinum.*

Eodem anno CONCILIVM [d] CONFLVENTIVM habitum eſt, quo inter quinque Reges Galliarum pax & concordia ſancita fuerunt. Cæterùm Carolum non ſteriſſe pactis conuentis, imò de inuaſione cogitaſſe alienorum, querelæ Ludouici fratris eius, & Lotharij nepotis ad Nicolaum Pontificem docent, epiſtola nunc primùm in Annalibus edita, qua præclarum exemplum exhibent ſubiectionis, & reuerentiæ erga Sedem [e] Apoſtolicam, & ſuum exponunt vehemens deſiderium humiliter, & reuerenter viſitandi limina Apoſtolorum, & ipſum Pontificem, inuitantes interim eum in Gallias, *vt quas* (vt aiunt) *nulla pacis fœdera, nulla mouent fraternæ charitatis viſcera, nulla nec ſunt conſanguinitatis linteamenta, Apoſtolica inuectio ad cenſuram Eccleſiaſticam venire compellat.*

e *Reg. Franc. quanta reuerentia ad Sedem Apoſtolicam.*

f *Conciliab. Conſtantinopolitanum.*

Hoc anno Conſtantinopoli congregato nefario [f] Cõcillo trecentorum decem, 861.
& octo Epiſcoporum, vt ipſi iactarunt, & comparatis ſeptuaginta duobus falſis, & emendicatis teſtibus, Ignatium ab exilio euocant ad iudicium, & ſententiã contra eum promulgant, ex triceſimo Canone Apoſtolorum: *Si quis Epiſcopus mundanorum Principum fauore vſus, per eos Eccleſiam obtinuerit, deponatur.* Alteram Canonis partem omittentes, quòd ſcilicet, etiam omnes, qui cum illo communicant, ſint deponendi, qua illi comprehendebantur: cùm tamen contra omninò eueniſſet, vt Ignatius quidem omnium Epiſcoporum calculis, ſimul etiam, & tota Eccleſia approbante, canonicè & legitimè fuerit ordinatus; ipſe verò Photius Bardæ illius, & mundanorum Principum fauore, & auxilio, illegitimè, & tyrannicè fuerit intruſus.

g *Legati per vim præuaricantur.*
h *Synodus latrocinalis, quare.*

Legati quoque [g] Sedis Apoſtolicæ poſt multam recuſationem, & contentionem horrendis terroribus adacti, iniquæ illi ſententiæ ſubſcripſerunt. Ignatius itaque in latrocinali Synodo iniquiſſimè damnatus, degradatus eſt. Latrocinalem [h] porrò hanc Synodum meritò appellat Nicolaus *ep. ad Michaëlem* (Niceph. *epiſt.* 8.) tum quia in ea omnia per vim, minas, & terrores acta ſunt, nec quidquam ſecundùm ordinem ſacrorum Canonum, à ſchiſmaticis & damnatis Epiſcopis Synodo celebrata: tum quòd contra Canones Imperator voluit intereſſe: tum denique, quòd litteræ Apoſtolicæ partim non recitatæ, partim falſatæ à Photio fuerunt. Quæ omnia deplorat Nicolaus.

i *Alphonſus Magnus.*

Eodem anno vita functo in Hiſpaniis Ordonio Gallæciæ Rege, eius filius Alphonſus [i] cognomento *Magnus*, tum pietate, tum bellica fortitudine illuſtris, regnum obtinuit: ac ſtatim theſauros paternos pauperibus, & Eccleſiis diſtribuit: necnon Templum D. Iacobo olim terreum, quadratis lapidibus ſtruxit, columnis fulciuit, & auguſtiſſimè exornauit, aliáſque multas Eccleſias fabricauit.

k *Conc. Rom.*

Eodem anno CONCILIVM [k] ROMANVM I. habitum eſt in cauſa Ioannis Rauconatis Epiſcopi à Synodo excommunicati propter ſuam inſolentiam, & quia ter ad Synodũ vocatus, venire contẽpſit. Qui tamen poſtea ſummo Põtifici ſe humilians, pœnitens recipitur: & iurata ei obedientia, communioni reſtituitur.

ANNO DOM. 862.

Hoc anno verum eſſe apparuit propheticum dictum de Eccleſiæ Catholicæ fundamento lapide ſummo Pontifice, quia (*abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum.*) Nicolaus enim Romanus Pontifex ſucceſſor illius, ſuper quem Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſuam, auctoritate Apoſtolica quaſi abſorbuit, ſeu diſſipauit conatus eorum, qui Ignatium iudicarunt. Namque vbi ſatis, ſupérque iniquitatem in ſanctum virum perpetratam cognouiſſet, ſcripſit Michaëli Imp. & aliam encyclicam ad vniuerſam Eccleſiam, conteſtatus, Photium [a] adulterum, alienæ Eccleſiæ inuaſorem, Ignatium verò legitimum Patriarcham eſſe.

Eodem anno celebrata eſt SYNODVS [b] Romana II. qua occaſione quorundam Orientalium, hæreſis Theopaſchitarum iterum pullulans, dam nata eſt. Contra quos Nicolaus Papa hunc Canonem ſanxit. *Hi, qui aiunt, quòd Redemptor noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus, Deus, & Dei filius, paſſionem Crucis ſecundùm Deitatem ſuſtinuit (quod impium eſt, & Catholicis mentibus execrabile) anathema ſit.*

Eodem anno CONCILIABVLVM [c] AQVISGRANENSE habitum eſt, quo octo Epiſcopi declararunt, Lotharium Francorum Regem à vinculo matrimonij cum Theuſperga contracto, liberum & ſolutum eſſe; ideo quòd ipſa cum fratre inceſtuoſum adulterium commiſiſſet.

Eodem anno habitus eſt Conuentus trium Regum Francorum, & Epiſcoporum Galliæ, in Villa ad [d] Sublonarias dicta, quo inter tres, Ludouicum, Carolum, & Lotharium fratres, & Reges Galliæ, pax eſt conſtituta.

CONCILIABVLVM [e] METENSE hoc anno habitum eſt, in cauſa repudij Theuſpergæ prædictæ. Nam antequam Sedis Apoſtolicæ Legati aduenirſſent, Theutgardus Treuirenſis, & Guntharius Colonienſis iudicium peragere volentes, Reginam in medio adſtare voluerunt, falſos teſtes audierunt, confeſſionem à Theuſperga in extortam examinarunt, approbarunt, & iuxta ea, quæ audierant, hanc quidem legitimè conuictam condemnarunt, & non eſſe Lotharij vxorem decreuerunt: Regique profitenti ſe continentem eſſe non poſſe, coniugium ei indulgerunt: vnde Waldradam periude, ac legitimè olim Lothario deſponſam, eidem pro coniuge aſſignarunt. Et idem probaruut poſtea Legati Sedis Apoſtolicę, muneribus, & pecunia corrupti.

Eodem anno ROMANVM [f] CONCILIVM III. habitum eſt, quo Acta Metenſis Conciliabuli reprobata ſunt, & Guntharius Colonienſis, & Theutgardus Treuirenſis Archiepiſcopi, vnà cum ſectariis, & complu ribus Epiſcopis excommunicati, atque depoſiti ſunt.

Eodem anno ROMANVM [g] CONCILIVM IV. celebratur, quo Zacharias Apoſtolica Legatione in Oriente malè functus, excommunicatur, & deponitur: Photius, & Gregorius Syracuſanus condemnātur: Ignatius Sedi Conſtantinopolitanæ per ſententiam reſtituitur: cultúſque imaginum aduerſus Iconoclaſtas confirmatur.

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM [h] SILVANECTENSE, quo, auctore Hincmaro Rhemenſi Archiepiſcopo, Rothaldus Sueſſionenſis Epiſcopus deponitur, ſubſtitutóque ei altero quodam Epiſcopo, in Monaſterium detruditur.

Eodem anno celebratur CONCILIVM [i] ROMANVM V. quo Acta Concilij Siluanectenſis reprobantur: & Rothaldus Sedi Epiſcopali, à qua eiectus fuerat, reſtitui iubetur.

Eodem anno PISTIS [k] ad Sequanam celebratur CONCILIVM, ſeu potius Conuentus procerum Regni.

Nicolaus Pontifex collecta ROMÆ [l] SYNODO VI. aduerſus Rodoaldum [m] Portuenſem Epiſcopum, in Oriente primùm, inde in Galliis Legatione functum, & vbique præuaricatorem inuentum: vocatum ſæpè, refugientem ſemper, tandem abſentem, ab Epiſcopatu depoſuit, atque excommunicatione mulctauit. In hoc enim Nicolaus Papa ſtatuta ſanctorum Patrum ſecutus eſt, & præcipuè ſancti Felicis exemplum, qui Vitalem, & Miſenum Epiſcopos depoſuit, & excommunicauit, eò quòd huic Apoſtaſiæ in Conſtantinopolitana vrbe olim par omninò piaculum perpetrarat.

Eodem anno, *vt habetur in ep. 27. Nicolai*, ipſe Papa Nicolaus in cauſa Lotharij

Regis

[a] *Nicolaus Papa declarat, Ignatium iniuſtè depoſitum, & Photium adulterum, alienæ Eccleſiæ inuaſorem eſſe.*

[b] *Synod. Rom. contra Theopaſchitas.*

[c] *Conciliab. Aquiſgr.*

[d] *Conuentus ad Sublonarias.*

[e] *Conciliab. Metenſe.*

[f] *Conc. Rom.*

[g] *Conc. Rom.*

[h] *Concil. Siluanectenſe.*

[i] *Conc. Rom.*

[k] *Conuentus Piſtis.*

[l] *Synod. Rom.*

[m] *Rodoaldus Portuenſis Epiſcopus deponitur.*

Regis volens Synodum celebrare Romæ, Gallicanos Epiſcopos inuitauit. Excuſauerunt illos Reges, quòd non poſſent venire, ſcilicet cōtra piratas occupari: re vera autem, quia non permittebant illos accedere, quòd ſcirent, in Lotharium fabam cudi. Quia verò ſciebant Nicolaum, etiam abſentibus Galliarum Epiſcopis prolaturum eſſe in eundem Lotharium ſententiam, ſuaſerunt, vt is in Vrbem ſe conferret.

a Nicolaus Papa prohibet ne Lotharius Romam veniat.

Volebat venire: at Nicolaus [a] inhibuit, ſcribens, vt iter, qualis tunc erat, non arriperet, eò quòd S.R. Eccleſia talem reſpueret, & contemneret: quòd ſi cuperet venire, Theuſpergam repudiatam reciperet, & ſacramento tutam efficeret. Quòd ſi contra illam aliquid opponeret, illa, ſacramento ſe purgaret: & ſic tandem ille à Sede Apoſtolica ex eius diſcretione iudicij pœnitentiam acciperet. Reſpondit Lotharius humiliter, quædam quidem excuſans: quorundam autem indulgentiam depoſcens.

b Conc. Rom.

Hoc anno CONCILIVM [b] ROMANVM VII. celebratur, quo Rothaldus Sueſſionēſis Epiſcopus iuſſu Pontificis per Hincmarum Rhemenſem Epiſcopum poſt quartam admonitionem à vinculis ſolutus, Romámque citatus, pleniſſimè Sedi ſuæ reſtituitur. 865.

c Campanæ vſus.

Eodem anno Campanæ [c] vſui Græcis eſſe cœperunt, miſſæ Michaëli ab Vrſo Patriciaco Duce Veneto.

d Conc. Sueſſion.

Hoc anno SVESSIONE [d] celebratur CONCILIVM de Clericorum ordinatione. 866.
Cauſa talis fuit. Hincmarus Rhemenſis nec dum quieſcebat, ſed Clericos ſuos Rhemenſes ab Ebbone initiatos deiicere conabatur. Commiſit Papa Henrico Turonenſi Epiſcopo, vt Sueſſione Concilium conuocaret, eámque controuerſiam definiret. Iudicio inſtituto, conuictus eſt Hincmarus, litteras Benedicti Papæ

e Hincmarus litteras Papæ corrupit.

Romani [e] raſiſſe, vitiaſſe, aliáque pro aliis in eiſdem inſeruiſſe: ſicque corruptis, innocentes condemnaſſe, quaſi Benedictus Papa ad eum modum Sueſſionenſem priorem Synodum approbaſſet, & Hincmaro ius dediſſet, ad deponendos illos, qui ab Ebbone ſacros Ordines ſuſceperant. Cauſam exinde Nicolao Pontifici Hincmarus repræſentauit, vt illam priorem Sueſſionenſem Synodum, datis ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos Sueſſione hoc anno congregatos litteris, reprobaret, omniáque ab Hincmaro vigore illius attentata, irritaret, atque Clericos ab eodem depoſitos reſtitueret.

f Papa minatur Regni amiſſionem.

Hoc anno, quod minaces valdè ad ipſum Lotharium Nicolaus Papa ſcripſerat, quibus & Regni [f] iacturam fuerat interminatus; ipſe ad eum ſummiſſas admodum, & officij plenas (*ex Cod. Treuir.*) reddidit, quibus cùm ſe in primis excuſet, Cancellarium Regni ad ipſum dirigit, qui præſens ei de omnibus ſatisfaciat. 866.

g Lotharij ſummiſſio erga Papam.

Poſt aliqua, de ſua deuotione erga Sedem Apoſtolicam, hæc habet: *Sed* [g] *quod non modicè plangimus, veſtra piæ Paternitatis circunſpecta ſollicitudo, vltra quàm nobis neceſſe eſſet, æmulorum vocibus credula, paternas increpationes nuperrimè, & inopinatè excepimus, &c.* Poſt alia: *Quapropter*, inquit, *quamuis non corpore, ſpiritu tamen præſentes, ſolo tenus ad veſtra ſacra veſtigia prouoluti, humiliter precamur, vt accuſatores noſtros, qui non manifeſtè, ſed occultè, noſtram ſerenitatem, quantum in ipſis eſt, lacerare in veſtris auribus, auidiſſima cupiditate illecti, non ceſſant, ex diuina, & veſtra auctoritate accerſiri placeat, vt in veſtra præſentia, rei veritas probabiliter, ac legaliter pateat.* Et infra. *Si veſtra Paternitas aliquid nobis nunciare decreuerit, Legatos, aut certè litteras mittere placeat; præſertim cùm nunquam*

h Imitentur hæc cuncti Principes.

[h] *veſtræ Beatitudinis iuſſa deſpexerimus; ſed modis omnibus veneramur, amplectimur, atque diligimus: nulli prorſus huiuſmodi ſubiecti eſſe volentes, niſi Deo, & S. Petro, ac cæteris Sanctis, veſtræq́; Paternitatis culmini.*

i Synodus Trecenſis.

Celebrata eſt hoc anno SYNODVS [i] TRECENSIS in Gallia ex auctoritate Nicolai Papæ, quaſi appendix ad proximam Sueſſionenſem in cauſa Ebbonis. Celebrata eſt hæc Synodus 9. Cal. Nou. 867.

Præterea in hoc Cōcilio vt nonnihil conſolationis Nicolaus pro ſalute Orientalium Eccleſiarum æſtuans, reciperet, ad eos epiſtolam ſcripſit (quæ eſt 70.) narratiuam contumeliarū, ac calumniarum, & iniuriarum, quas hactenus Eccleſia Romana & in vniuerſum tota Occidentalis pertuliſſet; admonens, vt ad Synodum Oecumenicam conuenirent, & communibus ſtudiis pernicioſiſſimo ſchiſmati obuiam irent. Hincmarus Rhemenſis Epiſcopus, & Odo Belluacenſis Epiſcopus

k Græci de tribus articulis conuicti.

contra Græcos [k] hac in parte decertauerunt, demonſtrauerúntque

I.Sabba

ANNO DOM. 867.

I. Sabbathi ieiunium ex traditione Apoſtolica manaſſe.

II. Cœlibatum Sacerdotum ab Apoſtolis inſtitutum eſſe.

III. Spiritum ſanctum à patre, Filióque procedere, ipſiſſimam veritatem eſſe: reliquáque omnia, vel calumnias, vel friuola obiecta; ridiculáque potius, quàm ſeria eſſe.

Per idem tempus Ruſſi [a] Legationem Conſtantinopolim miſerunt, petentes, & ſupplicantes, vt ſibi ſacrum baptiſma impertiretur; quod quidem illis facilè conceſſum eſt. Sunt autem Ruſſi gens Scythica ad Arctorum Taurum habitans, effera, & agreſtis.

a *Ruſſi baptiſmum petunt, & recipiunt.*

Contigit etiam tunc temporis, Romam pœnitentiæ [b] cauſa veniſſe quendam Cnmarum, trium filiorum necatorem. Eum ad Ronoaldum proprium Epiſcopum Nicolaus Papa remittens, iniunxit vt triennio ante fores Eccleſiæ pro ſuis peccatis oraturus conſiſtat: & deinde inter auditores permaneat quadriennio: vt ſeptẽ annorum curricula, abſque communione Dominici corporis, & ſanguinis ducat: ita quidem, vt in omnibus diebus vitæ ſuæ carnem non manducet: & in iſto ſeptennio vinum non ſumat, niſi diebus Dominicis, & feſtiuitatum: ab inde, quinquennio tribus diebus per ſeptimanam à vino abſtineat, vt duodecim annis quantitas pœnitentiæ extendatur. Ex hoc facto elicitur, antiquum eſſe, grauiorum delictorum abſolutionem Pontifici reſeruatam. *Vide Nicol. Fabr. Pariſ. Cod.*

b *Reſeruatio grauiorum culparum Pontifici, antiqua.*

Non eſt prætermittendum errare eos, qui putarunt, adiectionem illam ſymbolo inditam [c] *(filioq́.)* eſſe primùm in Eccleſia Romana ab ipſo Nicolao Pontifice factam, id ex epiſtola Photij elicientes, qua ad Nicolaum Phorium ſcripſit aduerſus eos, qui dicerent, Spiritum ſanctum ſicut à Patre, ita etiam à Filio procedere. Quod igitur tunc regebat Eccleſiam Nicolaus, creditus eſt ipſe eius additionis fuiſſe auctor. Sed hi ab ipſius Photij epiſtola ad Ioannem Papam Octauum ſcripta redarguuntur, teſtante, à nemine Rom. Pont. vſque ad illa tempora aliquid additum ſymbolo. Nicolaus igitur, etſi eadem cum ſuis prædeceſſoribus ſentiret de Spiritus ſancti proceſſione à Patre, Filióque manãte, ne quidquam tamen id ſymbolo fidei adiectum voluit, quod ſciret à Leone III. prædeceſſore Pontifice id recuſatum, Legatis Caroli M. Imp. id expoſcentibus.

c Filióque *particula in ſymbolo non fuit addita temp. Nicolai Papæ.*

Nicolaus [d] igitur, cùm Eccleſiam victorioſiſſimè, inquit Anaſtaſius, rexiſſet annos nouem, m. 6. d. 20. Idib. Nou. migrauit ad Dominum, laudatiſſimus, ſi quis alius, Romanorum Pontificum.

d *Nicolaus moritur.*

ADRIANVS II. [e] Romanus, poſt menſis vacationem, admirabili omnium Ordinum conſenſu, electus, 19 Cal. Ian. conſecratus eſt. Is beneficentiæ in pauperes nomine celebratur, multiplicatis aliquando in eorum erogatione denariis. Miſſi Imperatoris in Vrbe præſentes, indignati, quòd ad electionem [f] vocati non eſſent, accepta ratione, quòd non cauſa contemptus Auguſti, ſed futuri temporis proſpectu omiſſum hoc fuerit, ne videlicet Legatis Principum in electione Rom. Pont. expectandi mos, per huiuſmodi fomitem, inoleſceret; omni indignatione depoſita, ad ſalutandum electum etiam ipſi humiliter acceſſerunt. In cuius conſecratione ad celebritatem Miſſæ ipſius tam incredibilis extitit multitudo, vt certatim [g] de manu eius, omnibus communicare nitentibus, Theutgaudus Treuirenſis Archiepiſcopus, & Zacharias Anagninus Epiſcopus, qui à Papa Nicolao, ſacerdotio nudati, etiam communione caruerant; ſimúlque Anaſtaſius, qui dudum à Leone, Benedictóque Pontificibus, presbyterio denudatus, inter laïcos communicare ſolitus erat, eccleſiaſticam communionem, ſub congrua ſatisfactione, receperunt. Mox conſecratus, ad Patriarchium reuerſus, conſuetudinem diuerſorum xeniorum hinc inde confluentium, retentis ſolùm quæ vſibus Miſſarum ſufficerent, de reliquis pretia capientem excludit, dicens, *non eſſe pium, quod gratis accepimus, pretio venundare: ſed gratis etiam iuxta præceptum Domini, largiamur, oblationem Chriſti cum eius hoſpitibus, & inopibus partiamur, propter quos hæc tribui nobis diuinitus, ſcimus.*

e *Adrianus eligitur.*

f *Impp. vel eorum Legati ad Pont. electionem non vocantur.*

g *De manu Papæ in Miſſa plurimi certatim communionem accipiunt.*

Inter tot læta, atque fœlicia, triſtia admodum, atque luctuoſa admixta ſunt. Lamperto Duce [h] Spoletano, tempore conſecrationis, huius venerandi Pontificis, Romanam Vrbem tyrannicè inuadente, & diripiente, maiorum domibus, nec Monaſteriis, nec Eccleſiis, nec nobiliſſimis puellis parcendo. Propter quæ apud

h *Spoletanus Dux Romanam Vrbem inuadit, propter quod Ducatu priuatus eſt.*

Augu

Anno Dom.

Auguſtos piiſſimos, Romanorum querimoniis prægrauatus, Ducatum perdidit, iram Principum, & inuidiam penè cunctorum Gallorum, tanquam re vera Sedis Apoſtolicæ hoſtis adiudicatus, incurrit. Mox Pontifex, tanta tyrannide liberatus, vſque ad captorum reſtitutionem, legalémque ſatisfactionem, omni Eccleſiaſtica communione priuauit. *Anaſt.*

868. Hoc tempore Adrianus commendatum litteris duarum Synodorum Trecenſis, & Sueſſionenſis Actardum [a] Nannectenſis Eccleſiæ Epiſcopum à Northmannis ſua ſpoliatum Eccleſia, & à Britannis eadem peſſumdata, multa perpeſſum, virum pietate, & doctrina inſignem, cùm Romam veniſſet, dignè excepit, eíque vt haberet vnde viueret, prouidit, atque etiam pallio exornauit: quin & pro eo ad Carolum Regem litteras commendatitias dedit. In qua poſt pauca hæc habet: *Quamdiu enim merita Beati Petri Apoſtoli, Deo, cui omnia viuunt, non moriuntur, nequaquam fidei ſuæ, vel ſolicitudine hæredes deficient, nec deerunt prorſus qui regulam, quam circa dominum ferventiſſima charitatis oſtendit, pro quantitate virium, próque capacitate diuinitus collati doni ſequantur. Ipſe* [b] *námque quidquid ab indignis miniſtris negligenter agitur, ſupplet: ipſe locum, quem olim delibatione proprij corporis Domino conſecrauit, quiſcunque, vel qualiſcunque Vicarius extet, ſuæ tantùm charitatis lumine, hodiéque indeficienter illuſtrat. Cui etſi deſunt merita ſucceſſoris, ſed adſunt beneficia deceſſoris, ac primi Sedis eiuſdem ſeſſoris.*

a Actardus Epiſcopus ad Papam recurrens, benignè ſuſcipitur, & honoratur.

b Petri merita fluunt in quoſcunque ſucceſſores.

Priuilegium Actardo conceſſum, cùm pallium ei tribuit Papa, ſic habet: *Adrianus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Reuerendiſſimo, ac ſanctiſſimo Actardo ſanctæ Eccleſiæ Nannetica diebus vitæ tuæ tantummodo.* Poſt pauca. *Tibiq́, frater Actarde, qui diris fatigatus, & diuturna captiuitatis miſeria quaſſatus, nec inter cuneos Barbarorum, nec inter enſes infidelium defeciſti: quin etiam, Dei prouidentia, mirabiliter erutus, & liberatus, circumquaque peregrinando, procul à propria Eccleſia, procul à notis, & proximis, propter eorundem rabiem Barbarorum, & continuam Britannorum oppreſſionem, quibus heu nimium vicinus eſſe noſceris, & penè peius ab eis, quàm à Piratis inſecutionem pateris, curriculis iam multis incedis, decus* [c] *Pallij, pro Dei ſolius amore, quem inter furentium Paganorum manus, & gladios confeſſus es, prauidimus contedendum. Quo* (videlicet pallio) *cùm fueris, auctore* Deo, *noſtroq́ Decreto, aliquem vacantem adeptus Epiſcopatum, ſcias à nobis te eidem ſtabiliter* [d] *incardinatum: vel ſi contigerit forſan in proprio, certis valeas vti temporibus. Quod non aliter tibi, nec cuilibet, abſque Metropolitis, concederemus, niſi multoties exilia, mare, vincula paſſo, etiam ad capitalem ſententiam frequenter tracto, teſte tuo Metropolitano, qui id litteris nobis innotuit, & tibi ſpem in Sede propria non ſupereſſe ſignificauit, hoc tua, ac celerrima conſolationis ſolatia tanta exigerent detrimenta, quin potius merita, vt videlicet habeas pro exilio, & catena, pallij ornamenta, non in tua Eccleſia perenne decretum, ſed ad tuum certo tempore, vitaq́ præſentis ſpecialiter vſum. Vtere igitur, annuente* Deo, *pallio à nobis tibi, ſolo miſerationis & conſolationis affectu collato: & niſi Sedis Apoſtolicæ Præſulibus ingratus extiteris, prænotato tenore illius dum vixeris, ornare decore. Quod tamen fraternitati tuæ ad Miſſarum* [e] *ſolemnia tantum celebranda concedimus,* &c.

c Pallium ob merita.

d Incardinari Epiſcopatui.

e Pallio inter Miſſarum ſolennia tantùm vtendū.

Eodem anno CONCILIVM [f] ROMANVM habetur, in quo Photius ter anathemate percutitur: eiúſque volumen contra Nicolaum Papam editum, igni adiudicatur.

f Conc. Rom.

Eodem anno WORMATIENSE [g] CONCILIVM celebratur ad mores.

g Conc. Vvormat.

Eodem anno, mortuo Lothario, Adrianus omnibus Comitibus Regni illius ſcripſit, & ſub pœna excommunicationis præcepit, ne Regnum Ludouico fratri Imp. eius legitimo ſucceſſori debitum, vel Carolo, vel Ludouico Regibus, vel alicui cuipiam deferrent, ſed hæredi fraterno conſeruarent. *Quod ſanè Regnum,* inquit, *ſi tyrannus aliquis contra diuinam, & Apoſtolicam voluntatem inuadere præſumpſerit, Apoſtolica ſine mora ſuſtinebit vltionis cenſuram.*

CON

ANNO DOM. 869.

CONCILIVM [a] GENERALE OCTAVVM OECVMENICVM CONSTANTINOPOLITANVM IV.

a Concil. generale Oecumen. VIII.

Hoc anno celebratum fuit VIII. generale Concilium Oecumenicum Conſtantinopolitanum IV. potiſſimùm [b] propter depoſitionem Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani, quem quidem Epiſcopi ab Eccleſia, cui iure præſidebat, tyrannicè proiecerant, & Photium quendam ex foro, & ſæculari militia eductum, ac ſubitò tonſuratum, eidem Eccleſiæ contra ſactos Canones præfecerunt.

b Cauſa cõgregandi Cõcilium.

Pro quo ſciendum, quòd anno 860. Conſtantinopoli orta fuit inter ciues grauiſſima ſeditio, aliis Ignatium Patriarcham, aliis Photium tuentibus. Michaël, eo nomine III. Porphirogenitus Imperator Conſtantinopolitanus, Legatos, & litteras ad Pontificem Romanum Nicolaum I. miſit, quibus, accuſato Ignatio, petiit vt Pontifex Legatos ad ſe deſtinaret, quorum opera ſeditio ſedaretur. Addidere etiam Legati, hæreſim Iconomachorum recruduiſſe, & ſanctas imagines paſſim in ciuitate deleri. Nicolaus [c] itaque, vt tantis Eccleſiæ vulneribus, maliſque mederetur, Epiſcopos duos, Adoaldum Portuenſem, & Zachariam Anagninum legauit: datis in mandatis, vt cauſas cur Ignatius eſſet ſua Sede deiectus, cognoſcerent, & cum Photio, tanquam cum laïco conuerſarentur: eiúſque reprobata electione, ſanctarum imaginum cultum retinendum, omninò curarent. Per eoſdem Legatos poſtulauit, vt Calabriæ, & Siciliæ patrimonia Romanæ Eccleſiæ redderentur. Datæ extant litteræ 7. Calend. Octobr. Indict. 9. his verbis: *Præterea [d] Calabritanum Patrimonium, & Siculum, quæq; noſtræ Eccleſiæ conceſſa fuerunt, & ea poßidenda obtinuit, & diſponenda per ſuos familiares regere ſtuduit, conceßionibus reddantur: quoniam irrationabile eſt, vt Eccleſiaſtica poſſeßio, vnde luminaria, & concinnationes Eccleſiæ Dei fieri debent, terrena quauis poteſtate ſubtrahatur: ſed domui Dei reſtituta, meritum reddituris multiplicent, & ſuſcipientis votum ſpiritalis deſiderij lucris exerceatur.*

c Nicolaus Legatos miſit Conſtantinopolim, qui contra Pontificis mandata fecerunt.

d Calabria, & Sicilia Regnum ad Romanam Eccleſiam ſpectant.

Legati Pontificis proximo anno Conſtantinopolim profecti, mandata eius tranſgreſſi [e] ſunt. Nam qui Ignatij cauſam cognoſcere, tantummodo iuſſi fuerant, iudicio ſuo interpoſito, Ignatium iure abdicatum, & Photium ritè ſubſtitutum dixêre. Biennio poſt elapſo, Legatus Imperatoris ad vrbem adueniens, duo volumina Pontifici reddidit: vnum, in quo continebantur Acta abdicationis Ignatij: Alterum, in quo ſanctarum imaginum honos, & cultus comprobabatur. Reddidit quoque litteras, quibus petebat Imperator, vt Pontifex abdicationem Ignatij, & ſubſtitutionem Photij, ſuâ auctoritate confirmaret. Anno autem ſalutis 866. Nicolaus, maledictis Michaëlis Imp. impulſus, Epiſcopos Donatum Oſtienſem, & Stephanum Epheſinum, & Marinum Diaconum ad eum de cauſa Ignatij per Concilium Epiſcoporum definiendum miſit.

e Legati Pont. contra Pontificis mandata Ignatij depoſitionem & Photij intruſionem probarūt.

Defuncto Nicolao, eoſdem Legatos Adrianus II. confirmauit, addito Anaſtaſio Bibliothecario. His præſidentibus, anno Dom. 870. & Adriani Papæ anno II. & Baſil. Imp. III. celebratum eſt Generale [f] Concil. VIII. in quo diſſidium de Ignatij abdicatione, & Photij ſubſtitutione ſublatū eſt, Photio à piorum communione ſubmoto, & Ignatio [g] in priſtinum honoris gradum, & locum reſtituto. Redditus eſt etiam ſanctis [h] imaginibus antiquus honos, & cultus. Confirmatæ ſeptem præcedentes Synodi generales. Statutum quoque eſt, vt conſecrationes, & promotiones Epiſcoporum, Clericorum electione, & decreto fierent: néve laici Principes, aut potentes, ſemetipſos immiſcerent electioni, vel promotioni Patriarchæ, aut Metropolitani, aut Epiſcopi, aut Abbatis.

f Octaua Synodus præſidentibus Legatis Apoſtolicis celebratur.

g Ignatius reſtituitur, Photius damnatur.

h Imaginibus honos redditur.

Ex dictis conſtat, octo Concilia [i] generalia in Oriente celebrata, agnouiſſe ſemper auctoritatem Romani Pontificis, hoc eſt, Primatum eius ſuper omnes Eccleſias. Ex hoc itidem tempore, Photij ſuaſu, & opera, Græci cœperunt manifeſtè contra Primatum Romani Pontificis ſentire, & docere. Cœperunt quoque Latinos odio capitali proſequi, & tanquam anathemate percuſſos deuitare, eò quòd addiderint Symbolo Nicæno, & Conſtantinopolitano verba illa (*Filioque.*) Quare palàm Græci ſeſe à Romanis, & Latinis diuiſerunt. Vnde amplius non ſunt celebrata Concilia [k] generalia in Oriente, quotquot deinceps

i Octo Concilia generalia in Oriente celebrata auctoritatem ſupremam Romani Pontificis ſemper agnouerunt.

k Concilia generalia in Oriente amplius celebrata non ſunt, & quare.

conuocata, & habita Concilia ſunt, in Occidente celebrata fuerunt ex Epiſcopis, & Abbatibus Occidentalibus: præterquàm ea, in quibus Græci, & Orientales ſeſe iterum cum Romana Eccleſia coniunxerunt.

Sic igitur Synodus iſta, octaua ordine, Oecumenica, iure dicta, & vt Oecumenica comprobata, inter alias Oecumenicas eſt annumerata; adeò vt in fidei profeſſionibus fieri ex more ſolitis, ſicut aliæ ſeptem ſuperiores, iſta etiam poneretur, *Octaua* cognominata.

a *Synodus hæc ab aliquibus ignorata.* Mirum eſt autem, cur Concilium Florentinum, Octaua Synodus Oecumenica [a] dicta, & inſcripta in ipſius Actis, typis excuſis habeatur. Pace dictum ſit Iuliani Cardinalis, qui in diſputatione habita cum Marco Epheſino, *ſeſſ. 6. Ferrariæ*, eidem nimis viſus eſt indulgere iſta dicenti de Octaua hac, de qua agimus Synodo, cùm ea carens Iulianus, & à Græcis eamdem petens, Epheſinus hæc attulit in excuſationem, vt habetur in Concil. Florent. *act. 6. in principio.*

Concilium illud inter generalia connumerandum non eſt, quandoquidem non modò non ſuſceptum, verùm etiam antiquatum fuiſſe conſtat. Ioannis enim, & Adriani ſummorum Pontificum tempore conuocatum fuit, ac Photium Conſtantinopolitanum Antiſtitem condemnauit. b *Vide inf. ſub anno 879.* *Is deinde Ioannes aliud Concilium* [b] *habuit, quod item appellauit octauum, quod acta ipſius Concilij, quod vos, octauum fuiſſe dicitis, improbauit,* c *Mendacia Marci Epheſini.* *Photiúſque* [c] *reſtituit. In quo planè Concilio inter alia fecerat decretum, vt hac eadem ſymboli additio tolleretur, quod vos ignorare non putamus. Siquidem igitur ipſius Concilij Acta reprobata videntur; non eſt congruum rationi, vt de his aliqua mentio fiat, cùm alterum Octauum Concilium ſequi potius deberemus. Propterea tempore ex eo in Conſtantinopolitana Eccleſia hucuſque ſolet ita celebrari: Quacunque in ſanctos Patriarchas Ignatium, & Photium ſcripta, vel dicta ſunt; anathema ſunto.*

Hucuſque Marcus Epheſinus, veteratoriâ arte Latinos exuens tanto Concilio Oecumenico, ipſa, inquam, octaua Synodo, ſolenni ritu ſub Adtiano Pontifice Conſtantinopoli celebrata, turpiter mentiens, vt ex dictis patet. d *Marcus Epheſinus confutatur.* Procul [d] enim abeſt, vt octaua Synodus ſub Adriano, abrogata fuetit à Ioanne Romano Pontifice; longéque longius à veto diſcrepat, vt Ioannes Synodum Photianam; damnantem octauam, eandem legitimam eſſe, & Oecumenicam Synodum comprobarit; falſum quod ait, Oecumenicam eandem octauam ſynodum ſub Ioanne etiam Pontifice fuiſſe congregatam, quam inchoatam, & abſolutam vidimus ſub Adriano. Rurſus quas citat litteras Ioannis contra Octauam Synodum, eas falſatas fuiſſe à Photio, ex teſtificatione eiuſdem Ioannis litterarum, luce meridiana clarius ab auctore Annalium demonſtratur.

Præterea, non fuit iuris, ac poteſtatis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ anathemati tradere quæcunque tranſacta ſunt inter Ignatium Patriarcham, atque Photium, cùm ea publica fuerint: & quæ pro Ignatio contra Photium facta ſunt, eadem auctoritate Rom. Pont. habita, atque comprobata fuiſſe noſcantur. Ad poſtremum, cùm ambos, Ignatium, atque Photium nomine, & Patriarchas, & ſanctos appellet; eum neceſſariò mentirum, oportuit in alterutro, cùm de Patriarchatu pugnarint inuicem vſque ad mortem: planè dicendum eſt, quòd ſi legitimus Pattiarcha fuit, dum vixit Ignatius; Photius tunc temporis eſſe non potuerit. Sed & ſi ſanctus fuit Ignatius, quem iure, meritóque tam Orientalis, quàm Occidentalis Eccleſia inter ſanctos allegit; neceſſe eſt dicere, vt eius perſecutor acerbiſſimus Photius, in anathemate diem claudens extremum, ſanctus neutiquam dici poſſit, ſed maledictus, reprobus, & inter damnatos, & excommunicatos annumerandus.

Tanta iſta cùm potuiſſet, atque debuiſſet in plena Synodo contra Marcum reſpondendo Iulianus afferre, & inſultantem Græcum retundens, mendacia veritate perſtringere, & cohibere: iſta omnia prætermittens, puto ignoratione rerum geſtarum, hæc tantùm Marco, omnibúſque ſimul Græcis reſpondit: *Hoc autem metu vos libero præſtantiſſimi Patres,*

nam

Google

Anno Dom. 869.

nam nihil de ipſo Concilio Octauo ſcilicet, recitabitur. Sed quoniam in eo volumine nonnulla Sexti, ſeptimíque Concilij Acta ſunt ſcripta; idcirco ea videre vellemus: nam de octauo Concilio nobis cura non eſt. Hactenus Iulianus, quaſi per tranſitum (vt dici ſolet) rem agens, cuncta, quæ obiicienda erant in Marcum omittens, ad præcipuam quæſtionem, cuius cauſa Synodus illa fuerat conuocata, ſe contulit.

Cæterùm res tanta, ipſa Octaua Oecumenica Synodus minimè ſic fuerat relinquenda Epheſij dicacitate proſtrata: cùm alioquin non leuioris culpæ fuerit, caruiſſe tunc ibi Latinos, in tanto Patrum Conuentu, ipſa legitima Octaua atque Oecumenica Synodo, quam Græcè ſcriptam, & Latinitati à ſe donatam Anaſtaſius Bibliothecarius in S. R. E. Archiuium intuliſſet, & iam ex authographo deſcripta complura exemplaria eſſent in diuerſis Bibliothecis recondita, vt opus non eſſet à Græcis ſchiſmaticis illam petere, vel negatam ita relinquere indefenſam, cùm Iulianus vnà ſimul telum, & clypeum viſus ſit abieciſſe, tanta iniuria Catholicæ Eccleſiæ, quæ iam per ipſum non ſtetit, quin diſpendium paſſa ſit Synodi Octauæ Oecumenicæ, eiuſdémque germanæ, atque legitimæ.

At in ſequenti ſeſſ. quod Iulianus inconſideratè prodegerat, Andreas Coloſſenſis Epiſcopus reſtituit: qui omnino negauit, per Ioannem Octauum abolitam eſſe Octauam Synodum Oecumenicam ſub Adriano II. Rom. Pontif. habitam. Cùm autem hoc ſtatu, de Octaua Synodo Oecumenica comprobata, & nunquam reſciſſa, monſtrata Acta illa Concilij Florentini remanſiſſent, magna interpretis temeritate, & audacia, ſicut & imperitia factum eſt (fuit Abramus Cretenſis) vt eidem Concilio Florentino indictum illud ſit nomen, vt Octaua Synodus nominetur, cùm id factum, decreto ipſius Synodi dici non poſſit, ſicut nec debuit; cùm nulla ratio ſubſit, vt illa dici queat Octaua, cum locum in ordine numeri vendicante ſibi hac ipſa legitima octaua, eadémque Oecumenica celebrata ſub Adriano, dicta iure Conſtantinopolitana, quam, vt dictum eſt, vnà cum aliis Oecumenicis profiteri ſolerent omnes electi Romani Pontifices conſectandi, vt antiquata nullo modo dici poſſit, quæ per ſingulos ſucceſſores Romanos Pontifices ſolemni ritu, profeſſione fidei renouaretur.

Sciendum præterea, eandem ſanctam Synodum triplices [a] aduerſarios, vbi conſummata eſt, ſenſiſſe infeſtos, Photianos in primis, & Catholicos duplicis generis, quorum alteri dicerent, ſeuerè nimis cum lapſis actum eſſe, exigendo ab eis [b] chirographum, & ſeueram nimis pœnitentiam iniungendo; alteri his omninò contrarij, qui indignantes aſſererent, indulgentem nimis fuiſſe Synodum, recipiendo lapſos Epiſcopos cum honoribus, ac dignitatibus, quas ante lapſum habuerant in Eccleſiæ maximum detrimentum, quòd in eam ingredi permiſſi eſſent lapſi, vice Paſtorum.

a *Octaua Synodus triplices nacta aduerſarios.*

b *Vetus contentio in recipiendis ad Eccleſiam lapſis.*

Ex quibus certè habemus quod admiremur, quorſum aduerſus Romanam Eccleſiam progreſſus ſit Græcorum furor, haud dico ſchiſmaticorum, ſed Orthodoxorum, [c] gloriæ Latinorum inuidentium. Quòd ſi ipſorum Orthodoxi, & ab Eccleſia Latina beneficiis iugiter affecti, adeò ab Eccleſia Romana auerſi ſunt cogniti, quales in ipſam eſſent futuri ſchiſmatici? Ecce ipſa vera Oecumenica, eadémque pura, ſincera, atque legitima VIII. Synodus, Græcorum orthodoxorum precibus, litteris, legationibus, à Romano Pontifice petita, rogata, atque tandem obtenta, celebrata, accepta, ſubſcripta, fœliciterque, ac fideliter abſoluta, ſed ipſorum nequitia ſtatim in diſcrimen adducta periclitari cœpit, iam tantum paſſa naufragium, vt ab iiſdem Græcis penitus euanuerit: adeò vt ignorent [d] omninò, etiam quæ verè fuerit Octaua Synodus Oecumenica: cuius loco ſpuriam illam, ſacrilegámque à Photio celebratam, Octauam, & Oecumenicam nominent, venerentur, atque, vt quid ſacroſanctum, cuſtodiant. Vt videas ex his, quæ ſit ſpes curationis eorum, qui accipiant venenum loco medicamenti, & ipſam medicinam exiſtiment eſſe venenum.

c *Græci etiam Catholici nimium inuidi Latinorum.*

d *Legitima Synod. 8. ignorata à Græcis, ſpuria eius loco recepta.*

Cùm autem Synodus ad finem perducta eſſet, Baſilius Imperator gratias egit

a *Baſilij Imp. allocutio.*

Patribus: deinde admonuit laicos, [a] iſto memorando alloquio. *De vobis autem laicis*, inquit, *tam qui in dignitatibus, quàm qui abſolutè conuerſamini, quid amplius dicam, quàm quia nobis nullo modo licet de Eccleſiaſticis cauſis ſermonem mouere, neque penitus reſiſtere integritati Eccleſiæ, & vniuerſali Synodo aduerſari. Hoc enim inueſtigare, & quærere, Patriarcharum, Pontificum, & Sacerdotum eſt, qui regiminis officium ſortiti ſunt, qui ſacrificandi, qui ligandi, atque ſoluendi poteſtatem habent: qui Eccleſiaſticas, & cæleſtes adepti ſunt claues: non noſtrum qui paſci debemus, qui ſanctificari, hoc eſt, benedici, qui ligari, vel à ligamento ſolui egemus. Quantacunque* [b] *enim religionis, & ſapientiæ laicus exiſtat, ouis vocari non deſinet. Rurſúmque, quantumcunque Epiſcopus ſit irreuerentia plenus, & nudus omni virtute, donec Antiſtes eſt, & veritatis verbum rectè prædicauerit, paſtoris nominationis, & dignitatis damna non patitur. Quæ ergo nobis ratio eſt, in ordine ouium conſtitutis, paſtores verborum ſubtilitate diſcutiendi, & ea, quæ ſuper nos ſunt, quærendi, & ambiendi? Oportet nos cum timore, & fide ſincera hos audire, & à facie eorum vereri, cùm ſint miniſtri Domini omnipotentes, & eius formam poſſideant, & nihil amplius quàm quæ noſtri Ordinis ſunt, requirere. Nunc autem (vt videmus) adeò multos malitia in inſaniam accendit, vt obliuiſcentes proprij Ordinis, & quòd pedes ſint, minimè cogitantes, legem ponere velint oculis, non vt natura ſe habet; ſed vt ipſi cupiunt, & ſinguli ad accuſandum quidem maiores, exiſtunt ſemper promptiſſimi: ad corrigendum autem quid eorum, in quibus accuſantur, & criminantur, pigerrimi.*

b *Notent, & ponderent hoc Principes ſæculares.*

Hoc eodem anno 869. celebratum eſt CONCILIABVLVM METENSE: nam Carolus contemptis Sedis Apoſtolicæ litteris, & Legatis, congregauit, ſiue metu extorſit, ſiue præmiſſis ab eis obtinuit, vt ei Regnum patrui adiudicarent, atque diadema illius capiti imponerent.

Inter Epiſcopos fuêre Hincmarus, & Aduentius, qui cæteros in tam iniquam ſententiam illexerunt, auctoréſque Carolo fuerunt, vt occupato regno patrui, Legatos ad Adrianum Pontificem mitteret, qui duas aureas coronas gemmis precioſis ornatas, pro duobus regnis, quæ videbatur poſſidere, ferrent, & non tam ſua ſponte, quàm Epiſcoporum Synodali decreto, illud alterum Regnum ab eo receptum eſſe renunciarent. Coronas Adrianus repudiauit; Carolo autem acerrimas litteras ſcripſit iniuſtitiæ, & rapinæ virum reprehendens, & ad reſtitutionem regni vſurpati commonefaciens. Aimo. *lib. 6. c. 24.*

c *Rex Salomon ad Pontificem Adr. munera miſit.*

d *Denarius S. Petro ex Regno Britanniæ quotannis ſoluendus.*

Eodem anno, vt habet Hiſtor. Brit. *lib. 2. c. 17.* Salomon [c] Rex Britonum, poſtulans pallium pro Feſtiniano Antiſtite Dolenſi, tantæ magnitudinis, quantæ erat Adrianus Papa, auream ſtatuam lapidibus diuerſi generis ornatam, vnà cum aliis muneribus magni pretij Adriano miſit: trecentos quoque ſolidos [d] denariorum quotannis deinceps ex Britanniæ regno perſoluendos, eidem perpetuò aſſignauit. Adrianus porrò, poſt orationem ſeptemdialem, brachium S. Leonis Papæ ei pro magno munere tranſmiſit; eò quòd maximis miraculis ſanctus ille coruſcaret.

e *Conciliab. Wormat.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [e] WORMATIÆ, quo 20. Epiſcopi Hincmarum iuniorem Laudunenſem Epiſcopum condemnarunt, quòd ille iuſſu Adriani Papæ excommunicationis ſententiam in Horthmannum, bonorum Eccleſiaſticorum detentorem tuliſſet.

f *Synod. Attiniaca.*

Hoc anno habita eſt SYNODVS, [f] immò graſſatio, in ATTINIACO villa, loco ſub Regno Caroli inſtituto, in qua ipſe Archiepiſcopus Rhemenſis accu- 870.
ſatorem egit aduerſus nepotem ſuum, quem iam antea ipſe conſecrauerat Epiſcopum Laudunēſem, illi infenſus, quòd iunior Hincmarus, aduerſus ipſum, iura Sedis Apoſtolicæ attenuare conantem, contraria ſcripta collegiſſet, quibus eiuſdem Sedis iura corroborare niteretur. Traxit ad hanc cauſam ſenior Hincmarus Carolum Caluum aduerſus Laudunenſem Hincmarum, quaſi ad Romanum Pontificem eum accuſaſſet, ad quem abſque eius licentia aduerſus ipſum ſcripta miſiſſet; contra fidelitatis iuramentum, quod eidem Regi, iam antea præſtitiſſet. Hic in itinere ab hoſtibus captus, & ſpoliatus, & ad eandem Synodum ita perductus, tyrannicè tractatus, cùm obtuliſſet Synodo libellum, non eſt permiſſus legi, immò nec ſuſcipi: & appellans

ANNO DOM.

Sedem Apoſtolicam, [a] aditus ad eam eſt illi denegatus. Sic igitur priuatus Epiſcopatu, eiicitur in exilium, vbi ferreis eſt detentus in vinculis, & cuſtoditus: atque demum (quod omnem ſuperat crudelitatem) vt ſpes omnis ipſi adimeretur in Sedem iterum redeundi, eundem oculis euulſis eius hoſtes excæcarunt. Hæc omnia coràm plena Synodo, præſente Ioanne Romano Pontifice, ex eius libello ſunt lecta, vbi ab eodem meruit Pōtifice in ſuum thronum, quamuis cœcus, reſtitui, & etiam aliis honoris inſignibus decorari.

a Apoſtolicam Sedem appellans impeditur.

Eodem anno COLONIÆ [b] SYNODVS eſt acta, Ludouico Rege agente ſexto Calend. Octob. in qua præter complura ad Eccleſiaſticam diſciplinam ſpectantia; inſuper ab iiſdem, qui conuenerunt Epiſcopis dedicata eſt ibidem Eccleſia S. Petri.

b Synod. Colon.

Eodem ipſo anno applicuerunt in Scotiam Dani ingenti numero, qui obuios quoſque pueros, & ſenes iugulabant, matronas, ſanctimoniales, & Virgines ludibrio tradebant: cúmque per omnes Regnorum fines tanta immanitas diſſeminata eſſet, Ebba Collinghamenſis Cœnobij Abbatiſſa, metuens, ne & ipſa, cum ſuis ſubiectis Virginibus ludibrio haberetur Paganorum, conuocatis ſororibus ad Capitulum, vniuerſis, extremum virginitatis, & vitæ periculum illis inſtare exponit. Sed ſi ſequi ſe vellent, rationem excogitaſſe, perpetuam virginitatem cuſtodiendi: cui cùm omnes aſſenſiſſent, illa admirandæ animoſitatis Abbatiſſa, palàm cunctis ſororibus exemplum [c] caſtitatis præbens, arrepta nouacula, naſum ſibi cum labro ſuperiori ad dentes vſque præcidens, horrendum de ſe ſpectaculum aſtantibus præbuit vniuerſis. Quod factum memorabile admirans vniuerſa congregatio, pari animi ardore, opere ſecuta eſt. Sequenti die, nequiſſimi Tyranni monaſterium inuadentes, conſpectis virginibus tam enormiter mutilatis, horrore quodam perfuſi, iniecto igne, Monaſterium cum ipſis ſanctis Monialibus concremarunt.

c Admirandum S. Virg. factum.

871. Hoc anno celebrata SYNODO DVLIACENSI [d] in Gallia, ab ipſa miſſa eſt Legatio ad Adrianum Pontificem. Huius decernendæ Legationis, ea præceſſiſſe videtur occaſio, quòd Hincmarus Laudunen. Epiſcopus Maieſtatis accuſatus, & aliorum criminum reus damnatus à Synodo, Sedem Apoſtolicam appellaſſet. Cùm etiam Carolum Regem in ſe vehementer commotum, vt placaret, vt ait Ammonius *lib. 5. cap. 28.* profeſſionem emiſit fidelitatis, atque obedientiæ ſuo Metropolitano præſtandæ ſub his verbis: *Ego Hincmarus [e] Eccleſiæ Laudunenſis Epiſcopus amodò, & deinceps, Domino ſeniori meo Carolo Regi ſic fidelis & obediens, ſecundùm miniſterium meum, ero, ſicut homo ſuo ſeniori, & Epiſcopus per rectum, ſuo Regi eſſe debet, ac priuilegio Hincmari Metropolitani Rhemenſis Eccleſiæ, ſecundùm ſacros canones, & decreta ſedis Apoſtolicæ ex ſacris canonibus promulgata, pro ſcire & poſſe me obediturum profiteor.*

d Synod. Duliacenſ.

e Hincmari Epiſcopi fidelitatis iuramentum Regi præſtitum.

Sed quoniam nec iſta ſatis fuêre ipſi ne damnaretur ab Epiſcopis; hac de cauſa Sedem Apoſtolicam [f] appellauit, quam ne adiret, tum Rex, tum Epiſcopi, à quibus damnatus fuerat, aliquandiu impedimento fuêre.

f Appellatio ad Sedem Apoſtolicam.

Eodêm anno dum Danorum exercitus vniuerſam Orientalem Angliam deuaſtaſſet, ad Occidentalem conuerſus, aduerſantem ſibi Ætherledum Regem inuenit, de quo hæc inter alia. Erat Rex Ætherledus [g] in tentorio Miſſam audiens, vbi cùm ſæpe à ſuis inuitaretur ad certamen, ingruentibus hoſtibus conſtanter affirmauit, ſe non receſſurum priuſquàm presbyter Miſſam impleuiſſet. Quæ fides Chriſtiani Regis multùm ei profuit illa die, victo ſcilicet aduerſario hoſte potentiſſimo.

g Rex Angliæ ob ingruēs certamen, Miſſam non dimittit, & vincit.

872. Hoc anno Adrianus [h] Papa, cùm ſediſſet annos 4. & m. decem, & dies ſeptem, moritur Cal. Nou. Vacauit autem Sedes vſque ad 19. Cal. Ianuar. qua die in eius locum ſuffectum fuiſſe Ioannem [i] Archidiaconum, Aimunius *lib. 5. cap. 29.* huius temporis ſcriptor affirmat.

h Adriani Papæ mors.

i Ioannis Papæ electio.

IOANNES VIII. igitur, patria Romanus, patre Gando, initio Pontificatus ſui Carolum Caluum, qui tum Romam venerat, Imperatorem decreuit. Hanc ob rem indignati duo Caroli, Ludouici Regis Germaniæ filij, contractis vndique copiis, in Italiam deſcendunt: & cùm non deeſſent, qui etiam Ludouico fauerent, Pontifex capitur, & in vincula conij-

ANNO DOM.

citur. E quibus non multò poſt prolapſus, ad Ludouicum cognomento Balbum, in Franciam confugit: vbi per annum moratus, & Regem inunxit, & controuerſias quaſdam inter Eccleſiaſticos ortas ſuſtulit. Deinde abiens, annuente Ludouico, apud Trecas Concilivm habuit, in quo & multa ad fidem pertinentia ſunt instituta, & Flandris, [a] qui tùm primùm ex locis nemotoſis ad meliorem cultum venerant, Epiſcopus datus eſt, verùm cùm Italia à Saracenis vaſtaretur, Ioannes Romam accitus, adiuuantibus Principibus Chriſtianis, Agarenorum partem magnam Italia, ac Sicilia expulit. Carolum præterea, quo ei in Vrbe liberiùs viuere liceret, Imperij corona donauit, tertiúſque Carolus appellatus eſt. Cùm verò Ioannes in Pontificatu annis decem vixiſſet, moritur, & in Baſilica S. Petri ſepelitur.

a Flandris Epiſcopus datur.

Hoc eodem anno 872. ſed ante ipſum Adrianum, ex hac vita migrauit S. Athanaſius Epiſcopus Neapolitanus, cùm à temporibus Nicolai Papæ diram perſecutionem paſſus eſſet à Sergio nepote ſuo, Magiſtro militum, eodémque Duce Neapolitano Cùm enim ex hac vita migraſſet ipſius Athanaſij frater Gregorius, tunc Neapoli ſumma rerum potiens, præfectura illa deuoluta eſt ad dictum eius filium Sergium, qui commonitorem Patruum non ferens, inſtigante maximè vxore, cuſtodiæ [b] illum tradidit, verùm, inſtante populo dimiſit: ſed cùm pergeret illum vexare, Athanaſius, in inſulam dictam Saluatoris ſe recepit. Ad cuius tamen expugnationem nefarius Sergius Neapolitanorum, & Saracenorum exercitum adduxit. Quibus auditis Imperator, pluribus nauibus miſſis, ſanctum virum ad ſe adduci mandauit, hoſtibus captis, & occiſis: ſicque ſanctus vir Beneuentum ad Imperat. delatus, in maxima eſt honorificentia habitus. Sergius verò effracto Gazophylacio Epiſcopi, vniuerſum theſaurum Eccleſiæ ſibi vſurpauit, ſacerdores, & Clericos traxit, fuſtigauit, abraſit. Quæ cùm ad Adriani notitiam deueniſſent, mandauit per litteras Sergio, Clero, & populo Neapolitano vt ſuum Pontificem omninò reciperent. Sin autem anathematis vinculo innodarentur. Qui iuſſionem Apoſtolicam, & excommunicationem contempſerunt.

b Sergij crudelitas in patruum.

Poſthæc Anaſtaſius Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius vnà cum Cæſario Abbate ex parte Apoſtolici, & Imperatoris Neapolim veniens, eandem ciuitatem anathemate [c] innodauêre. At vir Dei Athanaſius, propterea gemens, & mœrens, curauit, ciuitatem ſolui anathemate: nec multò poſt migrauit in cœlum, cuius corpus delatum Caſſinum, & conditum in Eccleſia Principis Apoſtolorum, iuncta Baſilicæ S. Benedicti, multis fulget miraculis. *Hæc ex Petro Diacono.*

c Neapolis ciuitas anathemati ſubijcitur.

Quàm autem pulchra facies eſſet Neapolitanæ Eccleſiæ antequàm contingeret hoc tempore Sergij labefactati tyrannide, ex eodem Petro Diacono poſſumus colligere, qui in eadem de rebus Athanaſij tractatione, Neapolim, poſt Romam, [d] primam eſſe in Italia vrbem affirmat, amœnitate, [e] munitionibus, ſuburbiis, incolentium pietate, & religione frequentiſſimis Eccleſiis, iiſque antiquitate præſtantibus, virorum ac fœminarum monaſteriis, & nobili ptochotrophio, in quo omnia neceſſaria miniſtrantur. Hæc & alia Petrus Diaconus.

d Neapolis prima poſt Romam.

e Neapolitanæ ciuitatis encomia.

Hoc anno Ioannes Papa petitum pallium miſit ad recens creatum Epiſco- 873.
pum Colonienſem Vuilibertum, additque has litteras.

Ioannes Papa Vuiliberto Agrippinenſi Epiſcopo. Pallij [f] namq; (inquit) *vſus, inter cætera, tantæ virtutis eſt, vt poſtquam collatum fuerit, cui confertur, omnem de retro actis exceſſibus calumniam adimat: non quòd crimina purget, ſed quòd tanta debeat eſſe circumſpectio conferentis, vt non niſi his carenti, tantum munus conferre portentet. Vnde imperfectus eſt, cui tantum donum aufertur: nec poteſt eſſe firmus, ſiue perfectus, qui huius ſacri non fuerit adiumenti collatione firmus, & integer. Ac per hoc neminem profectò poterit ſtabilire, vel alicuius dignitatis dono ſtatuere, qui huius religioſi habitus munere defraudatus, ad tantum perfectionis priuilegium peruenire non meruit.*

f Pallij dignitas quanta.

Hoc anno Ludouico Regi Germaniæ, Quadrageſimali tempore in oratio- 874.
ne perſiſtenti, Ludouicus pater Imperatoris apparens, Latino ſermone dixit:

Adiuro

by Google

ANNO DOM. *Adiuro* [a] *te per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt me eripias ab his tormentis, in quibus detineor, vt tandem aliquando vitam poſſim habere æternam.* Hac ergo viſione Rex perterritus, epiſtolas per cuncta Regni ſui monaſteria deſtinauit, vt pro anima [b] parentis, iam à triginta annis defuncti, Diuinam miſericordiam implorarent.

Eodem anno, Danis rurſum inuadentibus Angliam, Beorredus Rex Merciorum, poſt multa prælia, tandem coactus cedere [c], Romam venit, vbi moritur, ac ſepelitur in ſchola Anglorum. Commendat pietatem Regis Diploma [d] donationis ab eo factæ tunc Monaſterio Chroyland, quod ſic habet: *Beorredus largiente Dei gratia, Rex Merciorum, omnibus prouinciis, & populis earum vniuerſam Merciam inhabitantibus, & fidem Catholicam conſeruantibus, ſalutem ſempiternam in Domino noſtro Ieſu Chriſto. Quoniam peccatis noſtris exigentibus manum Domini ſuper nos extenſam quotidie cum virga ferrea cernimus noſtris ceruicibus imminere, neceſſarium nobis, & ſalubre arbitror pius ſanctæ matris Eccleſiæ precibus, eleemoſynarumq; liberis largitionibus Dominum placatum reddere, & dignis deuotionibus, eius gratiam in noſtris neceſſitatibus auxiliatam implorare*, &c.

876. TICINI [e] CONCILIVM celebratur à Ioanne Papa, in quo Imperium collatum Carolo Caluo Romæ, anno ſuperiore, die Natalis Domini, confirmatur. Vbi poſt multa à Ioanne Papa dicta in laudem Caroli M. Ludouici eius filij Imp. & Caroli Calui Lud. filij, ſubdit ipſe Pont. *Vnde nos tantù indiciis diuinis incumbentibus, lnce clarius agnitis, ſuperni ſecreti conſilium manifeſtè cognouimus. Et quia pridem Apoſt. memoriæ deceſſori noſtro Papa Nicolao ad ipſum iam inſpiratione diuina relatum fuiſſe comperimus*, ELEGIMVS MERITÒ, ET APPROBAVIMVS, *vnà cum annisu, & voto omnium fratrum, & Coepiſcoporum noſtrorum, atque aliorum S. R. E. miniſtrorum, ampliſque Senatus, totiúſque populi Romani, gentíſque togatæ, & ſecundum priſcam conſuetudinem, ſolemniter ad Imperij Romani ſceptra proueximus, & Auguſtali nomine decorauimus, vngentes eum oleo extrinſecus, vt interioris quoque Spiritus ſancti vnctionis monſtraremus virtutem*, &c. *Vide Annal. Franc. à Pith. edit. Pariſ. p.* 391. Ex quibus verbis habes lector ex factis ipſis expreſſam, quam tantopere impugnare conati ſunt Nouatores [f] Romani Pont. auctoritatem, & poteſtatem in creandis Imperatoribus, vt non nudum miniſterium exhibeant in ipſis vngendis, & coronandis, ſicut facere ſolent Patriarchę Conſtantinopolitani in coronatione Orientalium Imperatorum. Nam audiſti ex eius verbis ab ipſo Ioanne Papa, diuino inſtinctu, electum Carolum, ad Imperium gubernandum, & approbatum, prouectúmque ad tam ſublimem dignitatem, & Auguſtali nomine decoratum. Sunt hæc omnia totidem verba eius, quibus ſuum ſignificat miniſterium: poſtea demùm, vnctum, & coronatum, ſic enim arbitrio Papæ eſt collatum Imperium. Si res verò iure ſucceſſionis [g] agenda fuiſſet, non Carolus, ſed Ludouicus eius frater maior natu erat præferendus. Sed quòd in arbitrio ſit eligentis Pontificis, non iure hæreditario ſuccedentis, excluſus eſt Ludouicus, & electus eſt Carolus.

Sed fefellit Ioannem Pontificem ſpes de Carolo Caluo concepta. Quem enim exiſtimauit fore defenſorem Eccleſiæ, & ſuarum virium, mox alium expertus eſt. Simul enim, atque Francorum Epiſcopi ipſius aſſumptioni ſubſcripſerunt, vt in ſequenti Synodo, eos non velut Patres in honore habuit, ſed velut mancipia, in Synodo increpauit, & iudicium in cauſis eorum ſibi arrogauit.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [h] PONTIGONENSE, quo iuſſu Sedis Apoſtolicæ, Galliarum Epiſcopi electionem Caroli confirmarunt.

877. Hoc anno Ioannes Papa litteras ad Carolum Caluum Imperatorem dedit poſt Idus Febr. mittens ad eundem palmas [i] virides benedictas, cùm tamen Dominica Palmarum, quæ Eccleſiæ ex antiquo inſtituto benedici conſueuerunt, non eſſet, quaſi brauium (vt ipſe ait) pugnantium, & victorum. Hæc omnia menſe Februarij.

Quo eodem menſe ROMÆ [k] ab eodem Pontifice SYNODVS habita eſt, in qua, inter alia, confirmata ſunt Acta in Synodo anni ſuperioris de Imperio Caroli, & quæ geſta eſſent apud Ponrigonem. Iſta omnia Ammonius *lib.* 5. *capite* 35.

a *In Purgatorio exiſtens anima Lud. Imp. auxilium petit.*

b *Purgatorij doctrina ab Apoſt. traditam, ad poſteros traſmiſerunt Patres, præter enim Liturgias Apoſtolorum, in quibus fit pro mortuis oblatio, Dion. Ar. Eccl. hier. c.7. p. 2. fusè refert cæremonias pro defunctis ſeruari ſolitas. Irenæus lib.1. c.3. Tertul. de cor. mil. c. 3. Orig. hom. 6. in Exod. Cypr. ep. 58. ad Anton. Athanaſius peculiarem librū edidit de dormientibus Dam. lib.4. eod. tit. Baſil. in cap.9. Iſa. & in Litur. Cyril. Hieroſol. Catech.5. myſt. Epiph. hæreſ. 75. & reliqui Patres cōmuniter. Conc. III. Carth. c.29. Bracar. I. c. 34. Cabilonenſe. & habetur de conſecr. diſt. 2. Can. viſum eſt. Vvormatienſe c. 10. Concil. VI. ſub Symmacho, vbi dicitur ſacrilegium fraudare animas defunctorū orationibus, & c. Later. ſub Innoc. III. c.66. Flor. ſeſſ. vlt. in decret. de Purg. & Trid. ſeſſ.29. in initio.*

c *Rex Anglor. regno profugus Romæ moritur.*

d *Diploma regiæ donationis monaſterio factæ.*

e *Concil. Ticin.*

f *Papa in Imp. creatione non nudum miniſterium exhibet vt falsò Nouatores aſſerunt: ſed verè eligunt, & approbant.*

g *Imperium non confertur iure hæreditario, ſed electitio.*

h *Concil. Pontigon.*

i *Palmarum benedictionis vſus antiquus, & mittendi ad Principes, & extra Dominicam Palmarum.*

k *Synod. Rom.*

Anno Dom.

Eodem anno moritur Carolus Caluus. Succedit in Imperium eius filius Ludouicus cognomento Balbus, quòd impeditus lingua eſſet.

a Synod. Neuſtriana.

Eodem anno agitur in NEVSTRIA [a] SYNODVS, vbi inter alia ad Ludouicum Imperatorem, qui nuper Carolo Patri ſucceſſerat, Legati querelas expoſuerunt aduerſus Hugonem Lotharij defuncti Regis filium nothum. Qui audita morte Caroli Calui Imperatoris, qui Lotharij Patris regnum inuaſerat, collecta factioſorum multitudine, eiuſdem Ludonici regnum magnopere infeſtabat, quem ipſe Ludouicus primùm detulit ad Epiſcopos in ea Synodo congregatos, cui Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus præſidebat, qui ad eundem Hugonem, mandato Synodi, litteras comminatorias ſcripſit, niſi à tantis malis deſiſteret.

b Vrbs occupatur, & Papa cuſtodia detinetur.

Hoc anno Ioannes Papa ab vrbe coactus fuit fugere in Gallias, quia Lamber- 878.
tus Wironis, ſeu Widonis filius, & Albertus Bonifacij filius, Romã [b] cum manu valida ingreſſi ſunt, Ioãne & Põtifice ſub cuſtodia retento, optimates Romanorũ fidelitatem Carolomanno ſacramento firmare coëgerunt. Quibus inde deſcendentibus, idem Pontifex domum S. Petri ingreſſus, omnes theſauros, quos ibi reperit, ad Lateranas tranſtulit: & altare S. Petri cilicio cooperuit, & cuncta oſtia eiuſdem Eccleſiæ clauſit. Nullúmque officium ibi ad Dei cultum pertinens, per plures dies celebratum eſt: & quod nefas eſt, omnibus vndique illuc cauſa orationis venientibus, negabatur introitus, erántque ibi omnia concluſa. Memoratus autem Pontifex, cõſcenſis nauibus per mare Tyrrhenum, Regnum [c] Caroli intrauit, ibíque per totum ferè moratus eſt annum. Solebat autem in eo itinere Pontifex monere ante Epiſcopos [d] vt hoſpitiũ pararent, per quam diœceſim eſſet tranſiturus, vt ex litteris datis ad Lingonenſem Epiſcopum patet (*epiſt. 96.*) Cabilone autem cùm hoſpitaretur, à latrunculis quibuſdam [e] malè habitus eſt, dum ab eis nocturno ſilentio iumenta abacta ſunt, quos niſi intra tres dies ablata reſtituerent, excommunicatos voluit. Idem Pontifex ſimiliter, & quendam alium tunc excommunicauit (*epiſtola 97.*) qui ſcutellam argenteam Sancti Petri furatus eſſet.

c Papa migrat in Gallias.

d Papa iter agenti vſus vt Epiſcopi hoſpitium pararent.

e Raptoribus infert excommunicationem.

f Synod. Trecenſ.

Quo pariter tempore, dum eſſet in via, ad Epiſcopos Galliæ, & Germaniæ litteras dedit, quibus ad generalẽ SYNODVM [f] TRECIS celebrandam, omnes iuberentur adeſſe. Conuenerunt igitur Trecis Epiſcopi conſtituta die menſis Auguſti. Verùm Ludouicus Rex Francorum non potuit tunc accedere, ob infirmitatem corporis, qua grauiter vexatus eſt: ſed vt ait Ammonius *lib. 5. capite 37.* ad Calend. Septembr. affuit. Interea Ioannes Papa generalem Synodum cum Epiſcopis Galliarum, & Belgicarum prouinciarum agens, qualiter Lambertum, & Adalbertum, Formoſum quoque, & Gregorium Nomenclatorem, & complices illorum excommunicauerit, relegi in Synodo fecit, & conſenſum Epiſcoporum in eadem excommunicatione quæſiuit, quem Epiſcopi ſcripto dederunt.

g Bellicum apparatum exigit Papa ab Epiſcopis.

Inter Ioannis epiſtolas poſt 114. hæc ex eadem Synodo petita leguntur, quibus idem Pontifex eſt Synodum allocutus his verbis: *Vos confratres, & Coëpiſcos meos volo vnanimiter in defenſione S. R. E. quam conſtat Caput eſſe omnium Eccleſiarum, connenire, donec Deo auxiliante in Sedem B. Petri Apoſtolorum Principis reuertamur, cum omnium hominum veſtrorum [g] armata bellico apparatu manu: & hoc non differendo, ſed ſub omni celeritate, & certitudine ſponſionis.*

h Papa à Rege protectionem, & defenſionem S. R. E. exigit.

Sequitur poſt hæc eiuſdem Pont. allocutio ad Regem Ludouicum præſentem in hunc modum: *Vos chariſſime fili Ludouice, glorioſe Rex, precor [h], in defenſionem, liberationem, atque exaltationem S. R. E. ſicut prædeceſſores veſtri fecerunt, & vobis ſub obteſtatione facere mandauerunt, ſine procraſtinatione, & vlla dilatione, ſuccurrite, quia miniſtri Dei eſtis, vindices in ira his, qui malè agunt, & non ſine cauſa gladium portatis: ne fortè, quod abſit, illa vos, & regnum veſtrum culpa contingat, quæ quoſdam veteres Reges inimicis, & infidelibus Dei parcentes, damnabiliter quondam ſtrinxit. Vel ſi aliud placet, præſentialiter in iſto loco date (per Deum, & per B. Petrum vos coniuro) ſine mora reſponſum.*

i Rex & Epiſcopi votis Papa annuunt.

Quid ad hæc omnia Epiſcopi, quid Lud. reſponderit, non inuenitur: certum tamen eſt, annuiſſe [i] votis Pontificis. Nam cùm ipſe Ludouicus ob corporis im-

becillita

ANNO DOM. becillitarē ex recenri morbo contractam ducere in vrbem ipſum Pontificem non valeret, Boſonem Comitem cum ipſo voluit proficiſci.

Ticinum cùm Pontifex veniſſet, ingens illi Eccleſiæ contulit priuilegium, nempe, *vt quotieſcunque Ticinenſis Epiſcopus vocaret ad Synodum Archiepiſcopos Mediolanenſem, & Rauennatem cum ſuffraganeis, venire omninò deberent.* Ibidem Synodum indixit celebrandam 4. Calend. Sept. cum Epiſcopis Longobardiæ.

Scribens tunc etiam ad Epiſcopos ſub Ludouici regno conſtitutos, indulgentiam [a] concedit omnibus, quibus pro defenſione S. Dei Eccleſiæ in bello occidi contigerit.

a Indulgentia conceditur.

Hoc anno Gitro [b] Rex Danorum, qui Angliam ferè vniuerſam ſibi ſubiecerat, ab Aëlfredo Rege *(Matth. Vveſtmonaſt.)* qui profugus latuit in Actelingere inſula ſuperatus, fit Chriſtianus, mutatóque nomine, Aëthelſtanus vocatur.

b Rex Danorum baptiſmum ſuſcipit.

879. Cognito hoc anno Ludouici Imperatoris obitu, Ioannes Papa SYNODVM ROMÆ indicit menſe Maio, ad quam dum vocat Anſpertum Mediolanenſem Archiepiſcopum, hæc inter alia habet: *Quia Carolomannus corporis (ſicut audiuimus) incommoditate grauatus, regnum retinere iam nequit, de noui Regis electione, vt omnes pariter conſideremus, vos prædicto adeſſe tempore valdè oportet; & ideò antea nullum abſque noſtro conſenſu Regem debetis recipere. Nam ipſe qui à nobis eſt ordinandus [c] in Imperium, à nobis primùm, atque potiſſimùm debet eſſe vocatus, atque electus,* &c. Cùm verò Pontificis animus erga Carolum cognomento *Craſſum*, Ludouici Caroli fratris Calui filium, propenſior eſſet, eum vt Romam Legatos mittat, atque demùm ipſe veniat, hortatur *epiſtola* 160. 172. Porrò Anſpertum vocatum ad eam Synodum cùm venire noluiſſet, idem Pontifex excommunicauit, quouſque Romam veniret ad aliam Synodum menſe Octobr.

c In Regem eligendus probandus à Papa.

Intereà tamen Legati pro Photio [d] agentes, non ſolùm à Ioanne non fuerunt reiecti, quin & benignè recepti, & præter omnium ſpem, quæ pro eo tempore peterent, impetrarint. Quod omnium orthodoxorum [e] animum commouit vehementer, tanquam indignum facinus Rom. Pont. penes quem plus valeret, & maioris eſſet ponderis gratia Imperatoris, quàm ſanctiſſimorum prædeceſſorum ſcriptis confirmata, & iuramentis ſtabilita, de Photio nunquam recipiendo, ſententia: cui & ipſe Ioannes, cùm eſſet Archidiaconus, coràm vniuerſa Eccleſia conſenſerat, & magna aſſertione iuramenti religione firmauerat, atque ſubſcripſerat. Accedebat ad ſcandalum, quòd nihil penitus feciſſet Photius, cuius cauſa, quoquo modo reſtitui mereretur: neque vel leuiſſimum ediſſet pœnitentiæ [f] ſignum: immò multò deteriora prioribus facinora perpetraſſet: quorum cauſa arctioribus eſſet anathematis vinculis innodandus, & grauioribus ſuppliciis puniendus. Quod igitur Ioannes Papa loco ſupplicij perſoluerit præmia ſceleſtiſſimo viro, magnam exiſtimationi ſuæ, & Cathedræ Pontificiæ notam inuſſit.

d Ioan. Papa fauet Photio.

e Orthodoxi omnes de hoc ſcandalizati ſunt.

f Photius ſemper impœnitens manſit.

Hinc puto factum (ſi quæ tamen veritatis, vel ſaltem ſpecies mendacij apertiſſimi eſſe potuit) quòd ob nimiam [g] Ioannis animi facilitatem, & mollitudinem, non Papa, vt Nicolaus, & Adrianus, ſed Papiſſa fuerit contumeliæ loco dictus, vt qui nec reſiſtere ſciret Eunucho, quique vinceretur à ſemiuiro, non vir, ſed eſſet fœmina potiùs nuncupandus: & ſic nomen contumeliæ tranſierit poſteris rerum inſciis, in veritatis opinionem: atque ita à complurimis decantatum fuerit, Ioannem VIII. Papam, fuiſſe fœminam: ſicque iactata vulgò inuenit eo modo locum fabula. *Vide ſuprà* 855. *anno.*

g Ioannis Papæ fœminæ fabula vnde ortū habuit.

His autem Ioannis Papæ temporibus in Romana Eccleſia [h] abſque vlla ambiguitate, vſu receptum, vt Spiritus ſanctus *à Patre, Filioq. procedere* dicerent. Inter alia argumento eſt, quòd Ioannes S. R. E. Diaconus ad hunc ipſum Ioannem Pontificem quatuor à ſe elaboratos libros vitæ S. Gregorij Papæ mittens, vbi agit de Dialogis ab eo ſcriptis, & in Græcum à Zacharia Papa tranſlatis iuſtè queritur, quòd cùm ipſe S. Gregorius [i] in eis aſſeruerit, diſertis verbis, *Spiritum ſanctum à Patre, Filióque procedere*, illi textum corruperint, illáque verba, *Filióque* abradendo inde abſtulerint, eos magnoperè redarguens, quòd audacter nimis, ſicut & impudenter S. Gregorij textum, ita corruperint; planè ſignificans, Romanam Eccleſiam nihil diuerſum ab ipſo S. Gregorio Papa ſentire, nec Ioannem, ad quem ſcribit, ab ea ſententia diſcrepare.

h Spiritus ſanctus à Patre, Filioq. procedit, hoc tempore receptum vſum in Eccleſia Romana.

i Græci textum S. Gregorij corruperunt.

Eodem

ANNO DOM.

a *Principes aliqui Italiæ cum Saracenis fœdus ineuntes ſub anathemate à Papa comminantur, vt fœdus diſſoluant.*
b *Concil. Rom.*

Eodem anno cùm nonnulli Italiæ Principes [a], & populi, ſuæ priuatæ cauſæ proſpicientes, publicam negligentes, cùm Saracenis fœdus iniſſent, Ioannes Papa, vt contractum fœdus diſſoluerent, ſub pœna excommunicationis eiſdem præcepit.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ROMANVM II. quo Petrus in cauſa Photij miſſus eſt Conſtantinopolim.

c *Pſeudo-octaua Synod. Conſtantinop. damnata.*

PSEVDO-SYNODVS OCTAVA [c] CONSTANTINOPOLITANA OECVMENICA REPROBATA.

d *De Synodo vera VIII. vide ſupra ſub anno 869*

Eodem anno celebrata eſt SYNODVS CONSTANTINOPOLITANA Oecumenica reprobata 389. Epiſcoporum, qua poſt obitum Ignatij, reſtitutio Photij eſt confirmata: Sancta, & Oecumenica Synodus VIII. planè abrogata: & è Symbolo particula illa *Filioq;*, ſublata fuit. Porrò quoad hanc Pſeudoſynodum Photianam attinet, neq; die, neq; anno, neq; Coſſ. eam definiuit, vt tantò faciliùs pro Octaua ſupponeret. Numerum etiam Epiſcoporum trecentorum octuaginta trium finxit, cui promptum fuit, nomina, & ſubſcriptiones eorum componere. Paulum, & Eugenium Legatos Ioannis ſibi communicaſſe iactauit: cùm tamen illi in principio à communione eius abſtinuerint. Eoſdem, ſibi veſtes Sacerdotales, & ornamenta Epiſcopalia à Ioanne detuliſſe mentitus eſt, cùm in litteris Ioannis, qu amuis ab eodem deprauatis, nulla eorum mentio habeatur. In [d] *ſecunda act.* epiſtolas contra Synodum VIII. aliquorum legi iuſſit. In tertia, negotium Bulgarorum ad iudicium Imperatoris reiecit. In quarta, aliquos induxit, qui teſtificarentur, Legatos Orientalium ad Synodum VIII. miſſos, non fuiſſe Sedium Patriarchalium, ſed Saracenorum. Induxit pariter, & Legatos Romanos poſtulantes, vt Synodus contra Photium habita abrogaretur: vtque ij, qui Photio non communicarent, excommunicarentur. In quinta decreuit, ne à Photio excommunicati, à Pontifice Romano reciperentur. In eadem ſeſſione calumniæ Romanæ Sedi impoſuit, quaſi VII. Synodum non recepiſſet. In ſexta autem actione à Symbolo fidei particulam illam, *Filioq;*, reiecit, & occultè Romanam Eccleſiam ſugillauit. Baſilium etiam Imperatorem, & filios induxit, vt actis Pſeudoſynodi ſubſcriberent, improbarétque cuncta, quæ contra Photium acta eſſent in VIII. legitima Synodo, cui ipſe cum filiis ſubſcripſerat. In vltima actione lecta eſt in magna Eccleſia fidei definitio in prædicta ſeſſione præcedenti probata, additis multiplicibus anathematiſmis, ſi quis quid adderet, vel minueret.

e *Ioannes Papa Photij reſtitutionem probat, ſed conditione adiecta.*

Hoc anno Ioannes Papa, cùm primùm intellexiſſet, Photium Sedi Conſtanti- 880.
nopolitanæ reſtitutum, exiſtimans id ad pacem Eccleſiarum conducere, eam [e] reſtitutionem approbauit, ſed cum hac cautione in litteris ad eundem, & ad Baſilium Imperatorem adiecta: *Etſi fortaſsè noſtri Legati in eadem Synodo contra præceptionem Apoſtolicam egerunt, nos nec recipimus, nec iudicamus alicuius exiſtere firmitatis.*

f *Synod. Rom.*
g *Photius à Papa ore excommunicatur.*

Cùm itaque partim à reducibus Legatis, partim verò, & magis abundè ab aliis Ioannes didiciſſet, quamplurima à Legatis, & à Photio contra ſuam præceptionem acta fuiſſe; conuocata SYNODO [f] in Baſilica Principis Apoſtolorum, poſtquam Photius Eugenium ſocióſque eius ſeduxit, cùm accepiſſet Euangelium & ambonem conſcendiſſet, omnibus audientibus ita dixit Ioannes: *Quicunque non habet damnatum [g] Photium diuina ſententia, ſicut ipſum reliquit Nicolaus, & Adrianus ſanctiſsimi Papæ prædeceſſores mei, ſit anathema.*

Nec tantùm Photius, ſed & Eugenius, & ſocij eius à Ioanne in ambone anathemate percuſſi, depoſiti fuere.

Synodo Romana abſoluta, miſit Ioannes Conſtantinopolim Matinum Epiſcopum Legatum, qui omnia à tribus illis, & à Pſeudoſynodo acta irritaret: quod & fecit.

h *Concil. Rom.*
i *Athan. Epiſc. & Princeps Neap. propter fœdus cum Saracenis initum, anathemate percutitur.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [h] ROMANVM III. Athanaſius 881.
[i] enim Epiſcopus, & Princeps Neapolitanus, à Ioanne Papa ſæpè laudatus, poſt in tranſuerſum actus, fœdere cum Saracenis icto, omnia vaſtans, & ſæpius à Ioanne Papa admonitus, nec reſipiſcens, habita Romæ Synodo excommunicatur. Qui

ANNO DOM.

pluries petens ab excommunicatione abſolutionem, non exauditur. Sed Marinum Epiſcopum Legatum Neapolim miſit, qui præſcriberet, vt ſi vellet Eccleſiæ reconciliari, cæteros quidem Saracenos iugularet. Proceres verò illorum vinctos Romam tranſmitteret: neque in poſterum aliquod fœdus cum eis percuteret. Quòd ſi faceret, ſciret ſe, & communione Eccleſiaſtica, & dignitate Epiſcopali priuandum, atque perpetuo anathemate damnandum.

882. De Ioanne, illud poſt hæc ex eius epiſtolis proditur, ipſum rurſum Gallias [a] verſus iter arripere ſtatuiſſe, vt diſſidentes inter ſe Francorum Principes ſimul conciliaret, vt ira eos bello ciuili ſedato, promptos, & expeditos habere poſſet ad ferendũ auxiliũ Eccleſiæ Rom. periclitanti. Huius ſanè argumenti eſt penultima eius epiſtola (*epiſt. 307.*) qua monet Supponem Comitem, ad quem ſcribit, vt ſibi in Galliam proficiſcenti ad montem Ciniſum occurrat. Verùm, ne id faceret, mors interceſſit. Siquidem in fine anni huius, ærumnis, curis, mœrore conſumptus, 18. Cal. Ian. moritur [b], cùm ſediſſet annos 10. diem vnum.

a Papa in Gallias ire ſtatuit ad ſedanda ciuilia bella inter Reges.

b Ioannis Papæ obitus.

Cùm verò poſt obitum Ioannis Sedes vacaſſet tribus diebus, exæſtuans zelo Romanus Clerus, eum ipſi ſubſtituendum curarunt, quem ſcirent, ardentiſſimum Photij impugnatorem: ſicque 5. Calend. Ian. eundem MARINVM [c] elegit, qui olim Diaconus cùm eſſet à Nicolao miſſus eſt ad Photium excommunicandum: & ab Adriano ad eundem deponendum, & reſtituendum Ignatium, atque Oecumenicam Synodum celebrandam, virum laudatiſſimum, quem expetierant magna inſtantia Bulgari, vt eum ipſis Adrianus Papa daret Epiſcopum, ſed non obtinuerunt. Atque poſtremò, miſſus eſt à Ioanne itidem Conſtantinopolim ad ruinam reparandam, quæ facta fuerat per tres Legatos illuc ad Synodum, pro Photio reſtituendo miſſos: qui ſumma conſtantia agens contra Photium, & Imp. cuncta ab eis perperàm facta damnauit. Hunc igitur Epiſcopum, confeſſionis gloria redimitum, ſibi in Pontificem eligendum abſque controuerſia Romanus Clerus inſtituit. Accidit autem, vt cùm ipſo ſuo ingreſſu Pontificatus, Marinus Photium damnaſſet, ſimulque cunctas res ab eo geſtas ad munus Epiſcopale ſpectantes, moueret amplius ſemel exulceratum animum Baſilij Imperatoris ad iracundiam, qui furore incenſus, Romam ſcribens, dicebat, Marinum non eſſe Pontificem, eo quòd alterius Eccleſiæ fuiſſet iam Epiſcopus ordinatus (cuius autem non conſtat) multaque alia ignominioſa aduerſus eundem ſanctiſſimum Papam effutiens, eum ſolio deponere ſatagebat, ſed aduerſus eum pro Marino Stephanus Papa ſucceſſor eius, locupletiſſimè ſatisfecit.

c Marini Papæ electio.

883. Marinus Papa [d] perperàm facta Ioannis Papæ reſcindens, inter alia, Formoſum Epiſcopum Portuenſem reſtituit in vrbem, & in Epiſcopatum, quem damnãs Ioannes, iurare coëgerat, ſe nunquam repetiturum Epiſcopatum, ſed laica communione contentum, quieſcere. Sed vt cauſæ ignorantur depoſitionis, ita reſtitutionis: coniecturas ſanè probabiles, & Formoſo perhonorificas, videat qui volet apud Auctorem Annalium.

d Marinus perperam facta Ioannis reſcindit, Formoſumq; reſtituit.

Eodem anno Marinus Papa ſcholam Anglorum Romæ exiſtentem Alfredo Rege [e] deprecante à tributo liberam fecit. Qui etiam Regi præfato dona tranſmittens plurima, dedit ei inter cætera, portionem non modicam ſalutiferæ Crucis. *Ex Weſtmonaſt.*

e Marinus Regi Angliæ annuit, eiq; partem ligni ſanctæ Crucis mittit.

Eodem tempore Alfredus [f] Rex Angliæ, qui Romæ coronam à Leone Papa acceperat, poſt varios caſus, multaque pericula, à quibus diuinitùs liberatus eſt, Regnúmque vindicatum à Danis, grati animi opus exſoluit, ex voto duplicis Legationis, alteram mittens ad ſacras memorias Apoſtolorum Romam; ad Indos alteram, ad corpus S. Thomæ, Epiſcopo miſſo Schireburgenſi, qui exoticos ſplendores gemmarum, & liquores aromatum, quorum illa terra ferax eſt, reportauit. *Ex Vuillelmo Malmesburienſi.*

f Rex Angliæ Legatos Romam mittit.

Quòd ad res pertinet Orientalis Eccleſiæ, legatio inter hæc cernitur ab Aquileienſi Patriarcha (cuius nomen non proditur) ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum à ſchiſmatico ad ſchiſmaticum, & ad perfidum à perfido. Qui non ſolùm à Romana Eccleſia auerſus, ſed ab omnibus Eccleſiis Occidentis, Latinis, inquam, omnibus audaciſſimè impugnabat Latinorum ſtabilitam per ſæcula multa, ſententiam de proceſſione Spiritus ſancti. Quòd verò ſolus iſta co-

natus

natus inter Latinos inueniretur, à Photio per legationem, & litteras implorat auxilium, nimirum, vt ab ipſo epiſtola redderetur contra Latinos: quod ille abundè præſtitit data epiſtola, quæ abſque antidoto Auctoris Annalium non eſt legenda.

a Quando, & cur Symbolo addita ſit illa particula (Filioq́.)

Quando verò [a], & qua vrgente cauſa factum ſit, vt illud (*Filioq́*) Symbolo adderetur, modò aperiendum. Quamdiu ea veritas, non ſic impugnata eſt, vt penitus negaretur, nihil eiuſmodi præſumptum eſt ab Eccleſia Romana, licèt id vehementiſſimè exigeretur per Legatos à Concilio Aquiſgranenſi ſub Carolo Magno Romam miſſos, reſiſtente Leone III. Romano Pontifice. Vbi autem ſchiſmaticorum procacitas eò deuenit, vt Catholicum dogma condemnarent, & exploderent velut hæreticum, nec modò priuatis ſcriptionibus, ſed collectis Conciliabulis, meritóque nomine vniuerſalis Concilij, id ipſum decretis Synodalibus confirmarent, & confirmatum promulgarent (quod à Photio magna præſumptione factum eſt) Romani Pontifices ad retundendam ſchiſmaticorum temeritatem, non tam inſerendum in Nicænum Symbolum illud (*Filioq́*) quàm diu ante illarum, recipere ſanctiſſimè decreuerunt, quo ſignificaretur, communicare Catholicæ Eccleſiæ, qui à Symbolo ab Eccleſia Romana recepto diſſentire inueniretur. In quo affuit conſenſus vniuerſi Occidentalis Orbis Catholici, cùm plura in Hiſpania primùm, inde in Galliis generalia Concilia id decreuiſſent, atque adeò promulgaſſent. Quiſnam autem Romanus Pontifex primus id ſtatuerit, non omninò conſtat: retulerunt id alij ad tempora Nicolai, vel circa. Verùm ſi id fuiſſet, certè Photius altius in ipſum Nicolaum declamaſſet. Anonymus quidam Græcus in Bibliotheca Vallicellana aſſerit, primum fuiſſe Chriſtophorum Papam, qui in Confeſſione fidei, quam miſit ad Conſtantinopolitanum Patriarcham, nempe in Symbolo, Spiritum ſanctum à Filio quoque procedere, auſus eſt dicere, qua de cauſa poſtea à Sergio Patriarcha è diptychis expunctus eſt. Verùm nullo pacto poſſunt tribui iſta Chriſtophoro, qui inuaſor Apoſtolicæ Sedis, mox Sede depulſus, perbreui tempore eam tenuit tumultuoſè.

Sed obiicit Photius de Leone III Papa, & de clypeis ab eo ſuſpenſis in Baſilica S. Petri Symbolo exaratis, Latino, atque Græco charactere, in quibus inſcriptum erat, *Spiritum ſanctum* (vt idem habebat antiquum Symbolum) *à Patre procedere*, nec aſſereret, *Spiritum ſanctum* *Filio ſicut à Patre procedere.* Nihilominus, contrarium apparet eum planè ſenſiſſe, & prædicaſſe cum tota Eccleſia, & coràm Legatis Caroli Magni profeſſum eſſe: ſed quòd non videretur illi neceſſe, vt omnis veritas Catholicæ fidei Symbolo inſereretur.

b Marini Papæ mort.

Marinus Papa [b] cùm ſediſſet annum vnum, atque dies [a]. laudabiliter Apoſtolico munere perfunctus, 15. Calend Febr. migrat ad Deum, ſucceſſoribus relinquens exemplum, Photium impœnitentem, in deterius prolabentem execrandi; neque vllis Græci Imperatoris blanditiis, vel minis ad communionem cum eo ineundam moueri. Poſt duos dies 884.

c Adriani Papæ electio.

Adrianvs Romanus eius nominis III. [c] creatur, qui inhærẽs ſancti prædeceſſoris veſtigiis, execratus eſt ipſe Photium tanquam laicum, agentẽ Conſtantinop. Eccleſię Patriarchã, nullum cum eo participãs communionis Symbolum, quamuis ab Imperatore Baſilio multum rogaretur. Acceſſerat ad deteſtationem perfidi hominis, quòd ſcripta ab eo epiſtola ad Aquileienſem Patriarcham contra Latinos, iam vulgata fuiſſet. Hoſtiles igitur Baſilius ad Papam Adrianum litteras ſcripſit, contumeliis plenas, quas tamen Romam ſerò perlatas, poſt obitum Adriani, accepit ipſius ſucceſſor Stephanus Papa. Verùm initio ſui Pontificatus, nimirum anno 884. inſtantibus Principibus Romanis, non dubitauit ſeſe Imperatorum potentiæ opponere: vnde duo decreta conſtituit, vnum pro Romanæ Eccleſiæ libertate tuenda: alterum pro Romani populi, & Italiæ dignitate, & auctoritate. Primum quidem, ne in creando Pontifice, aut conſecrando, vlla Imperatoria auctoritas expectaretur, vt antea ſolebat, vtq́ue libera penitùs eſſet, & Cleri, & populi ſuffragia. Alterum, vt moriente Imperatore Carolo III. cognomento Craſſo, ſine filiis regnum Italiæ Italicis Principibus vnà cum titulo Imperij traderetur.

d Adriani Papæ obitus.

Adrianus Papa [d] vbi ſediſſet ann. 1. menſ. 3. d. 19. obiit 7. Idus Maij, cui ſuf- 885.

ANNO DOM. fectus eſt STEPHANVS [a] VI. dictus V. ex Presbytero tit. SS. quatuor coronatorum, inuitus, & reluctans: cuius ex omnium conſenſu, factam electionem in ingenti ſiccitate magna opportuno tempore imbrium ſecuta eſt inundatio, ex qua ſibi omnium bonorum populus promitteret affluentiam: ſacra perluſtrans, veſtiaria reperit ſacris veſtibus, & denariis ſpoliata: horrea, & cellaria vacua: vt non ſuppeteret quid Clero, & ſcholis erogaret, vnde captiuos redimeret, orphanos, & viduas paſceret, in tanta, quæ inſtabat fame. Iam enim (proh dolor, proh nefas) inoleuerat peſſima conſuetudo, vt mortuo ſummo Pontifice [b] inuaderent homines Sedis Apoſtolicæ Patriarchium, & diriperent. Quare conuerſus ad inclytorum parentum opes, eas largè pauperibus diſtribuit. Miniſtros [c], & familiares hinc inde perquirens, tales ſuis obſequiis aggregauit, qui & in vitæ ſanctitate, & fidei ſinceritate, & ſapientiæ doctrina, eloquentia, & morum probitate pollerent. Pauperes, & orphanos ad menſam adhibebat: cùm verò nobiles aduocabat, ſpiritualibus etiam eos epulis, & quotidiana lectione reficiebat. Miſſarum quoque ſolemnia quotidie celebrabat.

a *Stephanus Papa inuitus, & reluctans eligitur.*

b *Pontifice mortuo, Patriarchium inuadebatur, & diripiebatur.*

c *Miniſtri Pontificis cuius qualitatis.*

Is, ſimul ac Cathedam conſcendit, acceptis Baſilij Imperatoris litteris quas ad Adrianum miſerat, plenas blaſphemiis, atque conuiciis, perſtans in Photij execratione, atque deteſtatione, inhærens prædeceſſorum veſtigiis, reſcripſit ad Imperatorem epiſtolam, eum redarguens, quòd pro Photio, homine laico, excommunicato, tantoperè laborans, eum defendendo, aduerſus Romanos Pontifices, ipſam Romanam Eccleſiam adeò afficeret contumeliis, atque conuiciis.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Hoc eodem anno 885. Papa iniungit Fulconi Epiſcopo ſuas vices in conuocando apud VANGIONEM [d] ciuitatem CONCILIO, de controuerſia inter Colonienſem, & Hamburgenſem Epiſcopos.

d *Conc. Vangionenſ.*

Eodem anno moritur Carolomannus Rex, cui ſucceſſit in regno eius filius Ludouicus, cui *Ignauus* cognomentum fuit, ſiue quòd regno potitus (inquit Ammonius *lib.* 5. *cap.* 45.) nihil ſtrenuè egit: ſiue quòd ſanctimonialem quandam, ſicut à maioribus accepimus, Kale monaſterio abſtractam, coniugio copulans ſuo, peccatum maximum perpetrauit.

886. Baſilius Imperator hoc anno moritur, qui licèt laudatiſſimus propter multa fuerit, attamen reprehenſione dignus extitit, quòd in Romanam Eccleſiam inſurrexit. Idem Baſilius Imperator vnà cum hæreditate filio ſuo Leoni Imperatori egregia monita ſcriptis reliquit, quorum aliqua hîc ſubiiciemus.

Baſilius [e] in Chriſto Romanorum Imperator, Leoni charo filio, & Imperatori Collegæ.

e *Extat Tom. 5. Biblioth. SS. PP. in fin.*

Sanam mentem habe in his, quæ ad rectæ fidei doctrinam [f] pertinent, & ſummo honore proſequere matrem tuam [g] Eccleſiam, quæ in Spiritu ſancto te lactauit, & capiti tuo ad Dei per Chriſtum laudem Imperij coronam mecum impoſuit. Si enim quos natura tibi dedit parentes, debes venerari, multò magis eos, qui te in Spiritu ſancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: iſti verò æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Eccleſiam Dei, vt tu viciſſim in honore habeare, & [h] Sacerdotes eius reuerere tanquam ſpirituales patres, & deprecatores pro nobis ad Deum. Honor enim qui Sacerdotibus habetur, in Deum refertur: & ſicut propter te, miniſtros tuos in honore habere iuſtum eſt; ita & propter Deum Sacerdotes eius magnifacere, & in pretio habere Sanctum. Quemadmodum enim honor, qui eis habetur, ad Deum pertinet; ita eorum contumelia, & contemptus, longè etiam grauius eius iram prouocat. Hæc Baſilius.

f *Baſilius filium Imp. inſtruit, vt fidem Catholicam teneat.*

g *Matrem Eccleſiam honoret.*

h *Sacerdotes quoque veneretur.*

Hoc anno Leo Imperator acceptis litteris Stephani Papæ ad Baſilium miſſis, & Photij fraudulentis facinoribus percognitis, omnes à Photio excommunicatos, depoſitos, & eiectos reuocauit Epiſcopos, Præpoſitos, Presbyteros, Diaconos, & pios omnes: quibus ad ſe euocatis, cum illis conuenit, vt ad Stephanum Papam ipſe, & illi ſcriberent, petendo diſpenſationem pro iis, qui à Photio fuerant ordinati.

887. Hoc anno habita legitur SYNODVS [i] COLONIENSIS, in qua actum

i *Synodus Colonienſis.*

aduerſus raptores rerum Eccleſiarum, oppreſſores pauperum, & inceſtas nu ptias contrahentes. ANNO DOM.

a *Synod. Mogunt.*

Hoc anno mortuo Carolo Imperatore occaſione noui Regis Arnulphi cele- 888.
brata eſt SYNODVS [a] MOGVNTINA: de qua illud primum conſiderandum,
eundem Arnulphum nunquam ab antiquis ſcriptoribus Imperatorem eſſe nominatum, ſed ſemper Regem, eo quòd nefas eſſet, Imperatoris nomen aſſumere, niſi illud eſſet à Sede Apoſtolica collatum: quamobrem perperam agere conuincuntur, qui ſtatim poſt obitum Caroli, Arnulphum nominant Imperatorem, tanquam hæredem Imperij. Quanam autem ex cauſa eiuſmodi Synodus collecta eſſet, in eius præfatione, produnt Patres: qua etiam, quiſnam ſtatus infœliciſſimus Germaniæ Eccleſiarum eſſet, pluribus docent, vaſtitatem videlicet à Northmannis, & graſſatoribus illatam ciuitatibus, Eccleſiis, & monaſteriis, & cladem hominibus Eccleſiaſticis, & ſæcularibus. Hæc ſunt, quæ ob omnium oculos lugenda Patres, & corrigenda quoquo modo proponunt. Statuti ſunt igitur in Synodo Canones 26. quorum tres primi ad Arnulphum pertinent, quibus admonent, quomodo gerere ſe debeat in regni bona adminiſtratione.

b *Rex Angliæ collectam mittit Romam, & Hieroſolymam.*

Eodem anno Aelfredus [b] Rex Angliæ Aëthelinum Wintonienſem Epiſcopum Romam miſit, qui illuc eleemoſynas ferret. Sed & ſequenti anno collectam vniuerſalem tam Clericis, quàm laicis indixit Romam, & Ieroſolymam mittendam, cui ipſe ex ſuo theſauro partem non mediocrem adiecit.

c *Concil. Metenſe.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] METENSE ad mores. 889.

d *Concil. Vvormat.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [d] VVORMATIENSE in cauſa 890.
Northmanni Colonienſis, & Aldegarij Namburgenſis Epiſcoporum, de Bremenſi Eccleſia contendentium.

e *Britones decimam omnium ſuorum bonorum Deo, & S. Petro vouent, ſi victores euadant, & vincunt.*

Eodem anno Dux Britanniæ [e] Alanus, coadunata omni Britannia, tale votum vouit: *Vt ſi aduerſarios Northmannos per diuinam virtutem ſuperare poſſet, decimã partem omnium bonorum ſuorum Deo, & S. Petro Romam deſtinaret*, omnibúſq; Britonibus idem votum ſpondentibus, tanta ſtrage hoſtes fudit, vt vix 400. ex 15000. ad claſſem redirent.

f *Stephanus Papa moritur.*

Stephanus VI. [f] ſexto ſuæ Sedis anno moritur. Tumultuaria electione Stephano 891.
ſublegitur FORMOSVS Portuenſis Epiſcopus, vt ex Luitprando, qui eius tẽpore vixit, colligitur. Formoſi, inquit, prædeceſſore defuncto, Sergius quidam Romanæ Eccleſiæ Diaconus erat, quem Romanorum pars quædam Papam ſibi elegerat: quædam verò pars non minima nominatum Formoſum Portuenſis ciuitatis Epiſcopum pro vera religione, diuinarúmque Scripturarum, & doctrinarum ſcientia, Papam ſibi fieri anhelabat. Nam dum in eo eſſet, vt Sergius Apoſtolorum Vicarius ordinari debuiſſet: ea quæ Formoſi partibus fauebat pars, cùm non mediocri tumultu, & iniuria Sergium ab altari expulit, & Formoſum Papam conſtituit.

g *Breuis enarratio eorũ, qui contra Formoſum à Stephano acta ſunt, & à ſucceſſoribus poſtea reuocata.*

Vt autem de hoc Pontifice, & de ſequentibus vſque ad Ioannem IX. incluſiuè, pleniot cognitio [g] habeatur, ſciendum, quòd Formoſus Epiſcopus Portuenſis à Ioanne VIII. depoſitus, degradatus, & ad ſortem laicorũ redactus, ex vrbe migrare cogitur: & inſuper ſe nunquã ad Epiſcopatum rediturum iurare. Ioanne mortuo, ſucceſſor eius Marinus II. à iuramẽto præſtito incautè, vel coactè, abſoluit, & Epiſcopatui reſtituit. Stephano VI mortuo, Formoſus Pont. creatur, & in Põtificatu nõnullos Sacerdotes, & Epiſcopos creat. Succeſſor eius (poſt Bonifacium) Stephanus VII. vehementer contra illius memoriam inſenſus, quòd Arnulphũ Regem, qui in nonnullos Procerum Romanorũ crudeliter ſæuierat, Romam vocaſſet, publicè in Concil. Epiſcoporum, cum non legitimum fuiſſe Pontificẽ decreuit, eiuſque Acta irritauit, ordinatóſque ab eo, iterum reordinari iuſſit: ipſiúſque Formoſi corpus è ſepulchro extraxit, eúmq; tribus digitis, quibus ordines contulerat, mutilatis, ipſum corpus, tanquam ſepultura indignum in Tyberim proiici mandauit. Collectáque Synodo, neſarium, impium, & deteſtabile facinus approbauit.

Quod Stephani Decretum omnibus admodum diſplicuit: & ideò tres Pontifices ordine ſuccedentes, Romanus I. Theodorus II. & Ioannes IX conuocato alio Concilio, Formoſum inter ſupremos Pontifices legitimè cenſuerunt, & Stephani VII. ſententiam, tanquam perperam latam irritarunt. Ex quo fit, definitionem Stephani, potiùs ex tribunali, quàm è Cathedra, ratione cuius Pontifex infalli-

bilitate

ANNO DOM.

libilitate gaudet, prodiiſſe. Nec diſſidium hoc Marini Romani, Theodori, & Ioannis contra Stephanum, ad quæſtionem fidei pertinuiſſe cenſeatur, ſed tantùm ad facta quædam particularia, in quibus falli, & fallere poſſe Pontificem, nemo eſt qui eat inficias.

SCHISMA [a] XIV. *a Schiſma XIV.*

Sub hoc Pontifice fuit ſchiſma Sergij Antipapæ contra Formoſum legitimum Papam, vt dictum eſt.

892. Eodem anno Arnolphus in locum Craſſi Imperaror inſtituitur.

Hoc anno Wido Romæ coronatur Imperator à Formoſo Papa, quo facto concitauit in ſe inuidiam eorum, qui eiuſdem Imperij coronam ambirent, Arnulphi, & Berengarij, quin etiam ciuium Romanorum.

Eodem anno Carolus Simplex 14. tantùm annorum puer, filius Ludouici Balbi Franc. Reg. legitimus, à Fulcone Rhemenſi Epiſcopo vngitur Rex Francorum, reiecto Odone Comite, qui Regis titulum tyrannicè vſurpauerat; idque in Concilio Epiſcoporum, & procerum hoc anno Rhemis collecto, vt firmaretur, litteras dedit ad Arnulphum Regem, & ad Widonē Imp ſed & ad Formoſum Rom. Pōt. iteratas, de quibus Frodoardus *lib.* 4. *c.* 5. Ex hac autem Synodo ſcriptum eſt ad Balduinum Comitem Flandrenſem, inuadentem res Eccleſiaſticas, cui intentata eſt excommunicatio, ad quem etiam ſcripſerat Fulco Rhem. redarguens eum de vſurpatione Monaſterij, & de infidelitate, ac periurio contra Regem.

893. Formoſus Papa ob graues perturbationes, quibus vexaretur Dei Eccleſia, generalem Synodum indicit hoc anno celebrandam, Cal. Mart. ad quam vocauit etiam tranſalpinos Epiſcopos, & inter alios Fulconem Rhemenſem Archiepiſcopum, teſte Frodoardo *lib.* 4. *c.* 1. Addit, eum precatum Papam, vt æterna ſtabilitate ſibi firmaret, quæ ſuæ fuiſſent collata Eccleſiæ, & peculiariter Monaſterium cum venerabili corpore Sancti Calliſti Papæ, & Martyris Eccleſiæ ſuæ donato, ſuper quo lis illi intendebatur. Subnectit etiam de quibuſdam Epiſcopis Galliarum, *b Pallium non temer concedendum, Rhemenſi Epiſcopus monet Papam* qui ſibi pallium [b] indebitè à Romana poſcebant Sede, Metropolitanos ſuos tali ſpernentes tenere; aſſerens, quòd res eadem, niſi prudenti præcauta foret ſollicitudine, confuſionem non mediocrem generaret Eccleſiæ, magnúmque charitati diſpendium valeat inferre. Vnde tam ſe, quàm omnem dicit precari Eccleſiam, ne citò alicuius irrationabili petitioni, ſine generali aſſenſu, & litteris conſentiat: ne per hoc Eccleſiaſticæ dignitatis honor vileſcere incipiat: ſi res indebitæ, quæ temerè affectantur, inconſultè tradantur. Cui reſcribens idem Papa Formoſus, monet eumdebere compati [c] Romanę Eccleſiæ, atque imminenti eius *c Formoſus deplorat miſerum Eccleſiæ ſtatum.* ſubuenire ruinæ, nec ei ſuam præſentiam denegare, adiungens, vndique hæreſes, ac ſchiſmata pullulare, nec qui ad reſiſtendum occurreret, eſſe.

Eodem anno moritur Gregorius Scotorum Rex. Is olim Scotiæ patrio ritu in fatali Cathedra, regio inſignitus diademate, cùm non ignoraret, diuinam opem firmiſſimum eſſe Regnis, Regibúſque ſtabilimentum, atque ſine ea Regna conſiſtere non poſſe, vt fœlici auſpicio inchoaret Principatum, & Forſair Primatum, facto conſenſu, pro Chriſti religionis augmento, quo liberius pietati addicti, ſynceram colerent religionem, ſanxit cum omnibus ſuffragiis, vt Sacerdotes à tributo [d], & regiis (vt dicunt) exactionibus, militiáque deinceps eſſent immunes: ad *d Immunitas Eccleſiaſtica.* prophana non traherentur iudicia: non niſi ſanctis coràm Epiſcopis cauſas dicerent, eſſet penè Antiſtites, priuatos, publicóſque cogere præſtitam ſeruare fidem, violatam punire, ſanctiones edere in Chriſtianæ religionis commodum. Diſſerere de controuerſiis, quæ de violata fide, re matrimoniali, frugum, cæterorúmque fructuum decimis (erat ea portio ab initio Sacerdotibus deſtinata) teſtamentis, Legatis, legatariis, orirentur. Leges ac religiones interpretari. Iudicium in Dei Diuorúmque blaſphemos, periuros, magicos, & non rectè de Chriſti dogmate ſentientes ferre, quibus decernerent afficiēdos ſuppliciis. Et alia multa. *Bzouius.*

Petente Fulcone Rhemenſi, Formoſus Papa ſollicitus eſt pro confirmatione Caroli legitimi ſucceſſoris in Regno Franc. ſcribens ad Odonem, qui Regnum occupauerat, vt bello abſtineat, & inducias det vſque ad profectionē Fulconis ad

Vrbem,& ab ea reditum. Scribens etiam ad Epiſcopos Galliarum, vt de eadem re conueniant, & commoneant eundem Odonem. Fulco item rogauit Pontificem,vt pro ſua Apoſtolica auctoritate Arnulpho, & Odoni mandaret à bello in Carolum,ſub anathemate,abſtinere. Qui admonitione,non modò nihil profecerunt,ſed regnum Caroli vexauerunt, & Rhem. Eccleſiæ bona inuaſerunt, atque adeò Odo ipſam Rhemenſem ciuitatem obſedit,quouſque à Carolo cum valido exercitu ab obſidione eſt depulſus.

In vna epiſtolarum hoc eſt notandum, quòd ait,quem petierat Carolus Rex benedictum panem [a] pro pignore ſe mittere.

a Panis benedictus pro pignore dari petitur.
b Rex Angliæ iuſſis Papæ obedit.

Hoc anno Formoſus Pontifex Regem Anglorum [b] Eduardum, comminata excommunicatione perterruit,vt Eccleſiis propter Danorum incurſus, ab Epiſcopis derelictis prouideret, vitóſque ſanctitate, & prudentia illuſtres eis præfici curaret. Nam ad præſens, non niſi duo Epiſcopi in Anglia remanſerant. Conuentu itaque procerum ad certam diem indicto, de conſilio Pleimundi Archiepiſcopi Cantuarienſis, ſeptem Eccleſiis Epiſcopos repræſentauit,à ſummo Pontifice conſecrandos.

c Concil. Tribur.

Concilivm [c] Tribvriense in Germania celebratur, Præſide Attone Moguntino Archiepiſcopo, præſente Arnulpho Rege, in quo ad reſtituendam Eccleſiaſticam diſciplinam 58 Canones ſtatuti, quibus, ante omnia actum eſt,de Eccleſiaſtica immunitate inuiolata conſeruanda. 895.

Hoc anno, inquit Regino, *Arnulphus ſecundò Italiam ingreſſus, Romam venit, & vrbem Romam cum conſenſu ſummi Pontificis armis cepit*: Et paulò poſt: *Arnulphus ciuitatem ingreſſus, à Formoſo Apoſtolicæ Sedis Præſule, magno honore ſuſceptus, ante confeſſionem S. Petri, coronatus, Imperator creatus eſt.* Synodus autem Romana ſub Ioanne IX. hanc ipſam Arnulphi vnctionem, per ſubreptionem, vt ait, factam, vt nullam reiicit, atque condemnat: confirmans eam, quæ Lamberto vnctio legitimè collata eſt. 896.

d Conc. Nannet.

Eodem anno celebratum eſt Concilivm [d] Nannetense ad mores. 897.

e Formoſi mors incerta.
f Bonifacius inuaſor expellitur.
g Stephanus Papa creatur.

Formoſo defuncto [e], atque Arnulpho in propria reuerſo, Bonifacius [f] inuadens Sedem,tenet dies 15.cùm aduerſus eum Stephanus [g] VII.dictus VI. ſubrogatur,pulſo Bonifacio intruſo: ab intruſo tamen in ſerie Pontificum numeratur, quia ad periculum ſchiſmatis auertendum, illum, quanquam homo ſceleſtiſſimus eſſet, vniuerſus Clerus approbauit, totáque Chriſti Eccleſia pro Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſore agnouit.

h Stephani Papæ immanitas in Formoſum.

Hic igitur Stephanus, vt impius, doctrinarúmque ſanctarum ignarus, coacto ſui ſimilium perditiſſimorum Concilio, Formoſum [h] *è ſepulchro extractum, & ſacerdotalibus indutum veſtimentis*, in Pontificali Sede collocatum, quòd Portuenſis Epiſcopus cùm eſſet, vniuerſalem Sedem occupaſſet, damnat, & factis exutum veſtimentis, digitíſque tribus abſciſſis (quibus benedicere, & conſecrare moris eſt) in Tiberim iactat,& ordinatos ab eo, iterum ordinat. Ex Luitprando *lib.* 1. *cap.*8.qui memoria lapſus,pro Stephano punit Sergium. Quantæ autem auctoritatis,quantæque fuerit religionis Papa Formoſus, hinc colligi poteſt; quòd dum à [i] piſcatoribus inuentus, & ad B. Petri Baſilicam delatus in [k] loculo, Sanctorum quoque imagines eum venerabiliter ſalutarunt. Hoc namque à religioſiſſimis Rom. vrbis viris perſæpè audiui,inquit Luitprandus.

i Formoſi religio.
k Formoſi corpus in lectulo delatum ab imaginibus depictis ſalutatur.

Hæc tam impia,& nefanda Stephanus Papa collecta Synodo probauit,quæ reſciſſa poſtea,ignique tradita fuit à Ioanne IX.

l Marchiones Tuſciæ infeſtiſſimi Rom. Eccleſ.

En illa infœliciſſima Eccleſiæ Romanæ tempora, quibus contigit, ipſam domeſtico bello,atque perſecutione vexari,quæ nunc cœpta,longiúſque propagata, magno damno eandem Eccleſiam affecerunt,illata ipſi per Adelbertos Marchiones [l] potētiſſimos Tuſciæ Principes audaciſſimos. Iſtos quidem,quo viciniores,eò infeſtiores Romana Eccleſia ſenſit:etenim munitione S.Angeli ad ripam Tiberis (olim moles Adriani dicta) poſiti, quid non ſunt auſi in Eccleſia Romana? Cùm hos Romana Eccleſia paſſa eſt Tyrannos, Tuſciæ Principes dominantes, ſiue pecuniis, ſiue armis populo, Cleróque Romano intruſerunt in Cathedram Petri homines [m] monſtruoſos, vitā turpiſſimos, moribus perditiſſimos, fide tamen ſemper Catholicos. Permiſit id Deus, cuius iudicia arcana, & inſcrutabilia:

m Peſſimi nonnulli Pont. Rom. ſed nullus hæreticus.

ANNO DOM.

vt intelligeretur, Eccleſiam non eſſe humanum figmentum, ſed planè diuinum inuentum, quod nec per improborum, & ſceleratorum malitiam perdi potuit, nec extingui: vt planè conſtet, diuina eam potentia, & prudentia regi, & gubernari. Accidit tunc, vt ſacroſancta Baſilica Lateranenſis, Primaria Pontificis Sedes, impulſore Angelo malo, ab altari vſque ad portas, ſolo penitus proſtrata corruerit. Quomodo poſſent ſtare parietes, tanti facinoris terræmotu, prima concuſſa cardinis porta? Viſum eſt enim velut certis characteribus myſticè deſignatum, in tanta Eccleſiæ Romanæ ruina, ſanctuarium tantummodo relictum integrum, in quo Sedes illius exiſteret, aduerſus quam nec ipſæ portæ Inferi præualerent.

898. Pace in Galliis paulò ante compoſita inter Odonem, & Carolum, fracta, Carolus diffiſus ſuis viribus, cum Northmannis inite fœdus, & eorum auxiliis bellum gerere in Concilio habuit. Quod ſtatim vt audiuit Fulco Rhemenſ. Archiepiſcopus, Sacerdotali conſtantia [a] reſtitit, atque ipſum ab inſtituto reuocauit, grauiſſimam ad eum ſcribens epiſtolam, ex qua iſta recitat Frodoardus, *libro quarto, capite quinto.*

a *Fulco Rhemenſis diſſuadet Regi fœdus cum infidelibus.*

Quis enim, inquit, *qui vobis, ſicut oportet* [b], *fidelis eſt, non expaneſcat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem, ac ruinam nominis Chriſtiani Pagana arma, & fœdera deteſtanda ſuſcipere? Nam ſi, vt ait Apoſtolus, bonos mores colloquia mala corrumpunt; quantò magis corrumpitur caſtitas animæ Chriſtianæ, inimicorum ex conſiliis, & ſocietate? Neque enim poterit non imitari quod aſſiduè viderit, quin potius aſſueſcet paulatim, & quaſi vinculo malæ conſuetudinis trahetur ad facinus. Certè progenitores veſtri Reges depoſito Gentilitio errore, diuino cultui ſe humiliter ſubdiderunt, & à Deo ſemper auxilium expetierunt: propter quod & fœliciter regnauerunt, & Regni hæreditatem ad ſuos poſteros tranſmiſerunt. Vos è contra, nunc Deum* [c] *relinquitis, (dicam certè, licèt nolens, quia Deum relinquitis, cùm vos eius hoſtibus ſociatis) vnde & meritò prophetica illa vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem Iſraël ſimilia facientem directa eſt. (2. Paralipom. 19.) Quia impio præbes auxilium, & his, qui oderunt Deum amicitia iungeris. Et certè, cùm deberetis, malis præteritis terminum ponere, & rapinis, & deprædationibus pauperum renunciare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc ad maiorem iram Dei prouocandam, his qui Deum ignorant, & in ſua feritate confidunt, vos coniungitis. Credite mihi, quia nunquam hæc agendo, ad regnum peruenietis: imò velociter diſperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora ſperabam: nunc vos video cum omnibus veſtris conſentaneis perituros: ſi tamen hoc vultis verè agere, & talibus conſiliis acquieſcere. Re vera qui tale dant vobis* [d] *conſilium, non fideles, ſed per omnia infideles eſſe comprobantur: quos ſi audire volueritis, terrenum ſimul, & cœleſte Regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Deum, vt tale deſeratis conſilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi, cæteriſq; qui ſecundùm Deum vobis fideles ſunt, æterni doloris afferre diſpendium. Melius enim fuerat vos non naſci, quàm diaboli patrocinio, velle regnare, & illos iuuare, quos deberetis per omnia impugnare. Sciatis enim, quia ſi hoc feceritis, & talibus conſiliis acquieueritis, nunquam me fidelem habebitis, ſed & quos, vtcumque potuero, à veſtra fidelitate reuocabo, & cum omnibus Coëpiſcopis meis, vos, & omnes veſtros excommunicans, æterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate quam vobis ſeruo, hæc gemebundus ſcribo, quoniam cupio vos ſecundùm Deum, & ſecundùm ſæculum ſemper eſſe honoratum, & non ſathanæ, ſed Chriſti adiutorio ad debitum vobis conſcendere Regni faſtigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum: quod verò per iniuſtitiam, & rapinas acquiritur, caducum eſt, & citò deciduum, nec diu poterit permanere.* Hæc ille.

b *Fœdus cum infidelibus non ineundum.*

c *Hoſtibus Dei qui ſe iungit Deum relinquit.*

d *Conſiliarij qui id conſulunt, infideles ſerui ſunt.*

Procul abeſt, vt eidem Regi ſuaſiſſent iſta Politici Nouatores, illi, inquam, hæretici noſtri temporis, qui regnandi iure proſternunt omnia, fidem, iuſtitiam, ipſamque etiam religionem, ita peſſimè de regnis & Regibus conſulentes. Quàm enim præſtet in regnandi iure religionis [e] in primis rationem habere, præter alia innumera exempla, docet præſens exemplum. Etenim Carolus, ſalutaribus monitis ſanctiſſimi Epiſcopi iuſta, digna, honeſta, vtilia ſuadentis, in omnibus acquieuiſſet; protinus auxiliator aſtitit ipſi Deus, qui auxilia reiecit infidelium:

e *Religionis rationē habere, quàm præſtet in regnandi iure.*

ſuſtulit ſiquidem aduerſarium quàm citiſſimè, quem nec copiæ Northmannorum vnquam, vel multo tempore debellaſſent. Etenim cùm Odo, vel Otho diem clauſiſſet extremum, Principes in vnum congregati, pari conſilio, & voluntate, Carolum ſuper ſe conſtituunt Regem. Verùm non diu bonis monitis Carolus obediens fuit, vnde quamplurima ei mala acciderunt. *Vide infra ſub anno 923.*

a *Perſecutio Eccleſiæ quæ omnium peſſima.*

Inter tot perſecutiones, quas paſſa eſt ſæpè Eccleſia Romana à Gentilibus, hæreticis, & ſchiſmaticis, nulla verè fuit atrocior, & periculoſior [a] ea, quam ſæculi Principes, quantumlibet Chriſtiani, intulerunt, cùm ſibi tyrannicè arrogarunt electionem Rom. Pont. Tunc enim in eandem Sedem, Angelis reuerendam, viſu horrenda intruſa ſunt monſtra, innumera inde prodierunt mala, ipſámque ſine macula, & ruga, aſpergi contigit ſordibus, & inquinari. Quare qui turpis aſſentationis lenocinio, & variis artificiis Eccleſiam ſubiicere moliuntur Principibus ſæcularibus, ij cenſendi ſunt eius hoſtes infeſtiſſimi, & eius amici, & verè filij cenſendi, qui impertitam ipſi à Chriſto diuinitùs libertatem, zelo paternarum legum æſtuantes, magno animi vigore, & fortitudine conſeruare nituntur. 900.

b *Stephanus Papa in carcere ſtrangulatur.*
c *Romanus Papa eligitur, & poſt 4. m. moritur.*

Præualente in vrbe Romanorum factione aduerſus Adelbertum, Tuſciæ Marchionem, Stephanus, Apoſtolicæ Sedis inuaſor, & ipſe pulſus, detruditur in carcerem, vbi pariter [b] ſtrangulatur, & creatur ROMANVS [c] quidam nomine, quem vixiſſe tantùm m. 4. & d. 20. tradunt. Hic Stephani Pontificis decreta, & acta ſtatim improbat, abrogátque.

d *Theodorus Papa ſuccedit, qui & ipſe breui obiit.*
e *Ioannes Papa ſubrogatur.*

Romano Pontifici defuncto, ſubrogatur 901.

THEODORVS [d] II. eius nominis, Romanus, qui Formoſi acta reſtituit, eiúſque ſectatores in pretio babuit. Pontificatus autem ſui die 20. moritur.

f *Concil. Rauen.*

IOANNES [e] IX. patriâ Tiburtinus Pontifex ſubrogatur. Hic Formoſi cauſam in integrum ſtatim reſtituit, aduerſante magna populi Romani parte. Qua ex re tanta ſeditio orta eſt, vt paulò admodum ab iuſto prælio abfuerit. Is autem Rauennam profectus, ſeptuaginta quatuor Epiſcoporum babito [f] Conuentu, & Stephani Papæ res geſtas improbauit, & Formoſi acta reſtituit, diiudicans perperàm à Stephano factum, qui cenſuit eos iterum ordinandos eſſe, quos Formoſus ad ſacros Ordines aſciuerat.

g *Concil. Ouetenſe.*

Hoc anno 901. habitum eſt CONCILIVM [g] OVETENSE in Hiſpania, quo ex conceſſione Ioannis Papæ Eccleſiam Ouetenſem Metropolitana dignitate auxerunt, illuc ex Lucenſi tranſlata.

h *Regis Angliæ Eduardi religio.*

Eodem anno Eduardus [h] Rex Angliæ filius Aëlfredi Regis, in Regem coronatus, ob ſanctimonialis Virginis raptum, parauit exercitum aduerſus raptorē propinquum ſuum, qui tantum ſacrilegium perpetrarat: adegítque illum, licèt potentē, in fugam, & ſanctimonialem ſuo monaſterio reſtituit. *Ex Matt. VVeſtmonaſt.*

i *Boëmorum conuerſio.*

Rerum Boëmicarum ſcriptores ad hæc tempora gentis [i] ſuæ ad Chriſti fidem conuerſionem referunt. Aiunt Suatopulchrum apud Morauos Valegradi regnantem, opera S. Cyrilli, & Methodij, cum ſua gente nomen Chriſto dediſſe, litteriſque Summi Pontificis ad fidei conſtantiam animatum fuiſſe, eiúſque opera Botiuoium Boëmorum Ducem, & ipſum Chriſtianum factum eſſe, & vxorem Ludimillam, gentémque ſuam in eandem ſententiam adduxiſſe. 903.

Hoc anno Ludouicus IV. Imperator creatur.

k *Berengarius extorquet Imp. coronam.*
l *Lambertus coronatur.*

Berengarius Romam armato exercitu profectus, coronam Imperij [k] ab ipſo Ioanne Pontifice violenter extorſit, ſicque tyrannicè Imperatoris nomen ſibi vendicauit. Eo verò recedente, vocatus Lambertus [l] ab eodem Pontifice libente Imperatoria corona ſolemnibus ritibus coronatur. Porrò hic primus, ex quo Italiæ Principes eum Italiæ [m] Regem nominant, deficientes à Berengario. 904.

m *Italiæ primus Rex qui vocatus.*
n *Synod. Rom.*
o *Synod. Rauen.*

Coacta enim ROMÆ [n] SYNODO, & vtriuſque iuribus examinatis, Berengarij coronatio, tanquam vi extorta, penitùs eſt abrogata: Lamberti verò filij Widonis, vt libera, legitima iudicata. Facta ſunt iſta Romæ hoc anno: eadémque recitata poſtea in SYNODO [o] RAVENNATE, ab eodem Pontifice congregata. Vbi ad cōfirmādam Formoſi ordinationem, quem Stephanus Papa depoſuerat, Synodum 74. Epiſcoporū, præſentibus Francorū Archiepiſcopis, & Rege apud Rauennam

ſtatuit.

Digitized by Google

ANNO DOM.

ſtatuit. Et coràm etiam combuſta eſt Synodus, quam Stephanus in damnationem Formoſi fecerat. Et alia multa ſtatuta ſunt. Imperator etiam dixit, *Vt priuilegium*, inquit, *S. Romanæ Eccleſiæ, quod à priſcis temporibus per piiſſimos Imperatores ſtabilitum eſt, atque firmatum, ita nunc à nobis firmetur, & diebus noſtris (ſicut condecet) immutilatum ſeruetur, & ſancta Romana Eccleſia mater noſtra exaltetur, protegatur, ac defendatur, quoad Imperij noſtri eſt.*

Eodem anno Camaldulenſium [a] Congregatio à B. Romualdo ortum habuit.

a *Camaldulenſium congregatio à B. Romualdo ortum habet.*

905. Hoc anno Io. Papa [b] IX. cùm ſediſſet annos tres, & d. 15. obiit.

b *Ioannes Papa moritur.*

Eodem anno Rex Alphonſus[c] in Hiſpania, rebus Eccleſiaſticis in optimo ſtatu per Concilium, nuper habitum, conſtitutis, aduerſus Arabes bellum, ingentem de ipſis victoriam eſt conſecutus.

c *Hiſpaniæ res florent.*

Poſt vacationis Sedis diem vnum

BENEDICTVS [d] ſucceſſit eius nominis IV. Romanus.

d *Benedictus Papa ſuccedit.*

Eodem anno Herueus Rhemenſis Archiepiſcopus cum aliis multis Horthmannorum [e] plurimos, qui Gallias inuaſerant, luce Euangelij illuſtrauit.

e *Northmanni Euangelij luce illuſtrantur.*

906. Hoc anno Poloni [f] fidem Catholicam amplectuntur. Vide Cromer. *lib.* 3.

f *Poloni fidem Catholicam amplectuntur.*

907. Benedictus IV. magna ſibi laude in primis, ex amore pauperum, conciliata, [g] moritur.

g *Benedictus PP. moritur.*

Subrogatus eſt in eius locum

LEO V. [h] Ardeatinus, quem breuitas temporis, quo ſedit, reddit obſcurum: 40. nàmque diebus tantùm Eccleſiam adminiſtrauit. Nam à Chriſtophoro [i] eius familiari, dominandi cupidine, capitur, & in vincula conîicitur. Quod quidem fieri non ſine magna ſeditione, & multorum interitu potuit. Chriſtophorus itaque quadrageſimo Leonis in Pontificatu die Sedem occupat: & Leo moritur præ animi anguſtia, quòd ab eo potiſſimùm honore ſpoliatus fuiſſet, quem ipſe vt lupum domi aluerat. Poſt menſes verò ſeptem pulſus eſt & ipſe Chriſtophorus à ſua Sede à Sergio inuaſore, & in carcerem detruſus.

h *Leo eligitur.*

i *Chriſtophorus inuaſor.*

908. SERGIVS III. [k] iſte Diaconus antea, propter Formoſum à Papatu reprobatus, ab eodem tamen Formoſo Epiſcopus factus, ad Francos ſe contulit, & eorum auxilio Chriſtophorum inuaſorem capiens, & in carcerem trudens, latenter Romam ingreſſus, Papatum inuaſit, & Romanos minis & terroribus perculit, vt omnes ordinationes Formoſi irritas haberent. Cæterùm non legitimus Pontifex, ſed ab omnibus conclamatur inuaſor. Sunt hæc infœliciſſima illa tempora, cùm alter alterius res geſtas, intruſus quiſque Pontifex aboleret. De flagitioſa quoque Sergij [l] vita Luitprandus *lib.* 2. *c.* 13. *Theodora*, inquit, *ſcortum impudens huius Alberici, qui nuper hominem exuit, auia (quod dictum etiam nefandiſſimum eſt) Rom. Ciuitatis non inuiriliter Monarchiam obtinebat, quæ duas habuit natas, Marotiam, atq; Theodoram, ſibi non ſolùm æquales, verùm etiam Veneris exercitio promptiores. Harum vna Marotia ex Papa Sergio, cuius ſupra, inquit, fecimus mentionem,* Ioannem, *qui poſt* Ioannis *Rauennatis obitum S.R.E. obtinuit dignitatem, nefario genuit adulterio: ex Alberto autem Marchione, Albericum, qui noſtro tempore Romanæ vrbis Principatum vſurpauit,* &c. *Poſt hæc tanta ſua potentia meretrices proſtitutæ Principibus Apoſtolicæ Sedis inuaſoribus, & Tuſciæ Marchionibus potentiſſimis, pro arbitrio legitimè creatos Pont. demouebant, & violentos, ac nefarios homines, illis pulſis, intrudebant.*

k *Sergius inuadit Apoſtolicam Sedem.*

l *Sergij vita flagitioſiſſima.*

Quis iſta conſiderans, non obſtupeſcens, ſcandalúmque patiens, putarit Deum oblitum [m] Eccleſiæ ſuæ, quam meretricum arbitrio permiſerit infamari? Cùm tamen illi magis adfuerit, & proſpexerit, dum non permiſit, eam ſchiſmatibus ſcindi, nec proſcindi hæreſûm fraudibus.

m *Prouidentia Dei circa Rom. Eccl. his miſeris temporibus.*

909. Hoc anno Prouinciale CONCILIVM [n] celebratum eſt ab Herueo Rhemenſ. Archiepiſcopo in Gallia SVESSIONE, de correctione morum, & Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, 25. capitibus ſtatutis. Deploratis ſæculi huius calamitatibus, primum omnium de honore, & cultu Eccleſiarum ponitur conſtitutio. Deinde ipſi Regi vt potiſſimo, poſt Sacerdotes, Eccleſiæ membro, præſcribitur recta, ſecundùm pietatem norma viuendi ex SS.PP. ſententiis concinnata, atque ex eiſdem fontibus exhortatio ad eundem Regem. Tertio verò loco, Regularium ponitur reformatio, & diſciplinæ collapſæ integra reſtitutio, de quibus agentes

n *Conc. Sueſſion.*

Anno Dom 910.

Patres, deplorant lapſum Monaſteriorum Gallicanorum, &c.

a Sergius moritur.

Sergius Papa [a] moritur, cùm paulò ante igneæ facies in cœlo, & ſtellæ micantes, diſcurrentéſque, præter conſuetudinem ſint viſæ. Vnde non multò poſt, Vngari Italiam cum exercitu ingreſſi, multas viciſſim intulêre, ac ceperéque clades.

b Anaſtaſius ſuccedit.

ANASTASIVS [b] III. Rom. Sergio defuncto ſucceſſit: qui ſediſſe ponitur annos 2. & totidem menſes. De quo aſſeritur, quòd expoſcente Berengario, Ticinenſem Eccleſiam, plurimis, iiſdémque magnificis decorauit ornamentis, concedens nimirùm vmbellæ vſum, equóque vehi albo, crucem præferre, & in Conciliis à læua Pontificis aſſidere.

c Anaſt. moritur.

Moritur [c] Anaſtaſius, & in Baſilica S. Petri ſepelitur.

d Lando præficitur.

LANDO [d] ſucceſſit Anaſtaſio defuncto.

e Theodora nobyle ſcortū, amaſium intrudit Pontificem.

Hoc anno (Luitprandus) Theodora [e] potentiſſimo ſcorto, ac impudentiſſimo agente, Ioannem, quem illa turpiſſimè deperibat, ex Rauennate presbytero, creatum Epiſcopum Bononienſem, defuncto tunc Petro Epiſcopo Rauennate in eius Eccleſiæ Epiſcoparum tranſtulit. Quo facto, eundem Landonem, modico interlapſo tempore ex hac vita migraſſe, teſtatur. Porrò Theodora non quieuit, donec eundem Ioannem ex Archiepiſcopo Rauennate in Cathedram Petri violenter intruſit. 912.

f Theodora duarum filiarum impudicitia nobilium famoſarum potēs.

Duplici cauſa tanta aucta eſt meretrix [f] poteſtate, tum quod filia eius Marozia fuiſſet Sergio Pſeudo-papæ proſtituta, vt dictum eſt ex eodem auctore; tum etiam quòd altera filia Theodora Adelberto Marchioni Tuſciæ iūcta adulterio eſſet, ex qua Albericus eſt natus, qui patris potentia Vrbi dominabatur. Acceſſit verò ad potentiam eius, quòd defuncto Adelberto Marchione Tuſciæ, loco ipſius regnans filius eius ex Berta coniuge, Vvido nomine, Marotiam ſcortum Sergij in vxorem acceperit.

g Status Eccleſiæ hoc tēpore deplorandus.

Hic ſtatus infœlix [g] S. R. E. tunc temporis, vt arbitrio potentiſſimæ meretricis Theodoræ matris omnia mouerentur: mutarētur Sedes: darentur Epiſcopi, & quod auditu horrendum, & infandum eſt, intruderentur in Sedem Petri eorum amaſij Pſeudo-pontifices, qui non ſint, niſi ad conſignanda tantùm tempora in Catalogo Rom. Pont. ſcripti. Quis enim à ſcortis huiuſmodi intruſos, ſine lege, legitimos dicere poſſet Romanos Pontifices? nuſquam Cleri eligentis, vel poſtea conſentientis vlla mentio: Canones omnes preſſi ſilentio: Decreta Pontificum ſuffocata, proſcriptæ antiquæ traditiones, veteréſque in eligendo ſummo Pontifice conſuetudines, ſacrique ritus, & priſtini vſus prorſus extincti.

h Chriſtus dormit aliquando ſed in naui manet.

Dormiebat tunc, alto (vt apparet) ſopore Chriſtus [h] in naui, hæc diſſimulans, nec erat, qui excitaret, creatis omninò ab his mōſtris, presbyteris, & diaconis Cardinalibus ſibi ſimilibus. Sed bene. Quod in naui dormiebat Chriſtus, quæ typum gerit Eccleſiæ, nunquam ab ipſa receſſit, ſemper in ea manſit iuxta ſuas promiſſiones.

Landone defuncto,

i Ioannes Papa ſuccedit.
k Ioannes Papa militares ſpiritus habuit.

IOANNES [i] X. patriâ Romanus, patre Sergio Pontifice, hoc anno 912. Pontificatum iniit, & hunc adeptus, ſpiritus [k] militares magis, quàm religioni deditos, geſſit. Indigebat huiuſmodi Pontifice tum Eccleſia, tum Italia. Nam Græci, Landulphi virtute ſuperati, Sarracenos in Italiam vocāt, qui ex Calabris, & Apulis in Lucanos, & Campanos mouentes, Vrbi Romæ exitium ſe illatùros propediem minabantur.

l Sarracenos ſuperat & fugat.

Hoc autem periculo motus Ioannes, Alberico Hetruriæ Marchione in auxilium acciro, habito delectu, cum Sarracenis confligens, & [l] ſuperans, ab Vrbis finibus ſubmouit. Verùm nihil actum ea victoria exiſtimans, niſi fugientes inſequeretur, eos ad Lirim fluuium nactus (quem Garigliamum vocant) apud Minturnas tanta clade ſuperat, vt de relinquenda Italia agitauerint: locáque omnia fermè, quæ in littore Italico obtinebant, incenderint. Poſtea tamen, mutata ſententia, occupato monte Gargano, incurſionibus loca circumquaque poſita vexabant.

m Triumphator Romam reuertitur.

Interim verò Ioannes in triumphi modum [m] Romam rediens, cùm omnia ſibi vendicaret, Alberici odium in ſe concitàuit, vt ingens ſeditio fit orta: qua quidem Marchio pulſus, Ortam proficiſcens, oppido munito, & arce, Vngaros præmiis ſollicitatos, in Italiam vocat: qui certè prouinciam ingreſſi, plus propè calamitatis Italiæ intulêre, quàm olim Sarraceni. Hac autem prædæ dulcedine allecti Vngari,

ANNO DOM. gari,frequenter deinceps Italiam repetebant. Qua calamitate Romani permoti, cùm ſæuire in hoſtem præferocem,& potentem non poſſent,Albericum capiunt, & obtruncant.

Ioannes quoque ſeditione militari,maximè verò à militibus Guidonis Comitis captus,& in vincula coniectus,ceruicali [a] in os coniecto,necatur, Pontificatus ſui anno 16.Cuius in locum alter Ioannes ſubrogatur. Verùm,quia vi Sedem occupauerat,è loco ſtatim deiectus, connumerati inter Pontifices non meruit. *Hæc breuiter ex Platina.*

a *Ioannes in carcere necatur.*

Hoc anno 912. celebratum eſt CONCILIVM [b] CONFLVENTIVM, in quo ſtatutum eſt, ne Chriſtiani intra ſeptimum Cognationis gradum matrimonium contrahere præſumant.Hoc autem reſtrictum eſt modò à Concilio Tridentino ſolùm ad 4.gradum.*Vide ſeſſ.*24.

b *Conc. Confluent.*

Hoc eodem anno Berno Abbas Ord. S. Benedicti Gigniacenſis, Cluniacenſis [c] cœnobij, & inſtituti fundator, moritur: in cuius locum Odonem hoc pariter anno fuiſſe ſubſtitutum,Sigebertus ponit.

c *Cluniacenſis monaſterij fundatio.*

Hic ſoluto,& magna ex parte lapſo monaſtico inſtituto,ex bonis auiæ ſuæ Comitiſſæ in Burgundia,pago Cluniaco, Monaſterium extruxerat, fauente illi Guilelmo Chriſtianiſſimo Aquitanorum Principe: cuius merito, & exemplo, complures inuitati ad Deum, contempto ſæculo, conuertuntur, in quibus celeberrimus cenſetur Odo,qui & primus Abbas Cluniacenſis ab aliquibus malè appellatur,ſucceſſit ille quidem Bernoni,huícque Ademarus.

913. Hoc anno habetur coniugatum Diploma illud memoria dignum Regneri Lotharingiæ Ducis [d] pœnitentis. Hic enim cùm prius Eccleſiaſtica bona, nullo Dei timore coërcitus,ſæpius inuaſiſſet,ac deprædatus eſſet:tandem pœnitens,in ſe reuerſus,donatione ampliſſimi latifundij ſatisfaciens,ſuæ donationis diploma confecit,quo ſeipſum redarguens,& accuſans,verè pœnitentis poſteris reliquit exemplum. Subſcriptio eſt: *Regnerus Lotharingorum Dux,& prædo,quia Eccleſiam Dei perſecutus ſum.*

d *Dux Lotharingiæ pœnitens,ſuum fatetur publicè delictum.*

Eodem anno Conradus I. Conradi Franconiæ Ducis filius Imperator creatur, ſed non coronatur.

919. Hoc anno in Germania Conradus Saxonum,& Francorum Rex moriens, Regnum tranſtulit in Henricum filium Othonis Ducis Saxoniæ. Hunc itaque ad eum modum electum,cùm vellet Archiepiſcopus Moguntinus Herigerus inungere [e], minimè acquieuit, reſpondens, ſe vnctione indignum eſſe. Porrò ipſam non ſine damno prætermiſſam, diuinitùs oſtenſum eſt ſancto Vldarico Auguſtano Epiſcopo per viſum, cùm ei ab Apoſtolo Petro ad id ſignificandum, oſtenſi ſunt duo gladij, alter cum capulo, ſine capulo alter, dictúmque ipſi ab eo: Dic Henrico Regi: *Enſis ille, qui ſine capulo eſt, ſignificat Regem,qui ſine benedictione Pontificali Regnum tenebit:Capulatus autem,qui benedictione diuina, Regni gubernacula adminiſtrabit.*

e *Benedicere, & vngere Reges, quantum proſit.*

Hoc pariter anno, Rex Carolus [f] ingentem conflaturus exercitum, vt Robertum Regem profligaret,etiam Northmannos ſollicitauit,contra conſilium,& admonitionem Fulconis Rhemenſis olim Archiep. factúmque, vt quemadmodum cùm eius parens monitis,Northmannos in auxilium vocare deſiit,Deum citò habuit adiutorem,qui tyrannum ſtatim è medio tolleret; ita contra modò eos vocans,Regnum penitus cum libertate perdiderit. Carolus enim Rex contra pactas inducias cum exercitu contra Robertum imparatum irruens, conflato prœlio illum occidit:ipſe verò victus ab eius filio Hugone,fuga ſibi cōſuluit,dolo demùm Eriberti Comitis captus,in carcerem detruſus eſt.Cùm proceres Rodulphum Richardi filium è Burgundia vocatum, in Regem eligunt Sueſſione in Monaſterio S.Medardi,Robertique filia Emma dicta, Rhemis ab Archiepiſcopo conſecratur Regina.

f *Carolo malè cedunt fœdera cum Northmannis.*

920. Hoc anno Henricus I.Othonis Ducis Saxoniæ filius,Imperator eligitur.

SYNODVS [g] Epiſcoporum diœceſis RHEMENSIS habetur hoc anno apud Troſleium,Præſide Seulpho Archiepiſcopo,in qua Iſaac ad emendationem, & ſatisfactionem venit, pro his, quæ praue aduerſus Eccleſiam Cameracenſem perpetrauerat, & vadatus argenti libris centum, pacatur cum Stephano præfatæ

g *Synodus Rhemenſ.*

Vrbis

Vrbis Epiſcopo, præſente Heriberto, & pluribus Franciæ Comitibus.

a Simoniaca pactio.

Hoc anno in Galliis Herithbertus Comes Aquitaniæ à Seulpho Archiepiſco-
po Rhemenſi, filio ſuo Sedem [a] illam pactus eſt, vt in poteſtate haberet ius olei ſa- 925.
cri, quo Galliaru m Reges ibidem inungebantur.

b Puer quinquennis Epiſcopus Rhem. eligitur.

Cæterùm, miniſtri Comitis, moræ impatientes, Seulpho propinato veneno,
eum interemerunt. Epiſcopo ad hunc modum ſublato, tunc primùm accidit in
Eccleſia Dei videri monſtrnm, nunquam hactenus in Orbe Chriſtiano viſum, nec
auditum, immò nec puro mente conceptum, cùm videlicet puer [b] nondum quin-
quennis, nondum alicuius inferioris Ordinis capax, vix ſub ferula prima addiſcẽs
elementa, Rhemenſis Archiepiſcopus electus eſt. Cæterùm, vt rata ea electio ha-
beretur, Rodulphus Rex, ſummum Pontificem Ioannem interpellauit: atque is
eundem confirmauit, delegato munere Epiſcopalium curarum Abboni Sueſſio-
nenſi Epiſcopo. Sed vide inf. anno 941. & 948. & 962.

c Conc. Duisbergenſe.

Hoc anno celebratum eſt Concilivm [c] Dvisbergense occaſione 927.
Benonis Metenſis Epiſcopi, qui ante biennium, dum vitam Eremiticam in Alpi-
bus duceret, electus Metenſis Epiſcopus, hoc anno ab ipſis excæcatur: cuius im-
manis ſacrilegij cauſa, dicta Synodus eſt celebrata, in qua, omnes illius ſceleris au-
ctores excommunicantur, & Adallera loco ipſius ſubſtituitur. Porrò Benno ipſe
patienter omnia tolerans, exemplo relicto magnæ tolerantiæ viri, cognominatus
eſt *Benedictus*.

d Alfonſus Rex monaſticam vitam amplectens, & poſtea deſerens, punitur.

Eodem anno Alfonſus IV. Rex in Hiſpania ſponte ſe abdicans, vitam [d] mo-
naſticam amplexus eſt, Ramiro relinquens Regnum. Sed cùm deſertor ſacræ mili-
tiæ factus, recuperationi relicti Regni operam daret, ab eodem Ramiro captus,
oculis orbatus eſt: qua etiam pœna mulctati ſunt tres filij Froilæ defuncti Regis,
eùm aduerſus eundem Ramirum inſurrexiſſent.

e Ioannes Papa in carcerem detruditur, vbi & moritur.

Vvido Tuſciæ Prouinciæ Marchio cum Marotia vxore, inuidia, quòd Petrum 918.
fratrem eximiè honoraret, Ioanni Papæ infenſi, militibus in Vrbem clàm intro-
ductis, Petrum ſub oculis Pontificis in Palatio Lateranenſi obtruncant, Ioannem
ipſum Papam in [e] carcerem trudunt, in quo non multò poſt defunctus eſt, ſiue ex
angore animi, ſiue vi, quod etiam ſcriptum eſt.

f Leo legitimis ſuffragiis eligitur.

Ioanne igitur inuaſore Sedis Apoſtolicæ extincto,
Leo [f] VI. patriâ Romanus, legitimis ſuffragiis Pontifex creatus, nil tyran-
nicũ in vita præ ſe tulit, integrè, ac modeſtè vitam ducẽs, ac rei diuinæ conſulens,
quantum illa tempora in tam corruptis moribus patiebantur. Reuocare enim ci-
ues ad concordiam, cõmponere res Italas, parare externum hoſtem, propulſare
Barbaros à ceruicibus Italiæ conatus eſt: quo certè nil melius, aut laudabilius in
tam breui Magiſtratu fieri potuit. Septimo enim menſe, die 15. Pontificatus ſui [g]
moritur, ſepelitúrque in Vaticano, magno ſui apud Romanos deſiderio re-
licto.

g Leo moritur.

h Stephanus Papa ſubrogatur.

Stephanvs. [h] VIII. dictus ſeptimus, patriâ Romanus in locum Leo- 929.
nis ſubrogatus eſt, cuius vita manſuetudinis, & religionis plena fuit.

i Henricus Rex à victis fidem Catholicam, & tributum quærit.

Henricus [i] Rex, Reges Northmannorum, & Abroditarum Chriſtianos facit. 930.
Sigebertus. Ita quidem Rex maximè pius ab his, quos vincebat Barbaros, duo exi-
gere conſueuit, Fidem Catholicam, videlicet, & Tributum.

k Stephanus PP. vita fungitur.

l Ioannes intruditur.

Stephano Octauo, Septimo dicto, cùm ſediſſet annos 2. m. 1. & d. 15. vita [k] fun- 931.
cto, in eius locum, potentia Vvidonis Tuſciæ Marchionis, & Marotiæ intruditur
[l] Ioannes XI. Sergij Pſeudopapæ, ex dicto ſcorto Marotia filius. Talia pati
coacta eſt Dei Romana Eccleſia, vt ſic deformiter à tanto monſtro inuaſa con-
culcaretur. Luitprandus *lib. 3. cap. 12.* Facilè id fuit potentiſſimæ mulieri, quæ vnà
cum viro Vrbe, & mole Adriani potiebatur, ſub eorum tyrannide ſuſpirante, & la-
borante Eccleſia.

m Conc. Erphordienſe.

Concilivm [m] Erpfordiense ad mores Eccleſiaſticos componen- 932.
dos celebratum eſt.

n Marotia impudentia.

Marotia [n] ſcortum impudens, Vvidone marito mortuo, nuncios Hugoni Re- 933.
gi, Vvidonis mortui, fratri mittit, euocans Romam, vt nobiliſſima ciuitate potia-
tur: quod fieri non poſſit, niſi ſe in vxorem accipiat. Hugo accedit cum exercitu,
ſed præcurrit cum paucis, & in Arce S. Angeli, inceſto potitus concubitu Roma-

nos,

ANNO DOM.

nos, quaſi iam ſecurus deſpicit. Habnerat ſanè Marotia filium, nomine Albericum, quem ex Alberico Marchione genuerat. Qui dum, matris hòrtatu, Regi Hugoni virrico, aquam manibus funderet, ab eo, pro correctione, cæſus in faciem, eò quòd immodetatè, & imptudenter aquam effunderer, cupiditate incenſus vlciſcendi iniuriam, conuentos alloquitur Romanos, hortatur, ne meretricis, & Burgundiotum, olim ſuotum ſeruotum, imperio pareant: *Si me*, inquit, *priuignum nouus hoſpes, in faciem cecidit, quid vobis iam inueteratum facturum creditis?* His & aliis in deteſtationem Hugonis, Romani auditis, Hugonem Regem [a] cuncti deſerunt, & eundem ſibi Albericum Principem deligunt, & confeſtim munitionem oppugnant. Hugo perterritus, ex ea parte, quæ mutos contingeret, ſe depoſuit, & ad ſuos profugit. Albericus autem Vrbis adminiſtrationem vſurpauit, atque Ioannem [b] Pontificem, & matrem propriam in cuſtodiam coniecit.

a Romani rebellant Hugoni.

b Ioannes PP. in carcerem detruditur.

935. SYNODVS [c] RHEMENSIS Attaldo Præſide habitum eſt, in quo prædones, & Eccleſiaſticarum rerum inuaſores, ad correctionem vocati ſunt. Tanto autem zelo Artaldus Rhem. Epiſcopus contra ſacrilegos feruebat, vt antequam pallium à ſummo Pontifice acciperet, Milonem Comitem propter Catalaunenſe Epiſcopium deprædatum, habuerit anathemate percellere.

c Synod. Rhem.

936. Hoc anno Ioannes XI. Papa [d] moritur, qui eſt annus quintus ſui Pontificij, & in Vaticano ſepelitur. Vacat tum Sedes d. 12.

d Ioannes PP. moritur.

LEO [e] VII. natione Romanus Pontificatum adeptus, nihil dignum memoria geſſit.

e Leo Papa creatur.

937 AQVISGRANI [f] hoc anno CONVENTVS generalis habetur Regni Procerum, & Epiſcoporum, in quo Otho in fine anni ſuperioris à patre relictus Regni hæres, nouis Comitiis confirmatur, & ab Archiepiſcopo Moguntino ſacris ritibus vngitur: & quidem diuina per ſactum huiuſmodi miniſterium vnctionis perfuſus gratia, barbaros ingruentes, nullo ferè negotio ſuperauit; & ciuilibus armis ſæpè circumſceptus, & obrutus, victor ſemper euaſit.

f Conuent. Aquiſgr.

938. Hoc anno Otho I. Magnus dictus, Imperator creatus eſt.

939. Hoc anno moritur [g] Leo Papa, cùm ſediſſet an. 3 & 6. menſes.

g Leo Papa moritur.

940. STEPHANVS [h] IX. natione Germanus, poſthabitis Cardinalibus, opera Ottonis Regis electus Papa, ita à Romanis ſeditionibus vexatus eſt, vt nil memoria dignum ab eo geri potuerit. Imò verò vt Martinus Polonus refert, in tanta ſeditione mutilatus [i] turpiter, aliquandiu vitam duxit, cùm ob inhoneſta volnera prodire in publicum erubeſceret. Parabat quidem Rex Vgo tantam iniuriam vlciſci, ſed in ipſo apparatu moritur.

h Stephanus PP. intruditur.

i Mutilatus tam turpiter, vt in publicum erubeſceret exire.

Eodem anno apud NARBONAM [k] in oppido, cui nomen *Fons coopertus*, Concilium celebratum eſt, in quo controuerſia agitata de finibus diœceſum, decretum, vt Pallaria Vrbs, ſacra peteret ab Vrgellitano Epiſcopo.

k Conc. Narbon.

941. Apud SVESSIONES [l] SYNODVS habetur in cauſa altercationis duorum, qui ſe Archiepiſcopi Rhemenſes eſſe profitetentur, Hugonem videlicet, qui puer (vt dictum eſt) in gratiam patris eius electus fuerat, & Artaldum, qui eo pulſo, in eam Sedem, ex Monacho fuerat cooptatus. In qua Synodo idem iuſſus eſt ceſſare Artaldus, eò quòd iuraſſet, ſe nunquam in eum Archiepiſcopatum intromiſſurum. Hugóque [m] receptus, eò quòd Clero, populóque petente vocatus eſſet: qui, vt Sedem recepit, ab exilio Frodoardum reuocauit, in quo ab Heriberto Comite, Hugonis patre fuerat detentus. Quibus peractis, Rhemos profecti Epiſcopi, Hugonem conſecrant Archiepiſcopum.

l Synod. Sueſſion.

m Hugo Epiſcopus recipitur, & conſecratur.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [n] SALEGVSTADIENSE, cui Bruno Auguſtanus interfuit. In hoc conſtitutum fuit, ne quis trium Miſſarum numerum in die excederet. Alexander verò Pontifex, qui anno 1073. obiit, ad vnam [o] tantummodo reuocauit, præterquàm in die Natiuitatis Domini.

n Conc. Saleguſtadien.

o Miſſa vna in die dicenda, præter diem Nat. Domini.

943. Stephanus Papa, vbi ſediſſet annos 3. menſes 4. & dies 5. ex hac vita [p] migrauit.

p Stephanus PP. moritur.

MARINVS [q] huius nominis ſecundus, quem alij Martinum nominant, natione Romanus poſt Stephanum ſuccedit, qui omiſſis inſanabilibus tumultibus bellicis, totum ſe tradidit ad componendam Eccleſiam, tam in Cleri, quàm in Monachorum reformatione, & in Baſilicarum reſtauratione, & cura pauperum.

q Marinus PP. ſuccedit.

Anno Dom.

Litteris verò egit, vt inter Chriſtianos Principes, mutuò decertantes, pax componeretur.

a Conciliab. Conſtantinopolitanum.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [a] CONSTANTINOPOLITANVM, quo Tryphon Patriarcha Conſtantinopolitanus doloſè depoſitus eſt, ſubſtituto in eius locum Theophylacto Imperatoris filio. 944.

b Marinus moritur.

Martinus, [b] ſeu Marinus Papa moritur, cùm ſediſſet annos tres, menſes tres, dies 13. 946.

c Agapetus ſufficitur.

AGAPETVS ſecundus, [c] natione Romanus, in demortui locum ſuffectus eſt.

d Conc. Virdunenſe.

VIRDVNI [d] CONCILIVM habetur in cauſa inueterata Epiſcopatus Rhemenſis, inter Hugonem olim puerum ordinatum Archiepiſcopum, & Artaldum contra eum poſtea ordinatum. Ad quod Hugo per duos Epiſcopos euocatus, venire noluit. Vniuerſum verò Concilium Artaldo Rhemenſi tenendum iudicauit Epiſcopium, & indixit Synodum habendam Idib. Ian. *Frodoard.* Quia verò cauſa valdè implicita, non videbatur plenè definiri poſſe per Prouinciales Epiſcopos; placuit, plenum Cõcilium conuocandum ex Epiſcopis Galliæ, atque Germaniæ. Quod factum eſt anno ſequenti, coram Apoſtolicæ Sedis Legato. 947.

e Synod. Aſturia.

Celebrata eſt pariter hoc anno ASTVRIÆ [e] in Hiſpania ſub Salomone eius ciuitatis Epiſcopo Synodus de Chriſtiana diſciplina. Acta deſiderantur.

f Synod. Moſamenſis.

Indicta SYNODVS [f] celebratur Idib. Ian. ante conſpectum Caſtri MOSAMI ab Archiepiſcopo & cæteris Treuirenſis diœceſis Epiſcopis, & aliquibus Rhemenſis. Veniens illuc Hugo, Synodum noluit ingredi, litteras verò quaſdam ex nomine Agapeti Papæ miſit ad Epiſcopos Clericum ſuum, qui eas Romà detulerat, nil auctoritatis Canonicæ continentes: hoc tantùm præcipientes, vt Hugoni Rhemenſi redderetur Epiſcopium. Quibus lectis, ineuntes Epiſcopi conſilium cum Abbatibus, & cæteris ſapientibus, qui aderant, reſponderunt, non eſſe dignum, vel congruum, vt mandatum Legationis Apoſtolicæ quod dudum Archiepiſcopus Treuir. deferente Præſule Moguntinenſi, coràm Regibus, & Epiſcopis tam Galliæ, quàm Germaniæ ſuſceperat, & partem iam petitionis ipſius exegerat, propter illas intermitterent, quas inſidiator Artaldi Præſulis exhibebat: immò quòd regulariter cœptum fuerat canonicè pertractaretur. Sicque ſecundùm definitionem recitati capituli 19. Carthagin. Concilij, iudicatum eſt vt Artaldo Præſule retinente communionem, & Parochiam Rhemenſem, Hugo, qui ad duas Synodos euocatus venire contempſerat, à communione, & regimine Rhem. Epiſcopij abſtineret: donec ad vniuerſalem Synodum, quæ indicebatur ad Cal. Aug. ſeſe purgaturus occurreret. Quam definitionem eidem Hugoni miſerunt. At ipſe poſt alteram diem remiſit, dicens, quòd ipſorum iudicio nequaquam obediturus ſit. 948.

g Synod. Engelheimenſis.

Interea proclamationis litteræ à Domino Artaldo diriguntur ad Agapetum Papam, qui Marinum Epiſcopum Vicarium ſuum mittit ad Ottonem propter euocandam, & congregandam generalem Synodum, & litteras ad Epiſcopos Galliæ, & Germaniæ, euocantes eos ad Synodum [g] in ENGELHEIM palatio Regali, in Eccleſia B. Remigij, cauſa maximarum diſſenſionum, quæ agitabantur inter Regem Ludouicum, & Hugonem Principem, inter Artaldum quoque Rhemenſem Epiſcopum, & Hugonem illicitè ſubſtitutum, quæ perturbauerant Regnum Francorum.

h Ludouicus Rex proclamat aduerſus Hugonem Principem in Concilio.

Reſidentibus igitur Epiſcopis, & glorioſis Regibus Ottone, & Ludouico, poſt allocutionem præfati Marini, Sedis Apoſtolicæ Legati, exurgens Ludouicus, [h] proclamationis ſuæ querimoniam propalauit coràm præmiſſo Romanæ Sedis Vicario, cæteriſque confidentibus Epiſcopis aduerſus Hugonem Principem. Deinde ſurgens Artaldus Archiepiſcopus protulit ſecundùm iuſſionem Papæ Romquam ei delegauerat, litis initium, atque tenorem, quæ verſabatur inter ipſum, & Hugonem ſubrogatum Eccleſiæ Rhemenſ. Antiſtitem. Poſt quarum litterarum recitationem, ingreſſus Synodum Clericus præmiſſi Hugonis, cutauit recitari litteras à ſe Romà delatas, quibus continebatur, Rhemenſis [i] diœceſeos Epiſcopos rogaſſe pro reſtauratione Hugonis in Sede Rhem. & expulſione Artaldi. Negantibus autem Epiſcopis, ſe conſenſum præbuiſſe, nec valente Clerico contrarium

i Diaconus Hugonis Epiſcopi intruſi vt calumniator punitur.

proba

ANNO DOM.

probare præcepit Dominus Marinus, ſuggerens vniuerſæ Synodo, vindicare ne de calumniatum in Epiſcopos delatore. At illi lectis capitulis de calumniatoribus, vnanimiter cenſent, eum, quo fruebatur honore, priuari debere, ac ſecundùm capitulorum tenorem in exilium detrudi. Diaconus igitur, quo fungebatur miniſterio mulctatus, à conſpectu Synodi reprobatus abſceſſit: Attaldo verò Præſuli, qui omnibus ſe Synodis præſentabilem fecerat, non reſugiens Synodale iudicium, Epiſcopium Rhemenſe traditur, & confirmatur.

In ſecunda conſeſſione, præcipiente Marino Vicario, vt Synodus ſuper inuaſorem [a] Hugonem proferret ſententiam, recitatis Decretis SS. Pontificum, eum excommunicauerunt, atque ab Eccleſiæ Dei gremio repulerunt, donec ad pœnitentiam, & dignam ſatisſactionem venire procuraret.

a *Hugo Epiſcopus intruſus excommunicatur.*

Quæ cauſa reliqua erat definienda inter Ludouicum Regem, & Hugonem Principem, delata fuit ad Synodum Treuiris, hoc ipſo anno celebrandam. Cùm vocatus, non aduenisſet Hugo, nec expectatus vſque ad tertiam diem, qua tandem, inſiſtente præcipuè Lindulpho Legato, & Capellano Regis Ottonis, excommunicatur Hugo Comes inimicus Ludouici Regis, pro malis perpetratis, donec reſipiſcat, & ad ſatisſactionem coràm Marino Vicario, vel Epiſcopis, quibus iniuriam fecit, deueniat. Quod ſi facere contempſerit, Romam pro abſolutione ſui proficiſcatur. Excommunicantur & duo pſeudoepiſcopi ab Hugone damnato ordinati, & alia multa fiunt.

949. Agapitus Papa, Synodum habuit apud S. [b] Petrum, in qua damnationem Hugonis Epiſcopi apud Engelheim ſactam confirmauit, excommunicans etiam Hugonem Principem, donec Ludouico Règi ſatisſaciat. *Frodoardus.*

b *Synod. Rom.*

Eodem anno, *vt refert Adam. libro 2. capite 2.* Otto Rex Germaniæ Haraldo Danorum Principe, atque aliis gentibus debellatis, fidem Catholicam in Fionia, Selandia, ac Suecia, erectis auctoritate Pontificis Romani, per Adaldagum Hamburgenſem, Epiſcopatibus propagauit, & vt refert etiam Vuitich. *lib. 3.* ipſe Danorum Rex per miraculum conuerſus eſt.

c *Danorum Rex conuertitur.*

952. Auguſtæ Rhetiæ [d] publicus habetur Conuentus Epiſcoporum, necnon Principum Francorum, Saxonum, Bauarorum, Alemannorum, & Longobardorum, vbi Berengarius cum filio Adalberto, ſeſe ſubiiciens Ottoni, ab eo, vt ſubditus, recipit regendam Italiam; ſed prauis inſectus moribus, rediens in Italiam, Epiſcopos, & Principes malè tractans, omnium odium in ſe conuertit. *Regino.*

d *Conuentus Rhetiæ.*

954. Hoc anno celebrata eſt à Rodulpho Nouionenſi [e] Epiſcopo SYNODVS, & inter alia ſtabilitum, de feriando die Sanctæ Hunegundis, cuius corpus haud pridem inuentum fuerat. In illud ſtatutum violantes, prodigia oſtenſa ſunt.

e *Synod. Nouion.*

955. Agapito bene functo munere paſtorali ex hac vita [f] migrante, cùm annos 10. m & d. 10. ſediſſet, ſepelitur in Vaticano.

f *Agapitus moritur.*

IOANNES XII. [g] antea dictus Octauianus, Alberici filius, Vrbis Princeps, decem & octo ad ſummum, annorum, vt bene ratiocinatur Auctor Annalium, Apoſtolicam Sedem inuadit. Huic cùm legitima ætas, & alia omnia deeſſent, vt legitimus Pontifex dici poſſet; attamen accedens conſenſus, hunc tolerandum, vtcumque perditiſſima illa tempora ſuaſerunt magis, quàm Eccleſiam Dei ſchiſmate [h] ſcindere: cuius vitandi cauſa, vtpote mali omnium peſſimi, vniuerſa Catholica Eccleſia eum eſt venerata Pontificem, minoris ſciens eſſe mali, monſtruoſum quantumlibet caput ferre, quàm duobus capitibus infamari, & ſecari vnum corpus in duo. Octauianus igitur Pontificalem Sedem adeptus, Ioannis XII. nomine appellari ambiuit.

g *Ioannes Papatum inuadit.*

h *Schiſma vitandum.*

Hac autem indignitate duo Cardinales moti, litteris Ottonem obſecrant, vt Clerum, Populúmque Romanum è manibus Berengarij, Ioanníſque XII. vendicare conetur, aliter Chriſtianam fidem, vnà cum Imperio perituram. Dum verò Otto expectatur, re per indices pateſacta, Ioannes Pontifex Cardinales ipſos capit, & huic naſum, illi verò manum abſcindit. Hanc ob rem Otto in Italiam mouens, primò quidem Berengarium, & Albertum filium in poteſtatem ſuam redigit: alterúmque Conſtantinopolim, alterum

in Auſtriam relegat. Mox Vrbem ingrediens, compoſito aliquantulum ſtatu ciuitatis, cum Ioanne ſecretò collocutus, hominem primò blandè appellando, à flagitiis deterrens, ad virtutem adhortabatur. Verùm, cùm nequaquam moueri à ſententia, verbis, eum cerneret, ad minas conuerſus, Concilium indicit, conuocatis Epiſcopis Italiæ, quorum iudicio vita ſceleratiſſimi hominis diiudicaretur.

a Io. Papa à Rom. apud Imp. de variis criminibus accuſatur.

Inter cætera verò, quæ Ioanni [a] obiiciebantur, hæc erant. Petrus Cardinalis presbyter narrabat, ſe vidiſſe illum, Miſſam celebraſſe, & non communicaſſe. Ioannes etiam Epiſcopus Narnienſis & Ioannes Cardinalis Diaconus, teſtatus eſt, ſe vidiſſe illum, diaconum ordinaſſe in equorum ſtabulo, non certis temporibus.

Benedictus cum cæteris condiaconis, & presbyteris dixit, ſe ſcire, quòd ordinationes Epiſcoporum faceret pretio, & quòd annorum decem Epiſcopum in Tudertina ciuitate ordinauerit. De adulterio dixerunt, quòd oculis non viderant, ſed pro certo ſcirent, vidua Rainarij, & Stephana patris concubina, & Anna vidua cum nepte ſua abuſum eſſe: & S. Palatium lupanar, & proſtibulum feciſſe: venationem dixerunt publicè exercuiſſe. Benedictum ſpiritualem patrem ſuum lumine priuaſſe, & mox mortuum eſſe. Ioannem Cardinalem ſubdiaconum, virilibus amputatis occidiſſe. Incendia feciſſe, enſe accinctum, galea, & lorica indutum fuiſſe, teſtati ſunt. Diaboli in amorem vinum bibiſſe, omnéſque tam Clerici, quàm laici acclamarunt, In ludo aleæ, Iouis, Veneris, cæterorúmque dæmoniorum auxilium popoſciſſe dixerunt. Matutinas, & canonicas horas eum non celebraſſe: nec ſigno Crucis ſe muniſſe, teſtati ſunt. Hæc & alia multa crimina imponebant Ioanni, & vt ea Otto vindicaret, implorabant.

Ioannes ergo iudicium bene ſentientium reformidans, in Hornicos fugit, in ſyluiſque more feræ aliquandiu delituit. Hanc ob rem Otto, perſuadente Clero, Leonem Romanum ciuem, Lateranenſis Eccleſiæ Scriniarium, Pontificem creat. Verùm, abeunte Imperatore, Ioannis cognati, & clientes, pulſo Leone, Ioannem ipſum reuocant: Leo verò ad Imperatorem ſe recepit. Verùm non ita quoque leuata ſeditio eſt; nam Romani, mortuo Ioanne, in eius locum, Benedictum ſubrogant, idque ab Imperatore, qui tum Spoleti erat, confirmari contendunt. At Imperator iratus, non ſolùm Romanos, vtpote iniqua poſtulantes, à ſe repulit, verùm etiam eoſdem armis coëgit, abrogato Benedicto, Leonem accipere.

b Synod. Auguſtana.

Hoc anno Synodvs [b] Avgvstana celebrata eſt in cauſa Eccleſiaſticæ diſciplinæ. 956.

c Synod. Melden.

Hoc anno celebrata eſt in Gallia Synodvs [c] Melnensis in cauſa Rhemenſis Epiſcopi. Artaldo enim Epiſcopo defuncto, Hugo ille olim puer initiatus, Epiſcopatum depoſcebat. Patres autem Meldis congregati, nec quicquam eſſe à tot Epiſcopis, & Synodis Hugonem excommunicatum, ſuſcipiendum aſſerebant. Vicit conſenſus iſtorum. Quanquam enim Hugo ad Sedem Apoſtolicam prouocaſſet, Ioannes tamen Synodi Meldenſis ſententiam approbauit, permiſitque, vt Odalricus Hugonis cuiuſdam Comitis filius eligeretur. 961.

d Conciliab. Roma.

e Synodale iudicium multipliciter peccat.

Conciliabvlvm [d] Romæ hoc anno habetur, quo Ioannes Papa XII. deponitur, & Leo quidam (quem ſcriptores perperàm Octauum eius nominis appellatum, inter veros Pontifices adnumerant) in locum eius ſubrogatur. Multipliciter autem peccatum [e] eſt in hoc ſynodali iudicio: quòd cùm ab ipſis habitus ſit Ioannes, verè ſummus Pontifex, non licuerit ab alio quoquam Synodum conuocari, quàm ab ipſo, vt conteſtati ſunt omnes Epiſcopi in Concilio Romano ſub Symmacho Papa. Quòd non ſufficiens adhibitus teſtium numerus, quem 72. eſſe debere, conteſtati ſunt ſanctiſſimi illi PP. in cauſa Marcellini. 963.

Quòd non præceſſerit citatio trina: quòd non data peremdina dilatio. Quòd petitum à Synodo Epiſcoporum, Imperatorem condemnare Epiſcopum, cùm contra, potius Imperator poſtulare debeat Synodum, vt hominem Eccleſiaſticum damnet. Quòd nulla data, & recitata ſententia, ſubſtitutus ſit alius

prius,

ANNO DOM. prius,quàm ipſe damnatus, & depoſitus. Quòd ab excommunicaris omnia peracta. Quòd denique auſi ſunt damnare ſummum Pontificem, qui nullum habet iudicem in terris: ſi quidem in his, quæ ad mores ſpectant, totam cauſam Deo teſeruandam eſſe, in Damaſi Papæ iudicio, Symmachi, & Leonis III. ſit comprobarum. Cuius Leonis iudicium cùm tractaretur in Romano Concilio, cui interſuit Carolus Magnus: hæc vna fuit vox omnium Epiſcoporum, tam Francorum, quàm Italorum: *Nos Sedem Apoſtolicam, quæ eſt Caput omnium Eccleſiarum, iudicare non audemus. Nam ab ipſa nos omnes, & à Vicario eius iudicamur. Ipſa autem à nemine iudicatur, quemadmodum antiquitus mos fuit. Sed ſicut ipſe ſummus Pontifex conſueuit, iubeat, & canonicè obediemus.*

Addamus ad extremum intolerabilem illum errorem, & inter hæreſes numerandum,dum illud erroneum, & hæreticum aſſetunt Epiſcopi [a] illi in epiſtola ad Ioannem, quod exemplo Iudæ confirmant, nimirum, propter peccata auferri à Pontificibus clauium poteſtatem ligandi, atque ſoluendi à Deo traditam facultatem.

a *Hæreſim Epiſcopi profitentur in Synodo.*

Ex quibus omnibus ſatis intelligitur, nulla ex parte ſubſiſtere de condemnatione Ioannis ſpurium illud, & ſacrilegum iudicium Synodale, ſimúlque ſubrogationem Leonis factam in locum ipſius, eodem iute cenſeri: non quia ſicut plerique alij malè aſſerti, inter Rom. Pont. numeratus reperitur, idcitcò verè legitimum dixerimus fuiſſe Pontificem. Quæ qui minùs accuratè expenderunt in odium impuriſſimi Ioannis, digniſſimi quidem, quem omnes deteſtentur, eius damnationem probarunt, & Leonis æquè ſubrogationem, vt omnes fetè, eius temporis hiſtorici.

Otto tamen Friſingenſis Epiſcopus, & ipſe Germanus, & in Germania ſcribens, cùm factum non probet, redarguere tamen non auſus, hæc de his ait *lib. 6. cap. 33.* vbi ſummatim rem geſtam accenſet: *Quæ omnia*, inquit, *vtrum licitè, aut ſecus acta ſint dicere, præſentis non eſt operis: res enim geſtas ſcribere, non rerum geſtarum rationem reddere propoſuimus. Inueni tamen in quibuſdam Chronicis, ſed Theutonicorum, præfatum Ioannem reprehenſibiliter vixiſſe, ſed frequenter ab Epiſcopis,aliiſq́ ſubditis ſuis conuentum fuiſſe. Cui rei videtur durum fidem accommodare, quia Romana [b] Eccleſia hoc ſpeciale priuilegium Sacerdotibus ſuis adſcribere ſolet, quòd meritis Petri ſuper firmam petram fundati,nulla eos porta inferorum,vel turbo tempeſtatum ad exitialem ruinam inuoluat.*

b *Eccl. Rom. priuilegiũ. Papa poteſt quidem eſſe prauus moribus,non autẽ hæreticus.*

Hæc ſanctus Epiſcopus adeò magnificè ſentiens de ſucceſſoribus Petri. At non tanta nos vindicamus, vt eſſe non poſſit, quin fœdus, turpiſque [c] moribus irrepat,vel irrumpat in Sedem illam, fide autem impius, nullo modo. At de his ſatis.

c *Turpis moribus, non autem fide,in Sedem Apoſtolicam irrepere poteſt.*

Eodem anno CONSTANTINOPOLITANVM [d] CONCILIVM celebratur in cauſa Nicephoti Imperat. Orientalis:mortuo enim Romano Imperatore,Nicephorus Phocas ab exercitu acclamatus, Imperium obtinuit,ſtatímque in Siciliam Manuelem Patritium contra Sarracenos miſit.Polyeucto Patriarchæ infenſus fuit, quòd cùm propter ſecundas nuprias, cùm pœnitentiam à Canone iniunctam non ſuſtinuiſſet, à ſacris adytis abegerit,nec intra Cancellos admittere voluerit.

d *Conc.Conſtantinop.*

964. Hoc anno CONCILIVM [e] ROMANVM auctoritate Ioannis Papæ congregatum eſt: qui conſcius iuris ſui, quia à nemine in cauſa non fidei poſſet iudicari,contra temerarios, eiuſmodi ſententiam ſcripſit: *Ioannes Epiſcopus*, [f] *ſeruus ſeruorum Dei,omnibus Epiſcopis: Nos audiuimus dicere, quòd vultis alium Papam facere. Si hoc feceritis, excommunico vos de Deo omnipotenti, vt non habeatis licentiam vllum ordinare, & Miſſam facere.* Item eiuſdem Pontificis auctoritate, Leo ſchiſmaticus Pſeudo-papa eſſe declaratur:actáq; præcedentis Cõciliabuli Romani reprobãtur.

e *Conc.Rom.*

f *Ioannis Papæ excommunicatio in Epiſcopos, qui alium Papam intruſerunt.*

Luitprandus refert,Ioannem Papam quadam nocte,extra Romam,dum ſe cuiuſdam vxore oblectaret,in temporibus [g] à Diabolo percuſſum,intra octo dierum ſpatium, ex eodem vulnere mortuum eſſe. Quæ an vera ſint, non deducimus in controuerſiam. Sed eſto ita ſe habere, vt narrantur; nullum tamen ob ea pati diſpendium [h] fidem Catholicam: nec periclitari in Petri Cathedra

g *Ioannes Papa in temporibus à diabolo percuſſus,mortuus eſt.*

h *Ioannis Papæ peccata nullum diſpendium faciunt ad fidẽ Catholicã.*

Apoſtolicam auctoritatem cum ſanctis Patribus omnibus, cunctáque Eccleſia Catholica, pro certo affirmamus.

a *Benedictus Papa eligitur.*

Contigiſſe autem Ioannis obitum pridie Idus Maij, apud Reginonem aſſeritur, vbi & de ſucceſſoris ordinatione habetur Benedicti [a] S. R. E. diaconi.

b *Schiſma XV.*

Schisma [b] XV.

c *Leo Pſeudopapa reſtituitur.*

Quo audito, Imperator Romam obſidet, & eam fame adigit ad deditionem, in Vigilia Præcurſoris, nono Calend. Iul. & Leonem [c] Pſeudo-papam in Sedem reſtituit, qui Pſeudo-ſynodo habita, Benedictum legitimum Pontificem exauctorat, & ad Diaconatum redigit, exactum in exilium. Porrò ſicut in Ioannem, ita & in Benedictum multò magis ſe oſtendit iniquum, fauens plus ſatis Ottoni. Quomodo verò hoc ſcelus vindicauerit Deus, apud Reginonem habetur, quòd profectum ab Vrbe Imperatorem poſt feſtiuitatem SS. Apoſtolorum, ingens peſtis comitata ſit vſque in Liguriam: quam quidem cladem eum paſſum ob iniurias illatas Benedicto Papæ, teſtatur Ditmarus huius temporis ſcriptor nobiliſſimus.

d *Gratianus corrigitur.*

Extat apud Gratiannm [d] *diſt. 63. cap. 23.* inconſideratè nimis iſta tractantem, Synodi ſub Leone Pſeudo-pontifice celebratæ Canon de conceſſione ab ipſo facta Ottoni Imp. de ordinatioue Apoſtolicæ Sedis, & Eccleſiarum inueſtituris, ad exemplum, inquit, B. Adriani, &c. Sed vt eam falſam eſſe conceſſionem probat Auctor Annalium ad A.D. 774. ſic & hanc aſſerimus, quæ illam citat. Sed quantumuis hanc conſtitutionem verè factam daremus, nullius eſſet roboris, quòd non a legitimo Papa ſit promulgata.

e *Benedictus Papa in Saxoniam deducitur; & detinetur.*

Otto Imp. conſtitutis Italiæ rebus, reuerſus in Saxoniam, ſecum quoque Benedictum Papam, malè depoſitum, adduxit [e], quem Adaldago Hamburgenſi Archiepiſcopo cuſtodiendum tradidit. Quem Archiepiſcopus magno honore detinuit vſque ad eius obitum. Nam vir ſanctus, litteratúſque fuiſſe dicitur, & qui dignus Apoſtolica Sede videretur populo Romano, niſi quòd per tumultum electus eſt, expulſo eo, quem ordinari iuſſit Imperator. 965.

Igitur apud nos in ſancta conuerſatione viuens, alióſque ſanctos viuere docens, cùm iam Romanis poſcentibus à Cæſare, reſtitui deberet, apud Hamburgum in pace quieuit. Tranſitus eius 4. Non. Iul. contigiſſe ſcribitur. *Adamus.*

f *Leo Pſeudopapa moritur.*

g *Ioannes Narnienſis Epiſcopus Pontifex conſecratur.*

Eodem etiam anno, vt eſt apud Reginonem, Leo [f] Papa obiit: at non legitimus Papa. Tunc Legati Romanorum adierunt Imperatorem pro inſtituendo quem vellet, Romano Pontifice, qui Ioannem Epiſcopum Narnienſem [g] dedit, iſque Sedis Apoſtolicæ Pontifex eſt conſecratus. Qui ſtatim maiores Romanorum, elatiore animo, quàm oporteret, inſequutus, breui inimiciſſimos, & infenſos patitur. Nam ab Vrbis Præfecto, quodam Rotfredo comprehenditur, & Vrbe expulſus, in Campania cuſtodiæ mancipatur. Cæterùm quamdiu vixit Benedictus (neſcitur tamen certus eius obitus annus) nullus alius potuit dici legitimus Pontifex, cùm eius damnatio nullius potuerit eſſe momenti.

h *Poloni fidem Chriſtianam propagant.*

Hoc tempore Polonorum gens, [h] Benedicto V. & Ioanni XIII. Pontificibus debet Catholicæ fidei propagationem. Quanquam enim antiquitus, ſiue ab Andrea Apoſtolo, ſiue à quodam alio Apoſtolorum, ante tempora Tertulliani longè ante in Sarmatiam Europæam Euangelij fax fuerit illata; tamen ad hæc vſque tempora, incertum, ſiue extincta, ſiue ſcriptorum defectu non prodita, ſiue non ita paſſim, nec propalàm ab omnibus viſa eſt. *Bzorius.*

i *Religio Chriſtiana inter Polonos amplificatur.*

Inter Polonos autem adeò religio Chriſtiana [i] amplificabatur, & tanto ardore eam amplexati ſunt, vt etiam mori pro ea non dubitanter appeterent. Iſtud enim ſignificabant homines Equeſtris ordinis in templis, dum Sacerdote apud altare incipiente recitare Euangelij verba, ipſi in morem perpetuum inuexerint, vt gladios mediotenus ſtringerent, quaſi profitentes Euangelij, & religionis defenſionem. Mos iſte non ſolùm apud Polonos manſit, verùm & in alias Chriſtianorum regiones diffuſus eſt.

Anno Dom.

966. IOANNES [a] ergo tertius decimus dictus, Narnienſis Epiſcopus, patriâ Romanus, Leoni ſucceſſit. Romani verò inita iam conſuetudine pellendi Pontifices, hunc quoque ſeditionibus fatigant. Accerſito enim Iofredo, Campaniæ Comite, Lateranenſes ædes vi irrumpentes, Ioannē capiunt: captúmque, primùm in Adriani molem perducunt: mox inde hominem in Campaniam exulatum mittunt. Sed interfecto Iofredo, eiúſque vnico filio à Ioanne Campano Principe, Pontifex vndecimo menſe ſui exilij Romam properè rediit.

a *Ioannes Papa.*

Otto prætereа, cognita Pontificis calamitate, cum Ottone filio, ingentibúſque copiis, magnis itineribus, Romam perueniens, Conſules, [b] & Præfectum cum Decarchonibus captos, in vincula coniicit, ſciturus coniurationis capita. Quæſtionibus autem re cognita, Conſules in Germaniam mittuntur: Decarchones verò laqueo ſuſpenſi, pœnas ſtatim dedêre. Petrus autem Vrbis Præfectus, malorum omnium fons, & origo, diu cum ignominia per publica Vrbis loca tractus, ac virgis cæſus, in Germaniam vinctus mittitur. Ioannes autem Pontificatus ſui anno ſexto, menſe vndecimo, die quinto, claudit ſuum diem. Vacat tum Sedes dies tredecim.

b *Tumultuantes variè puniuntur.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

967. Otto Imperator Romæ celebrato Natali Domini, Rauennam, cum Ioanne Papa proficiſcitur, vbi poſt Paſcha, Synodo [c] habita, multa ad vtilitatem Eccleſiæ ſtatuta ſunt.

c *Synod. Rauen.*

968. Hoc anno reuertens Ioannes Papa in Vrbē, [d] primariam Lateranenſis Eccleſiæ Campanam, miræ magnitudinis, recens ære fuſam, antequam in Campanile eleuaretur, ſacris ritibus Deo conſecrauit, atque Ioannis nomine, puta Baptiſtæ, cuius Eccleſiæ eſſet vſui, nuncupauit. Ex eo tempore, Campanæ [e] cōſecrari cœperunt: licèt errore vulgi pro arbitrio vtentis vocibus; dicantur baptizari Campanæ, cùm ita ab Epiſcopo benedicuntur; fortè propterea, quòd eis nomina Sanctorū, quemadmodum baptizatis imponuntur, licèt nihil commune cum hominibus baptizatis habeant.

d *Ioannes Papa Romam reuertitur.*

e *Campanarum benedicendarum vſus.*

970. Hoc anno CONCILIVM [f] generale ANGLICANVM à S. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo, auctoritate Ioannis Romani Pontificis celebratum eſt, aduerſus incontinentes Clericos. In eo enim Concilio ſtatutum eſt, vt Canonici [g] omnes, presbyteri, diaconi, & ſubdiaconi, aut caſtè viuerent, aut Eccleſias, quas tenebant, dimitterent.

f *Conc. Anglican.*

g *Eccleſiaſticorum caſtitas.*

Habebat autem Regem Edgarum hac in re fidelem adiutorem, & egregium defenſorem, quod ex hoc proceſſit. Quadam die *(apud Surium 19. Maij)* in Monaſterium [h] Virginum, quod Mulſimiæ ſitum eſt, venit; ibique captus ſpecie cuiuſdam nobilis puellæ, quæ inter velatas nutriebatur, & cuſtodiebatur. Eam in ſuum colloquium adduci ſecretius iuſſit. Illa verò cùm duceretur, timens pudori ſuo, raptum ab vna ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit, eo modo ſe protegi ſperans, ſi fortè Rex, aliquid inhoneſti à ſe exigere vellet. Detraxit ei nihilominus Rex velum, eámque deflorauit. Quod cùm Dunſtanus [i] Cantuarienſis Epiſcopus ſciuiſſet, Regem adiuit, cúmque manum poſtularet, dare recuſauit. Cauſam verò rogatus, ait; *Tu poſtpoſito omni pudore, adulterium commiſiſti: tu deſpecto Deo, ſignum caſtitatis non veritus, Virgini ſuam integritatem præripuiſti: & cur manum, ſummo Patri, Virginis filium immolanti, impuris manibus non tradam, quæris? Laua prius per pænitentiam manus tuas à ſordibus tuis, & tunc demùm, quo Deo reconcilieris, honora, & amplectere manum Pontificis.* Territus ille ad hæc, terræ procubuit, pedes Antiſtitis petiit, ſe peccaſſe, gemitu verba interrumpente conteſtatus: ſeptennem [k] tandem pœnitentiam Dunſtanus impoſuit, tantúmq; cōtinentiæ amorem ei ingenerauit, vt ipſe ſtatuta Concilij pro ſeruanda Clericorū caſtitate executioni demandarit.

h *Rex deflorat puellam, quæ in Monaſterio educanda conſeruabatur.*

i *Rex reprehenditur à S. Dunſtano Archiepiſcopo.*

k *Rex agnoſcit culpam, & ſeptennem pænitentium agit.*

971. Habita eſt ROMÆ [l] à Ioanne Papa SYNODVS generalis, ad quam, inter alia, miſſa eſt Legatio ab Edgaro Anglorum Rege, & à S. Dunſtano Archiepiſcopo Dorouernenſi, ſiue Cantuarienſi (vtroque enim nomine ea Sedes eſt nominata) vt ab eodem Ioanne confirmarentur priuilegia conceſſa ab eodem Rege Monaſterio S. Mariæ Glaſtingeliri.

l *Synod. Rom.*

972. Ioannes Papa cùm ſediſſet ann. 6. m. 11. d. 5. moritur [m] 8. Id. Sept. Sepelitur in Baſilica S. Pauli.

m *Ioannes Papa moritur.*

a Donus Papa creatur, & ſtatim moritur.

ANNO DOM.

DONVS II. [a] ſiue Domnus, ſiue Domnio, Romanus, 12. Calend. Octobr.
creatus, ſed tamen menſe tertio obiit, 14. Calen. Ian. Cætera de ipſo remanſerunt
obſcura.

b Synod. Engelheim.

Eodem anno Otto Imp. vnà cum filio, item Imp. reuerſus in Germaniam, ad
componendas res Eccleſiarum, SYNODVM [b] per Epiſcopos congregauit in
ENGELHEIM. In qua quid geſtum ſit, nos prætetit, prætet iudicium Epiſco-
porum in cauſa S. Vldarici Epiſcopi Auguſtani, petentis, vt ſibi liceret, vitam fini-
re in ordine S. Benedicti, & ſuo loco, Epiſcopus ordinaretur Adalbero Nepos.

c Synodus improbat petitionem S. Vldarici.

Improbarunt [c] Patres id non boni exempli, vt viuente Epiſcopo, alter ordi-
naretur: ſtatuerunt tamen, illi vt ſatisfacerent, ne alius, quàm eius Nepos or-
dinaretur in eius locum Epiſcopus. Sed eodem anno Adalbero, ſubitâ morte præ-
reptus eſt.

d Benedictus Papa ſubrogatur.

Eodem anno 13. Calend. Ian. poſt obitum Ioannis Papæ BENEDICTVS [d]
VI. Romanus ſubrogatus eſt. Hic patria Romanus, Dono ſucceſſit in Pontifica-
tu, & in calamitatibus.

e Synod. Rauenn.

Hoc anno menſe Sept. ab Honeſto Archiepiſcopo RAVENNÆ [e] habita eſt 973.
SYNODVS apud Mutinam, in qua compoſita legitur controuerſia inter diſſi-
dentes inter ſe germanos proceres, Petrum, atque Lambertum.

f Bened. Papa à Cardinale Diacono carceri detruditur, & ſtrangulatur.

Benedictus Papa VI. hoc anno, à Bonifacio [f] cognomento Francone, Roma- 974.
no, Diacono Cardinale, ſceleſtiſſimo viro, capitur, & in carcerem detruditur, &
ſtrangulatur, cùm ſediſſet an. vnum, menſes tres, & dies aliquot. Ipſe verò BONI-

g Bonifacius tyrannicè inuadit Apoſtolicam Sedem.

FACIVS VII. Sedem Apoſtolicam [g] violenter inuadens, tenet annum vnum,
ac menſem, dictúſque Bonifacius ſeptimus. Verùm vt Tyrannus non numeratur
inter Pontifices Romanos.

h S. Romualdus hoc tempore floret.

Hoc eodem anno floruit S. Romualdus [h] Rauennas, qui ex nobiliſſima Du-
cum ſtirpe oriundus, primò Claſſenſis Monachus, poſt Anachoreta, fœcundus in
prole, Occidentalem Eccleſiam ſanctis repleuit Anachoretis.

Eodem anno Otho II. Imperator creatur.

i Bonif. Vaticanam Eccl. ſpoliat.

Benedictus Romanus ex Albericis proueniens, exagitans, vrgénſque Bonifa- 975.
cium Tyrannum inuaſorem Apoſtolicæ Sedis, eum abire coëgit: qui Vaticana [i]
Baſilica expoliata, Conſtantinopolim nauigauit.

Romana Eccleſia liberata, omnium ſuffragio idem BENEDICTVS ex Sutri-
no Epiſcopo creatur Pontifex, nomine ſeptimus.

k Synod. Conſtantinopolitana.

Eodem anno & Indict. 3. CONSTANTINOPOLIM [k] SYNODVS cele-
bratur, in qua Baſilius Patriarcha criminis accuſatus, deponitur, & in locum eius
ſubſtituitur Antonius Studites. *Curopalates.*

Hoc eodem anno Eccleſia Anglicana, defuncto Rege Edgaro, cùm regnaſſet
à tempore Monarchiæ adeptæ annos 16 nonnihil eſt perturbata. Primùm quidẽ,
orta de Rege eligendo magna inter Regni Principes diſſenſione: cùm quidam
Eduardum filium Regis primogenitum, vt pater moriens dictauerat; alij verò
(agente in primis vxore ſecundâ pro filio) Ethelredum fratrem ſuum vix ſepten-

l Eccleſiaſtici & Principes in Anglia Regem eligunt, & conſecrant.

nem elegiſſent. Conuenientibus igitur in vnum Eccleſiaſticis, [l] & laicis Princi-
pibus, primogenitum elegerunt, conſecrarunt, & in Regem inunxerunt, quibuſ-
dam tamen murmurantibus. Deinde per plures Principes, & Optimates, Abbati-
bus cum Monachis de Monaſteriis, in quibus Rex Edgarus eos locauerat, expul-
ſis, & Clericis, vt prius, eorum loco, cum vxoribus inductis.

m Synod. Vvinton.

Super ea re SYNODO [m] apud WINTONIAM congregata, magnopere
rogant Clerici, & per Regem vehementer agunt, vt illis venia, hac ſola vice
daretur, & de Eccleſiis reinueſtirentur, deinceps correctionem pollicentes. Silet
Dunſtanus Primas ad iſta, quídque potiſſimùm de negotio agendum ſit, demiſſo
capite, mente pertractat. Silentium ingens occupat omnes, & ſuſpenſi ad re-
ſponſum Pontificis erigunt aures.

n Chriſtus ex ſigno Crucifixi loquitur audiente vniuerſo Conc. Anglic.

Tunc ſubitò Chriſti crucifixi imago, [n] ſigno Crucis in edito affixa, audienti-
bus cunctis dixit: *Non fiet, non fiet: iudicaſtis bene: mutaretis non bene.* Tremefacto in
his ſimul vniuerſo Conuentu, intulit Pater Dunſtanus: *Quid amplius vultis fratres
mei? diuina ſententia audiſtis definitum negotium præſens.* Aiunt, audiuimus verè, nec
deinceps Monachis vlla moleſtia illata eſt.

Eduat

ANNO DOM.

978. Eduardus Rex Angliæ inſidiis ſceleratæ Elſdritæ [a] nouercæ occiditur, vt eius filius Ethelredus, puer annorum decem regnaret: quem fulgentem miraculis, Angli, vt martyrem coluerunt. Ipſa interfectrix, aditura cum aliis ad eius ſepulchrum, miraculo commota quòd quos inſederat equos, immobiles experta eſſet, pœnitens, magna ſe deinceps auſteritate vitæ macerauit.

a *Rex Eduardus occiditur.*

979. Ethelredus puer decennis ab Epiſcopis Angliæ Rex coronatur. In qua coronatione S. Dunſtanus prophetiæ [b] Spiritu afflatus, hæc ad Regem: *Quoniam aſpiraſti ad regnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua; proterea audi verbum Domini: hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua, ſæuiens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo: quouſque regnum tuum transferatur in Regem alienum, cuius ritum, & linguam, gens cui præſides, non nouit, nec expiabitur, niſi longa vindicta peccatum tuum, & peccatum matris tuæ, & peccatum virorum illorum, qui interfuerunt conſilio eius nequam.* Poſt hanc Dunſtani viri Dei prophetiam, nubes per totam Angliam, nunc ſanguinea, nunc ignea viſa eſt.

b *S. Dunſtanus prophetiæ Spiritu damna futura Regi nouo prædicit.*

Eodem anno SYNODVS [c] CALNÆ conſtituitur, reclamantibus Clericis, ob Monachos in eorum loco ſubrogatos: vbi cùm in cœnaculo, abſente Rege, propter imbecillem ætatem, conſidentibus totius regni Senatoribus, magno conflictu hinc inde allegantium, res ageretur, & Dunſtanum, quaſi Eccleſiæ murum, multorum iacula conuiciorum impeterent, nec vincerent, ſolarium ſubitò totum [d] quo conſidebant, cum axibus diſſoluitur, & trabibus: omnibúſque interim truculenter eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans, ſuper vnam, quæ ſuperſtes erat, trabem, abſque læſione euaſit. Cæterùm omnes partis aduerſæ, vel exanimati ſunt, vel languore perpetuo ſunt detenti, hoc miraculum contulit pacem Dunſtano, & Monachis.

c *Synod. Calnæ.*

d *Ex domus ruina omnes, præter Dunſtanum, opprimuntur.*

980. Hoc tempore floruerunt duo viri illi ſanctitate illuſtres [e] B. Nilus, & B. Bartholomæus è ciuitate Roſſani Prouinciæ Calabriæ, qui cuiuſdam eremi propè Coriolanum patriam meam incolæ facti, ibíque Eccleſia in B. Virginis honorem, quæ hodie S. Maria de Patiro dicitur, ædificata, ex eo loco, vt mundanum honorem fugerent, diſceſſerunt. B. Nilus, ad Orientales partes, quò eius fama penetrarat, minimè accedere voluit; ſed elegit, vt ignotus inter Latinos agere. Quo verò magis ille hominum gloriam fugiebat, eò magis illum cœleſtis gratia ſequebatur, & omnes, vt vnum ex Apoſtolis excipiebant. Cùm enim Capuam veniſſet (vt cætera omittam) & maximo honore affectus eſſet, tum à Principe ipſo Pandulpho, tum ab aliis nobilibus ciuitatis, decreuerunt, ipſum ſibi Epiſcopum inſtituere: & res effectum habuiſſet, niſi mors Principem præoccupaſſet. Tunc verò Præpoſito montis Caſſini Abigerno aduocato, rogarunt, vt daret B. Nilo monaſterium aliquod B. Benedicti. Adiens igitur ille inclytum B. Benedicti monaſterium, exceptus eſt ab vniuerſis Monachis, magna cum celebritate, quaſi [f] alter P. Benedictus aduenisſet. Cúmque omnes illos Patres ſpirituali lætitia cumulaſſet, & ipſe gauiſus eſſet, bono ordine, & præclara diſciplina, eorúmque res ſupra res Græcorum admiratus eſſet, deductus eſt ab ipſo Abbate, & inſignioribus fratribus ad monaſterium S. Michaëlis Archangeli vallis lucis, in quo cum filiis ſuis manere deberet.

e *B. Nilus, & B. Bartholomæus Roſſanenſes florent.*

f *B. Nilus à Caſſinatibus Monachis velut alter S. Benedictus honorificè recipitur.*

B. verò Bartholomæus propè Tuſculanum ſeceſſit, ibíque Eccleſiam, & monaſterium Cryptæ ferratæ conſtruxit.

983. Hoc anno à Benedicto Papa celebratum eſt ROMÆ [g] CONCILIVM, in quo inter alia, agitata eſt cauſa Giſleri, ſeu Geſhilarij, quem malis artibus ab Imperatore Epiſcopatum obtinuiſſe, Dithmarus tradit.

g *Concil. Rom.*

984. Benedictus [h] Papa VII. cùm ſediſſet ann. 9. d. 10. Iulij ex hac vita migrauit. In eius defuncti locum ſubrogatus eſt Petrus Epiſcopus Papienſis ex Othonis Archicancellario, qui nominatus eſt IOANNES, eius nominis XIV.

h *Bened. Papa moritur.*

Hoc eodem anno Romæ contractum eſt ſodalitium [i] plurimorum Sacerdotum, inter quos Epiſcopi nonnulli ſunt adſcripti, ad hoc, vt poſt obitum ſinguli conſodalium ſacrificiis iuuarentur, quadraginta Miſſas canentibus pro ſingulis. Cuius inſtituti adhuc extat in Diaconia SS. MM. Coſmæ, & Damiani monumentum in tabula marmorea inciſum.

i *Sodalitium pro animabus Purgatorij iuuadis.*

Eodem anno Otho III. filius prædeceſſoris Othonis II. Imperator eligitur.

ANNO DOM. 985.

a *Beniſatius denuò Sedem Apoſtolica inuadit.*

b *Ioannes Papa in carcere detruſus, fame perit.*

c *Boniſatius inter Pont. minimè numerandus.*

Nefandus Boniſacius Apoſtolicæ [a] Sedis inuaſor (qui vt dictum eſt) necato Pontifice, & expilata Baſilica Vaticana, fugerat Conſtantinopolim, vbi res innouatas accepiſſet, deceſſiſſe nimirum Benedictum VII. qui eum Sede expulerat, & Ottonem Imperatorem eſſe defunctum, cuius patrocinio fouebatur, qui Benedicto ſucceſſerat, Ioannes Papa, Romã Sedem inuaſurus redit, ſuorum ſtudiis roboratus, vt quam reliquerat Petri Cathedram occuparet. Venit ſceleratus, atque ſacrilegus, ſuorúmque factione potens, quem ſedentem in Pontificio throno Ioannem inuenit, inde violenter conturbauit, vinculíſque alligatum detruſit [b] in Sancti Angeli munitionem, quæ detinebatur à ſuis, vbi quatuor detentum menſibus, fame perire miſerum tandem truculentus prędo coëgit, duorum Pontificum crudeliſſimus interfector. Inuaſámque iterum Petri Cathedram, proh nefas tenuit tyrannus menſibus quatuor, qui nec pilum quidem habuiſſe dici poteſt Romani Pontificis, ſiue ſpectes ingreſſum, ſiue progreſſum, réſque ab eo geſtas conſideres. Vnde parum conſulunt veritati, minúſque pietati, qui hunc [c] inter Rom. Pont. referunt, adnumerandum potiùs inter famoſos latrones, & potentiſſimos graſſatores, atque patriæ proditores. Hic igitur nefandus parricida, cùm vix menſes quatuor tenuiſſet violentus, quam occuparat, Apoſtolicam Sedem, dimittere cogitur inuitus, Deo vltore, repentina morte percuſſus. Quem & ſui pro eo, quo illum proſequèbantur odio, nudatum, lanceis vulneratum, per Vrbem traxerunt. *Ex veteri Codice Romano.*

d *Ioan. XV. eligitur.*

e *Creſcentius tyrannus exurgit.*

Extincto Tyranno, eligitur IOANNES [d] XV. Romanus. Quo tempore, etſi ſectatores Bonifacij quieuerunt, nouus tyrannus exſurgit in vrbe, quæ hactenus fecerat Albericorum violentia conculcata, atque depreſſa. Fuit hic Creſcentius [e] Numentanus, qui titulo conſulatus, munitionem S. Angeli poſſidere aggreſſus, inde infeſtare nonnihil cœpit ipſum Ioannem Pontificem: qui timore perterritus eorum, quæ paſſum viderat prædeceſſorem, ſecedit in Tuſciam: vnde cùm legationes ad Ottonem mittere frequentaret, memores Romani, quot ob iniurias Pontificibus illatas paſſi erant maiores ipſorum, tum ab Ottone Primo, tum à Secundo, è veſtigio honorifica legatione eundem Ioannem accerſunt, redire rogant, omníque ſecuritate adhibita, reuocant tandem in vrbem, ſéque illi ſubiiciunt. Sícque aliquandiu Romana Eccleſia, tranquilla pace potita eſt.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

f *Concil. Rom.*

g *Concil. Siluaneſt.*

h *Vox Politic. & Heret. impia Regibus omnia licere etiam in Eccleſiis.*

ROMANVM [f], in cauſa Sancti Adelberti Epiſcopi, Pragenſibus reſtituendi. 989.

SILVANECTENSE [g] in Gallia, quo iuſſu Arnulphi Rhemenſis Archiepi- 990.
ſcopi prædonibus Rhemenſis ciuitatis anathema dixerunt. Et planè factum eſt, quod diro anathemate imprecati ſunt Patres; ſiquidem anno ſequenti captus eſt ab Hugone Carolus, & penitus ex ſtemmatis eius ramo ceſſauit Regnum Francorum, tunc penitus exciſum, cùm hæreſis pullulare cœpit, qua dicerent Caroli ſtudioſi, *Omnia* [h] *licere Carolo, etiam in Eccleſiis.* Sicque eouſque ſunt à Deo tolerata peccata Regum illius ſtemmatis, quamdiu ea peccata non ſunt defenſa, vt iure facta; vbi verò cœperunt obſtinatè defendi, vt error ſit reputata iuſtitia, & inde hæreſis oriri cœperit; tunc ita Dei offuſa eſt ſuper Principes, & præciſum eſt Regnum ab eo, & datum ipſius æmulo, & de Saul tranſlatum in Dauid. Videant ergo, quàm malè conſulant Principibus Nouatores noſtri temporis, hæretici inquam, dicti Politici, eadem quæ hoc tempore cœpta ſunt doceri, penitùs profitentes.

i *Conciliabul. Rhem.*

Conciliabulum, ſiue Pſeudo-ſynodus RHEMENSIS [i], qua Arnulphus Ar- 992.
chiepiſcopus depoſitus, & Gebertus eidem ſubſtitutus fuit.

k *Concil. Rom.*

ROMANVM [k], pro canonizatione S. Vldarici Auguſtani Epiſcopi. 993.

l *Concil. Moſon.*

MOSONIENSE [l], quo eiecto Geberto, Arnulphus Sedi ſuæ reſtituitur. 995.

m *Conc. Rhemenſ.*

RHEMENSE [m] II. quo per Leonem Sedis Apoſtolicæ Legatum Arnulphus, Geberto depoſito, Rhemenſi Eccleſiæ reſtituitur.

n *Ioannes Papa moritur.*

o *Gregor. Papa eligitur.*

Hoc anno Nonis Martij, Ioannes [n] Papa defunctus, in Baſilica S. Petri Apo- 996.
ſtoli ſepultus eſt. Sedit annos 10. menſ. aliquot, d. 12. & poſt 36. dies in locum ipſius ſubrogatur [o] GREGORIVS V.

Schisma XVI.

Otto Rex Germaniæ vocatus ad propulſandam Creſcentij intolerabilem tyrannidem, Romam ſe contulit, ad ipſum expugnandum, qui audito Ottonis aduentu, in inexpugnabili S. Angeli arce ſe cum ſuis incluſit. Qui quòd perſpiceret, Ottonem Imperatorem in eo totum eſſe, vt Pontificatus Romanus Germano Ottonis Ducis filio, eius conſanguineo, nomine Brunoni deferretur, ipſe, quanquam ſtudio factionis Ottonianæ Bruno electus, Gregorii V. nomine impoſito, fuiſſet; Ioannem [a], natione Calabrum, patria Roſſanenſem, Epiſcopum Placentinum contra Gregorium V. ſubrogauit, & Ioannem XVI. appellauit. Præuidebat enim Creſcentius, Ottonem eo fine ſuum conſanguineum Petri Cathedræ voluiſſe præſidere, vt Imperij iura, & ſucceſſionem, à reliquis in ſuos Germanos transferret. Res erat: Otto enim ſimul atque intellexit Gregorium expulſum, Ioannem verò à Creſcentio Conſule, ſeu Duce introductum eſſe, Gerberto illo Rhemis deiecto Archiepiſcopatu Rauennate in itinere donato, Romam contendit; & tum ambitu deriuationis in Germanos per Gregorium conſanguineum ſuum Imperij; tum neceſſitudine ſanguinis erga eundem Gregorium, tum amore illicito coniugis Creſcentij, quæ venuſtiſſima Romanarum erat, inflammatus, Gregorium quidem reſtituit: Ioannem verò à Creſcentio ſuffectum Sede exturbauit. Creſcentium autem in Caſtro S. Angeli incluſum obſedit, & promiſſione impunitatis, dolo, & arte ſeductum, capite imminuit, vxorémque eius cœſi in concubinam accepit. Quæ regnandi auida, ſuis [b] illecebris ipſum pellexerat. Et nihilominus poſtea ob ſubitum Auguſti ex vrbe diſceſſum, irâ furens, venenatas chirothecas pro munere amatorio ad eum miſit. Qua ille peſte infectus, ſexto Imperij ſui anno abſumitur. Memorandum peſtiferi amoris documentum. Interim verò tanta immanitate Ottoniani in Ioannem ſæuierunt, vt oculis, lingua, & naſo orbatum, aſello retro conuerſum [c] impoſuerint, dataque ei in manus cauda vectores ſui, per vrbem circumduxerint, iſtud conclamantes: *Tale ſupplicium patitur, qui Romanum Papam de ſua Sede pellere nititur.* Qui deinde in carcere defunctus [d], ſepulturæ traditus fuit.

a *Ioannes Calaber Roſſanen. Pſeudopapa.*

b *Diſcant amatores.*

c *Ioannes Pſeudopapa ignominiosè per vrbem ducitur.*

d *In carcere moritur.*

Hoc eodem anno 996. celebratum eſt Concilium [e] Romanum, quo conſtitutum fuit, vt Imperator deinceps à VII.[f] Electoribus Germaniæ Principibus eligatur. Sic Blondus *decade* 2. *lib.* 3. Quin quod Magdeburgenſes [g] id etiam aſſerunt *Centur.* 10. *cap.* 10. *colum.* 546. Vtrum autem iure Pontificio id fecerit, id non aperiunt. Sed ſi velint, iure id factum, fateri cogentur Pontificem eſſe, Imperatore [h], & Principibus omnibus ſuperiorem, vt patet. Si verò dicant, non iure, ſed tyrannicè; iniuriam faciunt ſuis Patronis, & Protectoribus, nimirùm, Duci Saxoniæ, Comiti Palatino, & Marchioni Brandeburgenſi. Quid enim iſti habent maius, quàm Electoratum? Dediſſe autem Pontificem, extra controuerſiam eſt. Albertus enim Imperator Bonifacio VIII. Papæ [i] ſcribens, disertè hoc confitetur his verbis.

e *Conc. Rom.*

f *Imperator ab Electoribus Germaniæ eligitur.*

g *Magdeburgenſes id etiam fatentur.*

h *Papa Imperatore, & Regibus ſuperior.*

i *Albertus Imp. ad Bonif. Papam ſcribens, id recognoſcit.*

Recognoſcens igitur, quòd Romanum Imperium per Sedem Apoſtolicam de Græcis tranſlatum eſt in perſona Magnifici Caroli in Germanos, & quòd ius eligendi Romanorum Regem, in Imperatorem poſtmodum promouendum, certis Principibus Eccleſiaſticis, & ſecularibus ab eadem Sede conceſſum, à qua Reges, & Imperatores qui fuerunt, & erũt, pro tempore recipiunt temporalis gladij poteſtatem ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum; pia deuotione, & ſincero corde profiteor, quod Romanorum Reges in Imperatores poſtmodum promouendi, per Sedem eandem, ad hoc potiſſimè, & ſpecialiter aſſumantur: vt ſint ſanctæ Romanæ Eccleſiæ [k] aduocati, Catholicæ fidei, ac eiuſdem Eccleſiæ præcipui defenſores. Plura de hoc in eodem originali, quod in Caſtro S. Angeli Romæ aſſeruatur.

k *Imperatores S. R. E. ſunt aduocati, & defenſores.*

998. Hoc anno in Galliis, Hugari Regi defuncto, Robertus filius ſucceſſit. Duxerat is vxorem [l] Bertam, matrem Odonis Comitis, affinitate ſibi cõiunctam. Quam rem etſi Galliarum aliqui Epiſcopi [m] perperam approbaſſent; Gregorius tamen Summus Pontifex reprobauit, & Epiſcopos grauiter reprehendit: qui Regem anathemate obſtrinxerat, niſi eam dimitteret. Porrò ex tali coniugio monſtrum [n]

l *Rex duxit vxorem ſibi affinitate coniunctam.*

m *Epiſcopi approbant, Papa Epiſcopos reprehẽdit, & factum reprobat.*

n *Monſtrum ex tali coniugio.*

editum eſt anſetino ſimile per omnia collo,& capite. Rex tandem ſuaſione, & increpatione Abbonis Floriacenſis Abbatis, magni nominis, eam dimiſit [a], & peccatum grata Deo ſatisfactione diluit. Ex Leon. Pap. IX. *epiſtola ad Henricum Roberti filium*: Petr. Dam. *epiſt. ad Deſiderium Abbatem*: & Helgaldo Monacho *in vita ipſius Abbonis*. Sed Petri Damiani illa in primis notanda. *Cuius*, inquit, *Sacerdotalis edicti* (id eſt, latæ in Regem, & vxorem excommunicationis ſententiæ) *tantus in omnem vbique populum terror* [b] *inuaſit, vt ab eius ſocietate vniuerſi recederent, nec præter duos ſeruulos ad neceſſarij victus obſequium, illi remanerent: qui tamen, & ipſi omnia vaſa, in quibus Rex edebat, & bibebat, percepto cibo, abominabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant.*

a *Rex affinem coniugem relinquere cogitur.*

b *Excommunicatio quãti facta à Francis.*

Eodem anno quod ad ſtatum pertinet rerum Hiſpaniarum in hunc vſque diem, ſub Veremundo Rege, magis, ac magis labefactatæ, miſerando [c] interitu, ita ſunt attritæ, atque proſtratæ, vt amiſſo Legionenſi regno, & Gallæciæ ciuitate Compoſtella exciſa, & Eccleſiis dirutis, vix ſepulchro ſancti Apoſtoli, Dei virtute illæſo [d] ſeruato, in vltimum diſcrimen eſſent adductæ: cùm exiguæ vires Chriſtianorum Principum in vnum collectæ, quæ bellis ciuilibus, non diſiunctæ tantùm, ſed mutuis confectæ cædibus debilitatæ admodum fuerant, aduerſus Almanſorem Regem Arabum numeroſiſſimo pollentem exercitu, non reſtitere tantùm, ſed & ſuperauere [e] quàm fœliciſſimè, deſideratis ex peditibus eius (vt ipſæ Maurorum produnt hiſtoriæ) ſeptuaginta millibus, equitum verò quadraginta millibus. Cùm & ipſe exercitus Dux, ex deſperatione abſtinens cibo, noluit tantæ acceptæ cladi eſſe ſuperſtes.

c *Hiſpaniæ clades.*

d *S. Iacobi Apoſtoli ſepulchrum in Compoſtella ope diuina illæſum cuſtoditur.*

e *Victoria inſignis de Arabibus.*

Nulla hac victoria glorioſior, vel ceſſit vtilior, vel opportuniori tempore à Deo conceſſa eſt, vt tum veteres, tum recentiores affirmant. Porrò quantum contulerit ſemper [f] pietas ad hoſtes fidei profligandos, cùm aliàs ſæpè, tum his temporibus oſtenſum eſt cùm ſub Garſia Fernando, Caſtellæ Comite apud Gormatium, cum hoſtibus confligente, pietate, & fide Ferdinandi Autolini, qui in proximam Eccleſiam ad orandum ſe receperat, exercitus hoſtium eſt profligatus, pugnante ſub ſpecie eius [g] Angelo, cuius equus, & arma diuino miraculo inuenta ſunt ſanguine eſſe conſperſa, iaculatus tamen cùm ipſe eſſet, non miſſis ictibus, ſed precibus in hoſtes.

f *Pietas quantum valet ad hoſtes fidei ſuperãdos.*

g *Angelus pro Ferdinando pugnat.*

Inter hæc autem Imperator Romam cogitans, cùm Mutinam perueniſſet, iuxta ipſam, in villa Amula dicta, hoſpitio ſuſceptus eſt. Accidiſſe autem tunc ipſi [h] ea tradunt hiſtorici, quæ magna admiratione digna metro ſcripſit Goteſridus Viterbienſis: nempe coactum fuiſſe, id iuſtitia ab eo exigente, Auguſtam vxorem ſuam, Mariam [i] nomine, filiam Regis Aragonum, necis Comitis innocentiſſimi ream, publicè cremandam iudicare. Cùm enim fœmina procax oculos in dictum Comitem, virum integerrimum, forma pulcherrimum, conieciſſet, à viro caſtiſſimo paſſa repulſam, illum de pertentata pudicitia calumnioſe accuſauit apud Imperatorem, qui facilè nimis [k] adſcribens ipſi fidem, Comitem ad mortem damnauit. Quem cùm capite amputatum audiſſet eius vxor, magna audacia, quam pudoris neſcius dolor miniſtrauit, Ottonem conuenit pro tribunali ſedentem, clamans de nece iuſtiſſimi viri vindictam, proiectóque capite viri in medium, ipſum Imperatorem reum ſanguinis innocentiſſimi apud ipſum iura reddentem accuſat. Probationem per contrectationem [l] ferri candentis, veritatis indicem offert: conſentit ille: paratur ignis, ferrum candens exhibetur: mulier conſcia innocentiæ viri ſui, arripit illud illæſa, contrectat inuſta, quia iuſta, ſtringit vt flores, ignitum metallum, quo ſolùm exuruntur præcordia ipſius Imperatoris. Cui tunc inſultans victrix fœmina, vindictam in Imperatorem à gladio exigit imperantis. Fatetur ille culpam, nec refugit pœnam, ſpondens iugulum, ſed poſcit inducias. Interim Proceres accurrunt, pro vita, fœminam exorant Imperatoris, ſed fruſtra diu laboratum: at tandem ea eſt conditione tranſactum, vt auctrix ſceleris, ex qua cauſa proceſſerat viri necis, flammis comburenda daretur. Quo facto ſuam redemit vitam iuſtiſſimus Imperator, qui eandem donatam tribus caſtris, ſolutus ipſe ac liber ſubeundi ſupplicij, eam abire rogauit.

h *Exemplum inſigne vxoris procacitatis, & perfidiæ.*

i *Aliud pudicitiæ.*

k *Imperatoris temeritatis, & iuſtitiæ exẽplum.*

l *Per ferri igniti contrectationem ab vxore factam, viri innocentia dignoſcitur.*

Gregorius Papa moritur [m], cùm ſediſſet annos 2. m. circiter 8. ſepultus in Baſilica Principis Apoſtolorum. 999.

m *Greg. Papa moritur.*

ANNO DOM. Otto,qui infidam fidem expertus fuerat Romanorum , ne Pontificatus in aliquem relaberetur Romanum,curauit Gebertum, ex Archiepiſcopo Rauennate, mox eligendum Romanum Pontificem , qui vocatus eſt SILVESTER [a] II. ea quidem Sede planè indigniſſimum,vt qui,quæcunque potuit,improperia calumnioſè collegit,& in eam effudit,cùm à Ioanne XV.Pont. Sede Rhemenſe , quam iniuſtè aſcenderat,deiectus eſt.Cuius delicti,credibile eſt,cum pœnitentiam egiſſe. Iſta adeò indigna pati coacta eſt Eccleſia Romana [b],cùm per Principes ſæculi electiones Romani Pontificis factæ ſunt. Sic per Ottonem I.homo laicus,Leo intruſus eſt,ſic modò , & Gerbertus , quem adulatus eidem Imperatori Romanus populus dicitur poſtulaſſe. Porrò [c] tam eius continuata proſperitas , tantis aucta progreſſibus, Mathematicæ ſcientiæ , & præcipuè Aſtrologiæ peritia,in tam rudi ſæculo, occaſionem dedere ſchiſmatico homini Bennoni [d] cuidam,qui ſe appellaret Cardinalem , poſt annos octoginta,abſurda , & monſtruoſa confingendi, & vulgò perſuadendi, quòd per magicas artes ad Apoſtolicæ Sedis culmen prouectus eſſet,pacta pro mercede diabolo anima, quam ſtatuto loco , Ieroſolymis (ſic nuncupata Romæ S.Crucis Eccleſia)exactor violenter extorſerit. Cuius probroſæ,& nefariæ fabulæ ante hunc Bennonem nullus,qui meminerit , extitit : contra verò,qui ſub eius Pontificatu vixerunt , honorificam de eo mentionem habuerunt,vt Ditmarus ſcriptor grauiſſimus, & Helgaldus Monachus Floriacenſis. Vide Bzorcium hic.& Card. Bellarminum *in lib.de Rom. Pont.*

a Silueſter ſufficitur.

b Eccleſia Romana multa indigna paſſa eſt,quãdiu per Principes ſæculares Pontificis electio facta eſt.

c De Silueſtro Papa fabula expeditur.

d Benno primus calumniator Silu.PP.II.

Eodem anno SYNODVS [e] ROMÆ habita eſt, in qua accuſatus Giſlerus Archiepiſcopus Magdeburgenſis , quod duas Parochias teneret , qui paralyſi percuſſus, venire cùm non potuiſſet , res relata eſt ad Concilium Prouinciale Germaniæ.

e Synod. Rom.

1000. Hoc anno Otto Imperator reuertens à peregrinatione ad montem Garganum voluit etiam B. [f] Nili monaſterium videre. Quò cùm veniſſet, & fratrum tuguria circa Oratorium conſtructa vidiſſet, dixit:*Ecce tabernacula Iſraël in deſerto : ecce habitatores regni cœlorum : iſti non vt habitatores , ſed vt peregrini manent hic.* B. verò Nilus [g] cùm percepiſſet thuribulum ſuum(quod moris erat) obuiam illi iuit,cum vniuerſis fratribus , & cum omni humilitate illum honorificè recipit. Imperator autem ſuppoſita manu,Nilum ſubleuans,& ſuſtentans,in Oratorium cum eo ingreſſus eſt.Volebat illi Imperator pro Monachis reditus aſſignare : at ille [h] recuſauit,dicens iſtud memorandum : *Si omninò ſunt Monachi fratres mei,& cuſtodient pro virili Chriſti mandata ; ipſe,qui vſque adhuc mecum curam geſſit de ipſis ; multò maiorem geret abſque me de iis, qui ſperant in miſericordia ipſius.* Interim adiunxit Imperator : Pete à me, tanquam à filio tuo,quodcunque volueris, & cum omni alacritate dabo tibi : Beatus verò Nilus, cùm extendiſſet manus ad pectus Imperatoris,dixit illi : *Nihil aliud peto* [i] *ab Imperio tuo , præter ſalutem animæ tuæ : licèt enim Imperator exiſtas , tanquam vnus de hominibus debes mori , & ad iudicium venire , & rationem reddere eorum, quæ feciſti operum,ſiue bonorum,ſiue malorum.* Hæc cùm dixiſſet , Imperator guttas lachrymarum profundebat ex oculis ſuis. Deinde coronam ſuam in manibus S.Nili deponens,ab ipſo benedictionem adeptus,cum omnibus Comitibus, iter ſuum proſecurus eſt.

f Imp. B.Nili monaſteriũ viſitat,& celebrat.

g B.Nilus honorificè illum recipit.

h B.Nilus reditus ab Imper.pro Monachis oblatos repudiat.

i B.Nilus petit ſolùm ſalutem animæ ipſius Imp.

Eodem anno,vt eſt *apud Surium* 20.*Aug.*legatio à Stephano Hungariæ Duce per Aſtricum,ſeu Anaſtaſium Colocenſem Epiſcopum ad Silueſtrum Romanum Pontificem miſſa eſt : iniunctúmque Legato, vt diadema [k] Regium à Stephano impetraret : Strigonienſem verò Eccleſiam in Metropolitanam erigi procuraret. Quæ omnia obtinuit. Et inſuper vt Crux [l] ante Regem, velut Apoſtolatus inſigne deferretur , quòd is ſua opera , multos infidelium ad Chriſtianam Religionem traduxiſſet : Regnúmque ſuum Hungariæ , poſt victoriam de Barbaris partam,Romanæ [m] Eccleſiæ donaſſet. Gregor.*lib.*3.*epiſt.*25.

k Diadema Regium à Papa impetratur.

l Crucis vexillũm ante Regem itinerantem aliquando geſtari conceditur.

m Hungariæ Regnũ Rom. Eccleſiæ donatum.

1002. Hoc anno opera Stephani Hungarorum Regis,non ſolùm ipſi Hungari [n] ,verùm & Tranſyluani ad fidem ſunt conuerſi.

n Hungarorum,& Tranſyluanorum conuerſio.

IOANNES [o] XVII. Silueſtro ſucceſſit,cognomento *Siccus*, patria Romanus, quem aliqui XVIII. aliqui XVI. nos cum recentioribus XVII. appellamus. Cui poſt quinque menſes defuncto , duodecimo Calendis Decembris alter

o Ioannes PP.creatur.

IOAN

a Ioannes alter ſuccedit.

Anno Dom.

IOANNES[a] XVIII. ſucceſſit, cognomento *Faſanus*, quem Hermannus XVII.
nũcupat, ne ille Ioannes contra Gregorium V. intruſus, inter Pontifices numere-
tur. Aliquibus tamen placet XVIII. numerare. Qui tamen Pontificatus ſui an-
no 6. moritur, & in Vaticano ſepelitur. Vacat tum Sedes dies vndeviginti.

Eodem anno Henricus II. Claudus, Sanctus, Bauariæ Dux, primus ab Electo-
ribus Imperator electus eſt.

b Regis Galliæ humilitas.

Per id temporis, tum humilitas[b], tum pietas Roberti Galliarum Regis enituit. 1004.
Alicubi enim celebrato Concilio interfuerat, & vnum conſidentium Epiſcoporum
Lambertum Lingenienſem graue molis corporis grauem, è loco ſuperiore pedes
dependere conſpexerat. Pietate ductus, à longè quærens ſuppedaneum, reperit
vnum, quod manibus apprehendens, illud tanto Pontifici obtulit, & pedibus ſup-
poſuit: tanta erat humilitate: ſed & non minore erga res diuinas pietate, & Ca-

c Regis Galliæ fidei zelus.

tholicæ[c] fidei zelo. Leutherico enim Senonenſi Archiepiſcopo de Domino non
bene ſentienti, & quærenti pro quibuſdam cauſis probationem in corpore Domi-
ni noſtri Ieſu Chriſti; indignè id ferens, ſcripſit his verbis: *Cùm ſit tibi nomen ſcien-
tiæ, & non luceat in te lumen ſapientiæ, miror, qua ratione quæſieris pro tuis iniquiſſimis
imperiis, & pro infeſto odio, quod erga Dei ſeruos habes, examinationem in corpore, &
ſanguine Domini: & cùm hoc ſit, quòd à dante Sacerdote dicitur: Corpus Domini no-
ſtri Ieſu Chriſti ſit tibi ſalus animæ, & corporis; cur tu temerario ore, & polluto dicas; Si
dignus es, accipe, cùm ſit nullus, qui habeatur dignus? Cur Diuinitati attribuis ærumnas
corporis, & infirmum doloris humani diuinæ connectis naturæ?* Hæc cùm Robertus illi
ſcripſiſſet, poſtea iurans fidem Dei: *Priuaberis*, inquit, *honore Pontificis, niſi ab his
reſipueris: & damnaberis cum his, qui dixerunt Domino: Recede à nobis: & non com-
municabis cum his, quibus dicitur: Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.*

Quieuit tum Leuthericus virus ſum ſpargere, timore ductus, ne dignitatem
Pontificiam amitteret.

d Synod. Tremonienſ.

Hoc anno celebrata eſt SYNODVS[d] TREMONIENSIS, pro reformatione 1005.
Cleri indicta, & diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtitutione.

e Synod. Francoford.

SYNODVS[e] FRANCOFORDIENSIS celebrata eſt. In ea præſens Rex 1006.
Hẽricus, adeò demiſsè ſe geſſit, vt in terram coram Epiſcopis proſtratus, noluerit
ſurgere: ſed oportuit eum à Willegiſo Archiepiſcopo Moguntino eleuari. Eo po-
ſtulante, erecta eſt in Cathedralem Eccleſia Bambergenſis, quam ciuitatem ille
vnicè dilexerat.

f Sergius Papa eligitur.

SERGIVS[f] IV. patria Romanus, patre Martino, vir ſanctiſſimæ vitæ, grataꝗ; 1009.
conſuetudinis, & ante Pontificatum, & in ipſo magiſtratu fuit. In pauperes libe-
ralis, in amicos, & familiares iucundus, in delinquentes clemens, in contuma-
ces modeſtus. Tantæ præterea prudentiæ fuit, vt toto ſuo Pontificatu nil com-
miſſum ſit, quo meritò gubernantis negligentia reprehendi poſſit. Anno verò
Pontificatus ſui 2. men. 8. moritur, ſepelitúrque in Vaticano, laborante Italia, ac
ferè toto orbe terrarum, fame, ac peſte. Vacat tum Sedes dies 8. Hiſtorici variant,

g Pontificis mutatio nominis.

an de hoc, an verò de præcedenti alio Sergio contigerit[g] mutatio nominis, ex eo
quòd antea hîc, vel ille vocatus ſit *Os porci*.

Per occaſionem dedicationis Eccleſiæ Bambergenſis, quam magnis ſumptibus 1011.
Henricus Rex recens extruxerat, pluſquam 30. Epiſcopi conuenientes, SYNO-

h Synod. Bamberg.

DVM[h] celebrarunt, atque in ea quaſdam Epiſcoporum controuerſias, ſiue com-
poſuerunt, ſiue diffinierunt. Iudicarunt pariter Theodóricum Metenſem Epi-
ſcopum, eíque interdixerunt, vt ante purgationem, Miſſam non caneret.

i Bona Eccleſiaſtica diripiens, à mure corroditur.

Eodem anno quidam miles Germanus, cùm bona[i] S. Clementis vi tolleret,
& inde tectum facere voluiſſet, in vna die à muribus intra cubiculum corroſus
eſt, quanquam arcæ cuidam ſe incluſiſſet, & fune deſuper ſuſpendiſſet.

k Conſtantinopol. terræmotu concutitur.

Eodem anno Conſtantinop.[k] à menſe Ianuario, vſque ad Nonã Martij tremuit.

BENEDICTVS VIII. Sergio ſucceſſit, ſed non ſine tumultu. Contra ipſum 1012.
enim aliqui Romanorum intruſerant Gregorium quendam, qui potens viribus
ſuæ factionis, Benedictum ab vrbe pepulit. Is verò ad Henricum in Germania ſe
contulit. Qui ad defenſionem iurium Eccleſiæ inuitatus, Romanum iter aggreſ-
ſus, Italiam ſine vllo impedimento ingreſſus eſt. Cuius ope, Benedictus Pontifi-
catum gubernauit.

ANNO DOM.

Henrico verò mortuo, Pontifex, per ſeditionem, alio in locum eius ſuffecto, pellitur. Verùm poſtea inita cum inimicis ſuis concordia, pulſo adulterino Pontifice, in vrbem cum dignitate rediens, 12. Pontificatus ſui anno claudit diem, ſepelitúrque in Vaticano.

Eodem anno 1012. celebratum eſt CONCILIVM LEGIONENSE, in quo plurima pro beneficio, & immunitate Eccleſiarum ſancita ſunt.

1013. Hoc tempore ſolui ſolitus erat cenſus Romanæ Eccleſiæ à Regno [a] Poloniæ. Cenſus enim iſte, vnà ſimul cum fide Chriſtiana publicè, auctoritate Pontificis Romani in Regnum Poloniæ introductus, à pientiſſimo Principe Miecſ-ao, virtute pietatis, non minùs, quàm fortitudinis inſigni, eidem Romanæ Eccleſiæ iure merito [b] aſſignatus eſt. Libuit, licuítque Religioſo illi: vel propterea, quia Diuus Paulus non improbabat, quin imò laudabat, reciprocam remunerationem, cùm pro ſpiritualibus temporalia erogantur. Vel etiam, quia Prophetico ore Deus Eccleſiæ ſuæ promiſit longè ante, vt lac gentium ſugeret, & mammilla Regum lactaretur. Quæ Prophetica promiſſio tametſi etiam facta, vt facta eſt, non fuiſſet; licuit tamen Miecilao, vt cuicunque Principi Chriſtiano, Chriſtiano Antiſtiti, & Chriſti Eccleſiæ, obligare quod ſuum, quia ſuum. In id iuris dati, & accepti Romanæ Eccleſiæ, cùm non inquiſiuiſſet Vvratiſlaus Poloniæ, quemadmodum hoc tempore haud equis, non æquiores inquirere ſolent, pietatem illius, Gregorius VII. (*libro 2. epiſtola 7.*) aliquando eximia laude habuit prædicare, quòd is cenſus annui, centum marchas argenti, fideliter præſentaſſet.

a *Poloniæ Regnum S.R.E. tributarium.*

b *Tributum huiuſmodi tum ab hoc Rege, tum ab aliis, rationabiliter ſolditur.*

1014. Hoc ano contigit, ab Henrico Imperatore Romæ factis aſſiſtente, Romanorum Presbyteros aliquando interrogari, cur poſt Euangelium (vt in aliis Eccleſiis fiebat) Symbolum [c] non canerent, cui illi, Bernone aſſiſtente, atque audiente reſponderunt; quòd Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando vlla hæreſeos fece infecta, ſed ſecundùm S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa: & ideò magis, iis neceſſarium eſſe illud Symbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæreſi potuerunt maculari. Perſuaſit interim Imperator Benedicto Pontifici, vt Romæ quoque, tum propter exemplũ, tum propter vniformitatem, tum propter auctoritatem primariam condemnandi hæreſes alibi exortas, vel exorituras, vt ad publicam Miſſam illud decantaretur.

c *Symbolum in Miſſa cur Romæ hoc tempore non canebatur.*

1017. Hoc anno diebus Paraſceues poſt Crucem adoratam vſque ad Sabbathum ſanctum circa veſperam, concuſſa eſt Roma à vi [d] ventorum. Cauſa erat, quia Iudęi die ſancto Paraſceues in ſynagoga imaginem Chriſti deluſerant, ſicut fecerunt Domino patentes eorum. Neque ceſſauerunt venti, donec Benedictus Pontifex, auctoribus ſceleris conquiſitis, ſupplicium de eis ſumi edixiſſet.

d *Roma ventis validè concutitur.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [e] AVRELIANENSE contra nouos Manichæos hæreticos in Gallia.

e *Conc. Aurelian.*

Circa id tempus ante ſolemnitatem S. Ioannis Baptiſtæ in Aquitania tale [f] prodigium accidit. Tribus diebus de cœlo pluit ſanguis, qui cadens ſuper carnem hominis, aut ſuper lapidem, non poterat lauari. Si verò ſuper ligna cadebat, lauabatur. Portendebat bella grauiſſima, quæ ſecuta ſunt in Gallia.

f *Prodigium in Aquitania.*

1019. Hoc anno Benedictus Papa cùm eſſet Bambergæ, ciuitatem [g] ipſam Dei Genitrici dedicauit: Epiſcopalem Cathedram in eadem ciuitate ab Imperatore erectam confirmauit. Imperator porrò eam Sedem Epiſcopalem B. Petro ex integro obtulit, ſtatuto per annos ſingulos cenſu, equo vno optimo albo, cum ornamentis omnibus, & phaleris ſuis, centúmque marchis. Quod Epiſcopium Bambergẽſe poſtea Leo Papa IX. recepta ab Henrico Conradi filio Beneuētana [h] ciuitate, ſub Imp. ditione remiſit; equo tantùm Sedi Apoſtolicæ reſeruato. *Bzouius.*

g *Bambergenſis ciuitas S. Rom. Eccleſ. tributaria.*

h *Bambergenſis ciuitas pro Beneuentana commutatur.*

1022. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [i] SALEGVSTADIENSE in cauſa diſciplinæ Eccleſiaſticæ.

i *Conc. Salegaſtad.*

Eodem anno CONCILIVM [k] AQVISGRANENSE coactum eſt pro controuerſia inter Philegenium Archiepiſcopum Colonienſem, & Durandum Epiſcopum Leodienſem de ſubiectione Mónaſterij Durcitani.

k *Conc. Aquiſgran.*

1023. CONCILIVM [l] SALEGVSTADIENSE, vbi ſancitum eſt ieiunium dierum 14. ante feſtum S. Ioannis Baptiſtæ.

l *Conc. Salegaſtad.*

Digitized by Google

ANNO DOM.

a Conc. Mogunt.

Eodem anno MOGVNTIÆ [a] CONCILIVM generale Epiſcoporum Germaniæ præſente Henrico celebratum eſt. Interfuit illi S. Gothardus Hildeſemenſis, qui mulierem quandam à dæmone vexatam liberauit.

b Ioannes PP. eligitur.

IOANNES [b] XIX. eligitur, patria Romanus, patre Gregorio, Epiſcopus Portuenſis. Vixit in Pontificatu annis 10. & aliquot menſes. Poſt moritur, & in Vaticano ſepelitur. Vacat Sedes dies 8. 1024.

c Pro defunctis Odilo cū ſuis fratribus orat, & liberatur Benedicti Papæ anima à Purgatorio.

Hoc anno 1024. viuebat Odilo Abbas Cluniacenſis, ad quem Ioannes hic Pontifex miſit, vt pro anima [c] Benedicti Papæ ſui prædeceſſoris oraret. Odilo autem pſalmodias, & orationes priuatim, & publicè fieri, eleemoſynas indigentibus erogari, ſacrificium quoque Deo myſterij ſalutaris offerri, tum Cluniaci, tum in omnibus Monaſteriis ſibi ſubiectis fieri præcepit. Cúmque hoc fratres iugiter facerent; ecce quidam ſanctæ conuerſariouis Monachus, Heldebertus nomine, per ſoporem vidit, quòd quidam pulcher, & ſerenus aſpectu, atque ſolemni nitore conſpicuus, clauſtrum monaſterij, magno candidatorum agmine ſtipatus ingrederetur. In Capitulum deinde vbi Pater Odilo cum Fratribus reſidebat, intrauit, ad eius genua caput humiliter flexit, eique (ſicut in geſtu corporis videbatur) gratias egit. Cúmque inquireret, quis eſſet? reſponſum eſt ei, quia ille eſſet Benedictus ſummæ Sedis Epiſcopus, qui ideircò S. Odiloni gratias ageret, quia piis eius, Sanctorúmque Fratrum precibus, & tartarei cruciatus euaſiſſet interitum, & cum beatis ciuibus quieturus, ſupernæ ciuitatis Ieruſalem meruiſſet ingreſſum.

d Commemorationis omnium fidelium defunctorum poſt feſtum omnium Sanctorum inſtitutio.

Ex hoc S Odilonis facto, receptum eſt in tota Eccleſia, vt vna, eadémque die, vniuerſalis ageretur memoria [d] omnium fidelium defunctorum. Teſtatur id Petrus Damian. *in vita ipſius*, & Sigebert *in Chron. ann. 998.* Quod etenim ille in ſuis Monaſteriis faciendum curauit, id poſtmodum Rom. Pontificis auctoritate, vbique locorum ſeruandum, ſacris legibus ſancitum videtur. Vt verò id fiat poſt ſolemnitatem omnium Sanctorum, ex ordine Officij Eccleſiaſtici ratio ſumpta videtur. Nam ante Odilonem annis ferè 200. vixit Amalarius Fortunatus Epiſcopus Trecenſis, temporibus Ludouici Pij Imp. ad quem etiam ſcripſit libros de officio Eccleſiaſtico. Hic, inquam, *in lib. de ordin. antiphon. cap. 65.* hæc ait: *Poſt officium Sanctorum inſerui officium pro mortuis, multi enim tranſierunt de præſenti ſæculo, qui non illicò Sanctis coniunguntur, pro quibus ſolito more officium agitur.*

e Defunctorum commemorationis vſus antiquus in Eccleſia.

Hæc quantum ad defunctorum commemorationem, quæ ſequenti die poſt feſtum omnium Sanctorum fit. Nam quantum ad commemorationem [e] ipſam, & memoriam defunctorum, non eſt recenter inſtitutum in Eccleſia. Ex maiorum traditione (inquit Tertullian. *lib. de coron. mil.*) pro defunctis annua die facimus. De iiſdem anniuerſariis repeti conſuetis, S. Gregor. Nazianz. *in oratione in funere Cæſarij fratris*, hæc ait: *Alia perſoluimus, alia daturi ſumus, anniuerſarios enim honores, & commemorationes offerentes: & ij quidem certè, qui ſuperſtites relinquuntur.*

Hoc anno Conradus II. Francorum Dux in Imperatorem creatur. 1025.

f Conc. Lemouic.
g S. Martialis Lemouicenſium Apoſtolus.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] LEMOVICENSE in cauſa S. Martialis, eiuſdem ciuitatis [g] Epiſcopi, olim à D. Petro, ad prædicandam in Gallias deſtinati: Num, ſcilicet, titulo Apoſtoli nominari deberet. Neque potuit ea controuerſia definiri, abſque Sedis Apoſtolicæ reſcripto. Vnde Ioannes Papa Patribus Concilij reſcripſit, S. Martialem, qui primus in ea prouincia Euangelium prædicauit, poſſe Apoſtolum nominari. 1029.

h Concil. Pampilon.

PAMPILONENSE [h] CONCILIVM hoc anno celebratum eſt, de Epiſcopatu Pampilonenſi antiquæ Sedi reſtituendo. 1032.

i Solis Eclypſis nimium terribilis.

Hoc anno Cal. Iul. 6. Febr. Luna 28. facta eſt Eclypſis [i], ſeu deliquium Solis ab hora eiuſdem diei ſexta, vſque in octauam, nimium terribilis: nam Sol ipſe factus eſt Saphirini coloris, gerens in ſuperiori parte ſpeciem Lunæ à ſua reilluminatione quartæ. 1033.

k Benedictus Papa intruſus.

BENEDICTVS [k] IX. vt quidam volunt, Ioānis nepos, patria Tuſculan. patre Alexico, eo tēpore Pontificatus apicem conſcendit, quo Cunitus Anglorū Rex, voti & religionis cauſa Romā venit. Albericus enim Tuſculani Comes filiū ſuū puerū (inquit Platina) duodecennē, malis artibus, ſcilicet pecuniis in Sedē Petri intruſit. Non erat tunc qui redargueret: præſertim cùm tam in ſæculari poteſtate, quàm

etiam

ANNO DOM.

etiam in Eccleſiaſtica religione totius vis regiminis conſtituerat in puerili ætate.

Solus Petrus Damiani [a] exprobrauit, & modum quo à ſæcularibus ſolerent intrudi Pontifices enarrauit. *Ille*, inquit, *nimirum, in quantum mihi videtur, abſq; vlla excuſatione Simoniacus eſt, quia vobis omnibus vrbis Cardinalibus, Epiſcopis, reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, nocturno tempore cum armatorum turbis vndique tumultuantibus, & furentibus inthronizatus eſt. Dehinc ad* [b] *marſupiorum patrocinio funeſta concurritur, pecuniæ per regiones, andronas, vel angiportus in populos erogatur. Beati Petri venerabilis area peruaditur: ſicq; per totam vrbem, velut officinam malè fabricantis Simonis factam, vix aliud, quàm (vt ita loquar) malleorum, & incudum tinnitus auditur. Et ô ſcelus, & ferale prodigium. Petrus igitur nundinas Simonis ex ſua quantitate perſoluere, qui Simonem cum omni ſuo commercio cognoſcitur, perpetua maledictione damnaſſe.*

a *Pet. Damian. talem intruſionem damnat.*

b *Simoniaca electio.*

Multa alia Petrus Damiani, ex his, quæ manibus palpauit: illúdque nimis apertè renunciauit, Benedictum ab exordio ſuæ creationis vſque ad finem, ſemper luxuriis inquinatum, ad inferos damnatum fuiſſe. Fuit Benedictus filius Alberici Comitis Tuſculani, nepos Benedicti, & Ioannis Pontificum. Patiebatur hæc [c] monſtra, non faciebat Eccleſia, ita vt non ſit, cur inſultent Nouatores Eccleſiæ.

c *Patiebatur hæc monſtra, non faciebat Eccleſia.*

1034. Hoc anno CONCILIVM [d] LEMOVICENSE II. celebratum eſt, ob cauſam pacis, & Apoſtolatus S. Martialis. Ex hoc Concilio Odelricus Abbas familiæ S. Martialis, definit, ſeditioſos quoſdam milites, pacem Galliæ turbantes, excommunicatione percelli oportere. *Niſi*, inquit, *de pace acquieuerint, ligate omnem terram Lemouicenſium excommunicatione, eo videlicet* [e] *modo, vt nemo niſi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adueniens, aut infans à bimatu, & infra, in toto Lemouicinio ſepeliatur: nec in alium Epiſcopatum ad ſepeliendum portetur. Diuinum officium per omnes Eccleſias latenter agatur, ſed baptiſmus petentibus tribuatur. Circa horam tertiam ſigno ſonent in Eccleſiis omnibus, & omnes proni in faciem, preces pro tribulatione, & pace fundant. Pœnitentia, & viaticum in exitu mortis tribuatur: altaria per omnes Eccleſias, ſicut in Paraſceue nudentur: & Cruces, & ornamenta abſcondantur: quia ſignum luctus, & triſtitia omnibus eſt. Ad Miſſas tamen quas vnuſquiſque Sacerdotum ianuis Eccleſiarum obſeratis fecerit, altaria induantur, & iterum poſt Miſſas nudentur. Nemo in ipſa excommunicatione vxorem ducat: nemo alteri oſculũ det: nemo Clericorum, aut laicorum, vel habitantium, vel tranſeuntium in toto Lemouicinio carnem comedat, neque alios cibos, quàm illos, quibus in Quadrageſima veſci licitum eſt. Nemo laicorum, aut Clericorum tondeatur, neque radatur, quouſque diſtricti Principes, & capita populorum, per omnia ſancto obediant Concilio.*

d *Conc. Lemouicenſ.*

e *Excommunicati, ſiu interdicti, quid ſeruare debeant.*

Si quis verò probatus fuerit aliquo modo huius vinculi viator, non niſi cum digna pœnitentia recipiatur. Magnopere enim Epiſcoporum [f] *excommunicatio eſt obſeruanda, ne fortè plus iraſcatur furor Domini ſuper nos, & ſuper populum noſtrum. Si itaque aliqui paci non conſenſerint, hi tales & priuatim excommunicentur, & ſint ſegregati à communione Corporis, & Sanguinis Domini: in Eccleſiam intrandi, nullam habeant licentiam: cũ Chriſtianis non comedant, neque bibant, neque ambulent: carnem non comedant, vinum non bibant, non tondeantur, neque radantur: ad nullas nationes proficiſci præſumant. Si infirmi fuerint, non viſitentur à Clerico: morientes in ipſa excommunicatione, non ſint de loco leuati, in quo mortui fuerint: non cooperiantur lino, neque petra, neque aliqua munitione: ſubſtantiam eorum nullus pro animabus eorum in eleemoſynam accipiat. Si quis autem de Epiſcopis aliquotiens timore, vel amore, vel pecunia ſe inflexerit, vt ſecundum Concilium non diſtinguat per iuſtitiam illum, quem diſtinguere debet, & poſt, aut in aliquo probatus fuerit, violare Concilium, quod ipſe cum aliis Epiſcopis inſtituit, ab ipſis Epiſcopis deponatur vſque ad ſpatium temporis, quod ipſi Epiſcopi concorditer iudicarunt. Similiter fiat de illo Epiſcopo, qui excommunicatum alterius Epiſcopi ſuſceperit, ſiue viuum, ſiue mortuum: vel in Epiſcopatu ſuo ſuſcipi à quoquam permiſerit, vel conſenſerit.*

f *Excommunicatio Epiſcoporum magnoperè timenda.*

Sic Patres illi in rigorem Eccleſiaſticę diſciplinæ, ſed animaduertendum, quòd quia ſecundùm iuta, ciuitas, vel communitas, & vniuerſitas excommunicari non poteſt; ideò quod hic dicitur de liganda omni terra Lemouicenſi excommunicatione intelligi debet de Interdicto.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [g] BELLVACENSE eadem de cauſa.

g *Conc. Belluacenſ.*

a *Concil. Triburienſ.*

Anno Dom.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM[a] TRIBVRIENSE ad mores. 1035.
Hoc anno Henricus III. Niger Conradi filius Imperator creatur. 1040.

b *Schiſma XVII.*

SCHISMA [b] XVII.

c *Tres occupant Sedem Apoſtolicam.*

Hoc anno pudenda confuſio Eccleſiæ Rom. fuit tribus [c] Sedem illã occupantibus, atque ad maioris opprobrij cumulum, tam reditibus, quàm Patriarchijs inter ſe diuiſis, vno apud Lateranum, altero ad ſanctam Mariam Maiorem, tertio ad Sanctum Petrum ſedente. Benedictus Lateranenſe Palatium, flagitioſa, & turpi vita infamabat. Ioannis Sabinenſis Epiſcopi, Ptolemæi Romani ciuis factioſi, pecunia corrupti, factio, in Sede apud Sanctam Mariam collocauit Siluestrum. Inter hos, Gratianus Presbyter Romanus, miſerandum Eccleſiæ ſtatum conſiderans, zelo pietatis ductus, vt Eccleſiæ turpiſſimè deformatæ ſubueniret, & Siluestro, & Benedicto perſuaſit, & reditibus aſſignatis, non tam Sedem emit, quàm vexationem Eccleſiæ ab intruſis redemit; vt ſponte dignitatem malè à Benedicto adminiſtratam, ab altero autem peius vſurpatam, deponerent. Acceſſit & Bartholomæi [d] Abbatis Cryptæ ferratæ diſcipuli Beati Nili, viri ſanctiſſimi perſuaſio. Cùm enim Benedictus, iuuenis, voluptatibus deditus, tandem aliquando à conſcientiæ ſtimulis actus fuiſſet, & hunc Abbatem, vt ab eo opportunum remedium quæreret, acciuiſſet, ipſe non eſt throni celſitudinem veritus, non dignitatis præſtantiam reſpexit, neque munera, & honores, quod plerique ſpiritualium facere ſolent, ſed mali grauitatem, & propterea opportunam mali abſciſſionem illi adhibens, ita inquit: *Non [e] licet tibi ſacra facere, ſed potius abſtinere, & Deum placare, quem peccando irritaſti.* Andiuit hæc Benedictus, & nec quicquam procraſtinans, Pontificatu ſeſe abdicauit. Et ſponte cedente Syluestro, Gratianum [f] S. Romanæ Eccleſiæ Presbyterum Cardinalem, tanquam Eccleſiæ Dei liberatorem, omnes vnanimi conſenſu, in Summum Pontificem elegerunt, eúmque mutato nomine GREGORIVM VI. vocauerunt.

d *B. Bartholom. Cryptæ ferratæ Abbas S. Nili diſcipulus.*

e *B. Bartholom. ad Pſeudopapam admonitio.*

f *Gratianus in Papam eligitur, & Gregor. vocatur.*

g *Petri Damiani congratulatio.*

Eius viri religioſiſſimi, ac ſanctiſſimi bona fama, quidquid prior fœdauerat, in melius reformauit. Petrus [g] Damiani, ille rigidus ſui ſæculi cenſor, poſtquam intellexit, Gregorium eſſe aſſumptum, ita gratulabundus ad eum ſcripſit: *Lætentur cœli, & exultet terra, & antiquum ſui iuris priuilegium ſe recepiſſe, ſancta gratuletur Eccleſia. Conteratur iam milleformе caput venenati ſerpentis: ceſſet commercium peruerſæ negotiationis: nullam iam monetam falſarius Simon in Eccleſia fabricet: nulla Giezi, præſente prouidi Doctoris abſentia, furtiua dona reportet. Iam columba reuertatur ad arcam, & virentibus oliuа foliis, pacem nunciet terris deditam. Reparetur nunc aureum Apoſtolorum ſæculum, & præſidente veſtra prudentia, Eccleſiaſtica refloreat diſciplina. Reprimatur auaritia ad Epiſcopales inſulas anhelantium: euertantur cathedra columbas vendentium, & ementium numulariorum.*

h *Gregory Papæ geſta.*

Ipſe autem Gregorius de Eccleſia Dei bene meritus fuit: nam [h] Sedis Apoſtolicæ dignitatem, negligentiâ priorum Pontificum labefactatam, & ſua auctoritate, & animi magnitudine, breui reſtituit. Ditionem Eccleſiæ recuperauit, & latrones circa vrbem poſitos, quorum ſæuitia peregrini ad vrbem Religionis cauſa accedentes, necabantur, è medio ſuſtulit, prius execrationibus, & interdictis admonitos: deinde vi, & armis domitos. Hanc ob rem ferunt, à pernicioſis hominibus vulgò homicidam, ſimoniacum, & ſanguinis humani appetentiſſimum habitum: idque à Cardinalibus etiam quibuſdam prædicari ſolitum. Motum itaque Gregorium ipſum in ea ægritudine, qua poſtea moritur, Cardinales ad ſe vocatos, verbis caſtigaſſe: quódque iuſtè, & ſanctè feciſſet, ipſi, liuore moti, reprehenderent. *Et vt*, inquit, *ſcire poſſitis, vbi mortuus fuero, rectè, an perperam, fecero; corpus meum ante fores Eccleſiæ ſiſtite, vectibus obſeratas: ſi diuino nutu aperiuntur, cenſetote, me dignum Chriſtiana ſepultura: ſin ſecus, corpus meum, vnà cum anima damnatum, quò volueritis eiicitote.* Fecere mandata Cardinales, atque ita [i] portæ coorto graui vento apertæ ſunt, & corpus cum admiratione omnium, & opinione magnæ ſanctitatis introlatum eſt. Vixit in Pontificatu annis duobus, menſibus ſeptem. Hic Pontifex tanquam Simoniacus [k] depoſitus fuit à

i *[illegible] Eccleſia ex ſe [illegible]untur.*

k *[illegible] non Simo[illegible], ſed vir probus [illegible].*

Conci

Anno Dom. Concilio quodam Suttino, præſente Imperatore: de quo infra ſub anno 1046. Sed viri grauiſſimi ſentiunt Concilium illud egiſſe [a] quod non poterat: & Gregorium non fuiſſe Simoniacum, ſed virum optimum. Vide Baron. *tom.* 11. *Annal.*

a Synodus fecit quod non potuit.

1046. Hoc anno Caſimirus Rex Poloniæ, volens parere pactis, Summo Pontifici Benedicto primùm per Legatos Polonorum, deinde per ſe promiſſis, generalem omnium ſuarum Prouinciarum indixit Concilium, in quo & pollicitatio, Apoſtolicæ Sedi per Legatos Polonorum facta, concordi omnium deuotione, & conſenſu decreta, & innouata eſt, & vniuerſali mandato vnius [b] vſualis oboli de capite, tam ciuitates, quã oppida, vicóſque, & rura colentium in duabus prouinciis, videlicet Gneſnenſi, & Cracouienſi, ac diœceſibus eiuſdem ſubiectis videlicet, Poſnanienſi, Plocenſi, Smogorouienſi, quam poſtea Spicinam, & poſtea Vratiſlauiam tranſtulit, Lubuſſenſi, Culmenſi, & Caminenſi impetrata. Ab eo quoque tempore regnum Poloniæ magis factum eſt Rom. Eccleſiæ, imò Vicario Ieſu Chriſti Sũmo Pontifici feudale, & tributarium: nec vnquam tributi prędicti ſolutionem paſſum eſt, quacũque occaſione, aut pacto, intermitti, aut reſcindi. Videbatur autẽ cenſus iſte, qui Denarius S. Petri appellatur, primũ Polonis difficilis, & grauis, vtpote qui ſecum perpetuã trahebat in Polonos obnoxitatẽ: poſtea tamen profectus [c] varios, & cõmoda regno Poloniæ, cognitus eſt præſtitiſſe, & præſtare, vt non ab homine, ſed ab ipſo Deo, generis Polonorũ principio, impoſitio ipſa credatur profluxiſſe.

b Denarius S. Petri Polonis à Caſimiro Rege inducitur, & ſoluitur.

c Denarij ſolutio plura commoda Polonis contulit.

Sileſia [d], quæ tunc in regno Poloniæ continebatur, etiam nunc Denarium S. Petri pendit. *Bzouius hic.*

d Sileſia etiam nunc denarium S. Petri pendit.

Hoc anno Henricus in Italiam veniens, primò Vuidgerum Rauennatem Epiſcopatu deiecit. Papiæ deinde coadunato exercitu, Synodum celebrauit Inde Placentiam veniens, Gregor. VI. Pont Rom. ad ſe venientem, honorificè quidem ſuſcepit: ſed tandem apud Sutriam, feſtiuitate Aduentus Domini celebrata; cùm plerique aduerſæ factionis, Gregorium accuſarent, quaſi is Pontificiam dignitatem emiſſet; Synodo [e] congregata, Pontificatum illi abrogauit. Inde ad Romanos negotio relato, eorum conſenſu, qui Gregorio malè cupiebant, & eiectum eſſe volebant, Sindigerum Germanum, gente Saxonem, Epiſcopum Bambergenſem in Sedem Romanam intruſit, & Clementem II. appellauit, & ab eo tam ipſe, quàm Agnes Imperiale diadema recepit, & tandem ad Palatium Lateranenſe perrexit. Gregorius porro legitimus Pontifex, cùm cerneret, ea occaſione dirum ſchiſma eſſe conflandum, imitatus Gregorium Nazianzenum, qui propter pacem Eccleſiæ conciliandam, ſponte ſe dignitate abdicauit, & ipſe eodem animo, eadémque virtute Pontificia Sede ſponte ceſſit.

e Synod. Sutrin. Pontificatu priuat Gregorium Papam.

Clemens [f] II. Sindigerus antea vocatus, Bambergenſis Epiſcopus, in Synodo Pontifex creatur, annuente Henrico II. vel imperante & cogente potius. Abeunte Imperatore, vt quidam ſcribunt, Romani Pontificem iniuſſu ſuo creatum, veneno [g] è medio ſuſtulere, Pontificatus ſui menſe 9. & vltra montes defunctus, Bambergam delatus eſt: nam vnà cum Imperatore, poſt Concilium celebratum, vrbe exceſſerat, & in Germaniam properarat.

f Clem. II. Papa creatur.

g Clem. II. veneno inficitur.

1047. Clemente defuncto, Benedictus IX. ſecundò expulſus, tertiò [h] Pontificatum inuaſit, & 8. menſes tenuit: donec ab Imperatore ex Germania Poppo Epiſcopus Brixienſis, ſiue Aquileienſis tranſmiſſus, & conſenſu totius Cleri electus, illi in Pontificatu ſuccederet, Damaſi II. nomine aſſumpto. Duxerat quoque ſecum Imperator Gregorium VI. ne ipſo præſente, aliquid Romæ innouaretur.

h Benedictus IX. tertiò Pontificatum inuadit.

Sub hoc Pontifice celebratum eſt Concilium [i] Romanum ad reformandum Eccleſiæ ſtatum, contra Simoniacos præcipuè.

i Concil. Rom.

1048. Damasus II. natione Bauarus, cognomento Bagniatius, vel Pepon, vt quidam volunt, Pontificatum [k] per vim occupat, nullo Cleri, populíque conſenſu. Sed obſtitit Deus iuſtus iudex, vt is cæteris exemplo eſſet, ne quod virtus dare conſueuit, ambitione, & largitione quæreretur: nam 23. ſui Pontificatus die, moritur. Veneno [l], aiunt, eſſe à Benedicto illo Sedis Apoſtolicæ inuaſore ſublatum, & in agro Verano, in Eccleſia S. Laurentij extra muros, Præneſte, vbi diem obierat, illatum atque ſepultum. Hoc Pontifice è medio ſublato, vacauit Sedes vſque in annum ſequentem, diſcerpta interim vnguibus Benedicti, eiuſdémque ſpurcitiis fœdata.

k Damaſ. II. per vim Sedem Apoſtolicam occupat.

l Damaſ. veneno occiditur.

Damaſo Pontifice defuncto, Clerus, populúſque Romanus Legatos in Germaniam ad Imperatorem Henricum deſtinauit, qui ab eo aliquem Romam mitti poſtularet, quem ipſe Clerus poſtea in ſedem Pontificiam communibus ſuffragiis deligeret. Deſtinauit ille Brunonem Epiſcopum Tullenſem, qui ſic deſignatus Pontifex Maximus purpuram ſumpſit, & purpuratus per Galliam inceſſit. Cluniacum appulit, ad quem Hildebrandus natione Tuſcus, patria Soanenſis, qui ibi Monachus, & Monaſterij Prior erat, zelo Romanæ Eccleſiæ æſtuans, velut ancillę à Principibus ſubiugatę, æmulatione Dei plenus, Brunonẽ adit, conſtantérque eum redarguit, illicitum eſſe, inquiens, per manum laicam Summum Pontificem ad gubernationem totius Eccleſiæ violenter introire. Verùm, ſi ſuis credere velit [a] conſiliis, vtrumque, & quòd maieſtas Imperialis in ipſo non exacerbetur, & quòd libertas Eccleſiæ in electione Canonica renouetur, ſe pollicitus eſt effecturum. Inclinatus eius monitis Bruno purpuram depoſuit, peregrinique habitu ſumpto, Romam cum Hildebrando venit. Vbi ſatagente conſiliorum miniſtro Hildebrando, vno, Cleri, & populi conſenſu in Summum Pontificem electus [b], Leo IX. appellatus eſt.

a Hildebrandi Monachi optimum Conſilium.

b Leo IX. Papa eligitur.

Fuit certè, pietate, innocentiâ, benignitate, hoſpitalitate, adeò inſignis, vt eius domus peregrinis, & pauperibus ſemper pateret. Et cùm ſemel ante fores ſuas leproſum quendam inueniſſet, cúmque præ miſericordia in lecto [c] ſuo collocari mandaſſet, apertis manè à ianitore foribus, nuſquam pauper inuentus eſt, Chriſtum pauperis nomine eo loco recubuiſſe creditum. In rebus præterea ad religionem pertinentibus tantâ diligentiâ, & ſolertiâ vſus eſt, vt & in Concilio Vercellenſi Berengarium hæreſeos auctorem damnauerit, & Conſtantinopolitanum Imperatorem ſuis monitionibus impulerit, ſepulchrum Domini Ieroſolymis à Barbaris diruptũ reſtituere. Moritur autem Leo Pontificatus ſui anno 5. m. 2. d. 6.

c Leproſum in lecto ſuo cubare iubens, Chriſtum eo loco recubuiſſe creditum.

Hic Pontifex Conſtitutionem edidit contra inuadentes domos [d] Epiſcoporum defunctorum, bonáque diripientes eorumdem, quæ incipit: *Quia auctore Deo.* vbi ſub anathematis pœna tales interdicit.

d Epiſcoporum domos nõ inuadedas poſt mortem.

Habes contra offendentes [e] eorum perſonas conſtitut. Alex. II. *in cap. Si quis deinceps.* 17. *q.* 4. & Alex. III. *in cap. ad aures. de pœnit.* Necnon anathematizationem quotannis à Rom. Pont. in die cœnæ Domini pronunciari ſolitam, cuius vltimum exemplar habemus ex Gregor. XV. hoc anno 1621. editum.

e Epiſcoporum perſonæ non offendendæ.

Item aliam conſtitutionem edidit, quæ incipit: *Cùm ex venerabilium Canonum.* in qua determinat, Conuocationem [f] Conciliorum generalium, & depoſitionem Epiſcoporum, ſolius eſſe Romani Pontificis.

f Concilia generalia à ſolo ſummo Pont. conuocanda.

Hoc idem de eiuſmodi Conciliis conuocandis, & declarandis, cenſuit Concil. Trid *ſeſſ.* 25. *ad fin.* & dudum habetur *in cap.* 1. *& ſeq. diſt.* 17.

Sub hoc Pontifice plura Concilia ſunt habita.

CONCILIVM [g] ROMANVM I. contra Simoniacos.

Eodem anno CONCILIVM [h] RHEMENSE circa mores Eccleſiæ.

g Concil. Rom.
h Concil. Rhemenſ.

Eodem anno CONCILIVM [i] MOGVNTINVM 142. Epiſcoporum contra Simoniam, aliáve Cleri vitia. Ad hoc Concilium vocati ſunt Monachi, vt cum Epiſcopis in eo intereſſent. Ad quos Petrus Damiani *in lib. de contemptu ſeculi, cap.* 30. *&* 31. hæc ſcripſit, & reſcripſit.

i Concil. Mogunt.

Synodus congregatur, religioſis viris ſumma Concilij committitur, ſolo tenus illicò ſe Monachus flectat, honorem ſacris litteris exhibeat. Huius tamen expeditionis munus à ſe alienum irretractabiliter ducat, & reputans intra ſe dicat: Quid mihi cum Regibus [k] *terræ? quid mihi cum Synodali conuentu? ſufficiat mihi peccatis meis flendis inſiſtere: ſatis mihi ſit, me huic mundo mortuum exhibere. Nolite, quæſo, Monachi, nolite ſub Eccleſiaſticæ compaſſionis ſpecie Regum aulas irrumpere: nolite aures Principum velut ſalutaria ſuggerendo, faſtidioſa importunitate pulſare. Imperatoriæ namque Maieſtati, ſæpè quæ ſuggerenda videbantur, expreſſimus: à Summis Pontificibus inuitati Synodalibus Conciliis interfuimus: ſed qui hoc tempore iſta proſequitur, tanquam ſi ſemina crederet arenoſis littoribus, videtur. Sæpè namque in Conciliis Synodalibus poſiti, quoſdam clàm ſibi feraliter conſcios præſidere in numero Sacerdotum vidimus non modò de ſuis ſecuros, ſed vltrò etiam ad aliorum crimina defendenda impudenter accinctas. Qui nimirum, vt ferebatur, & cum Simone prius emerant, & cum*

k Petri Dam. adhortatio ad Monachos, vt Principum aulas fugiant.

ANNO DOM.

Giezi poſtmodum, chariſmatum dona vendiderant: quorum tanta vis erat ad excuſandas excuſationes in peccatis, vt inter cætera mala, etiam ſimoniacæ hæreſeos, non modò defenſores, ſed viderentur potius aſſertores. Quid ad iſtorum inuidiam Monachus mutire præſumeret? quis ad arguenda crimina, vel iuſtitiam declarandam vendicare ſibi ius libertatis auderet? Ilicò in nos duræ ſugillationis arma corriperent, & præmiſſo iurgio, ſilentium imperarent, inter ſe, ſcilicet, hoc modo iudices conquerentes: Ad Concilium hoc, iudicantes conuenimus. Sed, ò noua præſumptio! mortuorum ſententiis ſubiacemus, & Epiſcoporum ſunt iudices facti, qui legaliter fuerant ſub eorum legibus conſtituti. Quibus aliquando reſpondetur: Venerabiles Patres, ac Domini, ſicut vobis ſpecialiter prærogatum eſt iudicare; ita etiam minoribus [a] Eccleſiæ membris competit, quod ſentiunt, in commune referre: nec vlla Canonum auctoritas prohibet, iuniores, quæ Eccleſiæ ducunt profutura, depromere: dum tamen ventilata negotia, Pontificalis iudicij debeat clauſula terminare. Si quando hos, aut aliquid huiuſmodi cum humilitate ſuggeritur; nequaquam patienter admittitur. Sed ſi quid à nobis in Synodo actum eſt; totum ad inuidiam noſtram ſuperbo vocabulo, iudicium nuncupatur. Hæc breuiter idcirco perſtrinxerim, vt in me quilibet inexpertus diſcat, ſibimet etiam à talibus declinare, quantum expediat.

a Minora Eccleſiæ membra quæ profutura Eccleſiæ videnẗ proponere debent.

Hæc ad ſuos Petrus, quem tamen multiplici nomine his temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Catholicæ profuiſſe, cùm ad Eccleſiaſtica negotia tractanda, ſubeundáque vocatus ſæpè ex eremo fuerit, res ab eo præclarè geſtæ demonſtrant.

1050 Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ROMANVM II. contra Berengarium: & ipſo damnato, Lanfrancus ſententiam abſolutionis retulit. *b Conc. Rom.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [c] VERCELLENSE ad idem. *c Conc. Vercellenſe.*

Eodem anno CONCILIVM [d] COYACENSE ad mores Eccleſiaſticos reformandos. *d Conc. Coyacenſe.*

1051. Hoc anno CONCILIVM [e] ROMANVM III. habitum eſt, in cauſa Gregorij Vercellenſis Epiſcopi de adulterio accuſati: eorúmque, qui à ſimoniacis ordinati fuerant. *e Conc. Rom.*

1053. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] ROMANVM IV. pro canonizatione S. Gerardi Leucorum Epiſcopi: & de limitibus Diœceſeos inter Aquileienſem, & Foroiulienſem Epiſcopos controuerſis. *f Conc. Rom.*

1055. VICTOR [g] II. Leoni ſucceſſit hoc modo: Clero, Populóque Romano poſtulante, Henricus Imp. Geberardum Eiſtetenſem Epiſcopum Romam miſit, quem illi ad Pontificiam Sedem eueherent. Die ſacro Cœnæ Domini, communibus ſuffragiis illum elegerunt, & Victorem II. appellarunt. Qui tamen poſt multa bene geſta, Pontificatus ſui anno 2. m. 3. moritur. Vacat tum Sedes diebus vndecim. *g Victor Papa eligitur.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Anno 1055. FLORENTINVM [h] CONCILIVM contra alienatores rerum Eccleſiaſticarum. *h Conc. Florentinum.*

Eodem anno CONCILIVM [i] LVGDVNENSE, quo Epiſcopus quidam per Hildebrandum Sedis Apoſtolicæ Legatum, miraculosè de crimine ſimoniæ conuincitur. *i Conc. Lugdun.*

Eodem anno CONCILIVM [k] TVRONENSE, per Hildebrandum Sedis Apoſtolicæ Legatum, quo Berengarius, abiurata hæreſi, fidem Catholicam eſt profeſſus. *k Conc. Turon.*

1056. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [l] COLONIENSE, quo auctoritate Victoris Papæ, Balduinus, & Godefredus Comites Flandriæ Henrico Regi Quinquennali conciliati ſunt. *l Conc. Colonienſe.*

Eodem anno TOLOSANVM [m] CONCILIVM contra ſimoniam, aliáve Cleri, & Populi vitia. *m Conc. Toloſanum.*

Eodem anno CONCILIVM [n] COMPOSTELLANVM, ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtaurandam. *n Conc. Compoſtel.*

In hoc Concilio à Roberto S. Sabinæ Cardinali Legato, & ab Imperatoris Legatis pro libertate [o] Hiſpaniæ pronunciatum eſt, & decretum, Germanis, nullum deinceps ius in Hiſpaniæ Reges fore. *Bzouius hic.* *o Hiſpania libera à [illegible] manorum Impp. [illegible] ctione.*

1056. Hoc anno in Monaſterio Gamugenſi mirum iſtud contigit, dignum, quod à

a B. Mariæ Virg. officiũ, quomodo introductum in choro.

Petro Damiano mutuetur. Statutum erat, atque iam per triennium ferè ſeruatum, vt cum horis Canonicis, quotidie B. Mariæ[a] ſemper Virginis officia dicerentur.

Erat autem quidam inter eos Gozo, habitu monachus, reprobus vitæ, atque dicacis, & aculeatæ facundię. Hic cœpit conqueri (ait Petrus Dam *in ep. ad fratr. præcepti tranſgreſſores*) ſatis, ſupérque ſufficere quod ſanctus præcepit Benedictus: nec nouæ adinuentionis pondus debere ſuperponi: nec illos eſſe antiquis Patribus ſanctiores, qui videlicet hæc ſuperſtitioſa, & ſuperuacua iudicantes, pſallendi nobis, aiebat, metam, omnémque viuendi regulam præfixerunt. Quid plura? Contra Reginam cœlorum prœliari viſus eſt, & confecit. Ad hoc nimirum fratres verſuta machinatione pellexit, vt ſolitas B. Mariæ laudes non offerrent. Sed, ô diuinum iudicium, à noſtræ prauitatis intuitu non dormitans. Mox enim aduerſus præfatum Monaſterium[b] tot aduerſitatum grandines, tot vndique bellorum, atque conflictuum exortæ ſunt tempeſtates, vt ipſis quoque Monachis minaces gladij necis exitium intentarent. Fiunt vndique deprædationes, vndique rapinæ, conflagrantur cum ſegetibus areæ familiares, ac ſerui loci ſancti crudeliter trucidantur: & non iam imago mortis, ſed ipſa mors graſſatur; adeò vt tæderet iam Monachos viuere, dum nequaquam poſſent in procinctu certaminis amicum quieti ſuæ profeſſionis officium cuſtodire. Non paruis expenſis ad Teutonum partes Imperator expetitur, pragmaticæ ſanctiones cum titulis aduehuntur. Sed tandem eſt in omnibus ſtudiis, non fructus, ſed labor ſuperuacaneus.

b B. Virg. officium non recitãtes, variis modis puniuntur.

c Petri Damiani reſponſum.

Vnde cùm ego, petitione fratrum ſæpè pulſarer, quatenus ſequeſter accederem, & ſi poſſibile eſſet, inter eos fœdera componerem, hac rogantibus voce reſpondi: *Chriſtus*,[c] inquam, *eſt pax noſtra, de quo etiam de Virgine recens nato, angelitùs dictum eſt: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis. Quia ergo matrem veræ pietatis de ſuo Monaſterio proiecerunt, dignum eſt, vt inquietis calamitatum, tribulationumq́ procellis, atq́ turbinibus agitentur.* Verùm, fratres illi, hæc quæ dixeram, non dubiis erumpentibus ſignis vera probantes, in arcto poſiti; tandem ad cor redeunt, pauimento[d] ſe humiliter ſternunt, ac, percepta pœnitentia, nunquam ſe de cætero neglecturos ſolita Dei Genitricis præconia, vnanimiter pollicentur. Mox itaque, ita poſt coruſcationes, atque tonitrua, tandem cœli ſerenitas rediit, vt iucundæ pacis otio fruerentur, & de ſcyllea voragine, ſe delatos ad portum, gubernante filio Virginis gratularentur. Impletum eſt ergo quod per Prophetam dicitur: *Reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos.*

d Officium B. Virg. fratres illi reſumunt, & ad priſtinum ſtatum reducuntur.

e Diſciplinæ vſus in Eccleſia quando introductus.

f Henricus Imp. ſe flagellabat.

Per id tempus ab exemplo B. Dominici, cognomento *Loricati*, faciendæ diſciplinæ mos[e] in Eccleſia inoleuit, vt non modò viri, ſed & nobiles mulieres hoc purgatorij genus inhianter arriperent. Quin & Henricus Imperator dum in viuis eſſet, nunquam inſignia regalia ſibi præſumpſit imponere, niſi clàm, per confeſſionis, ac pœnitentiæ, verberum[f] inſuper ſatisfactionem à quolibet Sacerdote ſupplicitet mereretur.

Non defuit tamen eodem tempore quidam Petrus Monachus cerebroſus, qui hoc genus mortificationis à ſanctis viris introductum, ſugillaret: ita vt oportuerit, Petrum Damiani illum, ſcripta epiſtola confutare. *Vide ep. 4. c. 14.*

g Miſſa Feriæ II. pro defunctis, quando dici conſueuit.

h Miſſa Fer. VI. de Paſſione quando.

i Miſſa B. Virg. in Sabbatho quando.

Inoleuit etiam per totam Occidentalem Eccleſiam mos à Monachis deriuatus, nempe vt Feria II.[g] animabus Defunctorum liberandis à pœnis, ſacroſancto Miſſarum ſacrificio ſit adſcripta. Feria VI. pro[h] memoria Paſſionis Dominicæ, eodem ſacrificio, inſuper ieiunio, & verberum afflictione colenda eſſet. Sabbathum verò in honorem[i] ſanctiſſimæ Dei Genitricis Mariæ celebrandum eodem incruento ſacrificio Miſſæ.

Hoc anno, Henrico Imp. defuncto, Fridericus, olim Sedis Apoſtolicæ Legatus, 1057.
à Traſimundo Theatino Comite ſpoliatus, ſed Religionem S. Benedicti in Monaſterio Caſſinenſi profeſſus, Romam venit: reúmque Traſimundum, fiducia magna peregit. Non poterat Victor Papa, hominem non excommunicare. Qua ſententia[k] hic percuſſus, omnia, quæ rapuerat, vnà cum Caſtro Friſa, Friderico, Monaſterio, & Eccleſiæ reſtituit.

k Excommunicatur Traſimundus Comes, & bona Eccleſiæ rapta reſtituit.

Eodem anno, Friderici præfati, Deus, patientiam, & labores remunerauit. Nam primùm Abbas Caſſinenſis ab Humberto Sedis Apoſtolicæ ad electionem miſſo

Præſide:

ANNO DOM.

Præide: deinde à Victore Pontifice presbyter Cardinalis tit. S. Chryſogoni: &
tandem, Florentiæ Papa Victore mortuo, ſummus Pontifex à Collegio Cardina-
lium creatus eſt.

Placuit ei nomen STEPHANI [a] X. aſſumere, quia ipſo die agebatur cele- a Stephanus Papa eligitur.
britas S. Stephani Papæ, & Mart. quæ incidit in diem 2. Aug. Pontificatum ade-
ptus, ſtatim curauit, vt Mediolanenſis [b] Eccleſia, quæ à Romana ducentis ferè an- b Mediolanenſis Eccleſia tandem poſt 200. annos ad Rom. Eccl. obedientiam reducitur.
nis ſe ſubtraxerat: nunc demùm eidem obtemperaret, vt veræ omnium Eccleſia-
rum parenti, & altrici: quam poſtea, non ſecus obſeruauit, ac veræ filiæ pientiſſi-
mam matrem facere conſueuerunt.

Pontifex autem mititur Pontificatus ſui menſe nono, die 8. Florentiæ: eóque
in loco honorificè ſepelitur.

Eodem anno Henricus IV. Imperator eligitur, qui quia quinquaginta annis in
Imperio vixit, metitò *Senior* dictus eſt.

SCHISMA [c] XVIII.

c Schiſma XVIII.

1058. Stephano Papa defuncto, Gregorius Lateranenſis, & Tuſculanenſis Comes,
adiunctis ſibi aliquot potentioribus Romanorum omnibus Vrbis Cardinalibus,
& Epiſcopis reclamantibus, obſiſtentibus, & terribiliter anathematizantibus, no-
cturno tempore eum armatorum turbis vndique tumultuantibus, inthronizarunt
Ioannem Velitrenſem Epiſcopum, *Mincium* cognominatum, cui nomen [d] BENE- d Bened. Pſeudo-papa.
DICTI indiderunt. Pecuniis plurimos corruperant, ſuique ſuffragij eos reddiderãt.
Porrò, cùm non differendam eſſe initiationem intruſi Benedicti exiſtimarent,
Epiſcopis per diuerſa latibula fugientibus, presbyterum quendam Oſtienſis Ec-
cleſiæ, qui nec vnam quidem paginam ſyllabatim nouerat ritè percurrere; ſatelli-
tes Satanæ rapuerunt, & violenter coëgerunt, vt illum intruſum conſecraret. Inte-
rim Hildebrandus ab Agnete Imperatrice Florentiam venit, Gerardum Floren-
tinum Epiſcopum Romam ſecum venire perſuaſit, ac Senis electum à Clero vni-
uerſo, Pontificem, NICOLAI II. [e] nomine ei impoſito, adorauit. e Nicolaus Papa canonice eligitur.
1059. Pontifex Nicolaus electus, antequam Vrbem intraſſet, apud Sutrinum habita
Synodo, Benedictum, Sedis Apoſtolicæ [f] inuaſorem, cum omnibus complicibus, f Nicol. PP. Pſeudo-papam, & ſequaces excommunicat in Sutrina Synodo.
& fautoribus excommunicauit. Quæ res tantopere mouit Benedictum, vt con-
ſcientia remordente, Sedem, [g] quam inuaſerat, reliquerit, domúmque propriam g Bened. Sedem inuaſam relinquit.
redierit. Ita ſublato impedimento, Nicolaus Vrbem humiliter ingreſſus, ſummo
Cleri, Populíque conſentiente gaudio, Pontificatum aſſumpſit. Aliquot poſt die-
bus Benedictus [h] ad eum coràm Synodo in Eccleſia S. Mariæ maioris veniens, h Bened. antipapa Epiſcopali, & ſacerdotali dignitate priuatur.
crimen inuaſionis, & periurij confeſſus, Epiſcopali dignitate, & Sacerdotali gradu
motus eſt.

Per idem tempus Petrus Damiani [i] amore vitæ ſolitariæ flagrans, libellum re- i Cardinalatus, & Epiſcopatus dignitate Petrus Damiani ſe abdica
nunciationis Epiſcopatus, & Cardinalitiæ purpuræ Nicolao Pontifici obtulit. In
exemplum, aliquot Patres ſanctiſſimos adducebat, qui propter quietioris vitæ ſtu-
dium, abdicatis dignitatibus, in ſeceſſum ſeſe recepiſſent. Quod tandem obtinuit:
& Nicolaus, vt propè parem illi ſubrogaret, Deſiderium Abbatem Caſſinenſem,
tit. S. Cæciliæ Cardinalem conſtituit.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

CONCILIVM. [k] ROMANVM hoc anno 1059. celebratum eſt, apud Late- k Conc. Rom.
ranum centum & tredecim Epiſcoporum, in quo editus eſt Canon de eligendo
ſummo Pontifice, qui eſt apud Gratianum, *cap. in nomine Domini. diſt. 23.* vbi dici-
tur: *In primis, Cardinales [l] Epiſcopi diligentiſſimè ſimul de Pontificis electione conſultẽt.* l Papa quomodo eliga dus.
Mox Clericos Cardinales adhibeant, ſicq́, reliquus Clerus, & Populus ad conſenſionem nouæ
electionis accedat: cauentes ne venalitatis morbus aliqua occaſione ſubrepat. Eligatur au-
tem de ipſius Eccleſiæ [m] gremio, ſi reperiatur idoneus; ſin minus, ex alio ſumatur. Et poſtea m Papa de gremio C din. eligatur.
ſubiungitur. Electus autem, ſicut verus Papa, obtineat auctoritatem [n] regendi Ro- n Papa electus aucto tatem habet regendi gubernandi Rom. Eccl.
manam Eccleſiam & diſponendi omnes facultates illius: quod B. Gregorium an-
te ſuam conſecrationem cognouimus feciſſe.

De Clericorum [o] caſtitate ita cautum eſt. *Quicunq; Sacerdos, Diaconus, Subdiaco-* o Clericorum caſtitas
nus, poſt proximam conſtitutionem Leonis Pont. de caſtitate Clericorum, concubinam palàm

duxerit: vel ductam non reliquerit; ei à ſacris faciendis, & officio Eccleſiaſtico interdictum ſit.

a *Simonia in ordinationibus arceatur.*

De ordinatis[a] ſimoniacè ſtatutum eſt: *Ne quis à laico Eccleſiam, aut pretio, aut gratis accipiat, neque per ſimoniacam hæreſim promoueatur ad quodlibet Eccleſiaſticum officium.*

b *Berengarius ſecundò damnatus eſt.*

c *Berengarius conuictus hæreſim abiurat.*

In eodem Concilio Berengarius[b] hæreſiarcha, conuictus, ſecundò condemnatus eſt. Albericus Diaconus Cardinalis, vir doctiſſimus, tot, ac tantis veterum Patrum teſtimoniis comprobauit, in Venerabili Altaris Sacramento, Corpus, & ſanguinem Chriſti re ipſa eſſe & non in figura, & ſigno, quod Berengarius (& Caluinus modò) affirmabat: vt victus[c] tandem ipſe Berengarius, nihil haberet, quod reſponderet: confeſſus, ſuam ſententiam eſſe hæreticam, abiurauit. Extat iuſiurandum eius, quod incipit: *Ego Berengarius*, quodque Pontifex per omnes Italiæ, Galliæ, & Germaniæ Eccleſias diuulgauit.

d *Conc. Melfitanum.*

Eodem anno Melphiæ[d] in Apulia Concilium celebratum eſt. In quo cùm Northmanni ablata Eccleſiæ Romanæ reſtituerent, ſeque futuros in poteſtate Romani Pontificis promitterent, eos anathemate exſoluit.

e *Calabria, Apulia, & Sicilia Northmannis in feudum conceditur.*

Inſuper totam Apuliam,[e] & Calabriam, eis, præter Beneuentum conceſſit: Inſulámque Siciliæ addidit; accepta prius à Roberto Guiſcardo Duce, cum Sacramento, Romanæ Eccleſiæ fidelitate: cum anniuerſario cenſu deſignato in pactis. *Bzonius.*

f *Concil. Pariſienſe.*

Eodem anno Concilium[f] Pariſienſe 22. Epiſcoporum celebratum eſt, quo Philippus Henrici Regis Francorum filius titulo Regio condecoratur, & ſolemni ritu coronatur.

g *Conc. Iautanum.*

Hoc anno Concilium[g] Iautanum in Hiſpania celebratum eſt 1060.
ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſarciendam.

h *Cōgregatio vallis vmbroſæ.*

Eodem anno initium habuit Congregatio[h] Vallis vmbroſæ à B. Ioanne Gualberto Florentino.

i *Schiſma XIX.*

Schisma[i] XIX.

Hoc anno, Nicolao Papa Florentiæ defuncto, timens Hildebrandus, ne Roma- 1061.
notum potentiores, aliquem in Sedem Apoſtolicam per vim intruderent, congregatis Cardinalibus, & nobilibus Romanis, quàm primùm elegit Pontificem Anſelmum Lucenſem Epiſcopum, patriâ Mediolanenſem, eúmque Alexandrum[k] II. nominauit.

k *Alex. Papa creatur.*

l *Cadalous Antipapa.*

Offendit ea electio factioſos. Quamobrem aſſumptis Placentino, & Vercellenſi Epiſcopis, per tumultum eos coëgerunt, Cadaloum[l] Parmenſem Epiſcopum contra Alexandrum obtrudere. Cui, vt Pontificiam dignitatem, poteſtate ſæculari roborarent, coronam auream Henrico; matri verò eius Agneti ampliſſima munera per Legatos miſerunt, eos, iuris Imperatorij in electione Pontificum monuerunt, & tum Patritiatus Romani dignitatem, tum Imperij adminiſtrationem Henrico Regi promiſerunt. Neque ſegniores Legati fuêre: Baſileam enim conuolantes, aliquot Epiſcopis Lombardiæ ſecum adductis,

m *Conciliab. Baſil.*

Conciliabulum[m] præſente Henrico celebrarũt: & tum imperata præſtiterunt, tum Pontificiam dignitatem Cadaloo detulerunt: ad turpiſſimum ſchiſma illud addentes, vt aliunde Papam non deberent recipere, quàm de Paradiſo Italiæ (ita Longobardiam nominabant) & talem perſonam, quæ infirmitatibus eorum compateretur, & condeſcenderet. Planè tali medico opus habebant factioſi illi duo Placentinus, & Vercellenſis, homines multùm petulci, & proletarij, qui melius norant diſputare de ſpecie fœminarum, quàm in eligendo ſummo Pontifice perſpicax habere iudicium.

n *Cardinales Legatum ad Imp. mittunt.*

o *Legatus contumeliis affectus non auditur.*

Non tamen omninò neglexerunt Cardinales munus ſuum. Stephanum enim presbyterum Cardinalẽ[n] Legatum ad Henricum, & Imperatricem matrem eius miſerunt, qui, ea quæ geſta eſſent Romæ ſignificaret. Magna contumelia[o] illum miniſtri Regij affecerunt, & quinque diebus ante fores expectare coëgerunt, atque tandem excluſerunt. Tulit hanc B. Petri, & Sedis Apoſtolicæ iniuriam æquanimiter Stephanus: Legari tamẽ officiũ ſuum, quo fungebatur, implere nõ potuit.

Sacrile

ANNO DOM. 1062. Sacrilegus Cadalous [a] Parmenſis, perſtructo ſibi per aurum in Vrbem ingreſſu, etiam arma adiunxit: Exercitu itaque ſtipatus, Romam venit, & in campis Neronianis caſtrametatus eſt. Primo congreſſu victoria illi arriſit, cùm plurimos Romanorum occidiſſet: ſecundo conflictu tamen profligatus, vix [b] euaſit, & Parmam fuga ſe recipit.

a Cadal. Antip. cum exercitu Romam venit.
b Cadal. Antip. fugit.

Sub Alexandro Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

Hoc anno 1062. habitum eſt CONCILIVM [c] in OSBORIO Germaniæ, auctoritate S. Anonis Colonienſis Archiepiſcopi, quo in præſentia Regis, poſt habitam diſputationem, Cadalous [d] Pſeudo-papa, omnium acclamatione eſt condemnatus: & Alexandri legitimè facta [e] electio, eſt confirmata, ſeu potius declarata.

c Conc. Oſborienſe.
d Cadal. Antip. condemnatur.
e Alex. Papæ electio legitima declaratur.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM ARAGONENSE in Hiſpania ad mores componendos.

1063. Petrus Damiani ex Gallica Legatione reuerſus, Caſſinum profectus, multa ſalutaria [f] cum Deſiderio Abbate ibidem conſtituit: & in primis, vt Feria VI. per totum annum, pane & aqua Monachi contenti, diſciplinam ſinguli, facta confeſſione, perciperent.

f Monaſtica diſciplina in victu, veſtitu, & corporis geſtu indicitur.

Item vt ſub diſtricti cenſura rigoris, Quadrageſimale celebraretur ieiunium, nimirum, vt per triduum, non niſi permodicum panis cum aqua omnes Fratres comederent: nulla, niſi lectionum, ſiue orationum verba proferrent: nudis pedibus, lugubres, atque mœrentes incederent: expleto communi modulatione pſalterio, mutua ſe ſcoparum caſtigatione purgarent.

Inter reliqua verò, quæ Petro Damiani in Monaſterio Caſſin. placuerant, narrabat iſtud, quòd ibi ſcholas puerorum, [g] qui ſæpè rigorem ſanctitatis eneruant, non inuenerit: ſed omnes, aut ſenes, cum quibus vir nobilis ſedebat in portis Eccleſiæ, aut iuuenili decore lætantes, qui nimirum vt filij Propheratũ, idonei erant, ad Eliam per deſertum quærendum: aut certè, adoleſcentiæ adhuc flore vernantes, iuxta Apoſtolum Ioannem, vicêre malignum.

g Puerorum ſchola à Monaſterio profliganda.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [h] ROMANVM I. centum & amplius Epiſcoporum, occaſione Petri Florentini Epiſcopi de hæreſi, & ſimonia accuſati, aduerſus ſimoniacos.

h Conc. Rom.

1064. Cadalous Parmenſis, [i] anathematis gladio percuſſus, tantum apud Romanos aliquos, pecunia numerata, potuit: vt ij contra Alexandrum Papam inſurrexerint, & Henricum Regem, illi perdito homini recõciliauerint: inſuper & Godefridum Tuſciæ Marchionem, nonnihil ab Alexandro alienauerint, & in partes Cadaloi illum inclinarint. Interim verò Imperator S. Annonem Colon. Archiepiſcopum Romam miſit, qui in ius electionis Alexandri Papæ inquireret, & tum demùm ex re, rebus Eccleſiæ conſuleret Iuit ille, & cùm legitimam fuiſſe Alexandri electionem cognouiſſet, poſtulauit illum, vt pro hac parte dignaretur in partibus Lombardiæ Synodum celebrare, & eiuſdem electionis ſuæ factum demonſtrare: quod licèt inconſuetum, & à Romani Pont. dignitate videretur alienum; conſiderata tamen inſtantis temporis malitia, petitioni eius aſſenſum præbuit, & apud Mantuam Synodum conuocauit. Cui etiam, vt Petrus Damianus intereſſet, per eum inuitauit.

i Cadal. Antip. denuò inſurgit.

Statuto tempore, Alex. Papa cum Epiſcopis, & Cardinalibus Romanis MANTVAM [k] venit, ibidémque non nemo Epiſcoporum Lombardiæ, excepto Cadaloo, iudicium fugiente, acceſſit. Adfuerunt & Hiſpaniarum aliquot Epiſcopi, deferentes libros Gothicos Rituales, à quibus cogniti, inuenti ſunt Orthodoxi.

k Conc. Mantuan.

In hac Synodo, cùm Alexander Papa ius ſuum ad Pontificatum oſtendiſſet; omnes Epiſcopi Lombardiæ ſibi beneuolè conciliauit. S. autem Anno Colonien. cum Hermanno Bamberg. eidem tanquam vero legitimo Pontifici inclinauit.

Interim Cadalous [l] iudicium Synodale fugiens, comparato exercitu, Romam perrexit, Baſilicam S. Petri violauit, & in Caſtrum S. Angeli receptus, duobus annis obſidionem Alexandrinorum ſuſtinuit; à qua cùm ſe trecentis libris argenti redemiſſet, dimiſſuſque per benignitatem fuiſſet; iterum armis rem attentans, iterum ſuſus, quanquam fuga [m] elapſus, & per contumeliam repulſus eſſet; ſe tamen

l Cadalous iterum Baſilicam S. Petri inuadit.
m Cadalous etiam fuga elapſus, adhuc pro Pontifice vſque ad mortem ſe geſſit.

Anno Dom.

pro Pontifice geſſit, quoad turpiter poſtea mortuus interiiſſet:fauebat eius partibus Henricus Rauennas Archiepiſcopus, nimis contumax,& pertinax ſchiſmaticus,licèt videret totius Occidentis Epiſcopos Alexandro adhærere.

a Conc. Barcinon.

Eodem anno Barcinonense [a] Concilium Hiſpanicum celebratum eſt, in quo leges Gothicæ, quibus Catalauni vtebantur, planè ſunt abrogatæ.

b Conc.Rom.

Concilium [b] Romanum II. contra inceſtuoſos Clericos, defenſores connubij Sacerdotum,& alios. 1065.

c Conc.Rom.

Concilium [c] Romanum III. ad idem.

Hoc anno Deus ſeuerè vltus eſt violatorem parentis. Non iniucundum eſt quod ſubiungo,vt & origo Regum Luſitaniæ,& auctoritas Pontificum Romanorum ſuper Reges, & ſimul vindicta diuina in violatores parentum, vno pariter momento ſciantur. 1066.

d Luſitaniæ Regum origo.

e Pont.Rom.in Reges auctoritas.

Alfouſus VI. Rex [d] Hiſpaniæ,qui Toletum è manibus Saracenorum recuperauerat, filiam ſuam Tharaſiam ſecus matrimonium natam,dederat vxorem nobili Henrico Comiti Lotharingo,Imperatoris Henrici cognato, qui eum contra Mahometanos depugnantem,ſtrenuè adiuuerat.In dotem genero aſſignauit partem Galliciæ, quam nunc Portugalliam appellant. Tharaſia verò genuit Alfonſum,cognomento *Henriquez*, primò Ducis, deinde Regis titulo inſignem: poſtquàm is,aliquibus prælijs cum Saracenis habitis,rebúſque proſperè geſtis,eam dignitatem à Rege Caſtellæ meruiſſet,Henrico Comite vita functo, Tharaſia eius vxor,Ferdinando cuidam Comiti nupſerat, filiúmque Alfonſum contra ſe irritarat,adeò vt is,prælium contra vitricum, atque matrem ſuſceperit, geſſerit,vicerit, eámque bello captam, in vincula coniecerit. Tharaſia, eam iniuriam apud Alex. II. [e] Pontificem depoſuit.Is porrò Epiſcopo Conimbricenſi, vt Alfonſum pietatis erga matrem admoneret, & ſi contemneret, cœtu piorum illum excluderet, commiſit. Renuit Alfonſus. Epiſcopus eum anathemate percuſſit, ſacris interdixit,Romámque ſe recepit. Pontifex deinde Cardinalem Legatum in Luſitaniam deſtinauit:cæterùm Alfonſus,tecta illum monentem, non tantùm illum contempſit;ſed in ſenſum reprobum datus,fugientem cœpit,corámque illo veſtibus ſpoliatus,cicatrices,ac vulneta pro fide Chriſtiana tuenda à Saracenis illata,ei oſtendit:ſimúlque queſtus eſt,indignum, iniquúmque eſſe, ſi alius cum Principatu deiiceret. Reconciliatur Legarus, cùm ei abſolutionem à ſummo Pontifiec polliceretur, Tharaſia verò cauſæ ſuæ periculum imminere præuideret, maledixit filio dicens: *Quia crura mea vinculis alligaſti, & mihi abſtuliſti honorem à patre relictum, Deum precor,vt ab hoſtibus ſis captiuus,vt ego ſum:denuùm crura tua confracta conſpicias; ſicut mea ferro vinxiſti.*

f Apoſtolicis mandatis inobedientia, & matris irreuerentia punitur.

Iſtud autem paulò poſt impletum eſt:nam cùm bellum apud ciuitatem Pacenſem cum Ferdinando Rege Legionis conſerere deberet,exeunti per portam ciuitatis,vectis decidẽs,tibiam ſtegit:nec multò poſt,ipſe in bello victus,& captus eſt. Itaque eodem momento & inobedientiam [f] Apoſtolicis mandatis, & irreuerentiam in matrem,Deus ad eum modum caſtigauit.Roderic. Sancius *hiſtor. Hiſpan. cap.* 14.

g Conc.VVinton.

Hoc anno celebratum eſt Concilium [g] Wintoniense, in quo per Legatum Apoſtolicum à Latere miſſum, Stigandus Cantuarienſis Eccleſiæ depoſitur. 1069.

h Conc.Moguntin.

Eodem anno Concilium [h] Moguntinum I. celebratum eſt,in cauſa Henrici Regis IV. volentem Bertam vxorem, quam ante biennium duxerat, repudiare.

i Conc.Moguntin.

Concilium [i] Moguntinum II. in cauſa Caroli Conſtantienſis Epiſcopi,quem Clerici eiuſdem Eccleſiæ,ob crimen ſimoniæ, & ſacrilegij, Sede deponi vrgebant. 1070.

k Conc Anglic.

Concilium [k] Anglicanum, in cauſa Primatus Cantuarienſis ſuper Eboracam. 1072.

l Conciliab. Erphord.

m S. Anno ab Aula diſcedit.

Conciliabulum [l] Erphordiense in cauſa decimantiũ Thuringiæ. Res hæc erat. Alexander Papa, paulò antequàm moreretur,per Annonem [m] Colon. Archiepiſcopum,& Hermannum Bamberg.ab Vrbe domum reducens,Hen- 1073.

rico

Anno Dom. 1073.

tico Regi Germaniæ ſcripſit, vt Romam adueniret, cauſam dicturus eorum, quæ Epiſcopi Germaniæ, atque Saxoniæ illi obiiciebant. Eas litteras cùm S. Anno Colon. Archiepiſcopus illi detuliſſet, eúmque non leuiter offendiſſet, tum pertæſus adminiſtratione rei publicæ Regni, tum metuens grauiorem offenſionem Henrici, miſſionem obtinuit. Ab hoc graui cenſore Henricus ſolutus, in omne flagitium [a] præceps ruit. Inſuper, & Eccleſiis vim inferre conatus eſt. Indicto enim Conuentu, ſeu Conciliabulo Erphfordiæ, cui intereſſe voluit poſt Archiepiſcopum Moguntinum, omnes ei ſimiles Sophiſtas, qui Canones non pro rei veritate, ſed pro voluntate illius interpretarentur, Fuldenſi, & Herueldenſi Monaſteriis, & poſtmodum Thuringiis decimationem bonorum impoſuit.

a Henricus in omne flagitium præceps ruit.

Alexander Papa hoc [b] anno, decimo Cal. Maij mortuus eſt, clarus miraculis, & in Laterano ſepelitur, nullo genere honoris, quod impédi ſummo Pontifici poteſt, non adhibito & à Clero, & à Populo.

b Alex. PP. moritur.

Gregorivs VII. ſtatim [c] electus eſt. Res ſic ſe habuit. Defuncto Alexandro Pontifice, dum in Eccleſia Lateran. Hildebrandus Archidiaconus eſſet in eius exequiis occupatus, repentè factus eſt in ipſa Eccleſia maximus Cleri, & populi Romani concurſus, clamantium, & dicentium, Hildebrandum Archidiaconum B. Petrus elegit. Volebat vociferantes ipſe compeſcere; ſed Hugo Candidus Cardinalis, præueniens, tum populo, tum Clero perſuaſit, vt eum deligerent: quod & fecerunt. Porrò Gregorius, apud ſeipſum ſollicita mente pertractans, ad quàm graue periculum eſſet adductus, æſtuare cœpit ex nimio dolore. Sed cùm excuſationem de relinquendo Papatu non inueniſſet, Nuncios ad Regem Henricum celeriter deſtinauit, per quos & electionem de ſe factam ei aperuit, & ne aſſenſum præberet, attentius exorauit. Rex verò vt electionis veritatem agnouit, electioni ipſius aſſenſum præbuit. Itaque infra octauam Pentecoſtes in presbyterum: die verò feſto SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, in ſummum Pontificem initiatus eſt Hildebrandus, nomine Gregorij, propter memoriam Gregorij VI. quem in Gallias fuerat ſecutus, aſſumpto.

c Gregor. PP. eligitur.

Deinde Gregorius ad iura Eccleſiæ Romanæ in Hiſpania proſequenda, cenſúſque [d] annuos exigendos, Hugonem Candidum S. R. E. Card. Legatum miſit. Per ea enim tempora, rebus Maurorum, & Arabum indidem accitis, Chriſtiani Principes multas Prouincias, & ciuitates ab eis receperant, quæ olim annuis tributis, & cenſibus Romanæ Eccl. fuerant à pientiſſimis Regibus obligatæ. Concedebat pariter Ebolo Comiti, & reliquis Galliarum Principibus, quicunque vellent, prouincias à Saracenis recuperandi, ſi modò ius olim Romanæ Eccleſiæ in illis acquiſitum, ſaluum conſeruarent, & quæ iuris erant, Deo perſoluerent.

d Cenſus annui ab Hiſpaniæ Regno exiguntur. vide lib. 1. ep. 7. & ſeq.

In eam rem omnibus Principibus in terrã Hiſpaniæ proficiſci volentibus ſcripſit; ſed hæc omnibus, & ſingulis præſcripſit. Non latere vos credimus, Regnum Hiſpaniæ [e] ab antiquo proprij iuris S. Petri fuiſſe, & adhuc (licèt diu à Paganis ſit occupatum) lege tamen iuſtitiæ non euacuata, nulli mortaliũ, ſed ſoli Apoſtolicæ Sedi ex æquo pertinere. Quod enim auctore Deo, ſemel in proprietates Eccleſiarum iuſtè peruenerit; manente eo, ab vſu [f] quidem, ſed ab earum iure, occaſione tranſeuntis temporis, ſine legitima conceſſione diuelli non poterit.

e Regni Hiſpaniæ proprij iuris eſt S. Petri.

f Eccleſia licèt aliquando vſum, non tamen ius rerum ſuarum amittit.

In eandem rem Gregorius Giraldo Cardin. Epiſcopo Oſtienſi, & Rambaldo Subdiacono Sedis Apoſtolicæ in Galliam Legatis ſcripſit, vt Gallis eandem expeditionem, citra tamen iurium Eccleſiæ vſurpationem, in Hiſpanias ſuaderent: & ſi opus fuerit, eiſdem comites ſe exhiberent.

Hoc tempore Gregorius à Duce Bohemiæ Vratiſlao centum [g] marchas argenti, ſub nomine cenſus B. Petro ab eodem miſſas numerauit.

g Cenſus B. Petro à Duce Bohemiæ ſoluitur.

Eodem anno miſit ad Sardiniæ [h] Iudices, Legatum, qui inter alia moneret Orzochum Sardiniæ Protoiudicem, vt ſciret, & recognoſceret Inſulam Sardiniæ eſſe S. Petri propriam.

h Sardiniæ Inſula S. Petri propria.

Hic Pontifex Henricum IV. Imp. qui, quia multis malis, & iniuriis Romanam Eccleſiam affecerat, ipſum priuatum prius omni Regia adminiſtratione, anathemate [i] notauit: nec fuit abſolutus, donec depoſito Regali [k] ornaméto, nudis pedibus, quamuis aſpera eſſet hyems, & gelu cuncta rigeſcerent, venit ad ipſum Pontificem, & veniam petens, abſoluitur, & Eccleſiæ reconciliatur, pace iureiurando

i Gregorius Imperatorem excommunicat.

k Ab excommunicatione abſoluitur Imp. ſed cum multa humilitate id petijt.

confirmata, & integra obedientia promiſſa. *Plat.*

Henricus poſtea Pontifici parere recuſauit. Vnde Pontifex eum iterum ſacrorum communione ſubmouit, & tandem vt contumacem, ſimoniacum, & Eccleſiæ iura occupantem, omni regno, & Imperio priuauit, præcepitque Germaniæ Principibus, vt Rodulphum Sueuiæ Ducem, in Regem Romanorum eligerent, Imperatorem futurum. Illi Pontificis iuſſis paruerunt.

a *Pontifices. Imperatores, & Reges excommunicant quando opus eſt.*

Simile huic facto eſt quòd Innoc. III. [a] Othonem excommunicauit, & Imperij titulo priuauit, vt ait Platina. Item Innoc. IV. in Concilio Lugdun. Fridericum II. Imp. à Gregorio IX. iam excommunicatum, Imperio priuauit, non ſolùm ſubditos iuramento fidelitatis abſoluens; ſed etiam auctoritate Apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi tanquam Imperatori, vel Regi pareat, & intendat, & excommunicationis cenſura ipſo facto ligandi eos, qui deinceps illi tanquam Imperatori, vel Regi conſilium, vel auxilium præſtiterint, ſeu fauorem. Tandem Clemens VI. Ludouicum Bauarum iam à prædeceſſoribus ſuis excommunicatum, Imperio deiecit, aliúmque legitimum Imperatorem, nimirum Carolum IV. eligi fecit.

* Præter hæc autem, quæ ad Imperiũ ſpectant, in Regno Galliæ Zacharias Papa in ſimili caſu titulum Regni à Childerico Rege in Pipinum tranſtulit, vt eſt apud Greg. VII. *lib. 8. Regiſtri. ep. 21. c. alius.* 15. *q.* 9. Baron. *an.* 751. *in prin. & an.* 841. *n.* 3. Vbi etiam refert, mutationẽ factam in regno Galliæ tempore Lotharij Imp. & Ludouici, ac Caroli fratrum, qui auctoritate freti Epiſcoporum, Regnum inter ſe diuiſerunt, & Lotharium ob ſcelera ſua illo priuarunt. Bonifacius etiam VIII. Philippũ Pulchrum Galliæ Regem Regno priuatum declarauit, & illa occaſione *extrauag. Vnam ſanctã. de maior. & obed.* edidit, vt refert Æmilius *in vita eiuſdem Philippi.* Gregor. item VII. quãdo Poloniã propter Staniſlai interfectionem interdixit, Regem Boniſlaũ regno priuauit, teſte Cromero *lib. 4. rerum Polonia.* Inſigne verò exemplũ in Anglia habemus in Ioanne Rege, quẽ, cùm ingentia crimina contra Religionẽ, Sacerdotes, & alios innocentes, committeret, & ab Innoc. III. ſæpius admonitus, vt inobediẽs, ac pertinax reſipere nollet, ſed potius quotidie deterior fieret, idem Innoc. poſt magnã cum Patribus conſultationẽ (vt Polydorus ait) Regia dignitate abdicauit, populóſq; illi ſubiectos iureiurãdo abſoluit, & Chriſtianos Principes de ea re certiores factos, vt Ioannẽ tanquã Eccleſiæ hoſtẽ perſequerẽtur, admonuit.

Qua ſententia deterritus Ioannes, & imminentis periculi timore perculſus, tãdem iurauit, ſe Pontificis arbitrio ſtaturũ, & diadema capiti ademptũ Pandulpho Pontificis Legato tradidit, nũquam id ipſe, aut hæredes accepturi, niſi à Pont. Romano. Hæc Polyd. *lib.* 15. Et in Conc. Later. ſub Innoc. III. ſic ſtatuitur: *Si Dominus tẽporalis monitus ab Eccleſia, terrã ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanũ excõmunicetur. Et ſi ſatisfacere neglexerit intra annũ, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, vt tunc ipſe vaſſallos ab eius fidelitate denũciet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam,* &c.

b *Habetur in lib. ep. 2. epiſt. 13.*

Item hoc anno epiſtolam [b] ad Vngariæ Regem miſit, qua Regnũ Vngariæ ad Sedem Apoſtolicam pertinere, oſtẽdit his verbis: *Gregorius ſeruus ſeruorum Dei, Salomoni Regi Vngarorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Litteræ tuæ ad nos tardè, propter morã nuncij tui, allata ſunt: quas quidẽ multò benignius manus noſtræ ſuſcepiſſent: ſi tua in cauſa conditio non adeò B. Petrum offendiſſet. Nã ſicut à maioribus patriæ tuæ cognoſcere potes, Regnum Vngariæ* [c] *S.R.E. propriũ eſt, à Rege Stephano olim B. Petro cũ omni iure, & poteſtate ſua oblatũ & deuotè traditũ. Propterea Henricus piæ memoriæ Imp. ad honorẽ S. Petri Regnum illud expugnãs, victo Rege, & functa victoria, ad corpus B. Petri lanceam, coronamq; tranſmiſit, & prò gloria triũphi ſui illuc Regni direxit inſignia, quo Principatum dignitatis eius attinere cognouit. Quæ cùm ita ſint, tu tamen in cæteris à regia virtute, & moribus longè diſcedens, ius, & honorem S. Petri, quantum ad te, imminuiſti, & alienaſti, dum eius Regnum à Rege Teutonicorum beneficium (ſicut audiuimus) ſuſcepiſti. Quod ſi verum eſt, qualiter gratiam B. Petri, & noſtram beneuolentiam ſperare debeas, tu ipſe, ſi iuſtitiam vis attendere, non ignoras, videlicet te non aliter eam habiturum, nec ſine Apoſtolica animaduerſione diu regnaturum, niſi ſceptrum Regni, quod tenes, correcto errore tuo, & Apoſtolicæ, non Regiæ Maieſtatis beneficium recognoſcas. Neq; enim nos* [d] *timore, vel amore, aut aliqua perſonali acceptione (quantum Deo adiuuante poterimus)*

c *Vngariæ Regnum Eccleſiæ Rom. proprium eſt, à Rege Stephano cum omni iure, & poteſtate ei oblatum.*

d *Pontificis inuictus animus pro iure Eccleſiæ requirendis.*

debitum

ANNO DOM.

debitum honorem eius, cuius ſerui ſumus, irrequaſitum relinquemus. Verùm ſi hæc emēdare, & vitam tuam (vt decet Regem) inſtituere, &, Deo miſerante, adornare volueris, proculdubio dilectionem S.R.E. ſicut matris dilectus filius, & noſtram in Chriſto amicitiam plenè habere poteris. Datum Romæ 5. Calend. Nouemb. Indict. 13. anno Dom. 1073.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

1074. ROMANVM I. pro reformando Eccleſiæ ſtatu. In hac eadem Synodo excommunicatus eſt [a] Guiſcardus Norrhmannorum Princeps.

a *Excōmunicatur Northmannorum Princeps.*

Eodem anno CONCILIVM [b] habitum eſt apud S. GENESIVM in cauſa S. Anſelmi Epiſcopi Lucenſis contra Lucenſes Canonicos.

b *Conc. apud S. Geneſiū.*

Eodem anno CONCILIVM [c] ANGLICANVM I. celebratum eſt, quo S. Vulſtanus iniuſtè deponitur. Quem magno miraculo paulò poſt ipſe Deus Sedi ſuæ reſtituit.

c *Conc. Anglicanum.*

Eodem anno habuit Gregorius (*lib. 2. epiſt. 13.*) Papa Regem Hungariæ Salomonem arguere, quòd is ab Henrico Rege Regni Hungariæ feudum accepiſſet: cùm non neſciret, illud ipſum Regnum S. R. E. [d] proprium eſſe, ac à Rege Stephano olim B. Petro, cum omni iure, & poteſtate ſua oblatum, & deuotè traditum. Præterea Henricus, piæ memoriæ, Imperator, ad honorem S. Petri Regnum illud expurgans; victo Rege, & parta victoria, ad corpus B. Petri lanceam, coronámque tranſmiſit, & pro gloria triumphi ſui, illuc Regni direxit inſignia, quò Principatum dignitatis eius attinere cognouit.

d *Regnum Hungariæ S. R. E. proprium.*

1075. Hoc anno ROMÆ [e] maxima SYNODVS conuocata eſt, cùm tempus eſſet, vt iudicium inciperet à domo Dei: ad quam Gregorius Papa ad cognoſcendas cauſas Eccleſiaſticorum ſeuerus cenſor acceſſit. Diſcordias inter Pragenſem, & Olomucenſem, ſeu Morauiæ Epiſcopos exortas compoſuit: & de continentia Clericorum vtilia ſtatuit.

e *Synod. Romana.*

Eodem anno Demetrius Ruſſorum Dux ad Gregorium Papam (*lib. 2. ep. 74. & ſeq.*) filium ſuum deſtinauit, atque Regnum [f] ſuum D. Petro obtulit: poſtulauítque, vt tanquam ſuum à Polono vindicaret.

f *Regnum Ruſſiæ D. Petro oblatum.*

Admonuit etiam Gregorius Gerſam, vt nihil præter iuſtitiam putet ſibi licere: iura verò Eccleſiæ Romanæ ſuper Hungariæ Regno velit ſalua eſſe, atque integra remanere: propter quorum contemptum ipſe Salomon meruiſſet diuina vindicta Regno priuari.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [g] MOGVNTINVM, in quo Romanæ Synodi decretum contra Clericos concubinarios iuſſu Gregorij Papæ eſt promulgatum.

g *Conc. Moguntin.*

Eodem anno CONCILIVM [h] ANGLICANVM II. celebratum eſt auctoritate Lanfranchi Doruernienſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, pro reformandis Eccleſiaſticis conſtitutionibus, & moribus Eccleſiæ.

h *Conc. Anglic.*

1076. Hoc anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [i] WORMATIENSE, quo ſchiſmatici Epiſcopi iuſſu Henrici Regis congregati, Gregorium Pontificatu amouendum eſſe declararunt.

i *Conciliab. Wormatiēſe.*

Eodem anno CONCILIVM [k] ROMANVM III. congregatum eſt apud Lateran. quod auctoritate Gregorij VII. confirmatum eſt. In quo actum fuit de pace componenda inter Henric. IV. aliàs III. & Rodulphum Sueuiæ Ducem, de Imperio Romanorum contendentes.

k *Conc. Rom.*

Legatis Rodulphi poſtulantibus, quòd Henricus in vexandis Clericis, totam Germaniam perturbaret: De Concilio habendo, moram afferret. Legati Henrici, contrà iuſtam Gregorij iram veriti, reſponderunt, Henricum paratum fore, atque in eam rem tale Sacramentum [l] ediderunt: *Iuramus nos Legati Henrici Regis ex præcepto eius, Henricum citra Aſcenſionem Domini Legatos (ni quid obſtiterit) Romam miſſurum, qui Legatos Pontificis tutò ſecum deducant, atq; reducant, & eorum iudicio, & ſententiæ ſtaturum.*

l *Iuramentum Legatorū Henrici Regis.*

Quo iureiurando audito, Legati Rodulphi in hac forma iurauerunt: [m] *Si Concilium in Germania ex Decreto veſtro, loco & tempore à vobis conſtituto, Legatis veſtris præſentibus fuerit, Rodulphus Rex, Princeps noſter, aut ipſe occurret; aut Legatos ſuos mittet; paratúſque erit, iudicio ſtare, quod ſancta Eccleſia de Regno Germaniæ fecerit: nullóque dolo malo Conuentum à vobis, aut à Legatis veſtris in-*

m *Iuramentum Legatorum Rodulfi.*

Anno Dom. 1076.

dictum impediet : & poſtquam certos veſtros Nuncios viderit , dabit operam , vt pacem componat.Et hæc omnia,niſi legitimo impedimento intercedente ſeruabit.

De Clericis autem ita Pontifex decreuit in Concilio. *Gregorius Pontifex, ſeruus ſeruorum Dei,omnibus in Italico,& Germanico Regno,debitam S. Petro obedientiam exhibentibus,Apoſtolicam benedictionem.Si qui ſunt presbyteri, aut diaconi, aut ſubdiaconi,qui crimini* [a] *fornicationis ſint obnoxij, interdicimus eis ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate S.Petri introitum Aedis,donec acta pœnitentia ſatisfaciant.Si qui verò in peccato ſuo perſeuerare maluerint,nemo officium* [b] *auſcultaſſe velit,quia benedictio eorũ vertitur in maledictionem, & oratio in peccatum,teſtante Domino per Prophetam : Maledicam benedictionibus veſtris.*Sic ille.

a *Clerici fornicarij ab introitu Eccleſiæ excluduntur.*

b *Clericorum concubinariorum officium non audiendum.*

Erant in eo ſæculo,vt conſtat ex Sigeberto , corruptiſſimi Sacerdotum mores: concubinis,tanquam vxoribus,palàm vtebantur. Porrò, de iure conferendorum beneficiorum ita ſanxit:*Sanctorum Patrum decreta ſequentes,vt ſuperioribus conuentibus de Eccleſiaſticis dignitatibus ordinandis,ſtatuimus ; ita & nunc Apoſtolica auctoritate decernimus,vt ſi quis poſthac Epiſcopatum,* [c] *aut Abbatiam, aut aliam Eccleſiaſticam dignitatem ab aliquo laico ſuſceperit;nequaquam inter Epiſcopos,aut Abbates numeretur:nec alia ei Epiſcopo,vel obedientia Abbati præbeatur:eiq; gratia S.Petri,atq; Aedis eius introitu interdicatur.Eadem ratione ſi quis Imperator,* [d] *Rex, Dux,Marchio,Comes,aut qualibet alia ſæcularis poteſtas,vel perſona,Epiſcopatum, Abbatiam, vel aliam Eccleſiaſticam dignitatem detulerit,eiuſdem ſententiæ vinculo teneatur.*

c *Epiſcopatum à laico ſuſcipiens , inter Epiſcopos non numeretur.*

d *Principes ſæculares dignitatem Eccleſiaſticam non conferunt.*

Eo ſæculo,vt conſtat ex Sigeberto,& aliis,Henricus IV. Imp. contra Canones, & iura,ſacerdotia conferebat:& eum imitati aliqui Reges,& Principes, & Aulici, Eccleſiaſtica beneficia,Epiſcopatus,Abbatias,& Monaſteria ſimoniacè,& nefariè vendebant.Lupos,non paſtores Eccleſiis præficiebant. Et propterea egregiè Gregor.contrà oppugnans, omnem poteſtatem conferendi ſacerdotij laicis ademit.

Præterea de Northmannis ita cauit: *Si quis Northmannorum oppida* [e] *S. Petri, vt partem Marchiæ Firmanæ,quæ à bello adhuc integra eſt,& Ducatum Spoletanum,Campaniam,& Maritimam oram,& Sabinum,& Tiburtinum Comitatum, & Monaſterium S. Benedicti Caſsinatis,& Beneuentum inuadere,ac deprædari auſus fuerit ; gratiam S.Petri ei interdicimus.*

e *Patrimonium S. Petri non inuadendum.*

Eo tempore Northmanni,qui in Apulia, & Calabria, & Sicilia dominabantur, ſæpè auſu temerario oppida Pontificiæ ditionis inuadebant,& Eccleſiam Romanam bello vexabant.

Poſtremò Henricum IV. vt ſemel, & iterum antea à piorum communione remouerat;ſic in hoc Concilio anathemate [f] percuſſit , & omnem Regiam poteſtatem ei abrogauit,his verbis: *Quas ob cauſas,ego auctoritate Apoſtolica mihi à Deo delata, Henricum, Henrici Imperatoris filium Regio Germaniæ titulo item ſpolio,& Chriſtianorum obedientia priuo:& omnes religione iuriſiurandi, quo ſe illi obſtrinxerunt, abſoluo.*

f *Greg. Imperatorem excommunicat , & regno priuat.*

Contra verò,vt Rodulphus [g] à proceribus Germaniæ in Henrici locum declaratus,Regnum adminiſtret,& tueatur nomine veſtro, omnibus, qui fidẽ ei præſtiterunt,omnium peccatorum remiſſionem,& veniam in hac,& in futura vita concedo:& vt Henricum ob ſuam ſuperbiam regia dignitate depreſſum; ita Rodulphũ propter ſuam humilitatem,& obedientiã in poteſtate repono. Inde,dimiſſo Conuentu,Regiam,& Imperatoriam coronam ad Rodulphum tranſmiſit.

g *Greg.Rodulpho & coronam Imperialem , & Regnum defert.*

In hoc eodem Concilio ſtatuit, vt Papæ nomen [h] vnicum eſſet in vniuerſo Orbe Chriſtiano,nec liceret alicui ſeipſum, vel alium eo nomine appellare. Cur autem ſic appelletur ſummus [i] Pontifex non omnium eadem eſt ſententia. Aliqui exiſtimant ſic propterea dici,eò quòd ſit Pater patrum. Sed re vera Papæ nomen diuerſum eſt à nomine Pater patrum : extat enim ex Cõcilio Prouinciali Epiri ad Hormiſdam Papam Synodalis epiſtola ſcripta,cuius eiuſmodi eſt inſcriptio: *Synodus veteris Epiri,*&c. *Domino noſtro per cuncta ſanctiſſimo , & Beatiſſimo Patri patrum, Comminiſtro, ac Principi Epiſcoporum Hormiſdæ Papæ.* Cùm itaque idem Hormiſda, & Pater patrum,& Papa,vna,eadémque inſcriptione dictus reperiatur;planè conſtat , diuerſæ ſignificationis eſſe vtramque vocem. Porrò eius germana [k] interpretatio eſt à Græca voce (πάππας) id eſt , Pater. In cuius ſenſu accepta , tranſiit in dignitatis nomen , vt Clerici venerandi , eodem nomine appellarentur. Poſtea nomen illud cœpit eſſe peculiare Epiſcoporum,vt iidem Papæ dicerentur:

h *Papæ nomen vnicum in Orbe eſſe debet.*

i *Papa cur ſummus Pontifex vocetur.*

k *Papæ nomen Germana interpretatione vnde deriuetur.*

ſicut

ANNO DOM.

ſicut in Cypriano, Hieronymo, & Auguſtino paſſim reperitur:& nouiſſimè apud S.Eulogium Cordubenſem, qui floruit anno 850. vſque enim ad illud tempus id nomen commune fuit omnibus Epiſcopis, licèt frequenter, & peculiarius tribui conſueuiſſet Rom.Pontifici.Errat igitur Nicephorus,dum *lib.*14.*c.*34.ait:Cœleſtinum Rom. Pontificem conceſſiſſe ex priuilegio Cyrillo Epiſcopo Alexandrino à ſe conſtituto Legato ad Cõcilium Epheſinum generale,vt Papa diceretur,ac vteretur mitra.Nam nomẽ Papæ tunc cõmune erat omnibus Epiſcopis. Meliùs dicit Theodoretus Balſamon in Nomocanone Photij *tit.*8.*c.*1.vbi dicit:Cyrillo conceſſum eſſe à Cœleſtino,vt in ſacris ſolemnibus,more Romanorum Pontificũ phrygio vteretur, quo quidẽ ex eo tempore ſemper vſi ſunt Epiſcopi Alexandrini. Idẽ erat phrygiũ,[a] quod alio nomine dicimus pallium.Quibus inſignibus plenitudinem poteſtatis ſolitã conferri à Romanis Pontificibus,Eccleſiaſtici Canones tradunt.Cùm autem futuris temporibus obtinuiſſet communis vſus, vt Papæ nomẽ tantummodo tribueretur Rom.Pontifici,& ſchiſmatici illud ſibi in odium eiuſdẽ Romani Præſulis faſtu ſuperbo vindicarent, aliáque non conceſſa præſumerent; Gregor.VII.Papa anno 3.ſui Pontificatus 6.Cal.Martij ſtatuit in hoc Concilio vt Papæ nomen,vnicũ eſſet in vniuerſo Orbe Chriſtiano:nec liceret alicui,ſe ipſum, vel alium eo nomine appellare. Seruant idipſum Græci, vt nomine Papæ, Romanum Pont.intelligant, vt ex Nicetæ Choniatæ ſcriptis apparet.

a Phrygium idem quod Pallium.

Eodem anno 1076. CONCILIABVLVM [b] PAPIENSE congregatum eſt, quo Epiſcopi ſchiſmatici [c] Regi ſchiſmatico inhærentes,anathema ſibi à Pontifice inflictum,in eundem Pontificem retorquere conati ſunt.

b Conciliab. Papienſe.
c Schiſmatici Epiſcopi Papam excommunicant.

Per hęc tempora Geſizo Abbas Monaſterij SS.Bonifacij,& Alexij,& Falcuinus Foriſempronij Epiſcopus Legati Apoſtolici, Demetrium Dalmatiæ, & Croatiæ Ducem Sedi Apoſtolicæ obedientem reddiderunt. Cúmque iuramentum fidelitatis,atque obedientiæ in Synodo apud Dalmatas Salone celebrata præſtitiſſet,& ducẽtorum [d] Byzantiorum tributũ annuum Sedi Apoſtolicæ ex prouinciis Dalmatiæ ſpopondiſſet;nomen,& dignitatem,poteſtatémque Regiam illi à Gregorio Pontifice detulerunt.

d Regnum Dalmatiæ & Croatiæ S.R.E. tributarium.

1077. Hoc anno,quia inuitauerant Gregoriũ Pontifices Germaniæ,vt ad Hẽrici cauſam cognoſcendã, ipſe Auguſtã,pro feſtiuitate Purificationis B. Virginis adeſſet; Canuſium Lombardiæ iam venerat:vbi etiam Henricus aduolauit,& intra ſecundum murum tantùm receptus,ſolus [e] ſine comitatu,nudus pedes, ieiunus à mane vſque ad veſperam triduò expectans,non niſi quarto die ad pedes Gregorij admiſſus eſt.Pœnitentiam ſimulabat:nihilque non agebat, vt à Pontifice abſolueretur. Nam promittebat vbiuis locorum, quando, quoties, modo quo Pontifex iuberet,ſe promptum fore ad criminationes diluendas.Annuit [f] Gregorius,& quia coniiciebat, non aliud Regem curare, quàm diem à Principibus præfixum euitare;ideo,vt cautorem in ſuo conſilio caperet,ſuámque innocẽtiam propalaret, abſoluto eo ab excommunicatione, Miſſarum ſolemnia celebrauit:confectáque ſacra oblatione,Regẽ,cum cætera quæ frequens aderat multitudine,ad altare euocauit: præferénſq; manu,Corpus Dominicũ diuiſit, mediam partem ipſe ſumens, & mediam deinde Henrico ſumẽdam dedit.Sed quia doloſè omnia egit,in Conuentu apud Forcheimum [g] ex Germaniæ proceribus congregato, ſimul cum Papæ Legatis,Regno priuatur,& Rodulphus eligitur.

e Henricus Imp. pœnitẽtiam ſimulat,vt abſoluatur.
f Imper.abſoluitur.
g Imp.excommunicatur, regno priuatur,& Rodulphus eligitur.

Eodem anno Mathilda Comitiſſa Henrici exercitum timens, Liguriam, & Tuſciam prouincias [h] Gregorio Papæ, & S.Romanæ Eccleſiæ deuotiſſimè obtulit & dono dedit.

h Mathildæ Comitiſſæ donatio Eccleſ. Romanæ facta.

1078. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [i] ROMANVM IV. in quo Gnibertus Rauennas,Theodaldus Mediolanenſis,aliique plures Epiſcopi excommunicantur,& Epiſcopali,Sacerdotalíque officio,omninò ſuſpenduntur.

i Conc.Rom.

Eodem anno CONCILIVM [k] ROMANVM V. pro reſtauratione S. Eccleſiæ,& moribus cõponendis. Item in eadem Synodo Nicephorum Imp. [l] Cõſtantinopolitanum Gregorius anathemate percuſſit.Nam is Michaëlem Imp. Oriẽtis cum Maria Auguſta coniuge, filióque Conſtantino Porphyrogenito in Blachernis captos,in Monaſterium relegarat,& Imperium ſibi tyrannicè vſurparat.

k Conc.Rom.
l Imp.Conſtantinopolitanus excommunicatur à Papa.

1079. CONCILIVM [m] ROMANVM VI. quo Berengarius [n] ſæpè ad pœnitẽtiam vocatus,

m Concil.Rom.
n Berengarius iterũ ſuã hæreſim abiurat, & fidẽ Catholicam profitetur.

ſæpiúſque relapſus, hæreſim ſuam iterum abiurauit, fidémque Catholicam profeſſus eſt.

Hoc eodem tempore Gregor. Papa (*vt patet ex lib. 6. ep. 17.*) ſanctum Hugonem Cluniacenſem Abbatem redarguit, quòd calamitoſo iſto tempore Ducem quendam valde probum,[a] fide integrum, multis proficuum, inter Monachos Cluniacenſ. recepiſſet, quem ad plurimorum ſalutem præſtabat in ſæculo commorari. *Tuliſti, ait, & recepiſti Ducem in Cluniacenſem quietem, & feciſti, vt centum millia Chriſtianorum careant cuſtode.*

a Vir probus, & multis in ſæculo proficuus, an recipi debeat in Religionem.

Eodem anno Gregorius Papa pecuniam annuam à Vuillelmo Rege[b] Angliæ pro tributo accepit. A Canuto Danorum Rege recèns creato legationem audiuit. Alphonſo Hiſpaniarum Regi clauem auream cum limatura ex S. Petri catena miſit: Legationem in Britanniam pro Concilio celebrando deſtinauit.

b Rex Angliæ Gregor. Papæ tributum ſoluit.

Eodem anno CONCILIVM[c] BRITANNICVM habitum eſt, ad falſam pœnitentiam proſcribendam.

c Conc. Britannicum.

Hoc anno, menſe Martio, compluribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, 1080.
& Clericis, ac laicis ROMÆ[d] cōgregatis, Gregorius Synodum de more celebrauit. In qua inprimis anathema dixit omnibus, qui vel à ſæcularibus[e] auderēt, alicuius beneficij Eccleſiaſtici inueſtituram accipere: vel qui præſumerent laici eam vſurpare, atque dare. Eadem ſententia percuſſit Theodaldū Mediolanenſem, Guibertum Rauennatem, Rolandum Taruiſienſem, & Petrum Narbonenſis Eccleſiæ inuaſores. Eadem cenſura perſtrinxit Northmannos, Patrimonij S. Petri,[f] & aliquorum Principatuum, atque Monaſterij Caſſinenſis inuaſores. Neque diutius ferendum ſibi putauit, Henricum toties periurum, contumacem, & nihil aliud, quàm turbas, & tumultus excitantem. Quamobrem, inuitus licèt, & nolens, tractus eſt tamen, vt in eodem Concilio eum excommunicaret,[g] & de facto eum excōmunicauit. Vnde Henricus ipſe, qui patrem contempſit Gregorium Papam, à filiis ſuis ipſe deſpectus, atque Regno pulſus, in exilio priuatus, miſer, & infœlix mortuus eſt.

d Synod. Rom.

e Clerici à ſæcularibus Principibus beneficiorū Eccleſiaſticorum inueſtituras non accipiant.

f Patrimonij S. Petri inuaſores excommunicantur.

g Henricus Imp. excommunicatur.

Eodem anno BRIXIÆ[h] CONCILIABVLVM congregatum eſt, quo 30. Epiſcopi ſchiſmatici Gregorium Papam[i] Sede depoſuerunt, & Guibertum Rauennatem Epiſcopum, eidem in ſchiſmate ſubrogarunt.

h Conciliab. Brixiæ.
i Greg. Papa Sede deponitur, & Guibertus ſubrogatur.

Hoc anno Idib. Martij in Baſilica S. Saluatoris SYNODO[k] congregata Gre- 1081.
gorius Papa Arelatenſem, & Narbonenſem Epiſcopos, Henricum Regem cum fautoribus, atque Ildemundum, & Laudum Campaninos tyrannos, excommunicauit. Ab officio verò ſuſpendit quoſdam Epiſcopos, qui ad Concilium vocati, neque ipſi, neque Nuncij eorum pro ipſis venerunt.

k Synod. Rom.

Erant aliqui ſchiſmaticorum, aſſerentes, Pontificem[l] non poſſe anathema proferre in Henricum Imp. Horum hæreſim vt confunderet Gregorius, Herimanno Metenſi Epiſcopo, qui propter dignitatem Sedis Apoſtolicæ multas calamitates ab aduerſariis ſuſtinuerat, reſcripſit, poſt alia his verbis: (*vt habetur lib. 8. epiſt. 21.*) *Quod autem poſtulaſti, te, quaſi ſcriptis noſtris iuuari, ac præmuniri contra illorum inſaniam, qui nefando ore garriunt, auctoritatem S. & Apoſtolicæ Sedis non potuiſſe Regem Henricum, hominem Chriſtianæ legis contemptorem, Eccleſiarum videlicet, & Imperij deſtructorem, atq; hæreticorum auctorem, & conſectaneum excommunicare: nec quenquam à Sacramento fidelitatis eius abſoluere: non adeò nobis neceſſarium videtur, cùm huius rei tam multa, ac certiſſima documenta in ſacrarum Scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus, eos, qui ad cumulum ſuæ damnationis veritati impudenter detrahunt, & contradicunt, hæc ad ſuæ defenſionis audaciam tam ignorantiæ, quàm miſeræ deſperationis vecordia coaptaſſe. Nec mirum. Mos eſt enim reproborum, ob ſuæ nequitiæ protectionem niſi conſimiles ſibi defendere: quia pro nihilo habent, mēdacij perditionem incurrere. Nam vt de multis pauca dicamus, quis ignorat[m] vocem Domini, ac Saluatoris N. Ieſu Chriſti, dicentis in Euangelio: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cælorum: quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis. Nunquid ſunt hic Reges[n] excepti, aut non ſunt de ouibus, quas Filius Dei B. Petro commiſit? Quis, rogo, in hac vniuerſali conceſſione ligandi, atque ſoluendi à poteſtate Petri ſe excluſum eſſe exiſtimat, niſi fortè infælix ille, qui iugum Domini portare no-*

l Hæreſis eſt dicere Papam non poſſe Reges excommunicare.

m Gregor. Papa probat ſe poſſe Reges etiam excōmunicare.

n Reges & Imperatores Chriſtiani inter Chriſti oues annumerati.

lens,

ANNO DOM.

lens, diaboli ſe ſubiici oneri vult,& in numero ouium Chriſti eſſe recuſat? Cui tamen hoc ad miſeram libertatem minimè proficit, quod poteſtatem Petri diuinitùs ſibi conceſſam, à ſuperba ceruice excutit. Quoniam, quantò eam quiſque per elationem ferre abrogat, tantò durius ad damnationem ſuam in iudicio portat, &c. Hæc & alia plura cùm in nouæ hæreſis confurationem ſeriberet Gregorius, Patauienſem Epiſcopum, & Hirſaugienſem Abbatem obſecrauit (*lib.*8 *epiſt.* 3.) vt Vvelphonem Azonis Matchionis Fertarienſis filium, cui Ducatum Bauatiæ Henricus eripuerat, ad defenſionem Romanæ Eccleſiæ incitarent.

Eodem anno Gregorius Papa Legatos in Gallias miſit, ad nummum S Petri [a] exigendum. Irem Rhotomagenſem [b] Epiſcopum, & Lanſrancum Cantuarienſem Archiepiſeopum ad limina Apoſtolorum venire coëgit. Item Hugonem Dienſem ſuum in Galliis Legatum, nemini parcentem, plurimos excommunicantem, vt benigniùs ageret, admonuit.

a Denarius S. Petri ex Gallia exigitur.
b Limina Apoſtolorum ab Epiſcopis viſitanda.

Venetorum Ducem à communione cum excommunicatis dehortatus eſt. Comitem Andegauenſem [c] ptopter iniurias Archiepiſcopo Turonenſi: Iordanem verò Capuanum Ptincipem proper periurium anarhemate percuſſit. Reges Vviſigothotum ad cultum pietatis atque religionis exciráuit. Bertranni Comitis Ptouinciæ iuramentum fideliratis audiuit. Comitis Andegauenſis munera teiecit. Theobaldo verò Comiti Pictauienſi Aquitaniæ, ne excommunicatis ſe miſceret, reſcripſit.

c Gregor. quoſdam Principes excommunicat.

Eodem anno Danis [d] decimas ſoluere recuſantibus, tanta frumentotum inopia inuaſa eſt eorum regio, vt maxima populi pars, alimentotum inopis, inedia conſumeretur: nec prius fœcunditas agris teſtituta quàm populus ad ſe reuerſus, iuſtè ſe nouem frumentorum partes amiſiſſe teſtaretur, qui Decimam ex eis Deo, & Dei miniſtris reddere dettectaſſet.

d Decimam non ſoluentes Dani, graui inopia frumenti puniuntur.

SCHISMA [e] XIX. PER GVIBERTVM, QVI CLEMENS DICI VOLVIT.

e Schiſma XIX.

Hoc tempore Henricus, armata manu Romam cum exercitu petens, & ante Caſtellum S. Angeli caſtrametatus, ptimùm à Guiberto [f], qui ſibi nomen CLEMENTIS indiderat, purpuram, & inſignia Imperij accepit: deinde crebris per biennium incurſibus Romanos inſeſtatus, multa tamen clade ſuburbana, & ferè totam Italiam affecit, Donec Marhildis [g] Comitiſſa, collecto quo poterat exercitu, ipſum profligaſſet: adeò vt vix quinquaginra milium numero illi teſiduo Rauennam: Guibertus autem in oppidum ſuum Argentum ſeſe fuga recepetit.

f Guibertus Antipapa.
g Mathilda comitiſſa comparato exercitu, Henrici, & Antipapæ copias fugat.

1083. Hoc anno iterum exercitu collecto Henricus [h] ante feſtum Pentecoſtes Romam venit, & potitus Baſilica S. Petri, Guibertum Antipapam Mutinenſi, & Ariminenſi Epiſcopis inaugurare imperauit. Porrò Gregorius Papa in Caſtro S. Angeli ſe continebat: Romani autem vrbem ipſam non impigrè defendebant. Quibus cùm ſuperior eſſe non poſſet, precio, & pollicitationibus tentauit, vt Gregorio perſuaderent, Synodum ad dies medios Nouembris congregaret: cuius Synodi ſtatuta de cauſa Regni, nec Henrico, nec Romanis, imò nulli penitus liceret præuaricari. Paſſus eſt ſibi perſuaderi Gregorius: vnde & omnes Religioſos Epiſcopos, & Abbates ad Synodum litteris ſuis vocauit.

h Henricus iterum Romam infeſtat.

His rebus conſtitutis, quadringentos milites præſidij cauſa Caſtello nomine Palatiolo teliquit: ipſe verò vnà cum Clemente Antipapa Lombatdiam reuerſus eſt. Vbi cùm eſſet, Legatos Teutonicorum ad Synodum euocatos, apud Forum [i] Caſſij cepit, & in vincula coniectos, multis cruciatibus affecit. Cum his, Ottonem Oſtienſem Epiſcopum, Sedis Apoſtolicæ Legatum, & aliquot religioſiſſimos Monachos, & Clericos in captiuitatem pertraxit, maximiſque iniuriis diſcruciauit. Meliores etiam Epiſcopos Hugonem Lugdunenſem, Anſelmum Lucenſem, Regiualdum Comanum, & alios nonnullos, ne Romam pergerent, cohibuit.

i Henricus multos ad Synodum venientes in vincula coniicit.

Intetim eius milites [k] præſidij cauſa Romano Palatiolo impoſitos, repentina mors inuaſit: ita vt ex quadringentis, vix triginta euaſerint: extincto etiam inter

k Milites in Palatiolo relicti morte repentina deleti.

ANNO DOM.

illos Vldarico Goſſezecheimo ſchiſmatis auctore, & conſpirationis incentore. Aduenerant tandem Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Abbates Campani, & de Principatibus, atque Apulia, & pauci Gallicani. Cùm his in Baſilica Lateranenſi

a Greg. Synod. Romæ celebrat.

Gregorius Synodum [a] celebrauit: & ne Henricum ſpecialiter iterum excommunicaret, vix à Synodo exoratus, omnes tamen excommunicauit, quicunque aliquẽ ad S. Petrũ, & ad S. Synodum venientem, quoquo modo impediret. Cauſa erat, cur non tolerarent amplius, ſpecialiter Henricum damnari Romani enim partim bellicis incurſibus, & diuturna contentione fracti: partim precio, & prece, & promiſſionibus corrupti, ſatagebant, vt ſi Gregorius recuſaret, aliquis eo expulſo, ab ipſis electus, diadema Imperij Henrico concederet.

b Epiſcopus Aſtenſis conatur oſtendere, Gregorium non eſſe verum Pontificem.

Inſuper cùm Aſtenſis Epiſcopus conaretur [b] oſtendere, Gregorium non eſſe legitimum Pontificem, & ad hoc probandum, Nicolai Papæ priuilegium, quod cum Hildebrando Archidiacono, & Epiſcopis centum viginti quinque fecerat, proferret: quo ſtatutum fuerat, vt nunquam in Romana Sede, ſine Imperatoris nutu Pontifex fieret: quod ſi contingeret fieri; ſciret, ſe huiuſmodi non pro Papa habendum, ſed anathematizandum.

c Deſiderius Caſſinenſis Abbas eius rationibus optimè occurrit.

Deſiderius Abbas [c] Caſſinenſis huiuſmodi rationibus occurrit dicens: Neque Papam, neque Archidiaconum, neque Epiſcopum aliquem, ſeu Cardinalem, vel quemlibet omninò hominem, licitò id facere potuiſſe. *Sedes enim*, inquit, *Apoſtolica Domina eſt noſtra, non ancilla, nec alicui ſubdita, ſed omnibus prælata: & ideò nulla omnino ratione ſub iugum à quoquã mitti poteſt, quod à Nicolao Papa factum eſſe, iniuſtè profectò, ac temerè præſumptum eſt. Non tamen cuiuſcunque ſtultitia, vel temeritate amittit Eccleſia* [d] *dignitatem ſuam, neque vos id ſentire vlla ratione debetis: neque fauente Deo, vltra continget, vt ex Alemanni Regis nutu Papa ordinetur.*

d Eccleſia nunquã amittit ſua iura.

e Deſiderij infracta conſtantia.

Ad hæc, cùm iratus Epiſcopus, indignationem illi Regis, & omnium vltra mõtes habitantium, ſi iſta præſentiret, minaretur, Deſiderius [e], conſueta conſtantia neque Regem, neque totum ſimul Orbem, ſi in vnum conueniret, ſe ab hac depellere poſſe ſententia aſſeuerauit. *Poteſt quidem*, inquit, *Imperator ad tempus (ſi tamen id Deus permittat) vim libertati Eccleſiaſticæ inferre, noſtrum tamen ad hoc, nunquam poterit inclinare conſenſum.*

f Guibertus Antipapa arguitur à Deſiderio.

Cum Antipapa Guiberto [f] etiam, ea de re ſæpiùs contendit Deſiderius præfatus, & prædictum priuilegium confutauit: cúmque præſumptionis ſeuerius arguit, quod viuente legitimo Pontifice, dignitatem ſibi vſurparet, atque Eccleſiam diuideret.

g Henricus iterum vrbem Romanam inuadit.

Hoc anno Henricus [g] pecuniam numeroſam Romanis diſtribuit, vt illum ex 1084.
Leonina, intra vrbem reciperent, & inaugurari permitterent. Receperunt, permiſerunt. In die enim Reſurrectionis Dominicæ ab hæreſiarcha ſuo Guiberto Rauennate, coronam, non gloriæ, ſed confuſionis accepit. Continebat ſe vterque intra Palatium Lateranenſe, cúmque ad S. Petrum procedere voluiſſet, à Gregorianis prohibitus, quadraginta ex ſuis amiſit. Metuens verò vim maiorem, in Auentinum conceſſit: ſed & ibidem periculum vix euaſit. Gregorius interim in caſtro S. Angeli manebat, auxiliáque à Roberto expectabat. Reuerſus ille ab Orientali

h Robertus Dux in auxilium Gregorij venit.

expeditione, Romam [h] properauit, & reliquum Henriciani exercitus à lue teterrima reſiduum profligauit, ipſum ab vrbe effugauit, rebellémque, ac perduellem ciuitatem, igne iniecto, inflammauit. Deinde acceptis obſidibus à Romanis, & in caſtello S. Angeli reſeruatis, ipſe ad recuperandam terram S. Petri reuerſurus, in breui, plurima caſtella, & ciuitates Gregorio recuperauit. Ne autem per abſentiam ſuam aliquid à perduellibus Gregorius pateretur, illum ex vrbe eduxit, & Caſſinum [i] introduxit.

i Greg. ad montem Caſſinum pergit.
k Synod. Rom.
l Guibertus, Henricus, & ſequaces excommunicantur.

Antequam verò vrbe Gregorius excederet, collecta SYNODO [k], iterum ſententiam excommunicationis in Guibertum hæreſiarcham [l], & Henricum, & omnes eorum fautores promulgauit.

m Carthuſianorum Ordinis initium.

Eodem anno initium habuit Ordo [m] Carthuſianorum in Gratianopolis ciuitatis eremo à B. Brunone fundatus.

n Conciliab. Mogunt.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIABVLVM [n] MOGVNTINVM: in quo 1085.
prima die Ianuarij, ſchiſmaticorum aliqui diſquirebant, an Gregorius Pontifex, Henricum potuiſſet communione Eccleſiaſtica, & dignitate ſæculari priuare.

Saxo

ANNO DOM. Saxones Catholici affirmabant. Schiſmatici negabant. Præſidebat Conciliabulo Vvecil Moguntinenſis Pſeudoepiſcopus,ea dignitate ab Henrico ornatus, quòd pro eo contra Gregorium ſtrenuè decertaſſet.

Eodem tempore Catholici QVINTILINEBVRGI [a] conuenerunt, & Synodo celebrata, Ottone Epiſcopo. Oſtienſi Sedis Apoſtolicæ Legato præſidente, præſente quoque Hermanno Rege,atque multis Archiepiſcopis,Epiſcopis,& Abbatibus S.Petri fidelibus, ex multis Sanctorum Patrum decretis oſtenderunt, Eccleſiam [b] Romanam ſuper omnes primatum tenere:nulli,eius iudicium licere, aut retractare,aut iudicare: proinde excommunicationem ſuper Henricum, & Henricianos prolatam iuſtam eſſe. a *Synod. Quintilineb.* b *Eccleſia Romana ſuper omnes primatum tenet.*

In eadem Synodo ordinatio Vvecilonis Moguntini Epiſcopatus inuaſoris, & Sghelfridis Auguſtenſis, & Norberti Curienſis, imò omnes ordinationes, & conſecrationes excommunicatorum, penitùs irritæ iudicatæ ſunt, iuxta decreta Sanctorum Patrum Innocent. Leonis I. Pelagij, atque eius ſucceſſoris Gregorij I.

Item ſecta prædicti Vvicelonis [c] Moguntini Epiſcopi inuaſoris, eiúſque ſociorum, ſub anathemate damnata eſt, quæ aſſerebat, ſæculares ſuis rebus expoliatos, Eccleſiaſtico non ſubiacere iudicio, nec excommunicati poſſe pro ſuis exceſſibus, quæque excommunicatos abſque reconciliatione recipi poſſe contendit. c *Hæreſis Vvicelonis, & ſequacium damnatur.*

In fine autem Synodi ſententia anathematis [d] cum ardentibus candelis promulgata eſt in Guibertum hæreſiarcham, Sedis Apoſtolicæ peruaſorem, & in Apoſtatas Sancti Petri, Hugonem Candidum cognominatum, atque Petrum excancellarium Guiberti Antipapæ ſectatores, & acerrimos defenſores, & contra ſequaces. d *Excōmunicationis ſententia cum candelis accenſis promulgatur.*

Cæterùm hi omnes aduerſarij Eccleſiæ Dei, tertia poſt hebdomada, MOGVNTIÆ [e] SYNODVM ſuam, ſeu potiùs Conciliabulum collegerunt, in quo vmbratilem ſententiam excommunicationis contra fideles S. Petri deprompſerunt, vtpote nequaquam illos excommunicare valentes, ſed apertiſſimè ſe ipſos à communione Catholicorum ſeparantes: vt non tantùm iudicio S.R. Eccleſiæ, ſed proprio eorum iudicio,ſicut omnes hæretici,à Catholicis eſſent ſeparati: Sedes quoque Catholicorum Epiſcoporum viuentium, temeraria cupiditate cœcati,ſibi vendicare non timuerunt. e *Conciliab. Mogunt.*

Dum hæc agerentur in Pſeudoſynodo, Gregorius Papa [f] Salerni agens, interim ægritudine confectus, diem obiit extremum, cùm primùm diem obitus præſciuiſſet, atque dixiſſet: *Dilexi iuſtitiam, & odi iniquitatem, propterea in exilio morior.* f *Greg. moritur Salerni.*

1086. VICTOR [g] III. Deſiderius ante vocatus, montis Caſſini Abbas, Pontifex creatur ferè poſt annum obitus Gregorij: diu reluctatus eſt, & per annum ferè integrum Cardinales, & Principes ipſum Victorem obſecrabant, vt ſolemnia Pontificis, quæ depoſuerat, reciperet, ſéque inaugurari toleraret. Impetrarunt. g *Victor Papa eligitur licèt inuitus.*

1087. Quam ob rem media Quadrageſima Capuam veniens, in Conuentu eorum publico,præſente Cincio Romano Conſule, Iordano Principe Capuano, Rogerio Duce,& plerîſque Epiſcopis,& Abbatibus,Clero, optimatibus, atque nobilibus Romanis, & aliis, electionem prætermitam, Crucem, ac purpuram reſumpſit Dominica, quæ à palmis nomen habet. Caſſini ſolemnitate Paſchali celebrata, Romam,obſecrante Mathilde, venit.

Guibertus [h] Baſilicam D.Petri occupabat; donec ab exercitu Mathildis inde expelleretur. Recepit ſe interim in Baſilicam S. Mariæ ad Martyres, in qua ſacra execranda,die feſto SS.Petri, & Pauli Apoſtolorum celebrauit: B.Petri Eccleſia, eo potiſſimùm die, quo toto orbe feſtiuitas eius colitur, tam diurno, quàm nocturno officio carente: nam Victor Papa in Inſula, inter duos pontes ſita, ſeſe continebat. h *Guibertus Antipapa adhuc perſeuerat.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

Anno 1086. CONCILIVM [i] CAPVANVM. i *Conc. Capuan.*

Anno verò 1087. CONCILIVM [k] BENEVENTANVM, quo Guibertus k *Conc. Beneuent.*

Antipapa cum ſibi adhærentibus Epiſcopis ſchiſmaticis excommunicatur.

a *Victor moriturus, ſucceſſorem inſinuat.*

Ipſe verò Victor, quia proximè ſe [a] moriturum agnouit, conuocatis Cardinalibus, & Epiſcopis, Ottonem Epiſcopum Oſtienſem, vt ſe mortuo, eligerent, admonuit. Quibus ita diſpoſitis, ſepulchrum ſibi in ipſa Capituli abſide præparari iuſſit, atque poſt diem tertium ad Dominum migrauit, 16. Calend. Octobr.

b *S. Nicolai oſſa, è Myrhea Barium transferuntur.*

Hoc tempore, cùm Veneti [b] conarentur auferre corpus S. Nicolai à Myrhea Lyciæ à Turcis deſolata, præoccupauerunt illos Barenſes ciues quadraginta ſeptem ab Antiochia Myrheam venientes, qui à quatuor tantùm Monachis ibi inuentis extorſerunt, oſtendi ſibi tũbam ſancti: qua effracta, oſſa S. Nicolai in olei liquore natantia, integro numero extraxerunt, & Barium cum gloria detulerunt. Quæ in dies innumeris coruſcant miraculis. Ex eiuſdem ſancti Antiſtitis corpore vt è perenni quodam chariſmatum fonte, ſtillat liquor ſalubris, ſicut olim cùm eſſet Myræ: quamobrem Emmanuël Imperator dum de eo agit *in conſtit. nouella de feriis*, his titulis eum exornat: *Nicolaus miraculis inſignis, vnguentorum fragrantia ſcatens*, &c. extat apud Balſamonem in Nomocan. Photij. *tit. 7. cap. 1. Deus Optimus Maximus, cùm multis modis Sanctorum ſuorum cineres illuſtrauit, eo etiam honore dignatus eſt, vt ex aridis oſſibus (vt olim ex aſini maxilla, qua Sampſo Philiſtæos deleuit, aquæ fontem manare fecit. (Indic. cap. 15.) liquorem medicamenti vim habentem ad curandas malas valetudines, & impios agiomachos conuincendos iugiter fluere voluit. Idq; non tantùm Andreæ Apoſtoli, ac Nicolai, ſed & aliorum complurium Sanctorum ſacris reliquiis præſtitit.*

c *Vrbanus Papa eligitur.*

Hoc anno Victore defuncto, Cardinales, & Epiſcopi Tarracinæ congregati, 4. 1088.
Idus Martij, Ottonem Epiſcopum Oſtienſem ſummum Pontificem elegerunt, & VRBANVM [c] II. ſalutarunt. Hic verò ſtatim in ſequenti die, miſſis ad omnes Principes Catholicos epiſtolis, & ſuam ordinationem ſignificauit, & ſe in omnibus, veſtigia ſui prædeceſſoris piæ memoriæ Gregorij Papæ obſeruaturum denunciauit.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

d *Concil. Rom.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [d] ROMANVM I. centum, & 1089.
quindecim Epiſcoporum, quo res Gregorij VII. & Victoris III. circa Guibertum Antipapam, & Henricum Pſeudo-Imperatorem, alióſque ſchiſmaticos geſtæ, confirmantur.

e *Conc. Troianum.*

Eodem anno CONCILIVM [e] TROIANVM I. in Apulia 75. ferè Epiſcoporum iuſſu ipſius Vrbani, qui tunc ibi reperiebatur, celebratum eſt: in quo de conſanguinitatis gradu matrimonia dirimente, vel prohibente ſtatutum eſt.

f *Conc. Toloſanum.*

Hoc anno TOLOSÆ [f] in Galliis Epiſcopi diuerſarum Prouinciarum, præſi- 1090.
dentibus Legatis Vrbani Papæ, Concilium generale celebrarunt. Inter reliqua ſanctè conſtituta, decreta eſt legatio ad Eccleſiam Toleranam pro Chriſtianitate reſtauranda. Quod Rex Hiſpaniarum ſummoperè deſiderabat.

g *Vallis vmbroſæ congregatio approbatur.*

Eodem anno Vrbanus Papa conſtitutionem edidit, quæ incipit, *Cùm vniuerſis.* Qua approbat congregationem [g] Monachorum Vallis vmbroſæ. Cuius caput conſtituitur Monaſterium Vallis vmbroſæ.

h *Synod. Melfiæ.*

Eodem anno in menſe Septemb. in ciuitate MELPHIÆ [h] Vrbanus Papa cum Epiſcopis Synodum celebrauit. In qua poſt iuramentum fidelitatis Vrbano Pontifici præſtitum, Rogerius Dux accepit per vexillum ab eodem Pontifice terram cum Ducatus honore.

Quatuordecim Canones eius Synodi leguntur, pro Eccleſiaſtica diſciplina reformanda, & conſeruanda.

Hoc anno, Vrbano Papæ in Campania commoranti, & Conſtantinopolitanus 1091.
Imperator, & Philippus Rex Francorum, venerationem præſtabant, excepto Henrico, qui obdurabat. Romani aliquantulum declinarant, & Caſtrum S. Angeli dolo captum, demoliri conabantur. Guibertúmque olim expulſum, ſecretò intromiſerunt. Qua re audita, Vrbanus Romam reuertens, SYNODVM [i]

i *Synod. Beneuentana.*

BENEVENTI celebrauit, in quo Abbati Cauenſi S. Petri vſum mitræ conceſſit. Romam deinde Vrbanus venit, & Guiberto expulſo, facilè omnia recuperauit.

ANNO DOM. Eodem anno Berengarius Comes Barchinonenſis, Tarraconenſem [a] ciuitatem ſummo Pontifici dicauit, certa ſumma pecuniæ ad ſoluendum Sedi Apoſtolicæ aſſignata.

a Tarraconenſis ciuitas ſummo Pontifici tributaria.

Eodem anno Vrbanus Papa Ericum [b] Daniæ Regem à ſententia Archiepiſcopi Hamburgenſis prouocantem, audiuit, & abſoluit.

b Rex Daniæ ad Sedem Apoſtolicam prouocat.

1093. Hoc anno, initio Quadrageſimæ apud TROIAM [c] Apuliæ, Vrbanus Papa Synodum ferè centum Epiſcoporum congregauit, pro diuerſis Eccleſiæ neceſſitatibus.

c Synod. Troiana.

Hoc etiam tempore fuit Henrico Adleida vxor in primis cariſſima: ſed poſtea neſcitur ex qua occaſione, inuiſa. Hanc ille [d] in carcerem coniectam, libidini omnium expoſuit: quin & filium Conradum impellebat, vt ei miſceretur. Exhorruit Conradus tantum ſcelus: quod cùm patrare recuſaret, maluit in vincula abire, quàm eo flagitio thorum paternum polluere. Hinc maius odium Henrico in Conradum, ex quo illum, non ſuum, ſed cuiuſdam Sueuorum Principis filium, quem hic vultu referebat, aſſerebat. Diuina interim benignitate & Adleida, & Conradus ab ergaſtulis liberati, illa ad Mathildem primò, deinde ad Vrbanum Pontificem: hic autem Mediolanum conuolauit. Vbi Archiepiſcopus Mediolanenſis Conradum [e] Regio diademate coronauit, & ciuitates, Mediolanum, Laudum, Placentiam, Cremonam, in verba eius iurare fecit. Vnde is Guelſoni coniunctus, contra patrem arma mouit, & Veronam ſeſe recipientem, obſidione arctiſſima cinxit, & partes ſchiſmaticorum valdè labefactauit, occupatis præſertim faucibus Alpium, ne Teutones Henricianis ſuccurrerent. Contulit ſe interim Conradus ad Vrbanum, & ab eo à vinculo excommunicationis exſolutus, in Longobardia contra patrem regnauit.

d Henrici nefandum ſcelus.

e Conradus Rex coronatur, & patrem arctiſſima obſidione conſtrinxit.

1094. Hoc anno dum Henricus, & Guibertus Veronæ eſſent concluſi occaſionem dederunt Geberardo Conſtantienſi Epiſcopo Sedis Apoſtolicæ Legato SYNODVM [f] cum Principibus, Epiſcopis, Abbatibus, & Clericis Alemanniæ, apud CONSTANTIAM celebrandi. In qua præcipuè incontinentiam Cleri refrenarunt.

f Synod. Conſtantienſ.

Eodẽ anno CONCILIVM [g] OSTIONENSE in Gallia celebratum eſt contra Philippum Francorum Regem adulterum, & inceſtuoſum. Item renouata eſt excommunicatio in Henricum Regem, & Guibertum Sedis Apoſtolicæ inuaſorem, & in omnes complices eorum. Item Simoniaca hæreſis, & incontinentia Sacerdorum ſub excommunicatione damnata eſt. Item Monachis eſt interdictum, ne parochialium Sacerdotum officia in parochiis vſurparent.

g Concil. Oſtionenſ.

1095. Hoc anno PLACENTIÆ [h] Vrbanus Papa SYNODVM congregauit. Tanta autem fuit multitudo Epiſcoporum ex Italiæ, Burgundiæ, Franciæ, Alemanniæ, Baioariæ, aliarúmque prouinciarum multitudo, vt nulla Eccleſia illos capiente, oportuerit illam in campeſtribus celebrare. Ibi Adleida Henrici repudiata, iniurias, quas pertulerat ab Henrico, expoſuit. Philippus autem Rex inducias ad Pentecoſtem vſque impetrauit. Berengarium, & Guibertum hæreſiarchas Vrbanus damnauit: ad auxilia Conſtantinopolitano Imperatori ferenda Chriſtianos excitauit. Simoniacorum, & Nicolaitarum hæreſim reprobauit, & 15. Canones pro Eccleſiaſtica diſciplina inſtituit. Cremonam poſtea acceſſit, & Conradum iurantem, in filium S. R. E. recepit.

h Synod. Placentiæ.

Eodem anno veniens Vrbanus in Galliam, SYNODVM [i] CLARVM MONTEM indixit. Ibi ſalutaribus decretis lapſam Gallicanæ Eccleſiæ diſciplinam erexit. Henricum IV. Imp. & Guibertum Antipapam, eiſdem de cauſis, quibus Gregor. VII. & Victor III. diro anathemate obſtrinxit. Teſte S. Antonino in eo Concilio conſtitutum eſt, vt ſeptem horariæ preces B. Virginis [k] quotidie recitarentur, maximè ab Eccleſiaſticis. Et Sabbathis quibuſque, Miſſæ ſacrificium in honore, & cultu eiuſdem Deiparæ fieret.

i Synod. Claremont.

k B. Virginis officium, & Miſſa eiuſdem in Sabbatho dicenda conſtituitur.

Deinde concionem clariſſimam ad omnes habuit, qua ſacram Ieroſolymæ [l] recuperandæ expeditionem, incredibili ſententiarum grauitate, verborum copia, & animi ardore ſuaſit. Ex quo vniuerſi, qui aderant, ad recuperãdum Chriſti ſanctum ſepulchrum ſunt inflammati. Vnde ſacræ ſe militiæ vniuerſi deuouerunt. Dicũtur, 100000. [m] Chriſtianorum ex Gallia, Italia, Hiſpania, Anglia, Scotia, Hybernia, & Flandria, ſigno Crucis ſuſcepto, arma ſumpſiſſe. Signũ autem fuit Crux

l Terra ſancta vt recuperetur adhortatur Pontifex omnes.

m Centum millia crucem ſumunt.

è purpu

ANNO DOM.

è purpureo panno confecta, quam Pontifex Vrbanus in ſignum ſalutaris expiationis indulſit, veſtibus ſuper dexteram ſcapulam affigendam. Vnde qui profecti ſunt in eam expeditionem, *Cruce*[a] *ſignati*: & ipſa expeditio, *Cruciata* vocata eſt. Tanti appatatus bellici Duçes fueruot, Ademarius Podienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis in ea expeditione Legatus: Hugo Magnus, Philippi Francorum Regis frater. Gotheſridus Buglionius Lotharingiæ Dux, & fratres eius Balduinus, & Euſtatius: Robertus Flandriæ, Robertus item alius Guilielmi Regis Anglorum filius, & Normãdiæ Comes. Ex Italia Boëmundus Princeps Tarentinus, Roberti Guiſcardi filius, & eiuſdem ſororis filius Tancredus, & alij.

a Cruce ſignati, & cruciata, quare ſic dicta.

Eodem anno in ANGLIA[b] Epiſcopi CONCILIVM celebrarunt, in quo S. Anſelmum Cantuarienſem obruere nitebaotur. Rex Anglorum Guiberto adhęrebat, neque Vrbanum pro Pontifice in regno ſuo nominari ſuſtinebat. Huic ſtatuto cùm S. Anſelmus[c] contra iuiſſet, cauſam dicere coactus, illud reſpondit: *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo*. ſcilicet, non Regij muneris eſſe, Pontificem quem vellet deſignare, ſed à Deo per electionem Eccleſiaſticam deſignato obędire. Dimiſſo verò Claromontano Concilio, Pontifex Romam rediit.

b Concil. Anglic.

c S. Anſelm. pro fide ſtat.

1096. Hoc anno Conc.[d] TVRONENSE celebratũ eſt, pro Ieroſolymitana expeditione. Eodem anno CONCILIVM[e] ARELATENSE celebratum eſt ad idem. In quo Philippus Galliarum Rex, cùm adulteram repudiaſſet, & omnia iuſſu Pontificis ſe facturum ſpopondiſſet, ad communionem Eccleſiaſticam reſtitutus eſt.

d Conc. Turon.
e Conc. Arelatenſ.

1097. Hoc anno in Apulia celebratum eſt CONCILIVM[f] BARENSE pro Græcis cum Romana Eccleſia conciliandis.

f Conc. Barenſe.

Eo tempore Rogerius Capuanam ciuitatem obſidione cinxit, & Vrbanus Papa Beneuenti, opportunitatem temporis Barium accedendi expectauit. Et quia in negotiis Eccleſiaſticis exequendis Rogerium zelo diuini ardoris feruere, Vrbanus Papa cognouit, reuocato ex Sicilia Roberto Epiſcopo Tranenſi Sedis Apoſtolicæ Legato, quem inconſulto Rogerio Comite, in Sicilia ad exequendum ius S. Romanæ Eccleſiæ poſuerat, Legationem B. Petri ſuper Comitem per totam Siciliam hæreditaliter poſuit, ea diſcretione, vt dum ipſe Comes vixiſſet, vel aliquis hæredum ſuorum zeli paterni Eccleſiaſtici executor ſuperſtes fuiſſet, Legatus alius à Romana Sede Eccleſiæ iuris exequenda fuerint, Chartularijs à Romana Sede in Siciliam, vel Calabriam directis, per ipſos, conſilio Epiſcoporum earundem Prouinciarum authenticè definiaorur. Quòd ſi Epiſcopi ad Concilium inuitati fuerint, quot, & quos ipſi Comiti, vel ſuis futuris hæredibus viſum fuerit, illuc dirigant: niſi fortè de aliquo ipſorum in Concilio agendum ſit in Sicilia, vel Calabria, vt in præſentia ſua authenticè definiri nequiuerit, ſcilicet, tunç poſſe illos ad Sedem Apoſtolicam euocare, vel prouocare.

1098. Hoc anno, qui fuit vndecimus Vrbani, Romam reueiſus, & caſtrum S. Angeli recuperauit: & SYNODVM[g] Epiſcoporum celebrauit, S. Anſelmo Cantuarienſi præſente. In hoc Concilio induciæ Regi Angliæ conceſſæ ſunt, vſque ad feſtum S. Michaëlis.

g Synod. Rom.

Schiſmatici quoque pariter, ſuum CONCILIABVLVM[h] celebrarunt, neque vnquam Vrbano inclinare voluerunt.

h Conciliab.

1099. Hoc anno CONCILIVM[i] ROMANVM III. habitum eſt, quo Vrbanus Papa ſtatuta prędeceſſorum ſuorũ confirmat. Guibertum Antipapam, eiúſque complices iterum excõmunicat: & Hieroſolymitanam expeditionẽ promoueri rogat.

i Conc. Rom.

Eodem anno, die 5. Iulij Hieruſalem[k] è manibus Turcarum per Gotheſredum Buglionem magna vi recuperatur. Vnde omnium conſenſu regnum ipſi defertur: quanquã pius Rex, nec inſigne, nec nomen regium, vſurpare voluit in ea vrbe, vbi Dei Filium purpurâ indutum, & Regem per ludibrium meminerat appellatum.

k Ieruſalem è manibus Turcarum à Buglione recuperatur.

Eodem anno in Oriente, Cruce ſignati HIEROSOLYMIS[l] CONCILIVM celebrarunt, in quo Daibertus Piſanus Archiepiſcopus electus eſt in Patriarcham Hieroſolymitanum, Bernardus autem in Antiochenum.

l Conc. Ieroſol.

Eodem anno Stephanus patria Lucenſis, ex Hieroſolymitana peregrinatione rediens, retulit ſecum imaginem[m] Crucifixi Saluatoris, regio ornatu à Nicodemo effigiatam. Quæ hactenus Lucæ in Etruria Iconoclaſtarum errores coarguens, magna in veneratione eſt.

m Crucifixus, qui Lucæ veneratur, quando aſportatus.

Sub

ANNO DOM.

Sub hoc tempore Iuo Carnotenſis [a] monnit per litteras Vrbanum Papam, ne puerum quendam electum in locum Daiberti Senonenſis Archiepiſcopi, conſecrari permitteret propter has dotes, videlicet, quia perſona [b] eſt ignominioſa, & de inhoneſta familiaritate Turooenſis Archiepiſcopi, & fratris eius defuncti, multorúmque aliorum inhoneſtè viuentium, per vrbes Franciæ turpiſſimè diffamata. Quidam enim concubij ſui, ait Iuo, appellantes eum Floram, multas ryrhmieas cantilenas de eo compoſuerunt, quæ à fœdis adoleſcentibus (ſicut noſtis miſeriam terræ illius) per vrbes Franciæ in plateis, & compitis cantitantur: quas & ipſe cantitare, & coram ſe cantitari non erubuit. Hunc itaque conſecrari non permittatis, ne Eccleſiam Dei proſtibulum publicum, & ſpeluncam lattonum faciatis.

a Iuo ep.68.

b Pueri in Epiſcopum turpiſſima promotio.

Hoc anno 1099. 4. Cal. Aug. Vrbanus Papa ſancto fine quieuit.

1100. Hoc anno 12. die menſis Aug. Epiſcoporum, Cardinalium, & Cleri vniuerſo ſuffragio, electus eſt io Romanæ Eccleſiæ Pontificem Rainerius Presbyter Card. tit. S. Clementis, Abbas verò monaſterij SS. Lautentij, & Stephani extra mutos, mutatóque nomine PASCHALIS II. eſt ſalutatus. Is natione Tuſcus, patria Bledaous, patre Creſcentio, ex matre Alſatia natus, & in cœoobio Cluniaceoſi ſub diſciplina S. Hugonis Abbatis monaſticam vitam profeſſus: ac tandem tempore Gregorij VII. negotiorum Religionis cauſa Romam miſſus, & Presbyter Card. tit. S. Clementis, atque Abbas SS. Laurentij, & Stephani ab eodem creatus. Cùm in Pontificem electus fuiſſet, neque electioni conſentire [c] voluiſſet, acclamatum, reſponſúmque eſt ab omnibus: *Paſchalem Papam S. Petrus elegit.* Ita vel inuitum aſſumpſerunt, atque ex more Eccleſiæ conſecrauerunt.

c Paſchalis inuitus eligitur in Papam.

Hoc anno è viuis deceſſit [d] Guibertus Antipapa. Non tamen ſchiſma deſiit, ſed magis præualuit, tribus Antichriſti præcurſoribus electis, Alberto, Theodorico, & Maginulpho, qui aliquanto tempore res Eccleſiæ commiſcebaor.

d Guibertus Antipapa moritur.

Hoc anno Paſchalis Papa cooſtitutionem edidit: quæ iocipit: *Deſiderium quod,* &c. qua Monaſterium Ciſtercij [e] Monachorum S. Benedicti, in diœceſi Cabilonenſi nuper inſtirutum, ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipitur.

e Ciſterciensis Ordo, & eius priuilegia.

Hinc emanauit Ordo Ciſtercienſis, de cuius laudibus agit Clem. IV. *in Conſt. 3. Paruus,* & Benedictus XII. *in Conſtitut. 3. Fulgens.* & pro bono eius regimine multa decreuit Eug. III. *in Conſtitut. 2. Sacroſancta.*

Hon anno celebratum eſt CONCILIVM PICTAVIENSE: nam cùm Philippus [f] Rex Galliarum in Cõcilio Claromootano ab Vrbano Papa propter Baldtadam excommunicatus, ac ſi mottuo Vrbano, diſciplina pariter Eccleſiaſtica occubuiſſet, res nouare, turbatéque cœpit. Quem vt in officio Paſchalis [g] contineret, duos Legatos à latere Ioannem atque Benedictum S.R.E. Cardinales miſit in Gallias. Hi cùm primùm ex Concilio Iuoois Carnotenſis Synodũ [h] Pictauis indixiſſeor, conarus eſt, eos exinde expellere Philippus, datis litteris ad Guillelmum Aquitaniæ Principẽ, ne ralẽ ſibi ſineret iniutiam in ſua vrbe inferri. Denunciauit tum Legatis Guillelmus [i], vt ſua vrbe diſcederent. Qui cùm ſpacium deliberandi, ac reſpondendi vnum diem poſtulaſſent, & impetraſſent, nocte, quæ interiecta fuit, viſus eſt adſtare Legato S. Hilarius, & hortari, ne minis Ducis Guillelmi territus, ab incœpto deſiſteret; oon enim paſſurum Deum, vt ea res ei fraudi eſſet, aut malè ſuccederet. Quam viſionem, cùm poſtridie Gnillelmus recitaſſet Legatus, permiſit ille, vt pro arbitrio cuncta perficeret. Synodo celebrata, excommuoicatus eſt Philippus [k] in eodem Concilio propterea quod poſt factum diuortium, ad prædictæ mulieris conſortium reuerſus fuiſſet.

f Rex Galliarum Philippus excommunicatus.

g Paſchalis Legatos in Gallias mittit.

h Synodus indicitur.

i Guillelmus vt Regi ſatisfaciat, impedire conatur.

k S. Hilarius per viſum Legatum monet ne à Synodo celebrãda deſiſtat.

l Rex Philippus in Synodo excommunicatur.

Io eadem Synodo multa ſancita ſunt contra inueſtitutas à ſæcularibus vſurpatas, ne quis illas daret, aut acciperet. Item contra ſimoniacos, & concubinatios, quorum tunc vnus miſetanda morte apud Caſtrum Lizıniacum mottuus, atque in æternum damnatus eſt.

Eodem anno morruo Guillelmo Rege Angliæ perſecutore, eius germanus Henricus regnum capeſſiuit, & S. Anſelmum ab exilio reuocauit. Cæterùm, cùm is decreta Concilij Romani de inueſtituris Regi oſtendiſſet, non multum abfuit, quio iterum in exilium eiiceretur, obtendente Rege iura regni, Anſelmo autem opponenre iura Eccleſiæ.

ANNO DOM.

Sacerdotum,& domum ſanctificationis cruentauit ſanguine interfectorum? Ne permittat Deus, vt ego hunc hominem conſecrem,qui ſe ipſum tantis flagitiis reddidit execrandum. Subiicientibus illis, dignitati Pontificia,& eorum, qui capti erant, incolumitati; conducere,vt Regis iracundiam mitigaret: Conſtanter reſpondit: *Regem veſtrum non metuo: Sæuiat in caput meum,ſi audet: neque enim durius in me conſulere poteſt: Vos autem cauete, quia ille, qua ſeueritate in Clero, & populo trucidando modò eſt vſus, eadem* [a] *in tota vita ſua vſurum: Neque enim videbit pacem, dum viuit, nec ſtirpem vllam Regni relinquet.*

a *Pontifex prophetat.*

Quibus rebus Henricus vehementer excanduit: & vt eum de propoſita ſententia dimoueret, captiuos omnes in conſpectum eius produci ad necem iuſſit. Pontifex tanta animi virtute fuit, vt nihil permotus, ſingulos ad mortem pro diuino iure oppetendam hortatus ſit, vitámque eis æternam promiſit. Cæterùm captiui omninò prouidi, ad pedes Pontificis ſeſe prouoluentes, vltimi auocationem ſupplicij humiliter obſecrarunt. Tandem Pontifex, doloris, & lachrymarum plenus dixit, ſe eo animo eſſe,vt ſi ſibi ſubeunda neceſſitas ſit, malit omnia acerba pati, quàm de ſententia cedere. Verùm id quod ſua cauſa [b] non faceret, aliena eſſe facturum, id eſt, captiuorum ſeruandorum gratia, de ſuo propoſito deceſſurum, & Henrico obſecuturum. Compoſita res eſt. Henricus iurauit, ſe, Pontificem, Cardinales, & omnes captiuos dimiſſurum: & Pontifex ſe Henrico priuilegium daturum,vt Epiſcopatus, & Abbatias conferret.

b *Pontifex tandem Henrico reconciliatur, & ei perlita concedit.*

Eodem anno 1102. LONDINENSE [c] I. CONCILIVM celebratum eſt, in quo propter incontinentiam Clerici depoſiti ſunt. — c *Conc. Londinenſ.*

Eodem anno LONDINENSE [d] II. CONCILIVM habitum eſt, ad idem, & pro reformatione Eccleſiæ. — d *Conc. Londinenſ.*

1104. CONCILIVM [e] TRECENSE I. in cauſa Siluanectenſis Epiſcopi de ſimonia per calumniam accuſati. — e *Conc. Trecenſe.*

1105. FLORENTINVM [f] 340. Epiſcoporum contra Fluentium illius loci Epiſcopum. — f *Conc. Florentin.*

Eodem anno QVINTILINEBVRGENSE [g], ſeu NORTHVSENSE, pro Eccleſiæ moribus reformandis. — g *Conc. Quintilineb.*

Eodem anno, MOGVNTINVM [h] (Conuentus potiùs) quo Henricus IV. Rex Germaniæ,& III. Imperator,à Clemente III. Pſeudopapa coronatus,priuatur Imperio. — h *Conc. Mogunt.*

1106. GVASTALLENSE [i] CONCILIVM in Longobardia apud Padum fluuium de ſchiſmaticis Epiſcopis,ac Clericis in vnionem Eccleſiæ aſſumendis. — i *Conc. Guaſtellenſ.*

Hoc anno Paſchalis Papa Conſtitutionem dedit,quæ incipit: *Quanto Lateranenſis Eccleſia.* In hac,ſacroſancta Lateranenſi Eccleſia [k] Canonicis Regularibus Ordinis S. Auguſtini perpetuò conceditur. Iſta Eccleſia eſt cæteris Vrbis,& Orbis Eccleſiis maior ex diffinitione Gregorij XI. & aliorum, vt videre eſt in conſtitutione ipſius, quæ incipit: *Super.* Sed tandem de hac Eccleſia abierunt [l] tempore Sixti IV. qui pro eis in vrbe Templum Beatæ Mariæ de Pace denominatum conſtruxit.

k *Lateranenſ. Eccleſia Canonicis regularibus datur.*
l *Ab ea diſcedunt.*

1107. Hoc anno Henricus V. Imperator creatur.

Hoc eodem anno celebratum eſt CONC. [m] HIEROSOLYMITANVM, quo Ebremaro depoſito, Dabertus Hieroſolymit. Patriarcha Sedi ſuæ reſtituitur. — m *Concil. Hieroſol.*

Eodem anno CONCILIVM [n] TRECENSE II. quo ſimoniaci, & laici Collatores beneficiorum proſcribuntur. — n *Conc. Trecenſe.*

1108. LONDINENSE [o] III. de inueſtitura à laicis non recipienda. — o *Conc. Londinenſe.*

Eodem anno BENEVENTANVM [p] CONCILIVM ad idem. — p *Concil. Beneuent.*

1109. PICTAVIENSE [q] ad mores Eccleſiæ reformandos. — q *Conc. Pictauenſe.*

Eodem anno RHEMENSE [r] in cauſa Godefredi Ambianenſis Epiſcopi. — r *Conc. Rhemenſe.*

1110. HIEROSOLYMITANVM [ſ] II. quo per Conunem Legatum, condemnatus eſt Imperator Henricus. — ſ *Conc. Hieroſolym.*

CONCILIVM [t] LATERANENSE II.

t *Conc. Lateran.*

1112. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM LATERAN. II. in quo cùm quereren-

a Cardinales conqueruntur de priuilegio Henrico dato.
b Pont. ſe excuſat.
c Imperator per vim & metum priuilegium extorſit.

tur [a] Cardinales, quòd Paſchalis Pontifex priuilegium Henrico dederat, & cùm Cleri, & populi effuſo ſanguine, infamem ad Imperiale veſtigium euexerat: Reſpondit [b] Pontifex, ſe, quod feciſſet, neceſſitate compulſum feciſſe: neque enim aliter ſe imminentem populi ſtragem, incendia Vrbis, & vaſtitatem agrorum prohibere potuiſſe: priuilegium [c] per vim, & metum, Imperatorem exorſiſſe. Et ne quis de ſua fide dubitaret, cunctis audientibus dixit: *Præter cætera à Romana Eccleſia approbata, ſe probare, aut reſpuere, quæcunque Gregorius VII. & Victor III. decreuiſſent, aut repudiaſſent in cauſa tractata cum Henrico III. patre ipſius Henrici IV.* Quo reſponſo, cuncti ex ſcripto ſic pronunciarunt: *Priuilegium* [d] *pro liberatione captiuorum Eccleſiæ, à Paſchali Pontifice, vi per Henricum Regem extortum, omnes in hoc ſancto Concilio congregati, legitima cenſura, & auctoritate Eccleſiaſtica, iudicio S. Spiritus, condemnamus, & irritum eſſe iudicamus, eo nomine, quòd in eo ſcriptum eſt, iure electum Epiſcopum vel Abbatem à nemine conſecrandum, niſi priùs à Rege inueſtiatur. Quod eſt contra Canones, & iura.*

d Priuilegium Henrico per vim conceſſum irritatur, & damnatur.

e Conc. Viennenſe.

Eodem anno Concilium [e] Viennense in Gallia, in quo Henricus Imperator ob exortas inueſtituras excommunicatur.

f Conc. Beneuent.
g Conc. Cyperanenſe.
h Monachus per vim in Monaſt. intruſus & profeſſus à voto abſoluitur.
i Conc. Bellacenſ.

Beneventanum [f] II. in cauſa Caſſinenſis Monaſterij. 1113.

Cyperanense [g] in quo Caſſinenſis Monachus, qui inuitus [h] in Monaſte- 1114.
rium intruſus fuerat, à voto abſoluitur, & Guillelmus Dux Apuliæ, & Calabriæ conſtituitur.

k Epiſcopus ſua auctoritate religionem ingreſſus, ad Epiſcopatum redire cogitur.

Eodem anno Bellvacense [i] Concilium à Canone S. R. E. Card. & Legato Apoſtolico celebratum eſt, & à Radulpho Rhemenſe Archiepiſcopo, in quo Sanctum Godefridum Ambianenſem Epiſcopum, qui ſe in cœnobio [k] Carthuſiæ, abdicata dignitate, recluſerat, ad Epiſcoparum reuerti, coëgerunt, illud monentes, rectius ſibi conſulturum, ſi non ſua vnius ſalute contentus, plurimos Chriſto lucrifacere conaretur.

l Conc. Syriacum.

Syriacum [l] Concilium in cauſa Arnulphi Hieroſolym. Patriarchæ. 1115.

Eodem anno Paſchalis Papa Troiam Apuliæ conceſſit, & in ea ciuitate Conuentu celebrato, pacem inter Principes ſtabiliuit, & quædam Eccleſiarum negotia definiuit.

m Conc. Colon.

Colonense [m] Concilium, ob promulgandam excommunicatio- 1116.
nem, quæ in Henricum Imperatorem Romæ prolata erat, auctoritate Theodorici Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legati indictum.

Concilium Lateranense III.

n Conc. Lateran.

Eodem anno celebratum eſt Concilium [n] Lateranense III. in quo Pontifex audientibus vniuerſis, ſic dixit: *Poſtquam me Dominus in manus Regis tradidit, videbam quotidie fieri rapinas, incendia, adulteria, cædes: eaq́ ab Eccleſia Dei auertere cupiebam: itaq́, quæ Henrico tribui, pro liberando Dei populo tribui. Iniquum* [o] *priuilegium, quod in Caſtris Henrici ſcripſi, tanquam irritum perpetuo anathemate damno.* Vniuerſi reſponderunt: *Ita cuncti damnamus.*

o Pontifex priuilegium per vim Henrico datum irritat.

p Conc. Rom.

Eodem anno habitum eſt Concilium [p] Romanum in cauſa Cluniacenſis, & Caſſinenſis Monaſterij.

q Paſchalis Papa moritur.

Hoc anno 15. Cal. Febr. Paſchalis [q] Papa, Sacramentis Eccleſiæ deuotiſſimè ac- 1118.
ceptis, ægritudine partim animi, partim corporis, Romæ extinctus eſt. In eius locum ſuffectus eſt Ioannes, patria Caietanus, profeſſione Monachus Caſſinas ordine Diaconus, S. R. E. Card. munere Cancellarius, vir prudens, & venerandus, & in Romana Eccleſia irreprehenſibiliter ſummo Pontifici olim collaborans.

r Gelaſius eligitur Papa.
ſ Gelaſius à Cencio Frangipane malè afficitur, & carcere mancipatur.

Gelasius [r] hic nomen habuit. Offendit ea electio fautores Henrici. Quorum Principes Cencius Frangipanius, Eccleſiam, effractis foribus irrūpens, Gelaſium [ſ] cœpit, pugnis, calcibuſque percuſſit, calcaribus cruentauit, & domum retraxit, atque catenis oneratum, in carcerem coniecit. Cardinales quoque, ac Epiſcop. complures, tum ex Clero, atque populo non paucos, eodē modo accepit. Vnde tumultu [t] in vrbe excitato, periculum ipſe adiit, donec Pontificem liberum miſiſſet.

t Populus tumultuat, donec Papa liberetur.

Interea, cùm Gelaſius in Palatio Lateranēſi, negotiis definiēdis incūberet, Hēricus noctu Vrbem irrumpens, occaſionem dedit Pontifici euadendi, & Caietam

concedendi.Vbi cùm ſaluti ſuæ,& Apoſtolicæ Sedi ſatis conſultum putaret;Henricus Mauricium Burolinum Bracharenſem Epiſcopũ,in Concilio Beneuentano excõmunicatum,in marris Eccleſiæ gremio ingeſſit,& GREGORIVM [a] nominauit.

a *Gregor. Antipapa.*

Cæterùm Gelaſius per idem temporis, contractis copiis, & Guillelmo Duce Apuliæ, Roberto Principe Capuano, Riccardo de Aquila, aliíſque Baronibus plurimis auxiliaribus aſſumptis,Romam rediit.Cúmque iterata ſeditione à Frangipane excitata,in periculum adductus,elapſus eſſet, ad tutiſſimum Eccleſiæ Romanæ aſylum,in Gallias [b] profectionem cogitauit,& maturauit,Petro Portuenſi Vicario vrbi relictu,& Hugoni Cardinali cura Beneuentanæ ciuitatis commiſſa, poſtquam etiam vrbis abſolutam adminiſtrationem Petro ſeptimo ex Vicedominis Caſtello, Præfecto vrbis commiſiſſet. In Gallias veoiens, à Ludouico Rege, maximo honore ſuſceptus, tantam populi beneuolentiam in ſe expertus eſt, vt vix dici poſſit.

b *Gallia tutiſſimum Eccleſ.Rom. refugium.*

Sub hoc Pontifice originem habuit Templariorum [c] equitum Religio, qui non longè à ſepulchro Domini habitantes, peregrinos ſuſcipiebant, eóſque per loca ſaeta armati ducebant, ac reducebant.

c *Templariorum Religionis origo.*

Plura Concilia habita ſunr ſub hoc Pontifice.

CAPVANVM [d], quo Henricus IV. Rex Germaniæ, rettiúſque eius nominis Imperatot,vnà cum Mautitio Burdono Antipapa,qui ſe Gregorium VIII. nominabat, excommunicatut.

d *Conc.Capuanum.*

CONCILIVM [e] COLONIENSE, quo per Cononem Sedis Apoſtolicæ Legatum excommunicatio in Henricum Regem lara promulgatur.

e *Conc. Colonienſ.*

CONCILIVM [f] FRIDESLARIENSE ad idem.

f *Conc. Fridetlarienſ.*

1119. CONCILIVM [g] VIENNENSE ad idem.Quo peracto,poſt paucos dies Gelaſius in Monaſterio Cluniacenſi pleuritide cotteptus 4.Cal.Febr.è viuis diſceſſit, magno apud omnes deſiderio ſui relicto.

g *Conc. Viennenſe.*

Moriturus,deſignabat Ottonem Præneſtinum Epiſcopum, quem Cardinales poſt mortem ſuam deligerent. Cæterùm is præ humilitate tanta dignitate,indignum ſe excuſans,Hugonem Archiepiſcop. Viennenſem aliquoties Sedis Apoſtolicæ Legatum,integritatis, & conſtantiæ laude inſignem indicauit, quem ille ſacro Collegio commendaret.Eo futuro ſucceſſore,non quidem electo, ſed deſignato,facta confeſſione,receptis Sacramentis,atque iuxta conſuetudinem monaſticã ſtrato terræ corpuſculo,inter circũplorantes Cluniacenſes,animã exhalauit.

Iuſtis ei perſolutis precibus,Cardinales,Epiſcopi,Clerici,& plurimi Romanorum,communi ſuffragio Hugonem elegerunr,& CALIXTI II. [h] nomine ſalutarũt. Qui recuſabat eam dignitatem ſuſcipere, incertus, an qui Romæ remanſerant Cardinales,aſſumptionem ſuam ratam, ratámque haberẽt. Quãobrem vix cappa rubea amiciri ſuſtinuit,donec Nuncij Româ redeuntes, à Petro Portuenſi Vicario Vrbis, & reliquis ex Collegio Eccleſiæ,atque à Conſule,populóque Romano litteras attuliſſent,quibus electionem ipſam canonicè,iuréque ſactam affirmarẽt.

h *Caliſtus Papa eligitur.*

Sub hoc Pontifice celebrara ſunt aliqua Concilia.

RHEMNSE [i] generale: quadringenti, & viginti quatuor virgæ paſtorales in eo numeratæ.Ludouicus Rex Galliȩ venit præſens.Henricus Imperator inuitatus recuſauit. In hoc Concilio,inter cætera, præcepit [k] Pontiſex Henrico IV. vt ius, quo Sacerdotia conferebat,omninò dimitteret,quia erat contra Canones, & iura,& anteceſſorum ſuorum decreta,ſuper ea re ſacta,renouauit.

i *Concil. Rhemenſ.*

k *Pontifex Imperatori præcepit.*

1120. CONCILIVM [l] NEAPOLITANVM in Samaria ad mores, & ad diſciplinam Eccleſiaſticam reſtaurandam.

l *Conc. Neapolit.*

Eodem anno S.Notrhbertus,collectis ſociis,regulam S. Auguſtini ſeruandam ſuſcipiens, auctor fuit Ordinis [m] à loco dicti Præmonſtratenſis. *Surius die ſexta Iuny.*

m *Præmonſtratenſis Ordinis origo.*

CONCILIVM GENERALE OECVMENICVM LATERANENSE.

1122. Hoc anno celebratum eſt CONCIL. [n] generale Oecumenicum apud LATERANVM auctoritate Calixti Papæ. In hoc Conc. interfuere mille ferè Patres, hoc eſt,Epiſcopi,& Abbates.Gratiæ ſunt actæ Deo de concordia inter Pontificem, &

n *Conc. Lateran.*

Impetatorem, & quòd Henricus IV. tandem Poutifici, & Eccleſiæ ſe reconciliauerat. Henricus enim tale [a] diploma dedit: *Ego Henricus, Dei gratiâ, Romanorum Imperator Auguſtus, pro amore Dei, & S. R. E. & Domini Papæ Calixti, & remedio animæ meæ, dimitto Deo, & Sanctis eius Apoſtolis Petro, & Paulo, & Sanctæ Dei Catholicæ Eccleſiæ omnem [b] inueſtituram per annulum, & baculum: & concedo, in omnibus Eccleſiis, quæ in Regno, vel imperio meo ſunt, fieri electionem, & liberam conſecrationem, poſſeſſiones, & regalia B. Petri, quæ à principio huius diſcordiæ, vſque ad hodiernum diem, ſiue tempore patris mei, ſiue etiam meo, ablata ſunt, quæ habeo, eidem [c] S. R. E. reſtituo: quæ autem non habeo, vt reſtituantur, fideliter iuuabo. Poſſeſſiones etiam omnium aliarum Eccleſiarum, & Principum, & aliorum, tam Clericorum, quàm laicorum conſilio Principum, & iuſtitia, quæ habeo reddam, quæ non habeo, vt reddantur, fideliter iuuabo. Et do veram [d] pacem Domino Papæ Calixto, ſanctæq́; Romanæ Eccleſiæ, & omnibus, qui in parte eius ſunt, vel fuerunt. Et in quibus S. Romana Eccleſia auxilium poſtulauerit, fideliter iuuabo: & in quibus mihi querimoniam fecerit, debitam ſibi iuſtitiam faciam* Hæc omnia acta ſunt conſilio, & aſſenſu Principum.

a *Henrici Imp. diploma.*
b *Inueſtituras renuciat.*
c *Reſtitutionem ſpopondit.*
d *Pacem dare, & conſeruare promittit.*

Hoc autem priuilegium aureo ſigillo ipſius Imperatotis munitum, in Archiuio Romanæ Eccleſiæ ſeruatur reconditum.

e *Conc. Rom. I.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [e] ROMANVM I. In quo Caſſinenſis Monaſterij Abbas Odericus conſecratur: eiuſdémque Monachi à querela Epiſcoporum abſoluuntur.

f *Conc. Rom. II.*

CONCILIVM [f] ROMANVM II. quo ob reſtitutam in Comitiis Vvormatienſibus inueſtituram Eccleſiaſticam, pax inter Pont. & Imp. inita confirmatur. 1123.

g *Conc. Toloſanum.*

CONCILIVM [g] TOLOSANVM contra quoſdam hæreticos Monachos in bona Eccleſiæ, & Sacramenta blaſphemos. 1124.

h *Calixti Papæ obitus: qui quoties S. Petri Baſilicam ingrediebatur, munera ei dabat.*
i *Diſſenſio.*

Eodem anno 14 Cal. Ianuarij obiit [h] Calixtus Papa, de quo inter reliqua pietatis opera, iſtud narratur: nemo hunc vidit B. Petri Baſilicam, abſque donis intrare: nec Miſſam inibi, niſi aſſignato dono cantare.

Sepulto Calixto, aliqui Cardinalium [i], Theobaldum Presbyterum S. Anaſtaſiæ elegerunt, & Cœleſtinum appellarunt, Robertus autem Frangipanius cũ quibuſdam conſectaneis ſuis, Lambertum Oſtienſem Epiſcop. Pontificẽ conclamauit, & HONORIVM II denominauit. Et quidem Theobaldus, ſchiſma perniciosum Eccleſiæ metuens, electionẽ ſui ipſius refutauit: Lãbertus autem poſt 7. dies, pœnitentia ductus, inſignia Pontificatus, mitram, & mantum purpureum ſponte depoſuit. Qua humilitate, tantoperè vtriuſque partis Cardinales permouit, vt omnes [k] vnanimi conſenſu, illum ipſum Pontificem ſalutarint, atque adorarint.

k *Honorius Papa concorditer eligitur.*
l *Conc. Londinenſe.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

LONDINENSE [l] I. ad mores Eccleſiæ reformandos, auctoritate Ioannis de Crema Cardinalis, & Apoſtolicæ Sedis Legati indictum. 1125.

m *Limina Apoſtolorum.*

Deinde Vvillelmum Archiepiſcopum Cantuarienſem Honorius Pontifex Legatum natum conſecrauit, & appellauit: vicéſque ſuas ei in Anglia, & Scotia committit tunc, cùm limina [m] Apoſtolorum ipſe Vvillelmus viſitaſſet.

Hoc anno Lotharius Saxoniæ Dux Imperator eligitur. 1126.

n *Conc. Trecenſe.*
o *Huic Concilio S. Bernardus interfuit.*

CONCILIVM [n] TRECENSE, quo Templatiis militibus, anno ſuæ inſtitutæ Religionis nono, vnà cum Regula, aſſignatus eſt habitus albus. Huic Concilio interfuit S. Bernardus [o] Abbas, licèt renitens, vt patet ex eius epiſtola 21. 1127.

p *Concil. Lond. II. ſeu Vvinton.*

Eodem anno habitum eſt CONCILIVM [p] LONDINENSE II. ſeu VVINTONIENSE, ad mores, præcipuè verò Clericos concubinarios coërcuit.

q *Conc. Rauennat.*

RAVENNATE [q] CONCILIVM, quo Aquileienſis, & Venetiarum Patriarchæ depoſiti ſunt. 1128.

Eodem anno Honorius Papa, vt refert Romualdus Salernitanus, primò expeditionem fecit contra Rogerium Comitem Siciliæ: & quia is pugnandi copiam non fecit, & ille à Principibus moræ pertæſis, derelictus eſſet, Beneuentum rediit: & tandem Rogerio ſupplici, & homagium facienti, Ducatum Apuliæ conceſſit.

r *Rogerius excommunicatur.*

Deinde ipſum Rogerium [r] eodem anno excommunicauit, & quòd is, titulum Ducis, inconſulto eo, ſibi vſurparet: & quòd Epiſcopos non permitteret Romam venire.

Anno Dom. 1129. Hoc anno, Honorij Pontificis volnntate, & iuſſu, PALENTIAM [a] Epiſcopi, Abbates, & Proceres, ex vniuerſa Hiſpania euocati, conuenerunt; conuenit etiã & ipſe Epiſcopus Toletanus: cæterùm præcipua auctotiras penès Gelmitum Cõpoſtellanum erat iure Legati: Affuère Rex, & Regina Caſtellæ. Conuentus agitati cœperunt ieiunij Chriſtiani initio. In his, præter alia, ſancitum, ne oblationes, [b] aut decimæ excommunicatorum recipetentur: néue Eccleſiæ laicis dentur, præſtimonij, aut villicationis prætextu.

a *Conc. Palentia.*

b *Oblationes, & decimæ excommunicatorum non recipiendæ.*

Humbertus deinde Cardinalis in Hiſpaniam Legatus, LEGIONE [c] Epiſcoporum Conuentum celebrauit. In quo de Regis coniugio actum eſt, quòd vitio coiuiſſe, nonnulli diſputabant. Duxerat Alfonſus alteto à matris mortuæ anno Beren gariam, Arnoldi Barcinonenſis Comitis filiam. Eam Regi cognatione deuinctam eſſe, ex vtriuſque familiæ ſtemmate monſtrabatut. Ea cuta Regem ſuſpenſum habebat. Sed dicta cauſa, Patrum ſententia abſolutus eſt: nullóque cognationis gradu lege ptohibito, coniugem attingere, pronunciatum.

c *Conc. Legionenſe.*

Eodem anno Honotius [d] Papa, in Daniam, Suetiam, atque Boëmiam, Gregorium Creſcentium Catdin. Legatum miſit, cui ad Reges earũdem Prouinciarum has litteras [e] dedit, vt habet Cod. Vat. *Honorius ſeruus ſeruorum Dei, Illuſtri Regi Daniæ, ſalutem, & Apoſt. bened. Ecce iuxta precum tuarum inſtantiam, & promiſſionem noſtram, miſimus ad te dilectum filium noſtrum Gregorium de Creſcentio, S. Theodori Diac. Card. Apoſtolicæ Sedis Legatum. virum vtique prudentia, & honeſtate conſpicuum, & nobis inter alios fratres noſtros, ſuiſq; exigentibus meritis, ſpecialiter charum, conceſſo ſibi plenæ Legationis officio: per omnes terras, quæ tuæ iuriſdictionis exiſtunt; vt extirpet nociua, & plantet ſalubria, prout quæque ſecundùm datam ſibi à Deo prudentiam, viderit facienda. Rogamus igitur Regiam Celſitudinem tuam, quatenus ipſum, immò veriùs, nos in ipſo, recipias hilariter, & honorificè tractes, & à ſubditis tuis ei facias dignam honorificentiam exhiberi; vt deuotio, quam te ad Apoſtolicam Sedem habere confidimus, clareat in effectu; & nos, ac fratres noſtri pro hoc merito in tua charitate creſcamus: idemq; Legatus, qui per ſe, ac ſuos, qui magnum locum in Vrbe obtinere noſcuntur, grata tibi poterit viciſſitudine reſpondere, ad tuam dilectionem perpetuis temporibus obligetur. Datum Laterani IV. Cal. Ian. Pontificatus noſtri anno V.*

d *Honorius ad Reg. Daniæ Legatum mittit.*

e *Breue ad Regem directum.*

In eundem modum Regi Sueuiæ, & ad Regem Boëmiæ ſcripſit.

1130. Hoc anno Conſtitutionem edidit Honorius, quæ incipit: *Cariſſimus frater noſter.* in qua habetur damnatio [f] prauarum conſuetudinum Regni Britanniæ, circa direptionem bonorum naufragantium: ac rerum mobilium à maritis, & vxotibus decedentibus relictorum. In qua quidem conſtitutione ponderanda ſunt illa verba: *Iniquum enim cenſemus eſſe, vt quem diuinæ clementia magnitudo à ſæuientis pelagi voracitate exuit, hominum ſæua rapacitas audeat ſpoliare. Piorum namq; Imperatorum emanauit auctoritas, vt etiam earum rerum, quæ in tempeſtate maris, leuandæ nauis cauſa eyciuntur, non amittatur dominium. Non enim eas aliquis eo animo abijcit, quòd habere nolit, ſed quo periculum effugere poſſit. Et qui res* [g] *ipſas lucrandi animo abſtulerit, furtum committit.* Dat. Later. 13. Cal. Iunij.

f *Conſtitutio contra rapientes bona naufragantium.*

g *Bona naufragantium Chriſtianorum ſubripiẽs, furtum committit.*

Quoad bona naufragantium Chriſtianorum, publicatur annis ſingulis Bulla Cœnæ Domini.

Eodem anno, decimo ſexto Cal. Martij Honotius [h] Pontifex ægrotus, cùm ſe ex Lateranenſi Palatio ad Monaſtetium S. Andreæ deferri feciſſet, mortuus eſt. Sepultus poſtea in Baſilica S. Saluatoris.

h *Honorius PP. moritur.*

SCHISMA [i] XX.

i *Schiſma XX.*

Cardinales porrò aliquam ſeditionem metuentes, apud S. Matcum congregati, eodem die, quo ille deceſſit, Gregorium Romanum, patte Ioanne, auo Guidone, ex Dominis Terræ Tibertеſchæ, & S. Angeli Diaconum Card. elegerunt Pontificem, & INNOCENTIVM II. appellarunt. [k] In cuius odium, & æmulationem pauci aliqui, qui Petro Leonis presbytero Card. S. Mariæ trans Tyberim fauebant, eundem Petrum Leonis Pontificem, ſub nomine Anacleti ſalutarunt. [l] Hic verò cum ſectatotibus ſuis humilitatem Innocentij parui pendens, non poſuit Deum adiutorem ſibi, ſed ſperauit in maltitudine diuitiatum, in potentia pa-

k *Innoc. Papa eligitur.*

l *Anacletus Antipapa.*

rentum, in fortitudiue munitionum, & hoſtilitet fecit aggredi domos Frangipanum, in quibus Innocentius cum ſuis frarribus ſeſe receperat. Sed contra ſpem illi accidit, quia & Innocentij partem modicum læſit, & eius ſatellites non ſine graui damno ad eum ſunt reuerti. Vnde iratus Petrus Leonis, S. Petri [a] Baſilicam inuadens, cepit:& per ſanctuarium,& aureum crucifixum pendentes coronas, cum toto theſauro auri,& argenti,& preriofis lapidibus, ſiue gemmis, quas Romani Ponrifices, & Orthodoxi Impp. in Eccleſia ipſa cum deuorione obtulerant, tanquam ſacrilegus auferre:& Ciborium, quod ſuper Alrare B.Leo conſtruxerat, derruncare præſumpſit. Depilauit & alias omnes Eccleſias, & omnes ferè ciues, exceptis Frangipanis,& Corſis, muneribus,& pecuniis corrupit.

a Antipapa Baſilicam S. Petri inuadit, & omnia eius pretioſa diripuit.

Habuetunt ſerui Dei conſilium: & quia via humana ſe tueri non poterant, cedere elegetunt:& procuratis clàm nauigiis, de ore Leonis, & de manu beſtiæ per Tyberim [b] in Tyrrhenum mare proſperis ventis carbaſa impellentibus, ad Piſanum portum fœliciret appuletunt,& inde in Gallias ttanauerunt.

b Innocentius PP. per Tyberim fugit,& in Galliam ſe recipit.

S.Bernardus *ep.*124. Anacletum Pſeudo-papam nuncupabat abominationem [c] ſtantem in loco ſancto:qui, vt eum obtineret, incendiſſet ſanctuarium Dei, & perſequens Innocentium, innocentiam perſecutus eſſet: cúmque ipſum locum inuaſiſſet atmis, igne, pecunia, non vitæ, vel virtutum merito, neque electione, ſed factione, quæ vmbra tantùm,& occaſio,& velamentum malitiæ fuit.

c Antipapa abominatio deſolationis in templo ſtans à S.Benedicto nuncupatur.

Cæterùm, nec Pſeudo-papa Anacletus ſibi defuit in confirmanda [d] Pſeudo-pontificia præſumptione: nam & ipſe ſcripſit, & voluit, vt cæteri Cardinales ſibi adhærentes, ad Principes, de ſua electione ad Pontificarum ſcriberent. Et vt Rogerium [e] Siciliæ Comitem ſibi conciliaret, atque per eundem, Ponrificatum ſibi ſtabiliret, titulum Regis illi conceſſit: feudum Capuæ, Siciliç, Calabriæ, Apuliæ, & Campaniæ illi dare præſumpſit: præcipiens, vt Epiſcopi, & Abbares, qui in ditionis ſuæ ſolo manebant, ei obtemperarent.

d Antipapa ſuam electionem variis modis ſtabilire nititur.

e Rogerio Siciliæ Comiti Regis titulum conceſſit, vt eum ſibi conciliaret.

Bernardus ridebat, quia hunc ſolum ex Principibus Ducem Apuliæ haberet Anti-papa, ipſumque vſurpatæ coronæ mercede ridicula comparatum. Aliquot etiam actiones, vſurpata auctoritate geſſerat, ſcilicet, altaria cōſecrauerat, & nonnullas donationes Eccleſiæ S. Laurentij fecerat; propter quas ſperabat Anacletus populum ſibi conciliari poſſe. Cæterùm præter Caſſinenſes, & Rogerium perduellem, nullus [f] erat, qui præualeret contra Innocentium Papam. Omnes enim Chriſtiani populi Reges, & Principes, omnes Epiſcopi, Abbates, & Eccleſiaſtici vtriuſque Eccleſiæ, Occidentalis, ſcilicet, & Orientalis illis contraiuit. Hi enim omnes, non conducti pecunia, non ſeducti fallacia, non illecti priuato carnis, vel cognationis amore, non timore compulſi potentiæ ſæcularis, ſed Dei proculdubio voluntatem, ſicut non ignoranres; ita nec diſſimulantes, Petrum Leonis ingenuè tefutauetunt; ac ſecurè Gregotium in Papam Innocentium ſuſceperunt.

f Omnes pro Innocentio Papa.

Cæterùm Rex Ludouicus, cùm Innocentium in Gallias venientem intellexiſſet, Stampis [g] Concilivm Epiſcoporum conuocauit, & ex communi omnium ſuffragio Abbati Bernardo impoſuit, qui rem iudicio ſuo decerneret, ſi, & quemadmodum Innocentium reciperent.

g Conc. Stampenſe, pro excipiendo ſummo Pont. cū honore.

Oſtenderat [h] illi Dominus in viſu noctis, Eccleſiam magnam concorditer in Dei laudibus concinnentem. Qua viſione animatus, omnium ore vnus locutus, ſuſcipiendum ab omnibus ſummum Pontificem Innocentium, nominauit. Ab hoc decreto Ludouicus Rex, [i] vnà cum Regina, & filiis vſque ad S. Benedictum ſuper Ligetim deſcendit: Innocentio in occurſum iuit, & nobilem diademate ſæpè coronatum verticem, tanquam ad ſepulchrum Petri inclinans, pedibus eius procubuit, Catholicúmque affectum, & deuoti ſeruitij effectum ei, & Eccleſiæ promiſit. Cuius exemplo & Rex [k] Anglotum Henricus Carnorum occurrens, deuotiſſimè pedibus eius proſtratus, omnia quæcunque à Catholico deſiderari poterant officia exhibuit. Reuerſi interim de Germania Legati Innocentij, tam Epiſcoporum, quàm Regis Lotharij aſſenſum.& litteras detulerunt, & deprecationem publicam, vt ad eos rranſiens, ſuam eis deſideratam exhiberet præſentiam.

h S. Bernardus id determinat.

i Rex Galliæ & Regina cum filiis ad Papam obuiam eunt.

k Rex Angliæ Henricus pedibus Papa prouoluitur.

Hoc anno celebratum eſt Concilivm [l] Iotrinvm ob S. Thomam S.Victoris Pariſienſis Priorem, pro iuſtitia occiſum.

l Conc. Iotrinum.

Hoc

Anno Dom. 1131. Hoc anno Innocent. PP. Rhemis [a] Concilivm conuocauit, in quo multis ad honorem Dei diſpoſitis, Regem Ludouicum, [b] viuente patre, pro Philippo fratre, coronauit in Regem. In eo Concilio Petrum inrruſum excommunicauerunt, & electione Innocentij approbata, eundem Petrum Leonis leoni rugienti, niſi reſipiſceret, tradiderunt.

a *Conc. Rhemenſe.*
b *Ludouicus pro fratre coronatur in Regem.*

Interea Innocentius PP. Bernardum [c] Abbatem à ſe ſeparari non patiebatur, ſed cum Cardinalibus in rebus publicis aſſidebat: quin & priuatim, quotquot habebant negotia, virum Dei ſecretius conſulebant. Ipſe verò, audita ad Curiam referebat, & oppreſſis patrocinia exhibebat.

c *S. Bernardus continuè apud Innoc. Papam.*

Pariſium [d] reuerſus Innocentius, ab omnibus tum in itinere, tum in Vrbe, etiam à Iudæis, ſummo honore exceptus eſt. Nouiomēſis [e] verò Eccleſia, vnà cum ciuitate penè tota, prodigioſè incendio concremata eſt, vlciſcente numine propterea quòd Innocentium ciues non recepiſſent; ſed verbis irriſoriis illum contempſiſſent.

d *Pariſium reuerſus Papa ab omnibus honorificè recipitur.*
e *Nouiomenſis ciuitas concrematur, quia Pontificem ſpreuit.*

Per id tempus, cupiens Innoc. Luxonienſe Monaſterium reformare, id, quidquid eſt negotij, Petro Abbati Cluniacenſi commiſit.

Querebatur Petrus difficultatem operis, ſcribens Innocentio hæc expertus (*lib. 3. ep. 23.*) *In negotio,* [f] inquit, *Religionis, facilius poſſunt noua fundari, quàm vetera reparari: quia ſecundùm B. Gregorium, hominibus aliter inſtitutis, durum valdè videtur in mente veteri, noua meditari. Qui enim noua tantùm ædificat, eum in veterum deſtructione non oportet laborare. Qui autem vetera reparare nititur, duplici cura conſtringitur: quoniam illi, & veterum deſtructio, & nouorum ædificatio incumbit.* Plura in eam rem Petrus Pontifici.

f *In Religione facilius poſſunt noua fundari, quàm vetera reparari.*

Interim etiam Antipapa [g] Anacletus Pſeudo-ſynodum Bari conuocauit, & quos poterat, ſibi Epiſcopos aggregauit: tum verò Comiti Siciliæ Rogerio titulum Regis, & poteſtatem ſuper Eccleſiæ res, & perſonas malè conceſſam, præſumptuoſè confirmauit.

g *Antipapa Pſeudo-ſynodum Bari congregat, & veri Pontificis munia vſurpat.*

Soluto Concilio, Innocentius Leodium profectus eſt. Cui cùm Lotharius Imp. cum magno Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, & Teutonici Regni Optimatum Collegio celeberrimè occurriſſet, in platea ante Epiſcopalem Eccleſiam humillimè [h] ſeipſum ſtratorem offerens, pedes per medium ſanctæ proceſſionis, ad eum feſtinauit, alia manu virga ad defendendum, alia frænum albi equi accipiens, tanquam Dominum deducebat. Deſcendente verò, tota ſtatione eum ſubbracchiando deportans, celſitudinem paternitatis eius notis, & ignotis declarauit.

h *Lothar. Imp. humillimè deuotionis ſeruitia Pontifici præſtat.*

1132. Hoc anno Innocentius Papa in Italiam reuerſus, Placentæ [i] Concilivm celebrauit. Inde Piſam concedens, in itinere, pacem cum Lothario, & ciuitatibus Italiæ ſtabiliuit: Beneuentanóſque ab Antipapa Anacleto recedentes, recepit.

i *Conc. Placentinum.*

1133. Hoc anno cum Lothario veniens Innocentius Papa, cùm Baſilicam D. Petri ab Anacleto Pſeudo-papa occupatam inueniſſet, neque ſanguinem Chriſtianorum effundi videre ſuſtineret, in Conſtantiniano templo Lotharium [k] Imp. inaugurauit; & Allodium [l] S. Petro à Mathilde donatum, ei in feudum cōceſſit, ſeruato cenſu centum librarum argenti.

k *Innoc. Imperatorem coronat: eiq; Allodium in feudum dat.*
l *Allodium S. Petro cenſum ſoluit.*

1134. Hoc anno celebratum eſt Concilivm [m] Pisanvm, in quo Anacleto Pſeudo-pontifice reiecto, Innoc. II. vt verus, & Catholicus, eſt ab omnibus receptus: deinde, repudiato Conrado, Lotharius, vt verus Romanorum Imperator Auguſtus eſt approbatus.

m *Conc. Piſanum.*

1135. Hoc anno Cal. Decemb. Henrico Rege Angliæ piè vita functo, ſuſcepit Regnum nepos eius Stephanus, qui iſto iuramento [n] die vndecimo Cal. Ian. ſe obſtrinxit, *vt refert Malmeſ. hiſtor. nouell. lib. 1. Ego Stephanus, Dei gratia, aſſenſu Cleri, & populi in Regem Angliæ electus, & à Domino Vuillelmo Archiepiſcopo Cantuariæ, & S.R.E. Legato, conſecratus, & ab Innocentio S. Sedis Romanæ Pontifice poſtmodum confirmatus, reſpectu, & amore Dei, ſanctam Eccleſiam liberam* [o] *eſſe concedo, & debitam reuerentiam illi confirmo. Nihil me in Eccleſia, vel in rebus* [p] *Eccleſiaſticis ſimoniacè acturum, vel permiſſurum eſſe promitto: Eccleſiaſticarum perſonarum, & omnium Clericorum, & rerum eorum iuſtitiam, & poteſtatem, & diſtributionem bonorum Eccleſiaſticorum in*

n *Rex Angliæ Stephanus profitetur ſe habuiſſe Regnum ex aſſenſu Cleri, & ſibi eſſe confirmatum ab Innocentio Papa.*
o *Eccleſiam liberam futuram promittit.*
p *In rebus Eccleſiaſticis non ſe immiſcet.*

manu

manu Epiſcoporum eſſe perhibeo, & confirmo. Dignitotes Eccleſiarum, priuilegiis earum confirmatas, inuiolatè monere concedo, & ſtatuo: Omnes Eccleſiarum poſſeßiones, & tenutas, quas die illa habuerant, qua Vuillelmus Rex auus meus fuit viuus, & mortuus, ſine omnium calumniantium reclamatione, eis liberas, & abſolutas eſſe concedo. Si quid verò de habitis, aut poſſeßis ante mortem Regis liberalitate Regum, largitione Principum, oblatione, vel comparatione, vel qualibet tranſmutatione fidelium collata ſunt, confirmo, Pacem me, & iuſtitiam in omnibus facturum, & pro poſſe meo conſeruaturum promitto. Foreſtas, quas Vuillelmus Rex auus meus, & Vuillelmus II. auunculus meus inſtituerunt, & tenuerunt, mihi reſeruo: cæteras [a] *omnes, quas Henricus Rex ſuperaddidit Eccleſiis, & Regno, quietas reddo, & concedo. Si quis autem Epiſcopus, vel Abbas, vel alia Eccleſiaſtica perſona ante mortem ſuam rationabiliter ſua diſtribuerit, vel diſtribuenda ſtatuerit, firmum manere concedo. Si verò morte præoccupatus fuerit, pro ſalute animæ eius, Eccleſiæ conſilio, eadem fiet diſtributio. Dum verò Sedes propriis fuerint paſtoribus vacuæ, & ipſæ & omnes earum poſſeßiones in manu, & cuſtodia Clericorum, vel proborũ hominum eiuſdem* [b] *Eccleſiæ committantur, donec Paſtor canonicè inſtituatur. Apud Oxoneford anno Incar. Dom. 1136. Regni mei* I. Quod verò aiebat, *Regnum ſibi confirmatum eſſe ab Innocentio Papa*; fiebat id ex more, eò quòd Regnum illud Romanæ Eccleſiæ feudatarium [c] eſſet.

a Multa bona Eccleſiis reſtituit à ſuis ante natu ablata.

b Eccleſiaſtica bona à Clericis miniſtranda.

c Angliæ Regnum Rom. Eccl. feudatarium.

Hoc anno Conradus III. Frederici Sueui filius Imperator eligitur. 1138.

d Antipapa moritur.

e Schiſma nouũ, ſed ſtatim diſſoluitur.

Hoc eodem anno Antipapa Petrus [d] miſerè moritur: & cadauer illius ſepultũ fuit clanculum. Eo ſublato, aliqui illius ſuperſtites ſectatores, [e] ſuaſu, & ope Rogerij tyranni Siculi, Gregorium ſubrogarunt, & Victorem appellarunt. Sed is ſubitò, atque apparuit, diuini timoris metu percuſſus, veſtem & mitram depoſuit, & ad pedes Innocentij ſe abiecit, ſuaſore S. Bernardo, quem propterea patrem patriæ, & pacis auctorem conſultabant. Ita Innocentius omnibus impedimẽtis ſublatis, Romæ ſubſiſtens, eius Eccleſiæ, & Vrbis res florentes fecit.

f Conc. Londin.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [f] LONDINENSE, auctoritate Alberici Epiſcopi Oſtienſis Card. Legati.

g Conc. Rom.

h Rogerius Siciliæ Comes excommunicatur.

Hoc anno, die 8. April. circiter mille Epiſcoporum, & Abbatum CONCI- 1139.
LIVM [g] ROMÆ Innocentius celebrauit, & in eodem, Spiritu S. mediante, anathemate damnauit Rogerium [h] Siciliæ tyrannum. Omnia quoque perperàm à Petro Leonis facta abrogauit, & annullauit: & in rem Eccleſiaſticam triginta Canones conſtituit: ordinatóſque, ſeu etiam dignitatibus ab Antipapa ornatos, depoſuit.

i Innocentius contra Rogeriũ armata manu vadit.

k Innocentius in manu Rogerij. Vnde nomen regium, & inueſtituram ab eo extorquet Siciliæ aſſignato cenſu.

Eodem anno, Rainulpho Duce Apuliæ mortuo, Rogerius Comes Siciliæ, excepta Troia, & Bari, omnem ferè Apuliam ſuæ ditionis fecit. Innocentius verò, dum exercitu [i] comparato, ei ſe opponere vellet, vt miſeris ſuccurreret, primò ad S. Germanum obſeſſus eſt: deinde ex inſidiis Rex [k] eum cepit, & Regij nominis in Sicilia ab eo auctoritatem, & abſolutionem anathematis, vnà cum Ducatu Apuliæ, Calabriæ, ac Principatu Capuæ (quæ omnia in feudum Innocentius concedere coactus eſt) extorſit: reſeruato cenſu annuo ſexcẽtorum ſchifatorum. Hoc igitur dato priuilegio, Innocentius in maxima veneratione apud Rogerium fuit: & pax, & vnitas Eccleſiæ reddita eſt.

l Conc. Vuinton.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [l] VVINTONIENSE I. pro immunitate Eccleſiaſtica contra Regem Stephanum, qui Caſtella Eccleſiæ inuaſerat, & Epiſcopos nonnullos carceribus mancipauerat.

m Conc. Sueſſion.

n Petrus Abailardus & Arnaldus de Brixia excommunicantur.

o Libri hæreticorum auctoritate Papæ igni dantur.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [m] SVESSIONENSE, autoritate Sedis Apoſtolicæ contra Petrum [n] Abailardum, & Arnaldum de Brixia, nouarum hæresũm ſectatores. Contra quos ſic ſcripſit Innocentius: *Per præſentiam ſcripta, fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Petrum Abailardum, & Arnaldum de Brixia peruerſi dogmatis fabricatores, & Catholicæ fidei impugnatores, in Religioſis locis, vbi vobis melius viſum fuerit, ſeparatim faciatis includi. & libros* [o] *erroris eorum, vbicumq; reperti fuerint, igne comburi. Dat. Later. 17. Cal. Aug.*

p Conc. Senonenſe.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [p] SENONENSE contra eun- 1140.
dem Petrum Abailardum. Hoc Concilium apud Auguſtinenſes Pariſiis celebratum fuit: Concilij tamen Senonenſis nomen retinuit, quia ab Archiepiſcopo Senonenſi indictum fuit.

Hoc

ANNO DOM. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [a] VVINTONIENSE II. in
1142. cauſa Anglicani [b] Regni, vbi habetur, quòd ad Clerum Angliæ ſpectat Regem eligere.

a Conc. Vvintonienſe.
b Regem Angliæ eligere ad clerum ſpectat.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [c] ANTIOCHENVM contra Radulphum Patriarcham Antiochenum, ſub præſidio Alberici Oſtienſis Epiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati.

c Conc. Antiochenum.

1143. Hoc anno habitum eſt CONCILIVM [d] HIEROSOLYMITANVM ſub eiuſdem Legati præſidio, contra Armeniorum in fide errores.

d Conc. Hieroſolymitan.

Eodem anno Innocentius [e] in pace quieuit 8. Cal. Octob. ſepultus in Baſilica Lateran. & tranſlatus poſtea in Baſilicam S. Mariæ in Transtyberim.

e Innoc. PP. obijt.

Ab Innocentij obitu altero die electus eſt Guido familia Caſtellæ ex Nahartium Principibus presbyter Card. tit. S. Marci, cui in ſummum Pont. aſſumpto, COELESTINI II. [f] nomen indiderunt.

f Cœleſtinus altera die PP. eligitur.

Die igitur 7. Cal. Octob. propter ampliſſimam eius nominis commendationem, & ſpectatam apud omnes vitæ innocentiam, Pontifex Maximus Cardinalium 29. primus [g] ſine populi ſuffragiis deſignatus eſt. Huius Pontificis patria Tifernum fuit, quæ poſtea, mutato nomine, vulgò, Caſtello, dicitur, ob memoriam tanti Pontificis. Vixit in Pontificatu menſes quinque.

g Cœleſtinus primus fuit qui à Cardinalibus ſine populi ſuffragio electus fuerit.

Sub hoc Pontifice celebratum eſt CONCILIVM [h] LONDINENSE contra ſacrilegos, rerum, & perſonarum Eccleſiaſticarum violatores. In quo ſancitum eſt, ne qui alicui Clerico [i] violentas manus iniecerit, ab alio poſſit abſolui, quàm à ſolo ſummo Pontifice.

h Conc. Londinenſe II.
i Clericum qui percuſſerit, à Summo Pontifice abſoluendus.

1144. Hoc anno poſt obitum Cœleſtini, [k] qui 8. Idus Martij ſucceſſit, ſequenti die ſucceſſorem habuit LVCIVM II. [l] patriâ Bononienſem, ex Presbytero Card. tit. S. Crucis in Hieruſalem, Ordinis Canonicorum regularium. Hic ſtatim ac aſſumptus eſt, tanquam vir prudens, & fortis, habito cum Eccleſiæ fidelibus conſilio, Senatores, qui contra prohibitionem prædeceſſoris ſui Papę Innocentij, Capitolium conſcendebant, Senatum abiurate coëgit.

k Cœleſtinus moritur.
l Lucius ſequenti die creatur.

Per id tempus Alfonſus Portugalliæ [m] Dux, pietaris ergo, Ducatum ſuum conſtituit R. E. vectigalem, aſſignato cenſu annuo quatuor auri vnciarum.

m Portugalliæ Ducatus vectigal R. E. conſtituitur.

1145. Hoc anno, tumultuantibus Romanis aliquibus de Senatu reſtituendo, Lucius ægritudine animi confectus, obiit [n] quinto Cal. Martij. Poſt eius mortem Cardinales apud S. Cæſarium congregati, ex Abbate Trium fontium, cui Bernardus nomen fuerat, Pontificem elegerunt, atque EVGENIVM [o] III. ſalutarunt. Præſenſerat, Romanos [p] ſuam inaugurationem, importunitate maxima velle impedite, niſi ſcilicet, eis reſtitueret Senatus antiqui dignitatem iuxta, ac poteſtatem. Quamobrem ad Farſenſe Monaſterium, vnà cum ſuis ſe ſubducens, in eo inſignia Pontificatus iuxta morem Eccleſiæ Cat. recepit. Ad quem S. Bernardus ſcripſit epiſtolam illam, quæ in ordine eſt 237.

n Lucius moritur.
o Eugenius eligitur diſcipulus S. Bernardi.
p Romanorum tumultus pro reſtitutione Senatus

Hoc Pontifice Viterbium concedente, Arnaldus ſecundò Vrbem ingreſſus, cùm eam in ſeditionem excitatam [q] inueniſſet, amplius eam in ſeditionem accendit, proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex Senatus maturitatis conſulto, & ex iuuenum animorum fortitudinis ordine, & integritate totum orbem terræ ſuum fecerint. Itaque monuit, nihil in diſpoſitione Vrbis ad Romanum ſpectare Pontificem: ſufficere ſibi, Eccleſiaſticum iudicium habere. In tantum autem huius peſtiferæ doctrinæ cœpit inualeſcere malum, vt non ſolùm nobilium Romanorum ipſis Arnaldiſtis aduerſantium, ſed etiam Cardinalium [r] domos, atque palatia diruerentur, atque ipſi Cardinales, contumeliis, verberibus, & vulneribus, à furentibus afficerentur.

q Romani ſeditionem faciunt.
r Cardinales à ſeditioſis malè afficiuntur.

Auſi ſunt etiam, Eccleſiam B. Petri, omnium Eccleſiarum caput, ſacrilega temeritate in caſtrum conuertere, ex quo peregrinos cauſa orationis aduenientes ſpoliabant, & plagis, ac verberibus excipiebant. Tunc etiam per eoſdem profanos, omnis Eccleſiarum ornatus, & cenſus profligatus eſt: & quidquid in altaribus, & in altarium vaſis, quidquid in ipſis ſacris Imaginibus auri, & argenti reperiri potuit, manibus impiorum direptum, & aſportatum eſt. Contra quos S. Bern. ſcripſit epiſt. quæ eſt in ordine 242. & 243. Scripſit & ad Conradum [ſ] Romanorum Regem, vt ad caſtigandos improbos, & ad defenſionem Eccleſiæ veniret,

ſ S. Bern. Conradum vocat, vt Eccleſiæ ſuccurrat.

ANNO DOM.

Hoſpitale, [a] & Religionem S. Ioannis Hieroſolymitani, ſub Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſcipit.

a Hoſpitale, & religio S. Ioannis Hieroſolymit. ſub protectione Sedis Apoſtolicæ.

Mortuo Anaſtaſio; in eius locum ſucceſſit ex Epiſcopo Alban. Cardinali Nicolaus Anglus, qui ADRIANI IV. [b] nomen conſecutus eſt. Is ſtatim ac aſſumptus eſt, Henricum S. Nerei, & Archillei Card. Legatum ad Guillelmum Rogerij [c] Siculi filium miſit: quem tamen hic illicò reuerti præcepit, neque recipere voluit, eò quòd Pontifex in litteris ad Guillelmum datis, non Regem eum, ſed Dominum appellaſſet.

b Adrianus Papa eligitur.

c Guilielmus Dominus Siciliæ Legatum Papæ non recipit.

1155. Hoc anno Adriani Pontificatum graues moleſtiæ Arnaldiſtarum, ipſo initio Pontificatus exceperunt. Perditus ille Arnaldus Brixienſis, præſumpſerat in Vrbem redire, & res aliquantum compoſitas miſcere: adeò vt eius ſectarij Gerardum presbyterum Cardin. tit. S. Pudentianæ ad Pontificem ſe conferentem, auſi fuerint, media [d] via publica inuadere, & ferè ad mortẽ vulnerare. Quam ob rem Adrianus Ciuitatem [e] interdicto ſuppoſuit, & vſque ad quartam Maioris hebdomadæ feriam, ſactis abſtinere tolerauit: donec Senatus [f] à Clero, & Populo Romano coacti, Adriano ſupplices, ſuper ſancta quatuor Euangelia iurauerint, ſe Pontifici obedire, & Arnaldum ab Vrbe expellere.

d Arnaldiſtæ Cardinalem in media Vrbe vulnerat.

e Vrbs ſub interdicto iacet.

f Senatus Romanus ſupplex Pontifici ſe ſubiicit

1156. Hoc anno, cùm Fridericus Imp. magna cum celeritate Romam adueniret, in Campeſtribus apud Nepeſinam ciuitatem in colloquium venêre. Prætermiſerat autem Fridericus officium ſtratoris exhibere Adriano. Quamobrem, cùm poſt oſcula pedum, ad pacis oſculum deinceps accedere voluiſſet: Adrianus illum non [g] admiſit, cauſam addens: Quandoquidem tu mihi illum, & conſuetum honorem ſubtraxiſti, quem Orthodoxi omnes Imperatores prædeceſſores tui, pro Apoſtolorum Petri, & Pauli renerentia, prædeceſſoribus noſtris, Romanis Pontificibus exhibere vſque ad hæc tempora conſueuerunt; donec mihi ſatisfacias, ego te ad pacis oſculum non recipiam. Rex reſpondebat: ſe hoc facere non debere: Eapropter, remanente ibidem exercitu, totus ſequens dies ſub iſtius rei variatione decurrit. Tandem requiſitis antiquioribus Principibus, qui cum Rege Lothario ad Innocentium Papam venerant, & priſca [h] conſuetudine accuratè, ac diligenter inueſtigata, ex relatione illorum, & veteribus monumentis, iudicio Principum decretum eſt, & communi fauore totius regalis Curiæ roboratum, vt idem Rex, pro Apoſtolorum Petri, & Pauli reuerentia, prædicto Papæ Adriano exhiberet ſtratoris officium, & eius ſuppedaneum teneret ad conſcendendum equum. Die ſequenti, motis ex condicto Caſtris, Fridericus appropinquanti Adriano ſtratoris officium præſtitit, & ſic ad oſculum pacis admiſſus eſt.

g Papa renuit dare Imperatori oſculum, ex magna ratione.

h Imperator ex priſca conſuetudine ſtratoris officium Papæ exhibet.

Præmiſerant Arnaldiſtæ [i] ad eum Oratores, qui animum illius pertentarent: ſed horum ille, ſuperba oratione admodum offenſus, tantum abeſt, vt quicquam illis conceſſerit, vt potius eoſdem & factioſos eorum primores, grauiter arguerit. Cæterùm, cùm in dolo præceſſiſſent, Fridericus Imp. delectos milites in Vrbem præmiſit, qui ſecretiore porta intromiſſi, Baſilicam D. Petri, ne à ſeditioſis hominibus inuaderetur, vnà cum Caſtro ciuitatis Leoninę, præoccupauerunt. Ita Rex ſine graui difficultate, in Vrbem receptus, atque admiſſus, & pro more à ſummo Pontifice in Baſilicam introductus, præſtito in primis, ſolemni iuramento, inſignia [k] Imperij, gladium, ſceptrum, coronámque de manu Adriani accepit die 14. Cal. Iulij.

i Arnaldiſtæ tumultuãt.

k Fridericus inſignia Imperij gladiũ, ſceptrum & coronã de manu Adriani accipit.

Vix officium Adrianus expleuerat, cùm Arnaldiſtæ [l] factioſi, graui tumultu excitato, in ciuitatem Leoninam, impetu facto, irrumperent: ſed tamen virtute Teutonicorum repreſſi, plurimis ſuorum amiſſis, pedem retulerunt. Imperatore, & Pontifice ab Vrbe recedentibus, Tiburtini [m] conabantur ſe à dominio Eccleſiæ ſubducere, & Imperatori ſubiicere. Non tulit tamen Fridericus eos ſuſcipere; ſed iuſſit, Romanæ Eccleſiæ iuris eſſe. Redegit poſtea Fridericus in Ordinem Comitem Spoletinum, qui per id temporis rebellabat: ac interim per æſtiuos calores Anconam ſe cum exercitu recepit.

l Arnaldiſtæ denuò tumultum excitant: ſed reprimuntur.

m Tiburtini à dominio Papæ recedere conantur, ſed reprimuntur.

Hic Pontifex Adrianus, [n] natione Anglus, vir ſapiens, & pius, Hiberniam Inſulam Henrico II. Anglorum Regi conceſſit, ea conditione, vt in ea Inſula virtutes plantaret, & vitia eradicaret: vt à ſingulis domibus quotannis dena-

n Adr. Inſulam Hiberniæ Anglorum Regi tradit.

Anno Dom. 1156.

a Denarius S. Petri ex Hibernia.

rium [a] S.Petro pendi curaret: vt iura Eccleſiaſtica illibata ſeruaret. *Extat diploma tom. 12. Annal. Baronij.*

Anno autem Pontificatus ſui 4.m.decimo, Anagniæ Pont. Adrianus moritur, relicta magno in pretio Romana ditione. Nam & circa lacum S.Chriſtinæ, multa Caſtella muniuit, & Radicophanum, muro, & arce propè inexpugnabili reddidit. Corpus autem Adriani Romam dilatum, in Baſilica Petri ſepelitur. Scripſit

b Denar. S. Petri exigitur.

aliquando Regi Angliæ, exigens [b] ab eo ex Inſula Hiberniæ de ſingulis domibus annuam vnius denarij B. Petro penſionem.

Multa alia fecit Adrianus: ſed hoc eſt memorandum, & admirandum, quòd

c Adriani mater nec obolum ab eo habuit. mirum.

nec obolum [c] quidem erogauit in ſuos propinquos, adeò vt & matri nihil omninò impenderit. *Simile quidpiam vide infra anno 1265. in Clem. IV.*

d Schiſma XXI.

e Alex. PP. creatur.

SCHISMA [d] XXI. PER ANNOS FERE VIGINTI.

Hoc eodem anno, ſepulto Adriano, ſucceſſit electus ALEXANDER [e] III. natione Tuſcus, patriâ Senenſis, antea Rolandus, presb. Card. tit. S.Marci appellatus, & Apoſtolicæ Sedis Cancellarij munere fungens, à D.Bernardo ſummopere laudatus.

f Victor Antipapa.

Contra eundem aliqui ſeditioſi Cardinales, partium Friderici fautores, ſubrogarunt Pſeudopapam, & Antichriſti præcurſorem Octauianum Cardinalem, qui Adriani temporibus res Eccleſiæ miſcebat; & hunc VICTOREM [f] appellarunt. Tum verò Alexander, ne diutius ſeditio illa cum pernicie Eccleſiæ Romanæ protraheretur, Fridericum Imperatorem, Cremonam tum obſidentem per Legatos rogat, vt interpoſita auctoritate Imperatoria, ſeditionem tollat. Reſpondit ille, vtrumque Pontificem Papiam ire oportere, quò & ipſe proficiſceretur, cognoſcendæ diſceptationis cauſa. Quo reſponſo accepto, cùm Alexander Anagniam ſe contuliſſet, Octauianus Anagniam occupat. Tum Imperator, indignatus, quòd dicto ſuo Pontifex non obtemperaret, Epiſcopos duos ad Alexandrum mittit, qui eum, non Pontificem, ſed Cardinalem appellatum, ad Concilium citaret. Hi autem ab Alexandro conſutati, & reiecti, ad Octauianum ſtatim ſe conferunt, eúmque Papiam perducuut, vt haberent quem Alexandro obiicerent.

g Conciliab. Papienſe.

h Imperator à Pontifice anathemate innodatur.

Habito deinde CONCILIO [g] PAPIÆ, Fridericus Imp. Octauianum Pontificem contra Alex confirmat, & ibi à Pontifice, anathemate [h] innodatur. Rediens deinde Romam Alexander, Pontificatus ſui anno 2. multos aduerſarios in Vrbe inuenit, in ſe cornua palàm erigentes, quòd Friderici exercitus præter Vrbem Veterem, & Anagniam, omnem Eccleſiæ ditionem iam occupauerat. Quare Alexander, adhortante etiam Philippo Francorum Rege, Tarracinam profectus, conſcenſo nauigio, ad eam rem, mandato Guilielmi Si-

i Alex. Papa in Galliam proficiſcitur.

k Imperator, & Antipapa in Conuentu Claromõtano excommunicantur.

ciliæ Regis parato, in [i] Franciam contendit. Conuentúque in Claromonte [k] habito, anathema in Imperatorem, & Octauianum factum, ſtatim enunciat.

Poſt acre 18. & amplius annorum diſſidium, non tam aduerſus hominẽ, quàm aduerſus Deum bellum ſe gerere tandẽ intelligens Fridericus, Imperatoria chlamyde, Regióque abiecto ornatu, adorabundus ad Alexãdri pedes prolapſus, Venetiis in magno procerum, Principúmque conſeſſu, facinus deteſtatus, ſupplex veniam orat, eiúſque, quem ſuperbè erat aſpernatus, tandem pedes humiliter eſt oſculatus.

l Pedum ſummi Pontif. oſculatio mos perantiquus.

Mos oſculandi pedes [l] Romanorum Pontificum eſt perantiquus, & introductus, eò quòd Romanus Pontifex tanquam ſupremus Vicarius refert, & repræſentat in terris Chriſtum Dominum. Porrò Magdalena Chriſti Domini pedes oſculando, ſuorum peccatorum veniam impetrauit.

Carolus M. Imp. Adriani Pont. pedes oſculatus eſt. Blondus, *Decad. 2. l. 1.* Iuſtinianus II. Cõſtantinopolitanus Imp Nicomediæ pedes Cõſtantini Papæ, populo ſpectante oſculatus eſt. Anaſt. & Platina *in vita Conſtantini Papæ.* Henricus eo nomine IV. Imp. Romanorum ad pedes Paſchalis II. ſe prouoluit. Chronicum Caſſinen. *lib. 4. c. 41.* Luitprandus Rex Longobardorum ad pedes Stephani II. proſtratus, oſculum exhibuit Blond. *Decade 1. lib. 10.*

Ludouicus Lotharij Imp. filius ſui proaui Caroli exemplum imitatus, Ser gio II.

obuiam

ANNO DOM. 1156.

obuiam procedens, ſancto eius pedi oſculum infixit. Ludouicus VII. Rex Francorum, & Henricus II. Rex Anglorum Alexandrum III. eximiis honoribus exceperunt, ſtratorum [a] officio functi, pedites dextra, læuáque equi frænum renuêre. Fredericus I. cognoměto Ænobarbus, vt hîc refertur, Venetiis in Baſilica S. Marci coràm Cardinalibus, & Epiſcopis, vbi ad Alexand. III. acceſſit, inclinatus ad terram, pium ei pedum oſculum præbuit. Creſcentius Romanus Othonis Imperatoris aduentum formidans, Ioannem XVI. à ſe profugatum, ex Hetruria reuocauit, eique cum cæteris Senatorij Ordinis viris, & ingenti plebis multitudine obuiam proceſſit, & ad pedes eius abiectus, eos oſculatus eſt, & ſupplex veniam obtinuit. Platina.

a *Stratoris officiu[m] ... mus Pontificibus a plu[r]ibus præſtatur.*

Pontifex verò poſt longos, & aſſiduos labores, cùm iam quieturus à tyrannicis perturbationibus videretur, Pontificatus ſui anno 22. Romæ moritur, ſublatis prius è medio, quatuor ſchiſmaticis Pontificibus, quorum ſeditionibus, Eccleſia Romana variè vexata eſt, vt annuatim palàm fiet.

Circa factum Friderici Imp. præcipientis, vt Papa Alex. Papiam ſe conferret, ſciendum, quòd Papa non habet Superiorem [b] in terris, à quo poſſit iudicari, aut cogi. Ita tradit Concilium Rom. ſub Syluestro. *can.* 20. *Nemo*, inquit, *iudicabit primam Sedem, quoniam omnes Sedes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari.* Et ne quis exiſtimet, Concilium illud loqui de ſolo iudicio, ſeu poteſtate ſpirituali, ſubditur ſtatim: *Neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur.* Quæ ferè verba ex Innocentio Papa refert Gratianus *in cap. nemo iudicabit primam Sedem.* 9. *q.* 3. Atque eadem verba ex Syluestro refert Nicolaus Papa *in epiſt.* 1. *aliàs* 8. *ad Michaëlem Imperatorem.* §. *Conſonat autem.* & *in* §. *ſequenti* refert ſimilia verba Concilij congregati in cauſa Marcellini, ſcilicet, *Prima Sedes non iudicatur à quoquam*: quam ſententiam variis teſtimoniis, & argumentis confirmat. Ac tandem ipſe concludit: *Satis euidenter oſtenditur, à ſæculari poteſtate, nec ligari prorſus, nec ſolui poſſe Pontificem.* Vnde cùm tempore Leonis III. ſeditio contra ipſum Romæ mota eſſet, & Carolus Magnus ad illam ſedandam Romam veniſſet, & in Baſilica S. Petri adſtante populo, & Clero Epiſcoporum omnium, qui eò ex Italia tota, & Francia conuenerant, ſententias, & vota de vita, & moribus Pontificis rogaret; ab omnibus vna voce reſponſum eſt: *Sedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum caput, à nemine (laico præſertim) iudicari debere.* Carolus autem audito tam graui reſponſo, quæſtionem omiſit. Ita refert Platina *in vita Leonis*, & habetur etiam *in tom.* 3. *Concil.* Et eandem ſententiam latè comprobat Ennodius Diaconus *in libro pro defenſione Symmachi*, qui recipitur, & probatur in V. Synodo Romana ſub eodem Symmacho. Eandémque refert ex dictis Bonifacij Martyris Gratian. *in cap. Si Papa. diſt.* 40. & ſumpſit ex Cardinali Deus dedit *in hiſtoria de rebus Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 231. prout latè refertur in Decreto Gregoriano *ſub dictum capit. Si Papa.* Denique in Synodo VIII. generali Conſtantinopolitana IV. *can.* 21. egregiè locupletatur illa ſententia, quia non ſolùm de Papa, ſed etiam de aliis Patriarchis dicitur: *Neminem prorſus mundi potentium poſſe eos inhonorare, aut à proprio throno mouere.* & additur: *præcipuè quidem ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ.* Et infra. *Sed nec alium quemquam conſcriptiones contra ſanctiſſimum Papam ſenioris Romæ, ac verba complicare, vel componere liceat, ſub occaſione quaſi diffamatorum quorundam criminum.* Et infra ait, *etiam Synodum generalem non poſſe ſententiam dicere contra ſummos Senioris Romæ Pontifices.*

b *Papa non habet Superiorē in terris à quo poſſ[it] iudicari.*

Ex hoc ergo tam antiquo, & conſtanti dogmate colligimus, priuilegium [c] hoc ſummi Pontificis non humanum eſſe, ſed diuinum, quia neque ipſe ſibi arrogare illud facto auderet, niſi iure potuiſſet: non enim tanta facilitate, & conſenſione ab Eccleſia, & Principibus Chriſtianis, ſine vlla vi, vel coactione (quam profectò neque ipſi Pontifices efficere poterant,) admiſſum fuiſſet. Neque etiam Pontifex id petere iure potuiſſet, niſi ad hoc poteſtatem, & auctoritatem haberet, quam ratione ſuæ dignitatis à Chriſto recepit.

c *Priuilegium hoc no[n] humanum, ſed diuinu[m] eſſe probatur.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

a Conc. Anglic.

b Conc. Belluac.

c Conciliab. Laudenſe.

ANGLICANVM, [a] de receptione Papæ Alexandri,& refutatione Victoris Antipapæ. Anno Dom. 1161.

BELLVACENSE [b] eadem de cauſa.

LAVDENSE [c] Conciliabulum, quo in præſentia Friderici Imp. intruſus Papa Octauianus, Victor III. dictus, recipitur: vbi plurimos Epiſcoporum, qui Alexandro Pontifici deferebant, anathemate percuſſit, Orbe vidente, & ridente.

d Alex. in Galliam proficiſcens, ab omnibus honorificè recipitur.

Hoc anno Alex. Papa in Gallias [d] proficiſcitur,& maximo honore ab omnibus Principibus, Epiſcopis,& popolis, quacunque diuertebat, vel incedebat, acceptus erat. In eodem itinere, Saracenorum Principis Legatum audiuit, & ad pedum oſcula admiſit. 1162.

e Friderici Imp. fraus.

In Galliis, cùm apud Claromontem, Rege Ludouico diſponente, omnia, quæ ad Maieſtatem Pontificiam deſiderabantur, reperiſſet,& fama aduentus ſui, omnes Occidentales ad ſe alliceret, metuens Imperator, [e] ne ſolus relinqueretur, ad artes antiquas conuerſus, Ludouico ſignificauit, ſe Conuentum Regum, Principum, Epiſcoporum,& Cleri, apud Auenionem indixiſſe, vt cauſa Alexandri, & Octauiani cognita, decreto publico, Pontificatus alteri decerneretur. Monebat itaque Ludouicum, vt cum Alexandro præſens eſſet: ipſe verò Octauianum adduceret.

Et quidem Ludouicus doli ignarus, facturum ſe ſpopondit: cæterùm Alexander, indignum auctoritate ſua exiſtimauit, ſi iudicio ſeſe, contra ſanctorum Patrum ſtatuta, ſubmitteret.

Quamobrem ire abnuit quidem: Legatos autem Cardinales miſit, qui electionem ſuam fuiſſe Canonicam, Octauiani autem nullam eſſe oſtenderent. Venerunt Legati, vt Imperatori,& Conuentui mandata exponerent: cæterùm Octauianus ſpe ſua ſe fruſtratum videns, Imperatori tamdiu moleſtus fuit, donec is Ludouico, propter iuſiurandum præſtitum, neceſſitatem imponeret, Alexandrum adducendi. Hærebat Alexander quid faceret. Si enim iret, libertatem Eccleſiaſticam proderet. Si recuſaret, hoſpitem Ludouicum manifeſto diſcrimini exponeret. Cùm Henricus Angliæ Rex cum armatis copiis veniens, opportunè illum metu,& periculo exemit. Volebat Fridericus illum, atque ſuos Epiſcopos à Comitio excludere, dicens, ad ſolos ſub Romano Imperio exiſtentes, iudicium de cauſa electionis Romani Pontificis pertinere. Cæterùm, Henricus, riſu excepro nuncio, verſis habenis equorum, cum contemptu Imperatoris receſſit, & ad Alexandrum accedens, pedibus [f] illius oſcula impreſſit.

f Rex Angliæ Henricus pedes Alexandri Papæ oſculatur.

g Ludou. & Henric. Reges ſtratoris officium Pontifici præſtant.

Ludouicus etiam Rex, orta diſſenſione propter Octauianum, ab Imperatore ad Pontificem reuerſus, ne quicquam in Comitio efficeretur, effecit. Conciliata eſt tunc temporis inter Ludouicum, & Henricum Reges concordia, Alexandro operante, quem illi, vſi officio [g] ſtratoris, dextra, læuáque frenum equi ipſius tenentes, eum, vſque ad præparatum papilionem deduxerunt.

h Imp. contra ius Octauianum Pontificem declarat, reiecto Alexandro.

Sed circumuenit Imperator Valdemarum Daniæ Regem, qui ad Comitium venerat: & contra omne ius, [h] & fas, Alexandro Pontificatum abrogauit, & pro Octauiano iudicauit. Quo cognito, Valdemarus ab eo Conuentu recedens, cùm alimenta ad emendum non inueniret,& Imperator perſuaderet, vt rapto acciperet; Regem ſe, non prædonem eſſe proclamans, commeatus latrocinio queſitutum negabat, aut quod domi iniquum duxerit, apud exteros approbaturum: Quanquam enim eiuſmodi violentia neceſſitate excuſabilis videretur; præmiſſis tamen vti, paſſus non eſt: vnde ab omnibus Germaniæ Principibus fuit laudatus.

i Thomas Cantuarienſis Epiſcopus inuitus eligitur.

Hoc eodem anno in Anglia, Theobaldo Archiepiſcopo Cantuarienſi defuncto, Pontifices Londini ad Concilium congregati, vel inuitum, [i] & renitentem, ex Cancellario Regni, Thomam ſubrogarunt.

Proteſtabatur is aduerſus Regem, ne eum Epiſcopum eligeret: aliàs eum ipſi fore aduerſarium propter Eccleſiaſticam libertatem tuendam.

k Pont. Alexander à Ludouico Rege honorificè excipitur.

Hoc anno, Alexandro Papæ Pariſios venienti, Ludouicus Rex ad [k] ſecundam leucam occurrit, eóq; viſo, ſtatim deſcendit, ad ſtreguam eius acceſſit,& pedibus oſcula infixit, & Pariſios, ſupremo cum honore introduxit. Ludouicus autem 1163.

eum

Anno Dom.

eum perurgebat, vt rebus Eccleſiæ, maximum in modum turbatis, proſpiceret. Quamobrem eius ſuaſu, Turonis [a] Concilium indixit, cui vnà cum decem & ſeptem Cardinalibus interfuit. Conuenerant Epiſcopi centum viginti quatuor, Abbates quatuor centum, & quatuordecim, & aliorum Clericorum innumera multitudo. In eo Concilio Octauianum [b] Antipapam & complices condemnauit, & ordinationes, tam ab eo, quàm ab aliis ſchiſmaticis, & hæreticis factas, irritauit, multáque pro Eccleſiaſtica diſciplina conſtituit.

a Conc. Turonenſe.

b Octauianus Antipapa & complices excommunicantur.

In Italia Octauianus cum ſuis ſchiſmaticis Pseudo-synodum [c] Laudæ celebràuit: & S. Baſſiani Epiſcopi corpus tranſtulit.

c Conciliab. Laudæ.

1164. Hoc anno, Appendix illa ab Epiſcopis Angliæ [d] de ſeruandis conſuetudinibus Regni (ſed ſaluo ordine ſuo) tam vehementer Regem offendit, vt non ſe Regem exiſtimaret, quamdiu illam toleraret. Vnde Clarendine Epiſcopos congregatos ad ſe inclinauit pollicitationibus, muneribus, comminationibus. Sed quia ad hoc Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi (cuius magna erat auctoritas) inclinare non poſſet; miſſis Legatis ad Alexandrum Pōtificem, curauit munus Legationis Apoſtolicæ Thomæ abrogari, & Archiepiſcopo Eboracenſi conferri: ſed præmonitos Pontifex à Thoma, nihil Regi conceſſit.

d Res Angliæ turbantur

Interim cùm Rex nihil ab Alexandro pro ſuis conſuetudinibus, quinimmo contra eas, epiſtolam ſcriptam accepiſſet; aliud Conciliabulum [e] Northantonam indixit, quo Thomas Cantuarienſis de periurio per Regem accuſatus, eò quòd Anglicanas conſuetudines, quas iurauerat, non obſeruaſſet, condemnatus fuit.

e Conciliab. Northantonenſe à Rege Angliæ indictum.

Ipſe verò ad Sedem Apoſtolicam appellans, ad Alexandrum Senonis in Gallia agentem, nauigauit. Porrò Alexander, cùm hoc accepiſſet, ſententiam ab Epiſcopis, & Baronibus Angliæ contra S. Thomam [f] promulgatam, irritauit, & tam ei appellanti, quàm illis accuſantibus, diem dixit.

f Conciliabuli prædicti Acta ab Alex. irritantur

Dum hæc in Anglia & Galliis agerētur, Octauianus Antipapa, [g] phreneſi correptus, nec ſui, nec Dei memor, impœnitens, ſine ſacramentis, excommunicatus, ad inferos commigrauit. Duo tamen ex primariis Octauiani fautoribus, Ioannes de S. Martino, & Guido Cremenſis, timentes, ne ſi Alexandro inclinarent, malè ab eo haberentur, alios ſchiſmaticos conuocarunt, & ad ſubrogandum Pſeudopapam inuitarunt. Itum eſt ab eis in Guidonem Cremenſem, quem Paſchalis III. [h] nomine conſalutarunt. Imperator Fridericus, ne in malo propoſito ſuperari videretur, eundem Guidonem adorauit, & ſchiſma Eccleſiæ promouere conatus eſt. Quod vt prudentia ſua Alexander extingueret, Clerus, populúſque Romanus, eum, vt in Vrbem rediret, obſecrauit. Reuerſutus ergo in Vrbem [i] Alexāder, ſciente, & volente Ludouico, ex ſumma neceſſitate collectā pro itineris expenſis Galliarum Eccleſiis indixit. Romam tandem appulſus, ab obuio Clero, & populo, ſummo cum honore ſuſceptus eſt.

g Octau. Antipapa impœnitens moritur,

h Paſchalis III. Antipapa ab Imp. adoratur.

i Alex. Papa in Vrbem reuertitur: ſed pro expenſis in itinere faciendis, collectam in Eccleſiis Gallicanis indixit.

Guido autem Roma [k] expulſo, cùm Piſas aduenıſſet, Archiepiſcopus receſſit, Clerus aufugit, populus vniuerſus ipſum contempſit. Conradus autem Moguntinus Archiepiſcopus, Nuntium eiuſdem Guidonis, de terra ſua eiecit, & comminatus eſt, quòd ſi ipſe, vel alius Nuntius à parte ſchiſmaticorum ad ſe vlterius perueniret, oculos ſibi erui curaret.

k Antipapa Romā expulſo, Piſas venit, ſed ab omnibus contemnitur.

1166. Hoc anno Fridericus Imp. vt Guidonem Antipapam contra Alexandrū Pontificem opponeret Conuentum generalem Herbipolim [l] indicit in ſancta Pentecoſte. Vbi Paſchalis Pſeudo-papa recipitur, Alexander verò reiicitur.

l Cōuentus generalis Herbipoli pro Antipapa.

1167. Hoc anno Alexander Pontifex, [m] vnà cum Romanis Cardinalibus, Clericis, & populis trepidauit. Fridericus enim Imp. copiis admotis, & ignem in proximā Ædem S. Deiparæ iniecto, Baſilicam D. Petri occupauit, Guidonem Antipapam introduxit, & Alexandrū in fugam coniecit. Guilielmos Rex Siciliæ [n] in triremes ſubmiſſas, periclitantē Pontificē excepit, & in tuto apud Beneuentū collocauit.

m Alex. Papa cum tota Vrbe trepidat.

n Rex Siciliæ Papa ſuccurrit, eumq́; in tuto collocat.

1168. Hoc anno cùm Alexander Romanus Pont. [o] per patientiam Teutonicum tyrannum diutiùs expectaſſet, vt vel ſic prouocaretur ad pœnitentiam, & ſchiſmaticus abutens patientia eius, peccata peccatis adderet; Vicarius Petri à Domino conſtitutus ſuper Gentes, & ſuper Regna, Italos, & omnes qui ex cauſa Imperij religione iuriſiurandi tenebantur adſtricti, à fidelitate eius

o Alex. tandem Imp. excommunicat, Italiam ab eius iuriſdictione liberat.

a Alex. aufert ab Imp. etiam Regiam dignitatem.

abſoluit,& Italiam ferè totam à facie furentis,& perſequentis, tanta facilitate, & celeritate excuſſit, vt in ea nihil habere videretur, niſi tortores, quos euitaret. Abſtulit etiam ei Regiam [a] dignitatem, ipſúmque anathemate condemnauit,& inhibuit auctoritate Dei, ne vires vllas amodò in bellicis congreſſibus haberet, aut de Chriſtiano aliquo victoriam conſequeretur: aut alicubi quiete, aut pace gauderet, donec fructus condignos pœnitentiæ operaretur. In quo ſecutus eſt exemplũ Gregor. VII. deceſſoris ſui, qui Henricum Imp. Eccleſiæ priuilegia conuellentem, deponens, in Concilio Romano ſimili ſententia condemnauit.

b Itali ab Friderico diſcedunt.

c Arma contra Fridericũ ſumunt.

d Alexandriæ ciuitas B. Petro tributaria.

Et quidem illa ſententia effectum ſortita eſt, & hanc de priuilegio Petri latam, videtur ipſe Dominus confirmaſſe. Hoc enim audito, Itali ab [b] eo diſcedentes reædificarunt Mediolanum: ſchiſmaticos expulerunt, Catholicos, vel elegerunt, vel reduxerunt Epiſcopos, & Apoſtolicæ Sedi vnanimiter adhæſerunt. Quinimmo & arma contra Fridericum [c] mouentes, eum Papiæ obſederunt, & in fugam poſtea compulerunt, cæſis ex exercitu illius quinque & viginti millibus pugnatorum. Potiti victoria Mediolanenſes, & Cremonenſes, ciuitatem condiderunt, & Alexandriam pro reuerentia S. Petri & Alexandri Papæ nominarunt, atque Romanæ Eccleſiæ in ius, & proprietatem obtulerunt, eámque tributariam [d] B. Petro ſpontè fecerunt.

e Tuſculanum in poteſtatem Papæ venit.

Ad finem huius anni, Alexander Papa, Beneuento Romam venit, & Tuſculanam [e] ciuitatem, rogante Ionatha Domino, in ſuam poteſtatem recepit.

f Guido Antipapa impœnitens moritur.

g Ioannes Abbas in locũ eius à ſchiſmaticis ſubſtituitur.

Hoc anno Antipapa Guido cancro in partibus verendis conſumptus, interiit 1170.
[f] impœnitens. In cuius locum ſchiſmatici intruſerunt quendam Ioannem [g] Abbatem Strumenſem, virum apoſtatam, lubricum. Doluit præterea Fridericus, quòd Alexandrum exinde videret exaltari. Quamobrem ad conſuetas fraudes intentus, finxit ſe velle eidem conciliari.

h Conc. Caſſelenſe.

i Confirmatio à Papa petitur.

Concilivm [h] Casselense hoc anno habitum eſt in Hibernia. In 1171.
quo omnia, quæ ad mores reformandos ſtabilita ſunt, ad Alexandrum Papam [i] mittuntur, vt ea confirmet.

k Conc. Northman.

l Rex Angliæ Henricus iurat ſe non præcepiſſe occiſionem S. Thomæ. At quia occaſionem aliqua dedit, multa pœnitens promittit.

m Milites 200. ad terrã ſanctam deſtinat.

n Signum Crucis accipit.

o Illicitas conſuetudines introductas caſſat.

p Appellationes ad Sedẽ Ap. probat.

q Regnum Angliæ à Papa ſe, & ſucceſſores ſuſcipere, profitetur.

Concilivm [k] Northmanniense, quo Henricus Rex Angliæ 1172.
à nece ſacrilega S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, cùm ante per Legatos abſolutus eſſet, ſecundò abſoluitur: & iuramento promittit, quæ iam ante promiſerat, ſic inquiens (vt refert Rogerius *in Annalib. Angliæ. Cod. & habet Vatic. lib. 5. ep. 89.*) *Ego Henricus Rex* [l] *iuro, ſuper hæc ſancta Dei Euangelia, quòd mortem Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis neque cogitaui, neque ſciui, neque fieri præcepi. Et quando cognoui factum ipſum fuiſſe perpetratum, triſtis effectus ſum magis, quàm ſi meum proprium filiũ cognouiſſem interfectum. Sed in hoc me non valeo excuſare, quòd occaſione commotionis, & iracundiæ meæ, quam aduerſus ſanctum virum conceperam, interfectus fuit. Porrò, pro huiuſmodi reatu, quia cauſam mortis eius dediſſe videor, milites ducentos* [m] *ſub expenſis meis ad defenſionem Chriſtianitatis, abſque dilatione Hieroſolymam deſtinabo per annum ibi permanſuros: vel tantùm eis perſoluam, vnde totidem milites ibi per annum valeant commorari. Signum* [n] *quoque Dominicæ Crucis vſque ad triennium accipiam, & in propria perſona illuc proficiſcar, niſi de Romani Pont. licentia remaneam. Illicitas* [o] *conſuetudines, quas temporibus meis in tota terra mea introduxi, penitus caſſo: & ex hoc minimè obſeruari decerno. Appellationes* [p] *verò ad Sedem Apoſtolicã de cætero liberè fieri permittam, & in hoc neminem prohibebo. Præterea, ego, & maior filius meus Rex iuramus, quòd à Domino Alexandro Papa, & eius Catholicis ſucceſſoribus* [q] *recipiemus, & tenebimus Regnum Angliæ: & nos, & ſucceſſores noſtri in perpetuum non reputabimus nos Reges Angliæ, donec ipſi nos Catholicos Reges tenuerint, &c.*

r Ab excommunicatione abſoluitur.

Hæc omnia cùm Rex ſpopondiſſet, deduxerunt eum Legati extra oſtium Eccleſiæ: ibíque flexis genibus, non tamen exutis veſtibus, neque verberibus appoſitis, abſolutus [r] eſt, & in Eccleſiam introductus.

His ad Regis abſolutionem tranſactis, Concilio Epiſcoporum habito, Legati Cardinales multos Canones ad diſciplinam Eccleſiaſticã reſtituendã, ſtatuerunt.

s Conc. Weſtmonaſterienſe.

Hoc anno in Anglia apud Vvestmonasteriensem [s] ciuitatem, Ri- 1175.
chardus Archiepiſcopus Cantuarien. Synodum celebrauit: in quo decem, & octo Canones, pro diſciplina Eccleſiaſtica conſtituit.

Conci

ANNO DOM.

1176. CONCILIVM [a] GALLICANVM, quo Albigenſes hæretici in Gallia vocati, conuicti, & condemnati ſunt. De Albigenſium hæreſi infra ſub anno 1199.

1177. CONCILIVM [b] VENETICVM, quo Alexander Papa & Fridericus Imperator reconciliantur, & Antipapa cum ſuis, quos ordinauerat, deponitur.

1178. Hoc anno Alexandrum Pontificem Anagniam reducem, Romani hactenus non fidi, Romam inuitarunt [c]: atque venientem, eo quo par fuerat, honore, exceperunt. Adueoit, & Antipapa Ioannes de Struma, atque Alexandro ſupplex [d] factus, benignitatem Sedis Apoſtolicæ expertus eſt.

Pace ergo per totam Eccleſiam data, Pontifex futurum Concilium [e] indicit data conſtitutione, quæ incipit: *Quoniam in agro Domini.*

a Conc. Gallicanum.
b Conc. Veneticum.
c Alexander Papa Romam veniens cum maximo honore excipitur.
d Antipapa ſupplex veniam petit, & obtinet.
e Conc. Oecum. indicit.

CONCILIVM [f] GENERALE OECVMENICVM XI. LATERANENSE.

f Conc. Oecum. Lateran.

1179. Hoc anno 5. die menſ. Mart. apud Lateranum, 300. numero Epiſc. ad Concil. conuenerunt. Decreuerunt, vt non haberetur Pontifex Romanus, qui non à duabus [g] tertiis partibus Cardinalium eſſet electus. Damnauerunt omnes ordinationes à ſchiſmaticis Pontificibus, Octauiano, Guidone, & Ioanne factas, & alia multa conſtituta ſunt.

Eodem anno Alexander Pontifex Alfonſo I. Duci Portugalliæ, titulum [h], & diadema Regium conceſſit. Is autem grati animi ergo, regnum illud S.R.E. obtulit [i], perſoluturus in annos ſingulos loco cenſus duas auri marchas.

1181. Hoc anno die 6. Cal. Sept. Alex. II. Pont. Max. Romæ in Palatio Lateranenſi vita defunctus eſt. Hic Pontifex ad dies Petri plus cæteris Pontificibus propiòquius acceſſit.

g Pont. à duabus partibus Cardinalium eligi debet.
h Portugalliæ Duci Regius titulus datur.
i Portugall. regnum S.R.E. tributarium.

Hic Pontifex plures Conſtitutiones fecit.

Anno enim 1161. data Conſtitutione quæ incipit: *Illius deuotionis.* Sanctum Eduardum [k] Regem Angliæ canonizat, eúmque adſcribit in numerum Sanctorum Confeſſorum.

Anno 1164. Sanctum Bernardum [l] primum Abbatem Claræuallenſem, & inſtitutorem Ordinis Monachorum Ciſtercienſium canonizat. Conſtitutio incipit: *Contigit olim.*

Anno 1168. data Conſtitutione quæ incipit: *Quanta vniuerſa*, tractat de reconciliatione Regum [m] Franciæ, & Angliæ, à Sedis Apoſtolicæ Legatis de latere ad hoc deſtinatis, omni ſtudio, & æqua lance curanda: vnà cum reconciliatione Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis cum eodem Rege Angliæ.

Anno 1173. canonizat ipſum S. Thomam [n], & Catalogo SS. Martyrum adſcribit. Conſtitutio ſic habet: *Redolet Anglia fragrantia.*

Anno 1175. approbat [o] Ordinem, ſeu Militiam S. Iacobi de Spatha in Regnis Hiſpaniarum nuper inſtitutam. Conſtitutio ſic incipit: *Benedictus Deus.*

Eodem anno cum Conſtitutione quæ incipit: *Apoſtolicæ Sedis.* approbat Ordinem [p] Monachorum S. Baſilij Magni in Monaſterio S. Saluatoris Meſſanenſis Prouinciæ Siciliæ, omniúmque largitionum Regis Rogerij.

Anno 1176. approbat [q] Ordinem Carthuſianorum. Conſtitutio incipit: *Cum vos.* quem etiam probant Honor. III. *Cum dilecti.* Gregor. IX. *Quoties.* Vrban. V. *Sincera.* Bonif. IX. *Sacroſancta.* Martinus V. *Fons.*

Anno 1177. cum Conſtit. quæ incipit: *Exigunt gratiſſima.* tractat [r] de pace cum Friderico Imp. Venetiis inita, eiúſque abſolutione.

Defuncto Alexandro Papa, LVCIVS [ſ] III. natione Tuſcus, patria Luca, gente nobili oriundus, omnium conſenſu. Pontificatum conſequitur. Sed paulò poſt ab vrbe deiectus eſt [t], eo quod Conſulum nomen abolere adnitebatur. Pontificatus ſui anno 4. m. 2. d. 18. moritur [v] Veronæ.

1183. Hoc anno in Anglia Henricus Rex Iunior defunctus eſt, cùm & theſauros Eccleſiæ diripuiſſet, & Patri Henrico ſeditionem excitaſſet, & olim multa indigna contra S. Thomam perpetraſſet.

Moriturus vocauit [x] Patrem ſuum: ſed is, quod inſidias timeret, venire recuſauit. Interim Rex filius, conuocatis coràm ſe Epiſcopis, & viris religioſis, qui ade-

k Regem Angliæ Eduardum canonizat.
l S. Bernardi canonizatio.
m Reges Franciæ, & Angliæ reconciliat.
n S. Thom. Cantuar. canonizat.
o Approbat Ordinem S. Iacobi de Spatha.
p Approbat Ordinem Monachorum S. Baſilij in ciuitate Meſſana.
q Approbat Ordinem Carthuſianorum.
r Reconciliatur cum Friderico Imp.
ſ Lucius eligitur.
t Lucius ab Vrbe deiicitur.
v Lucius moritur.
x Henrici Iunioris Regis Angliæ ſera, ſed exemplaris pœnitentia.

tant, primùm ſecretò, deinde coram omnibus ſua confeſſus peccata, pœnitentiam,& ſuorum recepit remiſſionem peccatorum,& Guillelmo Mareſcallo familiari ſuo, tradidit Crucem ſuam Hieroſolymam deferendam. Deinde depoſitis mollioribus indumentis,cilicium induit,& ligato fune in collo ſuo, dixit Epiſcopis,& cæteris viris religioſis circumſtantibus: *Trado me peccatorem indignum,culpabilem, & obnoxium per funem iſtum vobis miniſtris Dei, poſtulans, vt Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui latroni confitenti in Cruce peccata ſua dimiſit, per preces veſtras, & per ſuam ineffabilem miſericordiam miſereatur infœliciſſimæ animæ meæ.* Et reſponderunt omnes: *Amen.* Et ipſe ait illis: *Trahite me à lecto iſto per hunc funem, & imponite lecto illi cinereo,quem ſibi parauerat.* Et fecerunt ſicut ipſe præcepit illis, & apposuerunt capiti,& pedibus eius duos lapides magnos quadratos,& omnibus ritè peractis, ipſe præcepit, corpus ſuum deferri in Northmanniam vſque Rhotomagum, & ibidem ſepeliri. Et his dictis, ipſe lachrymans, ſacroſancti corporis, & ſanguinis Domini viatico munitus, in timore Domini ſpiritum emiſit.

a *Vrbanus PP. creatur.*

b *Vrbanus Papa moritur.*

Hoc anno 7.Calend.Decembr. Lucius Papa Veronæ deceſſit. Et in eius locum omnium Cardinalium præſentium conſenſu, ſtatim creatus eſt eius ſucceſſor VRBANVS [a] III.dictus antea Lambertus, Archiepiſcopus Mediolanenſ.è gente Cribella. Hic reuocare ad concordiam Chriſtianos Principes primò adnixus eſt, ne diſſidentes à Barbaris opprimerentur, ſed dum Venetias, comparandæ Claſſis gratia proficiſcitur, dolore animi, quem ex calamitate Chriſtianorum acceperat(ſiquidem Hieroſolyma à Saracenis capta fuerat)Ferrariæ in itinere [b] moritur, Pontificatus ſui anno primo, menſ. 10.die vigeſima quinta anno verò Domini 1187. 1185.

Hic Pont.data Conſtit.quæ incipit: *Cùm antecesſor.* approbat Ordinem Fratrum Cruciferorum.

c *Greg.VIII PP.creatur.*

Poſt Vrbani mortem,altero die, Albertus Card. Cancellarius, Presbyter tit. S. Laurentij in Lucino, patria Beneuentanus, ſucceſſit, nomine GREGORII [c] VIII.ſalutatus. Seditque tantùm menſe vno,& diebus 27. hæres calamitatis. 1187.

d *Clemens PP. creatur.*

Hoc anno 8.Idus Ianuarij poſt mortem Gregorij Papę Piſis defuncti, Paulinus Romanus Card. Epiſcopus Prænestinus, Sedem Petri aſcendit nomine CLEMENS [d] III. ſalutatus: qui diligentiſſimus fuit circa expeditionem pro recuperanda terra ſancta. 1188.

e *Aqua mixta vino in conſecratione,an in ſanguinem Chriſti conuertatur.*

Per hoc tempus Gaufredus Monachus Sancti Bernardi, Cardinalem Epiſcopum Albanenſem conſulit,an aqua [e] mixta vino, per conſecrationem in ſanguinem Chriſti conuertatur. Reſcribere aliud non oportuit,quàm quòd S.R.E.credit, & cum Diuo Hieronymo confitetur: format ſanguinem ſuum in calice, vino, & aqua mixtis: vt alio purgemur à vitiis, & à culpis alio redimamur, & à pœnis.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

f *Conc. Anglican.*

ANGLICANVM [f] de Cruce capienda, & decimis Saladinis Regi ſoluendis.

g *Conc.Pariſ.*

PARISIENSE [g] de eiſdem decimis Saladinis Regi conceſſis contra Saladinum Turcarum Regem: nam ideò dicebantur Saladinæ.

Hoc anno Henricus VI. Barbaruſſæ filius Imperator creatur.

h *Clemens PP. moritur.*
i *Cœleſtinus ſuccedit.*

Hoc eodem anno 4 Idus April. Clementi [h] Papæ defuncto ſucceſſit COELESTINVS III.[i] Romanus, de gente Vrſina. Hic Conſtantiam è Rege Rogerio natam, occultè è monaſterio Panormitano eduxit, & Henrico VI. diſpenſatione Apoſtolica in matrimonium collocauit. 1191.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

k *Conc.Diuionenſ.*

DIVIONENSE [k] in Burgundia à Petro Duacenſe Sedis Apoſtolicæ Legato contra Philippum Regem Francorum ob repudiatam vxorem. 1197.

l *Conc.Eboracenſe.*

CONCILIVM [l] EBORACENSE ad mores.

m *Ordinis redemptionis captiuorum initium.*

Eodem anno initium habuit Ordo [m] ſanctiſſimæ Trinitatis pro redemptione captiuorum.

n *Henricus Imp. moritur.*
o *Henrici Imp. Teſtamentum laude dignum.*

Eodem anno mortuus eſt [n] Henricus Imperator, nondum anathematis vinculo exſolutus. Eo tamen defuncto, repertum fuit in ſcrinio eius Teſtamentum [o], cuius hoc eſt fragmentum: *Imperatrix conſors noſtra,& filius noſter Fridericus, Domino Papæ, & Eccleſiæ Romanæ exhibeant omnia iura, quæ à Regibus Siciliæ conſueuerunt*

habere:

ANNO DOM.

habere: & Domino Papæ ſecuritatem faciant, ſicut Reges Siciliæ Summo Pontifici, & Romanæ Eccleſiæ facere conſueuerunt. Si verò prædicta conſors noſtra præmoriatur, filius noſter, ſecundùm ordinationem noſtram remaneat: & ſi filius noſter ſine hærede deceſſerit, Regnum Siciliæ ad Romanam Sedem deueniat. Si filius noſter præmoriatur, dilecta conſors noſtra Regnum in vita ſua retineat: & poſt mortem ſuam Regnum Siciliæ ad Romanam Sedem deueniat. De Imperio, ordinamus, quòd Dominus Papa, & Romana Eccleſia illud filio noſtro confirmet. Et pro hac confirmatione Imperij, & Regni, volumus, quod tota terra Comitiſſæ Mathildis reſtituatur Domino Papæ, & Romanæ Eccleſiæ. Defuncto interim Henrico Imperatore, magna [a] pars Tuſciæ, quia idem Imperator, & prædeceſſores ſui Romanis Pontificibus abſtulerant, reddita eſt Cœleſtino Summo Pontifici, videlicet Aquapendente, S. Chriſtina, Monsfaliſcorum, Radicofanum, & S. Quiricus, cum omnibus pertinentiis eorum: redditæque ſunt ei Sicilia, [b] Calabria, Apulia, & omnes terræ quæ fuerunt Regis Siciliæ, ſicut proprium Patrimonium S. Petri: de quibus ipſe poſtea conſtituit, Fridericum, Henrici Romanorum Imperatoris filium, Regem.

a *Tuſciæ magna pars reddita Cæleſtino.*

b *Sicilia, Calab. & Apulia ad Papam redduntur.*

1198. Hoc anno 6. Idus Ianuarij, Cœleſtinus Papa [c] ab hac vita migrauit. In ea, ex qua deceſſit ægritudine, deſignabat [d] ſibi ſucceſſorem. Cæterùm Cardinales, illo viuente, neminem volebant eligere: quanquam ille Pontificatu ſe abdicare vellet, ſi modò Ioannem Presbyterum Cardinalem de S. Paulo, ſapientia, ſanctitate, & iuſtitia commendatum eligerent [e].

c *Cæleſt. PP. moritur.*

d *Deſignabat ſibi ſucceſſorem.*

e *Hucuſque Baronius ſuos preſecutus eſt Annales.*

Defuncto tamen Cœleſtino, omnium purpuratorum Patrum conſenſu ad [f] Pontificatum euectus eſt ipſe Ioannes Lotharius, Diaconus Card. SS. Sergij, & Bacchi, patria Anagninus ex Comitibus Signiæ, patre Traſimundo natus. Iuramentum fidelitatis, quod à Romanis exigi poſt electionem ſolemne Pontificibus eſt, non prius accepit, quàm ſacris initiaretur. Quo ad 8. Calend. Martij, ipſo Cathedræ Diui Petri feſto peracto, INNOCENTII III. ſibi nomen indidit.

f *Innocentius III. omnium conſenſu eligitur.*

Multa ſtatuit hoc eodem anno.

Data Conſtit. quæ incipit: *Operante*. præſcribit Regulam Patrum ſanctiſſimæ Trinitatis, redemptionis captiuorum.

Item canonizat S. Homobonum Cremonenſem. *Quia pietas.*

Præterea Philippum [g] Francorum Regem, vt repudiatam coniugem, relicta pellice, reciperet, aperta iam anathematis comminatione admonuit. Cenſum à Rege [h] Portugalliæ, Sedi Apoſtolicæ olim ab Alfonſo Rege inſcriptum, exegit. Archiepiſcopo Montis-regalis in Sicilia, vt bona ſua ab Eccleſia alienata recuperaret, præcepit. Decenribus meretrices in vxores, indulgentiam peccatorum indulſit. Regem [i] Nauarræorum, qui aliquot Caſtella Regis Angliæ occupauerat, anathemate compulit, vt eidem reſtitueret. Leopoldum Auſtriæ Ducem coëgit, vt ea quæ Regi Angliæ reduci à peregrinatione Terræ ſanctæ eripuerat, omnia reſtitueret. Fratri Regis Hungariæ præcepit ſub pœna excommunicationis, ne ſeditionem contra fratrem concitaret.

g *Regem Phil. Franciæ ſub anath. compellit repudiatam vxorem recipere.*

h *Portugalliæ Regni cenſus exigitur.*

i *Regem Nauar. ſub anathem. compellit aliena reſtituere.*

Siciliæ [k] Regnum, Apuliæ, Calabriæ, Campaniæ ducatus in feudum dat Conſtantiæ Imperatrici, & Friderico filio: dummodo illa ligium homagium Innocentio, & ſucceſſoribus exhiberet, quo tanto tenacius in fide, & obſequiis Sedis Apoſtolicæ aduerſus quaſuis tempeſtates gliſcentium malorum permanere poſſet. Item, vt cenſum annuum ſexcentum ſquifatorum de Apulia, & Calabria [l]: quatuor centum de Marſia, vel æquiualens in auro, vel argento dependeret, exigit. Item, vt electiones Prælatorum canonicè per totum regnum fiant; nihil ſine ſuo aſſenſu fieri, imperat.

k *Siciliæ Regnum infeudat ſub certis conditionibus.*

l *Cenſus de Calabria, & Apulia ſtatuitur.*

Fuit Innocentius propugnator [m] acerrimus Primatus Eccleſiæ Romanæ aduerſus Patriarcham Conſtantinopolitanum, & demonſtrat ipſam Romanam Eccleſiam non Synodica Conſtitutione, ſed diuina ordinatione, in Diui Petri præeminentia confirmatam, cæteris anteire. Et deinde ex variis Synodorum Canonibus, & Imperatorum decretis, conuincit, Primatum Eccleſiæ toties demonſtratum fuiſſe.

m *Primatus Rom. Eccl. acerrimè propagnatur ab Innocentio Papa.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt plura Concilia.

BYTERIS [n] celebratum fuit CONCILIVM: ſed in Tomis Conciliorum non extat Nouiſſimè autem prodiit in lucem idiomate Gallico, opera M. Areol-

n *Conc. Byterenſe.*

di Sorbi

Anno Dom.

di Sorbini Concionatoris Regiæ Maieſtatis.

Hoc anno Philippus Henrici frater, in Imperatorem creatur.

a Conc. Dalmatiæ, & Dioeliæ.

In DALMATIÆ [a], & Dioeliæ regnis per Legatos Sedis Apoſtolicæ congregarum eſt Concilium in cauſa reformandæ Eccleſiaſticæ diſciplinæ. 1199.

b Ordinis S. P. Franciſci, & S. Dominici initium.

Hoc anno incœpit Ordinem [b] ſuum S. P. Franciſcus.

Itidem S. Dominicus: licèt confirmatio Regulæ vtriuſque Ordinis tempore Honorij III. facta ſit.

c Albigenſium errores, & hæreſes.

d Albigenſium flagitia execranda.

Eodem tempore Albigenſes [c] variè errabant. Inter alia dicebant, neminem poſſe peccare ab vmbilico deorſum verſus. Eccleſiarum campanas eſſe tubas dæmonum. Non peccare grauius qui cum matre, vel ſorore dormiat, quàm qui cum alia dormiat. Et alia multa. De Albigenſibus ſic Ganguinus *lib. 6. Toloſa* [d], *vnus aluum ad primarium altare exonerat in Chriſti contumeliam, & ſordes ſacris corporalibus abſtergit. Alteri, ſcorto in altare leuato palàm abuſi ſunt coram Crucifixo: eundemq́; auulſum ab ara, manibuſq́; truncatum, fune collo iniecto, per Vrbis plateas cum abominandis blaſphemiis volutarunt. Obſeſsi Bituricis à Catholicis Codicem Euangeliorum vrina conſpurcant: conſpurcatumq́; in Catholicos eiiciunt, ſagittiſq́; configunt, clamando: Ecce lex veſtra, miſeri.* Contra hos S. Dominicus acerrimè dimicauit.

e Decimæ ſoluuntur pro ſubſidio Terræ ſanctæ.

Hoc anno corruebat Oriens, & Palæſtina: & ideò ad illum iuuandum, Romanæ Eccleſiæ decimam [e] partem detraxit Innocentius, & in ſubſidium miſit. Ne verò reliqui Eccleſiaſtici eſſent immunes, quadrageſimam partem iis perſoluendam impoſuit: & ſæculares, propoſita peccatorum indulgentia, inuitauit. Et denique omne auxilium poſſibile Chriſtianis in Terra ſancta degentibus dedit. 1200.

f Quinque Lunæ viſæ ſunt.

Eodem anno ante Natalem Domini, menſe Decembr. quinque [f] Lunæ prodigioſæ ſunt viſæ ad primam noctis vigiliam. Prima in Aquilone, altera in Meridie: in Occidente tertia: quarta in Oriente: quinta in medio illarum quatuor, ſtellis multis circumdata, cum quibus quinquies, aut ſexies illas quatuor ambiebat, ad vnius horæ ſpacium, & diſparuerunt.

g Rothomag. ciuitas igne comburitur.

Ciuitas [g] Rothomagenſis igni voraciſſimo hoc anno correpta, miſerabiliter conflagrauit.

h Synod. Vveſtmonaſt.

Eodem anno Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus Londini apud WESTMONASTERIVM [h] generalem Synodum congregauit pro reformatione Eccleſiæ Anglicanæ.

i Rex Armeniæ Legatum mittit ad Papam.

k Armeniæ regnum Sedi Apoſt. immediatè ſubiectum.

Hoc anno Legati Regis [i] Armeni, & Siſenſes Archiepiſcopi eiuſdem gentis Romam ad Pontificem mittuntur, tum vt vnionem ſuæ fidei Catholicæ cum Romana docerent; tum vt auxilia aduerſus infeſtantes impetrarent. Armeniæ [k] enim Regnum Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectum dictitabant. 1202.

l Conc. in Scotia.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [l] in SCOTIA de initio celebritatis diei Dominicæ. 1203.

m Oleum ex Imagine B. Virg. emanans multa miracula facit.

Eodem anno oleum [m] à quadam imagine Beatæ Mariæ Virginis de Sardenay propè Damaſcum emanare cœpit: vnde plurimi cœci ſoſpitabantur, & ipſe Suldanus Damaſci, cœcus effectus; miraculosè ibidem viſum recepit, aſperſo ſibi oleo: qui non ingratus, Sanctæ Matri Dei, olei annui ſexaginta metretas coram Imagine conſumendi, in æternum fundauit. Hinc multi ad fidem traducti.

n Aragoniæ regnum Sedi Apoſt. tributarium.

Hoc anno Petrus Aragonum [n] Rex Romæ coronatur, iurat, & vectigale Regnum Sedi Apoſtolicæ conſtituit. Bern. *epiſt.* 206. 240. 41. *&* 99. 1204.

o Papa Regi præcipit.

p Petr. Aragon. Rex ex Caſtro Scurræ cenſum Sedi Apoſt ſoluit.

Hoc anno Iudæi Albigenſibus adhærentes, Religionem Chriſtianam mirè venenabant. Innocentius Philippo Regi [o] præcipit, vt Iudæos compeſcat, & in hæreticos, validiores copias immittat. Petrus Aragonius in eoſdem militem ducit, & occupatas, exortáſque terras ſui iuris facere iubetur à Pontifice. Caſtrum Scurræ ab Aragonio [p] occupatum, in feudum ſub certo Sedis Apoſtolicæ cenſu per Legatum Regi defertur. 1205.

q Sardiniæ Inſula in ſpiritualibus & temporalib. eſt Sedis Apoſt.

In Sardinia [q] Marchio Calaritanus Piſano Archiepiſcopo Legato Apoſtolico iurauerat, ſeu dolo malo, ſeu inertia, in ſuum commodum, vt Inſula in ſpiritualibus, & temporalibus tota eſſet Apoſtolicæ Sedis. Quare iubetur Legatus, illum iuramenti religione exſoluere.

Hoc anno Otho Saxoniæ Dux Imperator creatur. 1206.

ANNO DOM. 1209. Hoc anno Albigenſes, armis Cruce ſignatorum, & Montis fortis Comitis exciduntur. Hanc victoriam ſcriptores vitæ S. Dominici Roſario [a] tribuunt. Sanctus enim Dominicus B. Virginem queſtum adit, quamobrem tantis laboribus, & prædicatione verbi tam zeloſa, pauci adeò Albigenſium reſipiſcerent. Reſpondit [b] id myſteriorum meditatione, quæ vulgò *Gaudioſa*, *Doloroſa*, *& Glorioſa* vocantur, & ad quindecim decades, recitatione iterata ſalutationis Angelicę, perfectum iri. Vnde *Corona*, & *Roſaria* frequentari cœpta à Cruce ſignatis, miraculosè, B. Virginis Mariæ vituperatores Albigenſes fuderunt. Vidit in acie Alanus Britannus, ex vulneribus ſaucius, B. Mariam centum quinquaginta in hoſtes, ſe circumcingentes, lapides iactare, eóſque humi affligere. Alter eques in vexillo Roſarium elaboratum gerens, ad hoſtes perterrefaciendos, ſuos animandos, iis præiuit, & cœlitùs demitti ignitorum globorum grandinem in hoſtiles copias, alias telis confligi: ſibi periclitanti, legionem adeſſe ignotam, & propugnare vidit. Quæ miracula ſancto Roſarij inſtituto apud eoſdem patrata quærant Parthenij. Fuit autem inter errores hæreticorum [c] ſpurciſſimorum, vt innocentiſſimam Virginem, meretricem Dei, voce impuriſſima appellarent, eiúſque virginitatem traducerent. Huic errori impudentiſſimo, Virginis illibatæ cultum in Roſario vir Dei oppoſuit, quo hæreſim eorum extirpari, vitam emendari, Orthodoxæ fidei veritatem reuocari, & Deiparæ reuerentiam poſtliminio reſtitui, ipſamet Virgo, Dominico in viſione apparens, multis demonſtrat. Quare eius iuſſu ſanctus, ardentiſſimum Roſarij præconem egit, ſuíque Ordinis ſectatores ad idem præſtandum ex ordinatione Virginei fundatoris ſui, & ſanctiſſimæ Matris obligauit, tanto cum fructu, vt innumerabiles, hæreſibus eiuratis, virtutum regiam viam tenerent. Vnde virtute Roſarij [d], impœnitentem hæreticum, & à quindecennio inconfeſſum, turpitudinem vitiorum, ſtatúſque ſui in buſonum, viperarúmque ſpecie vidiſſe, & retractaſſe vitam noxiam. Alios victorias ab hoſte indubias, virtute Roſarij reportare, dæmones eiicere, &c.

a *Roſarij B. Virg. virtute victoria hæc parta eſt.*

b *B. Virgo S. Dominicum de Roſario docet.*

c *Hæreſes ſpurciſſimæ.*

d *Roſarij ſanctiſſimi virtute plura mira fiunt.*

Audiant hæc Nouatores, & intelligant, & cum Orthodoxis, totos ſeſe cultui B. Mariæ Virginis deuoueant. *Vide Ioannem Martin. Valent. 1. p. c. 5. Iordan. Conſtant. Humbertum*, &c.

1212. Hoc anno Fredericus Imperator eligitur, & ſimul Henricus Lantgrauius Turingiæ: quo defuncto electus eſt Guillelmus Holandiæ Comes. Quo etiam per venenum extincto, electus eſt Riccardus Angliæ Rex.

1213. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [e] LAVRENSE, in cauſa Petri Aragoniæ Regis, Comitem Toloſanum affinem ſuum protegentis iuſſu Innocentij III.

e *Conc. Laurenſe.*

Eodem anno CONCILIVM [f] ROMANVM habitum eſt, quo Otto Imperator [g] IV. per Innoc. III. Imperio depoſitus eſt. Nam cùm ante coronationem iureiurando promiſiſſet, ſe Eccleſiæ Romanæ iura defenſurum, & Prælatorum electiones liberas relicturum, & appellationes ad Sedem Apoſtolicam fieri permiſſurum: Otho ſtatim ac coronatus fuit, contra fas, & ſacramenti fidem multa Eccleſiæ Romanæ oppida occupauit, & in Regnum Neapolitanum exercitum hoſtiliter mouit, vt illud Frederico II. adhuc puero, & ſub tutoribus conſtituto eriperet. Cœpit aliquot eius regni vrbes, & inter eas Capuam. Pontifex crebris literis, & nunciis eum monuit. At cùm Imperator ab incœptis deſiſtere recuſaſſet, anathemate obſtrictus eſt, & Imperio ſpoliatus, & Innocentius Germaniæ proceres monuit, vt nouum Cæſarem deligerent. Illi Pontificis imperata faciunt.

f *Conc. Rom.*

g *Otto Imp. à Papa deponitur.*

1214. Hoc anno CONCILIVM LONDINENSE congregatum eſt, in quo Rex Angliæ ab interdicto excommunicationis; & depoſitione per Nicolaum Tuſculanum Epiſcopum, & Sedis Apoſtolicæ Legatum abſolutus eſt.

1215. Apud MONTEMPESSVLANVM [h] CONCILIVM celebratum eſt hoc anno, quo Simoni Comiti Montiſortino, Toloſanus Comitatus, ex quo Albigenſes eiecerat, datus fuit.

h *Conc. Montiſpeſſulan.*

CON

ANNO DOM.

a *Conc. Oecum. Lateran.*

CONCILIVM GENERALE OECVMENICVM XII. LATERANENSE.

Eodem anno CONCILIVM generale Oecumenicum LATERANENSE celebratum ſuit, omnium vtique, quæ in Europa habita ſunt, celeberrimũ. Præfuit in eo Innocent. III. Papa: interſuerunt duo Patriarchæ Orientales, Conſtantinop. & Hieroſolymitanus. Antiochenus morbo impeditus, ſuos Legatos miſit. Idẽ quoque fecit Alexandrinus Patriarcha, qui ab Ægyptiis impeditus fuit proficiſci. Archiepiſcopi tum Græci, tum Latini ſeptuaginta. Epiſcopi 400. Abbates 12. Priores Conuentuales 800. ſimul omnes Patres fuerunt 1285. Legati Romani, & Græci Imperatorum. Oratores Regum Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Hieruſalem, & Cypri. Edita ſunt in eo ſeptuaginta capita ad mores Eccleſiaſticæ Reipublicæ emendandos. Actum quoque eſt in eo de Hieroſolyma recuperanda. Condemnatæ ſunt cuiuſdam Amalrici [b] propoſitiones. Item Ioachim Abbatis errores, non perſona. Tunc Græci erant cum Latinis coniuncti.

b *Amalrici propoſitiones damnatæ.*

c *Tranſubſtantiationis vox decernitur.*

Tranſubſtantiationis [c] vocabulum in ſacramento altaris in hoc Concilio approbatum eſt. De qua tranſubſtantiatione tractant Raban. *de ſacrament. Euchariſt.* Haimo *in 1. Timot. 2.* Algerius *lib. de Euchar.* Bern. *ſermon. de Paſchate.* Petr. Dam. *epiſtola ad Blancam.* Lanfrancus *in lib. aduerſ. Berengarium.* Anſelmus *capite* 10. & 11. *primæ ad Corinth.* Guitmundus *de ſacrament.* Humbertus *in reſponſ. ad Nicetæ librum.* Euthymius *in Panoplia. part. 2. tit. 21.* Bernard. *ſerm. de cœna Domini.* Petr. Cluniacen. *contra Petrobruſian.* Rupertus *lib.* 16. *comm. in capite* 6. Ioan. Ricard. *de Sacerdotio Melchiſedech* Leo Tuſcus *in Liturgia Chryſoſt.* Cabaſilas *in expoſit. Liturg.* Innocent. *lib. de Myſter. Miſſæ.* Thom. Aquinas *lib. de ſacram. Altar. & in offi. ſacramenti.* S. Bonauent. cum Scholaſticis *in 4. ſentent.* Clemens *lib. 6. conſt. cap.* 23. Pius I. *diſt. 1. de conſecrat. Can. ſi per negligentiam.* Iuſtin. *Apol. 2. ad Anton.* Tertullian. *4. cont. Marc. cap.* 40. Origen. *hom. 7. in Num.* Cyprian. *ſerm. 1. de cœna Dom.* Athan. *lib. de Chriſti imagine.* Nazianz. *orat. 2. in S. Paſcha.* Baſil. *in ſua Liturgia.* Hil. *lib. 8. de Trinit.* Epiphan. *in Ancor.* Ambroſ. *lib. de iis, qui myſter. init. cap. 9.* Auguſt. *epiſt.* 111. & reliqui Patres communiter.

d *Innoc. PP. moritur.*

Denique Sanctus Pontifex Innocentius poſt multa laude digna peracta hoc 1216.
anno, die 16. Iulij defunctus [d] eſt, cum Pontificatum geſſiſſet ann. 18. menſ. 6. d. 11.

Iuſtis Innocent. perſolutis, decem & nouem Cardinales, rebus Aſiaticis, & Italicis periclitantibus, quantocyus occurrere cupientes ad 15. Cal. Aug in Comitium deſcenderunt, & ſancti Spiritus implorata gratia, Pontificatum Cencio Cardin. detulerunt.

Fuit is, patria Romanus, patre Aimerico, gente Sabella natus, à teneris annis Monaſterio Lateranenſi oblatus, & in eo Canonicorum Regularium inſtitutum profeſſus, atque propter eruditionem, pietatémque, primùm à Cœleſtino III. inter Diaconos, deinde ab Innocentio III. Pontifice inter Presbyteros Cardinales relatus, 9. Cal. Auguſt. inſignia Pontificatus, & nomen HONORII III. [e] aſſumpſit: Romámque reuerſus, publica omnium gratulatoine ſalutatus.

e *Honorius III. PP. eligitur.*

f *Siciliæ regnum ſibi reſtitui petit.*

Primùm, Fridericum Romanorum Regem de ſua aſſumptione certiorem fecit: & Siciliam [f] reſtitui voluit, ne Imperialis iuris eſſe putaretur, quæ Eccleſiaſtici fuiſſet ſemper: recuſauitque filium eius Henricum Regem ſalutare, ob periculum, & præiudicium: ſed Legato ſuo totam regendam illam, diſponendámque tradidit. Henricum decennem Angliæ Regem, & pupillum, Legatis in Angliam miſſis, & Regnum ipſum in clientelam admittit. Cruce ſignatorum copias in Orientem, impetratis Venetorum nauibus tranſmiſit. Regem Noruegiæ [g], Regnúmque in protectionem Sedis Apoſtolicæ ob Cruce ſignatos in Syriam deſtinatos accepit. Sardiniæ Piſanos infeſtatores, explicata veritate dominij, ab incœpto dehortatur per Legatum.

g *Rex Noruegiæ, & Regnum ipſius ſub protectione Sedis Apoſt.*

Hoc anno 1216. Honorius Papa Ordinem S. Dominici confirmat: & anno 1218. pro Carthuſianis dat Conſtitutionem, quæ incipit: *Cùm dilecti filij.*

h *Sacri Palatij Magiſtri officium initiatur in perſona S. Dominici.*

Hoc tempore inſtitutum eſt Officium [h] Magiſtri ſacri Palatij in perſona S. Dominici Illuſtriſſimi Ordinis Prædicatorum fundatoris: qui prælectione epiſtola-

rum

ANNO DOM

rum D. Pauli, aliorúmque Sanctorum Codicum explicatione, ab inhoneſtis nugis, Clericos, qui à ſeruitiis Papæ erant, coërceret.

De quamplurimis etiam Fratribus [a] Minoribus illuſtris memoria in hiſtoriis habetur, quòd Lectores, & Doctores ſacri Apoſtolici Palatij fuerint. Vnde de B. Ioanne Pechano [b] Anglo S. Bonauenturæ diſcipulo hæc habet Rodulphus Toſſignanus *in ſua hiſtoria Religionis lib. 1. pag. 117. Cùm Romæ in ſacro Palatio Doctoris ſacrorum publico munere fungeretur, priuſquàm in Epiſcopum fuiſſet promotus, nec adhuc vlla eſſet præterquàm Theologiæ magiſterij eminentia inſignis, Cardinales, Epiſcopi, aliorum graduum, atque Ordinum complures in Eccleſiaſticis dignitatibus eminentes, ob viri in rebus Theologicis præclaram eruditionem ad illum audiendum ſacra docentem, magna diligentia quotidie confluebant, veluti tanti luminis radio cupientes illuſtrari: cùm ergo adueniente ſtatuta prælectionis hora, per medium ſcholæ ad Cathedram accederet magiſtralem, prætereunti Doctori, qui conſederant, aſſurgentes, in pedes perſiſtebant, donec conſcendiſſet ille Cathedram: hunc nimirum honorem deferebant Theologico lumini, quo ille fulgebat, & cuius illi participes fieri deſiderabant. Poſtea verò quàm Archiepiſcopatus dignitate ſublimatus eſt, ſolitum Doctoris munus nihilominus adminiſtrare perrexit. Et cùm iam Archiepiſcopus Cantuarienſis in ſcholam ingrederetur, Cardinalium nemo illi voluit ſolitum aſſurrectionis impendere honorem, neque vllo modo loco moueri. Hactenus (aiebant huius rei cauſam reddentes) Theologici luminis maieſtatem in humili vaſculo contemplati, Theologo, & Theologiam docenti dedimus honorem: qua ſanè conſideratione nos illo multò inferiores, ipſum verò nobis ſuperiorem agnouimus. Hunc verò dum in Epiſcopalem dignitatem intendimus, non eſt cur nos ipſi, vel maiori, vel certè æquali dignitate fulgentes aſſurgamus: Theologico lumini honoris impendere obſequia non pudebat, Epiſcopo autem huiuſmodi præbere honorem, noſter Ordo non docuit.*

a *Fratres Minores Palatij Lectores, et Doctores plures.*
b *Ioannes de* [illegible] *Anglus.*

Frater Matthæus Aquaſpartanus [c], Doctor inſignis, primò poſt Fratrem Ioannem Pechanum ſacri Lector Palatij, & Summus Pœnitentiarius, quod amplum Romæ, & perhonorificum eſt munus: deinde totius Ordinis Generalis Miniſter: poſtremò à Nicolao IV. Presbyter Cardinalis tituli Sancti Laurentij in Damaſo: poſtea Epiſcopus Portuenſis, tituli Sanctæ Ruffinæ creatus eſt. Obiit Romæ in Conuentu Aracœli. Idem Toſſign. *vbi ſupra. pag. mihi* 218. *Pars 2. Chronicorum Minor. lib. 4. cap. 25. ſub Pontificatu Martini II. dicti IV. anno* 1281.

c *Frater Matthæus Aquaſpartanus ſacri Palatij Lector, & Summus Pœnitentiarius.*

Huic in officio Lectoris ſacri Palatij ſucceſſit Frater [d] Gonzales Falgarius Toloſanus: poſtea Epiſcopus Viuarienſis. *Par. 2. Chron. lib. 5. cap. 5.*

Frater [e] Gentilis anno 1299. cùm eſſet Lector Sacri Palatij à Papa Bonifacio in Cardinalem cum tit. S. Martini in Montibus, creatur.

Cui in officio Lectoratus Frater [f] Rinaldus Prouinciæ S. Franciſci ſubrogatus eſt. Frater Marc. Vlyſſipponen. *in 2. Par. Chron. lib. 6. cap. 23.*

d *Frater Gonzales Falgarius ſacri Palatij Lector.*
e *Frater Gentilis S. Palatij Lector.*
f *Frater Rinaldus S. Palatij Lector.*

1220. Hoc anno Honorius Papa data Conſtitut. quæ incipit: *Has leges.* confirmat pro immunitate, libertate, & iuriſdictione Eccleſiaſtica editas leges à Friderico II. Romanorum Imperatore. Eaſdem leges approbauit Bonifacius VIII. *in cap. Vt inquiſitionis. de hæret. in 6.* cum clauſula, quatenus Dei, & Eccleſiæ ſanctæ ſuæ honorem promouent, & hæreticorum exterminiū proſequuntur, & ſtatutis Canonicis non obſiſtunt. At ipſum Imper. Fridericum Pontifex iſte coronauit. Sed poſtmodum è Pontificis, & S.R.E. obedientia diſceſſit, proptereáque excommunicatus fuit à Gregor. IX. & Innoc. IV.

1221. Hoc anno Honorius [g] approbat Regulam Fratrum Minorum S. P. Franciſci data Conſtitut. quæ incipit: *Solet annuere.*

Qui etiam Pontifex eidem S.P. Franciſco Indulgentiam [h] pro Eccleſia S. Mariæ Angelorum propè Aſſiſium cōceſſit: quam prius à Chriſto ipſo Domino ipſe impetrarat. Refert enim S. Bonau. *in vita S. P. Franciſci*, quòd cùm quadā nocte in eadē Eccleſia S. Franc. oraret, eique Chriſtus apparuiſſet, ab eo petiit, vt omnibus illā Eccleſiā introeūtibus, cōcederet veniā, & Indulgentiā omniū peccatorū ſuorū quorū confeſſionē Sacerdoti feciſſet. Reſpōdit Chriſtus, id ſibi placere, præcepitq; illi, vt eius Vicariū adiret, & ab eo ſuo nomine illā Indulgentiā poſtularet. Quam tandem obtinuit, vt ſcilicet à primis veſperis Calēdarum Aug. vſque ad veſperas

g *Honor. approbat Regulam Fratrum Minorum.*
h *Indulgentia Portiunculæ à Chriſto conceſſa, & à Papa confirmata.*

Anno Dom.

ſequētis diei, in perpetuū ibi eſſet Indulgentia plenaria. Cúmq; ei vellet diploma dare; reſpondit S.P. Franciſcus ſibi ſatis eſſe verbum ipſius: Dominus enim opus ſuum per ſe ipſum diuulgaturum, ac magnificaturum. Quod quidem mirabiliter eueniſſe cernitur: nam abſque alio diplomate, ex vniuerſis Chriſtiani Orbis partibus ad eam Eccleſiam pro tali Indulgentia [a] lucranda, fideles innumeri ad diem præfixum ſe conferunt: præcipuè verò Itali, & ſpecialiter, qui vallem ipſam Spoletanam incolunt.

a *Indulgentia Portiunculæ mirabiliter publicatur, & frequentatur.*

b *Conc. Oxonien.*

CONCILIVM [b] OXONIENSE pro Eccleſia Anglicana reformanda hoc 1222.
anno celebratur.

c *S. P. Franciſcus ſacris ſtigmatibus inſignitur.*

Hoc anno Seraphicus [c] Pater Franciſcus ſacratiſſimis Crucifixi Ieſu ſtigmati- 1224.
bus meruit in monte Aluerniæ, peculiari præ Sanctis omnibus priuilegio conſignari, propè feſtum Exaltationis S. Crucis: cùm ibidem ad honorem Archangeli Michaëlis Quadrageſimam ieiunaret.

d *Conc. Germanicum.*

Hoc anno CONCILIVM [d] GERMANICVM celebratum eſt ſub præſi- 1225.
dio Conradi Epiſcopi Card. Portuenſis, Sedíſque Apoſtolicæ Legati contra Simoniacos, & concubinarios Clericos.

e *Conc. Vveſtmonaſt.*

CONCILIVM [e] VVESTMONASTERIENSE in cauſa Romani Pontifi- 1226.
cis, duarum præbendarum obuentiones ſuæ Curiæ aſſignari petentis.

f *S. P. Franciſcus è viuis ad cælos euolat.*

Eodem anno Phœnix ille Religioſorum S. P. Franciſcus [f], & ſpeculum perfectionis abſolutiſſimum, in humanis eſſe deſiit Aſſiſij 4. Octobris, ætatis ſuæ anno 45. ab inchoata Religione octodecim circiter: & triumphantem Eccleſiam victor introiuit. Cùm enim finem ſuæ vitæ ſibi imminere cognouiſſet, ad S. Mariam de Portiuncula deferri petiit, vt vbi gratiæ igniculos primos ſuæ conuerſionis admirabilis accepiſſet, ibidem faſtidioſæ vitæ ſpiritum innocentiſſimus Pater poneret. Nudus cum nudo hoſte in nuda humo agonem viriliter auſpicans: multiſq; de paupertate, patientia, fide inuiolabili erga S. Rom. Eccleſiam ſeruandis, coràm filiolis ſuis differens, mortem præſtolatur. Paſſionis dein explicationem à Ioanne Euangeliſta factam, ſibi prælegi iuſſit: & deniquè ſpiritu fatiſcente, & inter emortuas voculas iam fugiente, hiſce finiit, conſolatione pleniſſimis: *Me expectant iuſti donec retribuas mihi.*

g *Honorius Papa moritur.*

Hoc anno die 18 menſis Martij Honorius III. [g] poſtquam 10. annis, m. 7. d. 13. 1227.
Eccleſiam laudatiſſimè rexiſſet, moritur: Eligitúrque altero die vnanimi Patrum conſenſu, Hugolinus illi Senatui ab Innocentio III. patruo inſertus, ex Comitibus Signiæ Anagninus, & GREGORIVS [h] IX. dictus eſt.

h *Greg. IX. Papa creatur.*

Hoc anno 1227. dat Conſtitutionem hic Pontifex, quæ incipit: *Feruor, & integritas*: in qua determinat, quòd quicunque Religioſi ad eremum Ordinis Camaldulen. tranſire poſſint. Hanc poteſtatem ampliauit Gregor. XIII. *in Conſtit. 99.* quæ incipit: *Ea eſt.* quia obſtabat Bulla Pij V. quæ incipit: *Quacunque.*

Hoc anno Gregor. IX. S. P. Franciſcum retulit in Sanctorum numerum. Con- 1228.
ſtitutio incipit: *Mira circa nos.*

i *Annuntiationis B. Mariæ feſtum, quando inſtitutum*

Auctoritate huius Pontificis, vt habetur *in capit. Conqueſtus. de feriis.* inter dies feſtos numerantur omnes feſtiuitates [i] Beatæ Virginis. *Et in capit. Pronunciandum. de conſecrat. diſtinct.* 3. Ex Concilio Lugdunenſi recenſentur tantùm tres, celebritas Purificationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis, vbi omittitur dies Annunciationis. Ex quo elicere volunt aliqui, feſtum Annunciationis non eſſe antiquum. At dubitandum non eſt, quin eo tempore huiuſmodi dies feſtus coleretur. Imò olim etiam celebrabatur, nam extat de ea re mentio in VI. Synodo. *capite* 12. apud Theodor. Balſamon. *pag.* 228. ibi enim eſt inſignis oratio in ea ſolemnitate habita, quæ adſcribitur Sancto Athanaſio, quam tamen aliquando Cyrillo potiùs tribuendam putaui: cùm ibidem auctor tam acriter pugnet contra dogma Neſtorij, quem longè poſt Athanaſium vixiſſe conſtat. Scripſit etiam de eodem myſterio, & ſolemnitate ſacrum hymnum S. Ioannes Damaſcenus. Extant & aliæ luculentæ orationes Heſychij Presbyteri, Andreę Hieroſolymit. His omnibus antiquiorem prodidit ex ſuo antiquitatum promptuario Cardin. Syrletus cōſcriptam à Gregorio Thaumaturgo, quam Guillelmus Lindanus Ruremundenſis ab eo acceptam, latinitate donauit. Eſt eius exordium: *Hodie angelica acie hilariores ſplendeſcunt Dei laudes.* Agebatur olim in multis Eccleſiis ea ſolemnitas

Digitized by Google

ANNO DOM.

ad 15. Calend. Ianuat. vt apparet ex Concilio Laodiceno *cap.* 5. idque Toletana X.Synodus in Hiſpania faciendum indixit *Can.* 1.quod etiam in aliis Eccleſiis agi conſueuiſſe teſtatur. Hoc autem eo tempore fiebat, quòd Quadrageſimæ tempus luctui potiùs, & mœrori deberetur. Verùm Latina [a] Eccleſia eo die feſtum Annunciationis celebrat, quando facta eſt, nempe die 25. Martij: & vt conſtat ex ſupputationibus Aſtronomicis, & dies erat ſexta Feria hebdomadæ, ſcilicet dies Veneris: nam eo anno littera Dominicalis erat B, & dies Veneris erat G.

a Eccleſia Lati Annunciat. celebr. die, quo facta eſt annunciatio.

Sub hoc tempore etiam aliqui dicunt, compoſitam eſſe *Salue* [b] *Regina*, à quodam S.Benedicti Religioſo, & Gregor.IX.eam mandauit in cunctis Eccleſiis cantari. Sed cùm reperiantur quatuor Sermones apud S. Bernardum ſuper *Salue Regina*, conſtat eam antiquiorem fuiſſe, aut Sermones illos Bernardi non eſſe. *Vide Gundiſaluum Illeſcas hiſt. Pont. lib.* 5.*c.*8 *&* 34.

b Salue Regina quando compoſita.

Eodem anno Gregorius IX.data Conſtit.quæ incipit: *Fraternitatis tuæ.* deſtinat Religioſos viros ad Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum cum explicatione Primatus [c] Eccleſiæ Romanæ, & cum Paſtorali adhortatione, vt ad Eccleſiæ gremium, & vnitatem reuertatur.

c Primatus Eccleſ. Rom oſtenditur.

Dedit poſtea Dominus vnionem Eccleſiæ Græcæ, & Latinæ in Concilio Florentino, vt habetur in Conſtit.Eug. IV. quæ incipit: *Lætentur.*

1232. Hoc anno canonizatus fuit S. Antonius [d] Luſitanus, de Padua nuncupatus, Ordin.Fratrum Minorum.Conſtitutio incipit: *Cùm dicat Dominus.*

d S. Anton. de Padua canonizatur.

1233. Hoc anno initium habuit Ordo [e] Seruorum B.Mariæ.

e Ordo Seruorum B. Mariæ.

1234. Hoc anno fecit Gregor. IX. Conſtitutionem, quæ incipit: *Rex excelſus.* qua prohibetur alienatio [f] Terrarum, Caſtrorum, & aliorum locorum Sedis Apoſtolicæ abſque conſenſu S.R.E.Cardinalium. Eandem prohibitionem fecit Symmachus *in cap.*6.*de reb.Eccleſ.non alienandis.* Quæ prohibitio admodum extenditur à Pio V.in Conſtitut.quæ incipit: *Admonet* Item [g] hæc conſtitutio ampliatur, & declaratur per Ioan.XXII.*Conſt.*1.Vide Clem. VI.*Conſt.*1.Innoc.VI.*Conſtit.*1. Innoc. VII.*Conſtit.*1.Paul.II.*Conſt.*2.Clem.VII.*Conſtit.*18 Paul.III. *Conſt.*25.Iul III.*Conſtit.*28.Paul.IV.*Conſt* 2 Pium IV.*Conſtit.*19.Gregor.XIII.*Conſt.*2.*&* 66. Gregor. XIV. *Conſt.* 2. Innoc.IX. *Conſtit.* 2.

f Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum prohibetur.

g Horum Pontificũ Conſtitutiones citantur prout in Bullario nouo ordinatæ reperiuntur.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt tria Concilia.

ROMANVM [h] hoc anno 1234.pro expeditione in terram ſanctam.

h Conc.Rom.

1237. LONDINENSE [i], auctoritate Ottonis Sedis Apoſt.Legati pro Eccleſia Anglicana reformanda.

i Conc. Londin.

Eodem anno fecit aliam Conſtit. Gregor.quæ incipit: *Confeſſor Domini.* in qua ſtatuitur veritas [k] ſacrorum ſtigmatum S. P. Franciſci. Comprobauit hoc idem Alex. IV.in conſt.4.*Benigna.*& etiam Sixt. IV.

k Sacrorum ſtigmatum S. P. Franciſci veritas comprobatur.

1239. Hoc anno Gregor.data Conſtit.quæ incipit: *Rationalis ſpiritus.* pronunciat excommunicationem [l] in Fridericum II. Imp. eiúſque fautores, & liberat ſubditos ab eius Vaſſallagio. Hic Fridericus antea Catholicus, leges pro libertate Eccleſiaſtica ediderat. At ipſe poſtea aberrauit [m] à fide, & in ſua perfidia permanens, ab iſto Pontifice excommunicatus fuit; Imperióque, & Regnis priuatus. Ideò eius filium Conradum in Imperatorem eligi prohibuit Alex.IV.in Conſtit.*Firma.*

l Fridericus Imp. excommunicatur.

m Frid. Imp.oberrauit à fide.

1241. Hoc anno celebratum eſt CONCIL. [n] TARRACONENSE ob Vvaldenſ. hæreticos.

n Conc. Tarracon.

Gregorius autem bene, & laudabiliter ſe gerens in Pontificatu, anno ſuæ aſſumptionis 15. [o] moritur: cùm paulò ante Solis [p] eclypſis tanta apparuiſſet, quanta nunquam antea.

o Greg. Papa moritur.

p Solis eclypſis quanta nunquam antea.

Poſt trigeſimum verò diem à Gregor. defuncto, Gaufridum Mediolanenſem Card.Sabinum Cardinales ſuffecerunt, ipſúmque COELESTINVM [q] IV.ſalutarunt.Qui tamen 18. Pontificatus ſui die moriens, in Baſilica Petri ſepelitur, magno ſui deſiderio relicto.

q Cæleſtinus Papa creatur, & poſt aliquot dies moritur.

1242. Vacat hoc anno [r] Sedes, quia Fridericus tres Cardinales in carcere [ſ] detinebat.Indignum autem iudicabat Purpuratorum Senatus in iſto negotio arduo ex aliquorum tantùm, & non omnium Cardinalium ſuffragiis decernere.

r Vacat Sedes vno anno.

ſ Cardinales in vinculis à Frid. Imp. detenti.

1243. Hoc autem anno, Cardinales vinculis detenti, liberati iam, Anagniæ ſimul cum aliis congregati, & concordibus votis 4. Iunij Sinibaldus Cardinal. patria

ANNO DOM.

Genuenſis,gente Fliſca, ex Comitibus Lauaniæ, electus eſt, INNOCENTIVSQVE IV. [a] ab omnibus ſalutatur. Quo nuncio Fridericus Imperator non admodum delectatus eſt. Nouerat enim hominis virtutem, magnitudinémque animi: nam antea ſimul familiariter aliquandiu vixerāt,& ob eam rem verebatur,ne à ſe ante actæ vitæ rationem expoſceret. Quare congratulantibus amicis, dixiſſe feruntur,Sinibaldum Cardinalem ex amico optimo in hoſtem acerrimum ob Pontificatum mutatum eſſe.

a Innoc.IV.PP.communi conſenſu eligitur.

Innocentius autem,Pontificium habitum indutus,Romam veniens,prodeunte obuiam honorato quoque, magno omnium applauſu ſuſcipitur: qui ſtatim, peractis quæ de more in conſecrandis, coronandiſque Pontificibus fieri conſueuerunt,de pace cum Friderico ineunda,mentionem facit,Balduino ad rem conficiendam auctoritatem ſuam interponente. Idem verò bono conſilio vſus Cardinalium Sedes iam pridem vacuas,optimo quoque in Collegium cooptato repleuit: Statuitque, vt Cardinales equo in publicum vecti,galero [b] rubro vterentur, honeſtandi ordinis cauſa.

b Cardinalibus galerus rubeus datur.

c Natiuitatis B.M. Feſtū, quando inſtitutum.

Tempore huius Pontificis quidam putant inſtitutum fuiſſe feſtum [c] Natiuit.B. Virginis,decepti ſcilicet,quia Durandus,Platináque,& aliqui alij dixerunt, ab eo Pontifice Octauas huius diei feſti eſſe inſtitutas.Sunt qui dicant,hunc diem feſtū ante Caroli Magni,& Ludouici Pij ſæculum in Eccleſiā minimè celebrari ſolitū, eo quòd in Conciliis, quæ ſub iis Impp. coacta ſunt, dies feſti,qui ſunt in obſeruatione recenſentur,inter quos,dies feſtus Natalis Deiparæ non habetur.Sed certè hoc dici non poteſt,quia S.Ildefonſus *in lib.de Virginit. Mariæ.* mentionem facit huius diei feſti. Beda item *in Martyrol.6.Id.Sept.* ponit Natiuitatem B. Mariæ. Sergius I.huius nominis Pontifex,publicas Litanias indixit in quatuor celebritatibus Deiparæ,videlicet,Annunciationis,Purificationis, Aſſumptionis, & Natiuitatis. Et S.Ildefonſus,Beda,& Sergius prędicti,ante Ludouici Pij,&Caroli Magni tempora floruerunt. Nec obſtat, nullam eſſe in Conciliis prædictorum Impp. ſæculo celebratis:hocenim ſolùm indicat,Gallicanas Eccleſias nondum eo tēpore hunc feſtum agere:& obſeruare cœpiſſe.Mihi admodum veriſimile eſt, Epheſini [d], & Chalcedon.Concilij temporibus,Natalem Deiparæ inter dies feſtos celebrari, & coli cœpiſſe: tunc enim damnata eſt hæreſis Neſtorij,qui impiè, & nefariè negabat, B. Virginem fuiſſe Dei Genitricem: & tunc floruit S.Cyrillus Alexand. qui fuit religioſiſſimus B. Virginis cultor. Hinc eſt, vt extent homiliæ S.Germani,S. Procli, Andreæ Cretenſis,& Damaſceni de Natali Deiparæ Virginis.

d Concilij Epheſ.&Chalcedon. temporibus fuit hoc feſtum inſtitutum.

e B. Virginem Sanctam fuiſſe ante ortum ſuum, quomodo credendum.

Peres,an fide Catholica credamus,Deiparā fuiſſe ſanctam [e] ante ortum ſuum? Caietan. *Opuſcul. Tom. 2. tractat. 1. capite* 1. putat, hoc tantùm probabiliter, & piè credi in Eccleſia. Cæterùm,Catharinus *lib.4.cont. Caiet.* & Cordubenſis *lib. 1. q.44 concluſ.*4. Caietanum in hac parte reprehendunt: aiunt enim,fide Catholica credi,Deiparam ſemper Virginem in ſanctitate natam eſſe. Alij volunt, non quidem hoc contra fidem eſſe,ſed ferè errorem in fide, oppoſitum affirmare. Certè Eccleſiaſtica traditio videtur in hac parte fidem facere: nam eiuſmodi Eccleſiæ traditione multa alia credimus, quamuis ex ſacris litteris ea non habeantur, neque colligantur.

Sub hoc Pontifice celebratum eſt vnum Concilium generale. Extat pro hoc Conſtitutio quæ incipit: *Dei virtus.* in qua conuocat Summus Pontifex Abbates, & Priores Angliæ ad hoc generale Concilium Lugdunenſe primum,pro die 24.Iunij 1245.In qua etiam Conſt. indicat, quòd Principem diſſidentem ab Eccleſia,ad iſtud Concilium citauit.

f Conc.Lugd. Oecumenic.

CONCILIVM [f] GENERALE OECVMENICVM XIII. LVGDVNENSE.

Hoc anno LVGDVNI in Gallia celebratum eſt CONCILIVM LVGDVNENSE I. generale Oecumenicum XIII. contra Fridericum huius nominis II. Imper. qui ad Concilium vocatus,& venire recuſans,tanquam hoſtis Eccleſiæ iudicatus, regno [g] Siciliæ, & Imperio Romanorum priuatus eſt. Actum fuit etiam de recuperanda Terra ſancta, S. Ludouico Francorum Rege conſtituto Duce illius quintæ 1245.

g Fridericus Imp. regno Siciliæ, & Imperio priuatur.

expedi

ANNO DOM.

expeditionis ſacræ, qui Cruce ſignatus, vbi in Aſiam cum ingenti exercitu traieciſſet, rediit in Galliam quinto poſt anno.

Eodem anno Innoc. Papa edidit conſtitutionem, quæ incipit: *Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem.* in qua damnat [a], & deponit eundem Fridericum Imp. anathematis vinculo à Gregorio IX. hactenus innodatum.

a *Idem determinat Innoc. Papa.*

1247. Hoc anno canonizatus fuit S. Eadmundus Cantuarienſis Epiſcopus Conſtit. *Nouum matris Eccleſiæ gaudium.* Fuit etiam canonizatus poſtea Ricardus, qui Eadmundi Vicarius fuit, ab Vrbano IV. Conſt. *Exultet.*

1252. Idem Innoc. Conſtitutionem fecit, quæ incipit: *Cùm fratres.* in qua determinat, vt hæretici [b], eorúmque fautores, & complices banno exponantur, & eorum bona publicentur, & alia multa circa hæreticos ſtatuit.

b *Contra hæreticos, & eorum fautores.*

1253. Hoc anno Innoc. canonizauit S. Staniſlaum [c] Cracouienſem Epiſcopum in Polonia, data Conſtitutione quæ incipit: *Olim.*

c *S. Staniſlaus canonizatur.*

Eodem anno Angliæ Rex [d] antea Eccleſiæ iniurius, immunitates, prærogatiuas, conſuetudines, libertates Eccleſiaſticas egregio exemplo reſtituit, reducitque ritu tali. Boniſacius Archiepiſcopus Cantuarienſis, aliíque Epiſcopi in aula Weſtmonaſterienſi, Pontificiis veſtibus ornati, candeláſque [e] accenſas manibus geſtantes, anathemate, & diris Eccleſiaſticis eos execrati ſunt, qui eaſdem leges, deinceps violarent. Extinctas deinde candelas, in terram proiecere, campaníſque magno clangore ſonantibus acclamauere: ſic pereant, & extinguantur, qui hoc noſtrum decretum perfidè violauerint. Rex verò per fidem, qua homo homini, & Chriſtianus Deo, & qua ſe Regno cùm Principatum iniret, adſtrinxerat, religiosè promiſit [f], ſe decretum illud integrum, inconcuſſum, & illibatum conſeruaturum. In eodem Principum conſeſſu dictum eſt anathema, Innocentij Pont. Maximi auctoritate innouatum, in eos, qui liberas Prælatorum electiones in Anglia violarent, aut ſe illis quoquo modo immiſcerent. *Matth. Pariſ. Hiſtor. Anglican.*

d *Angliæ Rex pro immunitate & libertate Eccleſiaſtica.*

e *Excommunicationis ſententia datur cum candelis accenſis, & extinctis, & in terram proiectis: campaníſq. magno clangore ſonantibus, & cum acclamationibus.*

f *Rex Angliæ promittit ſe decretum Epiſcoporum ſeruare.*

1254. Hoc anno data conſtitutione, quæ incipit: *Cùm negotium fidei*: ſtatuit Innoc. quòd Inquiſitores [g] hæreticæ prauitatis, poſſint interpretari ſtatuta Eccleſiaſtica, & ſæcularia, contra hæreticos edita: Eóſque, eorum filios, ac nepotes, & adhærentes [h], aut ipſorum opera, beneficia, & officia aſſequentes, illis priuare. Quódque accuſatorum, & teſtium nomina publicare non debeant, aliáque multa ſtatuit pro Inquiſitoribus, vt videre eſt in Bullario.

g *Inquiſitores poſſunt interpretari ſtatuta contra hæreticos edita.*

h *Poſſunt & hæreticos, eorumq. filios, & nepotes beneficiis, & officiis priuare.*

Eodem anno Innocentius, cùm ſanctiſſimè rexiſſet Eccleſiam annis 11. menſibus 5 ad 7. Idus Decembris debitum [i] humanæ naturæ perſoluit. Sepultus Neapoli in Eccleſia S. Laurentij.

i *Innoc. moritur.*

Ipſi autem Innocentio IV. iuſtis perſolutis, 14. Cardinales Neapoli factum Conclaue ingreſſi 15. die poſt Innocentij mortem, Raynaldum ex Comitibus Signiæ ex Oſtienſi, & Veliterno Epiſcopo Cardinali, Summum Pontificem elegerunt, & ALEXANDRI IV. nomine ſalutatum, ipſo die Natalis Domini inaugurarũt.

1255. Hoc anno canonizat S. Claram Aſſiſiatem Ordinis Monialium S. Franciſci. Conſtitutio ſic habet. *Clara claris*, &c.

Eodem anno comprobat veritatem ſtigmatum [k] S. P. Franciſci, poſitis pœnis aduerſus aliter affirmantes. Conſtitutio incipit: *Benigna operatio.*

k *Stigmatũ S. P. Franciſci veritas determinatur.*

Eodem anno ſtatuit idem Pontifex, quòd Fratres Minores Conuentuales Ordin. S. Franciſci, ad Epiſcopatus, & alias dignitates promoti, libros, & alia eorum bona, Ordini reſignare teneantur. Conſtitutio incipit: *Ex parte veſtra.*

1256. Hoc anno facta Conſtitutione, quæ incipit: *Firma.* prohibet, ne Conradus [l] Friderici olim Romani Imperatoris filius eligatur, vel nominetur in Regem Romanorum, optimíſque rationibus monet ipſum Epiſcopum Moguntinum. Quia Imperator eſt Eccleſiæ aduocatus. Fridericus autem perſecutus fuit Eccleſiam, & ideò non debet eligi offenſor pro defenſore. Et quia ſic Conradus erat infans, & inhabilis ad defenſionẽ Eccleſiæ, & ad regendum, & propterea maneret Eccleſia diutiùs, nõ abſq; grauibus ferè diſpendiis, defenſionis cõmodo deſtituta. Præcipit ergo ipſi Epiſc. Mogunt. & in virtute ſanctæ obedientiæ mãdat, ne ipſe Conradũ in Regẽ eligat, aut nominet, neq; conſentiat in eundẽ. Quòd ſi cõtra mandatũ hoc facere præſumpſerit, opem, vel operam, auxilium, &c impenderit, excõmunicatus

l *Conradus Imp. Friderici filius non eligendus in Regem Romanorum.*

 Anno Dom.

exiſtat: Moneátque alios electores, ne id ſimiliter faciant: quòd ſi contrauenire præſumpſerint, excommunicationis ſententiam in eos ferat.

Hoc anno dat facultatem [a] Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, cogendi quoſcunque Magiſtratus [b], & Officiales ad exequendum eorum ſententias. Conſtitutio incipit: *Ad audientiam* Hoc idem ſtatuit Innoc. VIII. in conſtitut. *Dilectus*. Et aduerte, quòd hanc executionem dare illi tenentur, abſque proceſſuum reuiſione, vt ibid. & in Conſtit. Leonis X. *Honeſtis*. 1260.

a Inquiſitorum variæ facultates.

b Cogere poſſunt quoſcunque magiſtratus, & officiales ad exequendũ eorum ſententias.

Eodem anno ſtatuit, vt Inquiſitores hæreticæ prauitatis auctoritatem habeant compellendi [c] quoſcunque ad ſibi exhibendum ſcripturas, & inſtrumenta ſpectantia ad officium S Inquiſitionis, & conuocandi Clerum, & populum aduerſus hæreticos, & eorum fautores. Conſtit. incipit: *Cupientes*.

c Cõpellere poſſunt quoſcunque ad ſibi exhibendum ſcripturas.

Item vt Prælati Eccleſiaſtici, & alij omnes Clerici, quomodolibet exempti, requiſiti, prouideant [d] Inquiſitoribus, eorúmque ſociis, de ſaluo conducto. Conſtitutio. *Ad extirpandam*.

d Prouideri debent ab omnibus de ſaluo conducto.

Item, vt Barones [e], Magiſtratus, Communitates, & Officiales omnes teneantur ſtatim requiſiti, Inquiſitoribus, eorúmque ſociis de ſecuro ſaluo conducto prouidere. Conſtitutio: *Ad extirpandam*.

e Barones, & Magiſtratus tenentur prouidere Inquiſitoribus de ſaluo conducto.

Item, vt Inquiſitores [f] procedere poſſint in cauſis fidei, contra quoſcunque, etiam exemptos: eligeréque Notarios, etiam regulares, qui in ſæculo Notarij fuerunt. Conſt. *Ne commiſſa*.

f Inquiſitores poſſunt procedere in cauſis fidei contra quoſcunque.

Item, vt Inquiſitores [g] hæreticæ prauitatis Ord. Fratrum Prædicat. vel Minorum, non teneantur obedire Prælatis ſuorum Ordinum, in concernentibus Officium S. Inquiſitionis. Conſtitutio: *Catholicæ fidei negotium*.

g Inquiſitores non tenentur obedire Prælatis ſuorum ordinum in concernentibus officium.

Hæc, & alia multa laude digna egit Alex. IV. qui Viterbium profectus, vt pacem inter Genuenſes, & Venetos componeret: cùm in ea rediutiùs vexatus eſſet, eo loco tædio animi affectus, tandem moritur [h], & in Eccleſia S. Laurentij honorificè ſepelitur, Pontificatus ſui anno 6. m. 5. 8. Cal. Iunij.

h Alex. IV. moritur.

Mortuo Alexandro veteris dignitatis ambitioſi Romani, Senatorem Vrbis, ſeu Prætorem, quòd ſe ſolutum Imperio Pontificis aſſeteret, Romæ crearunt. Quo poſtmodum deiecto, per ipſoſmet Cardinales, Viterbij ad 4. Cal. Sept. eligunt VRBANVM IV. [i] dictum Iacobum Pantaleonem, Patriarcham Hieroſolymitanum. Pontifex creatus, ſtatim è Gallia milites conuocauit, quos Manfredo, ditionem Eccleſiæ vexanti obiiceret. 1261.

i Vrbanus IV. eligitur.

Hoc anno edidit Conſtitutionem Vrbanus, quæ incipit: *Tranſiturus*. qua ſolemniſſimam [k] feſtiuitatem ſanctiſſimi Corporis Chriſti ad Fer. 5. poſt Octauas Pent. inſtituit. Fuit autem inſtituta occaſione miraculi Corporalis, quod in oppido Bolſenæ Vrbeueteris Diœceſis, accidit: dum enim Sacerdos, poſtquam conſecraſſet Hoſtiam, dubitaſſet, an in ea etiam ſanguis [l] eſſet, miraculosè ex ea, ſanguis ebullire cœpit, & corporale condecorauit. Ad quod factum recognoſcendum & probandum, duo illa Eccleſiæ lumina Sanctus Thomas [m], Ordinis prædicatorum, & S. Bonauentura Ordinis Minorum, qui tunc florebant, à Summo Pont. miſſi, omnia probarunt. Vnde in ipſa Vrbe veteri (ad quam Corporale illud tranſlatum fuit) feſtum hoc dicitur, *Feſtum* [n] *Corporalis*: & per ciuitatem ipſam, loco, & viæ ſacratiſſimæ hoſtiæ conſecratæ, ipſum Corporale, ſanguine præfato, pluribus in locis tinctum, magna cum celebritate circumfertur, & pia deuotione veneratur. 1262.

k Vrbanus feſtum Corporis Chriſti inſtituit, & qua occaſione.

l In hoſtia cõſecrata eſſe etiam ſanguinem, miraculo comprobatur.

m S. Thom. & S. Bonauentura hoc tempore florent.

n Feſtum Corporalis cur dictum.

Scio huiuſmodi ritum, tanquam nouum, & humano ingenio inuentum à Nouatoribus damnari. Quibus breuiter reſpondemus, in primis confitendo, non eſſe morem nimis antiquum, vt conſtat, nam illud inſtituit Vrbanus IV. vt in conſtitutione citata videtur, & eum proſequutus eſt Clem. V. cum generali Concilio Viennenſi, *vt habetur in Clem. vnic. de reliq. & vener. Sanctorum*. Et ſtatim vniuerſali conſenſu [o] totius Eccleſiæ, & mirabili acclamatione, & fructu ſuſceptus eſt, & in dies confirmatus & auctus. Quòd ſi in veteri lege fuit poteſtas inſtituendi nouum aliquod feſtum, vt conſtat 2. *Machab.* 4. *& Eſther, & Iudith, vltim.* multò magis eſt hæc poteſtas in Eccleſia: & ita conſueuit à primordiis, dies feſtos inſtituere ad Deum in ſanctis ſuis laudandum: maiori ergo ratione potuit peculiarem diem inſtituere in honorem Sancti Sanctorum, & tanti beneficij commemo

o Feſtus dies pro veneratione Eccleſiæ ob vniuerſali Eccleſia ſuſceptus

ANNO DOM.

memorationem, vt Clemens V. *in Præfat. Conſtitut.* argumentatur.

Quòd verò Euchariſtia latriæ [a] adoratione ſic debeat venerari, concors eſt ſanctorum antiquorum Patrum ſententia. Ambroſ. *lib. 3. de Spir. ſancto. cap. 12. præcipuè dum expouit verba illa Pſalmi 98. Adorate ſcabellum pedum eius.* Aug. *explicans eadem verba, & illa Pſal. 21. Manducauerunt, & adorauerunt.* Cyrillus Hieroſolymit. *Catech. 5. Myſtag.* Chryſoſt. *hom. 24. in 1. Cor. & hom. 3. de incomprehenſibili Dei natura.* Nazianz. *orat. 11. de S. Gorgonia.* Orig. *hom. 6. in Ioſue.* Euſeb. Emiſſ. *hom 5. Paſchali.* Theodor. *dialog. 2. & 3.* & reliqui cõmuniter. Et in Scriptura veteri id agnoſcunt ſancti Patres ex illis verbis *Pſalmi 21.* [b] *Manducauerunt, & adorauerunt.* vbi quòd Propheta loquatur de corpore Chriſti in Euchariſtiæ Sacramento patet. Nam præter Aug ſupra citatũ, id etiam fatetur Cypr. *lib. 1. ep. 10. 27. & 61.* Chryſoſt. *hom. 60. ad pop.* Clemens Rom. *lib. 8. Conſtit. cap. 32.* Euſeb. Cæſar. Remig. Baſil. Theodor. Caſſiodor. Euthymius, Ruffinus, Conc. Arelat. *1. c. 1. & 2.* Conc. Vaſenſe, *cap. 8.* Conc. Africanum *cap. 9. & 10.* Quapropter meritò Conc. Trid. *ſeſſ. 13. c. 5. & can. 6* anathema dixit illis, qui Sacramentum hoc non eſſe adorandum aſſererent, feſtiuáque celebratione peculiari venerandum, & in ſupplicationibus ſolenniter circumgeſtandum pernegarent.

a Euchariſtia latriæ adoratione venerando.

b Locus Pſalmi 21. Manducauerunt. & adorauerunt, de Euchariſtia explicatus.

Item alia data conſtitutione, quæ incipit: *Ne Inquiſitionis.* ſtatuit, vt Inquiſitores, [c] & eorum Notarij, à quocunque Officiali Sedis Apoſtolicæ delegato, non poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel interdici, abſque eiuſdem Sedis licentia ſpeciali.

c Inquiſitores excommunicari à quoquam non poſſunt.

1263. Hoc anno data alia conſtitut quæ incipit: *Beata Clara.* inſtituit ſecundam Regulam [d] Ordinis ſororum S Claræ nuncupatarum: ſiue mitigat primam Regulam à B. Franciſco pro eiuſmodi ſororibus traditam.

d Vrban mitigat primam Regulam S. Claræ.

1264. Hoc anno initium habuit Ordo [e] Redemptionis, ſiue Mercedis in Hiſpania.

e Ordo Redemptionis, ſiue Mercedis.

Eodem anno Vrbanus [f] ætate & morbis confectus, ab Vrbe veteri Peruſium delatus, in Eccleſia S. Petri deuotè ſuſceptis Eccleſiæ Sacramentis, 6. Non Octob. diem clauſit extremum, verus Paſtor Vrbis, & Orbis.

f Vrbanus Papa moritur verus Vrbis & Orbis Paſtor.

1265. Hoc anno, elapſo trimeſtre poſt Vrbani mortem, tandem omnium ſuffragiis Guido Falcodius Narbonenſis Gallus, Epiſcopus Sabinenſis, in Anglia per id temporis Apoſtolicæ Sedis Legatus, Peruſij, Nonis Februarij abſens, ad Pontificatum euectus eſt, & CLEMENS IV. [g] ſalutatur. Habuit prius vxorem, & liberos. Qua mortua, primò Podienſis, deinde Narbonenſis Epiſcopus, poſtremò Cardinalis, omnium conſenſu creatus, ſolus ob integritatem, & auctoritatem deligitur, qui lites inter Henricum Angliæ Regem, & Simonem Montis-ferrati Comitem componeret. Pontificatum verò adeptus, Peruſiam peruenit, & deinde Viterbium. Miſſa verò ad omnes ſuæ aſſumptionis encyclica, Carolo [h] Andegauenſium Duci, S. Ludouici Regis, fratri, Siciliæ, & Neapolis Regna infeudat, certis conditionibus.

g Clem. IV. eligitur.

h Regnum Neap. & Sicilia Carolo Andegauenſi infeudat certis conditionibus.

Hic Pontifex, bona [i] Eccleſiæ adeò accuratè diſpenſauit, vt cùm haberet duas filias ex mortua vxore, ante Pontificatum ſuſceptas, vni in Monaſterio collocatæ, triginta tantùm libras dedit. Alteri, quæ marito ſuæ conditionis nupſerat, trecentas libras dotis nomine numerauit, & hac conditione, ne quid amplius vnquam peteret, ſtatuit. Item, Nepotem [k] Clericum, quem vbi comperit, tres præbendas habere, optionem facere compulit, vt quam vellet ex his retineret, & duas relinqueret. Inſtantibus autem amicis, vt non ſolùm illa Nepoti dimitteret, ſed maiora, & plura tribueret; reſpondit, ſe Deo, non autem Carni, & Sanguini acquieturum. Quem vtinam vniuerſi Pontifices imitentur. De qua re, vide ſimile in Adriano erga ſuam matrem, cui nec obolum dedit, *ſupra in anno 1156 & infra ſub anno 1334.* ex Ioanne, & etiam ex Benedicto PP.

i Hic Pontifex conſanguineos non ditauit.

k Hic Pont. Nepotem ditem non fecit, nec ei plures præbendas & Abbatias cumulauit.

Hoc anno 1265. dat Conſtitutionem, quæ incipit: *Obtentu.* in qua Fratres [l] Prædicatores S. Dominici, & Fratres Minores Conuentuales S. Franciſci, in bonis temporalibus ſuccedere poſſint, prout ſi in ſæculo permanerent, ſtatuit.

l Fratres Prædic. & Min. ſuccedunt in bonis hæreditariis.

Eodem anno aliam Conſtit. edidit, quæ incipit: *Ad conſequendam.* in qua determinat, quòd propè Eccleſias Fratrum Min. Conuentualium Ord. S. Franciſci, non poſſit nouum [m] Monaſterium conſtrui, vel acquiri, ab Ordinibus in pau-

m Monaſteria propè Frãciſcanum non poſſunt cõſtrui, infra ſpatium trecentorum cannarum.

ANNO DOM.

pertate fundatis,vel cuiuſcunque Ordinis Monialibus, infra ſpatium tercentum
cannarum.Hodie ſeruanda in hoc eſt forma tradita à Clem.VIII. in eius Conſti-
tut.quæ incipit: *Quoniam.*

a *Clemens PP. moritur.*

Obiit autem hic Pontifex Viterbij die 29. Nou. 1268.& ſepultus fuit in Eccle-
ſia S. Dominici. Ex huius autem morte, tanta repentè non ſolùm inter populos
Italiæ, verùm & inter Cardinales diſcordia orta eſt de creando nouo Pontifice,
vt biennio,& tribus menſibus Sedes vacauerit.

b *Prodigia multa & notatu digna.*

c *Mulier quadam vno partu edidit 36. pueros viuos.*

Hoc anno,qui eſt Interregnum Pontificium, aliqua prodigia [b] viſa ſunt.In Po- 1270.
lonia in Diœceſi Cracouienſi Virboſlai Comitis vxor [c] triginta ſex pueros viuos
vno partu edidit: Die 20. menſis Februarij. Item 6. Decembris ad noctis cre-
puſculum, nouus ſplendor in figuram Crucis efformatus, regionem totam illu-
minauit.

Intra Octauam Natalis Chriſti, natus eſt vitulus, duobus capitibus caninis, &
dentibus,& ſeptem pedibus vitulinis:maius caput antrorſum,loco conſueto erat,
minus,retrorſum ad caudam.

In Sileſia, triduo ſanguine pluit. Armatorum acies in aëre inter ſe concurre-
runt,bellorum internorum,& externorum omnium præſagia.

d *Sorbonici Collegij inſtitutio, & cur ſic appellatum.*

Eodem anno tradit Bucholzerus,S.Ludouicum Regem,Collegium [d] Sorbo-
nicum Pariſiis erexiſſe: ex omnibus enim ſcientiarum profeſſoribus Theologos,
magno in pretio S. Ludouicus habuit: atque in his plurimùm coluit Robertum,
cognomẽto,Sorbonem,à quo Sorbonici Theologi nomen accepêre. Collegium
enim,teſte Nangiaco,Lutetiæ primus inſtituit, vnde perpetua ſucceſſione excel-
lentes Theologi prodiêre.

e *Galliarum Reges ſtrumas quando curare cœperint.*

De S.Ludouico Rege Nangiacus in vita ipſius narrat,cùm prædeceſſores Re-
ges in tangendis ſtrumoſis ſigno Crucis vſi non eſſent, illum primò vti cœpiſſe.
Strumæ autem,Græcis Cherades ſunt glandulæ induratæ. Hanc vim Regibus [e]
Galliæ à Deo datã, vt tactu ſtrumas curent,longo vſu compertum eſt, & ad eos
ex vltimis Hiſpaniæ, Italiæ, Germaniæ, Belgiique finibus, ſtrumoſi hodie etiam
adcurrunt.Sancti Marculſi Abbatis precibus, ac meritis tantum, eos poſſe, con-
ſtans eſt opinio. Vixit autem S. Marculſus apud Baiacaſſes in Normannia,Clota-
rij II. & Sigeberti temporibus.

f *Angliæ Reges ſtrumas etiam olim curabant.*

Sic tradunt, Reges [f] Angliæ olim quando Catholici erant, annulos quoſdam
benedixiſſe,vtiles neruorum contractioni,& ſpaſmo,ac morbo comitiali,eoſdem
quoque contactu,ſtrumoſos curare ſolitos. Quod vtrumque ipſis à Deo conceſ-
ſum, S. Eduardi Regis Angliæ meritis,ſcribit Polydor. Virgilius *hiſtor. Anglic.
lib.*8.

g *S. Bonauenturæ Minoritæ committitur nominatio ſummi Pontif. ad diſſenſiones ſedandas. Ex hiſtor. Minor. Par. 2.*

Poſt triennale ferè Interregnum Pontificium, tædio affecti Cardinales, tan- 1271.
dem in hanc deuenêre ſententiam, vt accito Fratre Bonauentura [g] de Balneo-
regio Minorita, (de cuius fide, & integritate plurimùm confidebant) quem ipſe
eligeret.probarent. Fecit ille,& Theobaldum,genere Placentinum, Eburonum
Archidiaconum, abſentem tamen,nominat. Cuius electionem Cardinales om-
nes probantes, ipſum GREGORIVM X. ſalutarunt. Qui poſtea Romam ve-
niens, in Baſilica Principis Apoſtolorum, à Card. Vrſino, ritu ſolenni inungitur,
& coronatur. Et Encyclica data aſſumptionis ſuæ ad omnes Reges, & Principes

h *Principes & omnes hortatur vt ad recuperandam Terram ſanctam arma capiant.*

[h] Chriſtianos, totus in ſacram militiam pro liberanda Palæſtina incumbit, hoc
Concionis themate vſus:*Si oblitus fuero tui Hieruſalem,obliuioni detur dextera mea:
adhæreat lingua mea faucibus meis,ſi non meminero tui.*Quò,& Regẽ Philippum per-
traxit,ſuiſque impenſis 500. equites, & pedites perplures inſtructiſſimos eodem
ablegauit.Venetis,ne Saracenis interdictas legibus merces diuenderent, impera-

i *Apocriſarij in Orientem Fratres Min. deſtinati.*

uit. Apocriſarios [i] in Orientem deſtinauit ex Ordine Minorum, qui vnionem
vtriuſque Eccleſiæ maturarent, & perficerent, ſicut & perfecerunt anno 1273.

k *Proceres regionis illius ad pedes Pontificis perduxerunt.*

nam ſecum vndecim Proceres ad Pontificis [k] pedes, & ad Concilium Lugduni 1273.
indictum,cum maxima omnium lætitia perducunt.

l *S. Bonauentura Cardinalis factus.*

Hic Pontifex creauit in Cardinalem S. Bonauenturam [l] à Balneo-regio ex
Ordine Minorum in quatuor temporibus Decemb.hoc anno 1273. & fecit eum
Epiſcopum Albanenſem.Hoc autem ſic probatur:quia in ipſo Concilio Lugdu-
nenſi II. quod nuper editum eſt, inuenitur S. Bonauentura Cardinalis reſidere

cum

Anno Dom. cum cæteris in prima ſeſſione, quæ celebrata eſt anno 1274. die 7. Maij, triduo ante Aſcenſionem. Vide Bellarm. *de ſcriptorib. Eccleſ. ſub anno 1265.* Et confirmatur, quia tunc temporis mos erat, in menſis Decembris quatuor temporibus Cardinales creare: ergo quando ad Concilium iuit, ad talem dignitatem iam erat euectus.

Eodem anno Rudolphus Imperator eligitur.

CONCILIVM [a] GENERALE XIV. OECVMENICVM LVGDVNENSE II.

a *Conc. Oecum. Lugdun.*

1274. Hoc anno celebratum eſt Concilium Lugdunenſe II. generale Oecumenicum auctoritate Gregorij X. indictum data Conſtitut. quæ incipit: *Saluator noſter.* Interfuerunt in hoc Concilio Epiſcopi 500. Abbates 60. alij Prælati minores fere mille. In hoc Concilio opera, & induſtria [b] S. Bonauenturæ Cardin. cum Latinis Græci coniuncti ſunt, & conciliati ſuper articulo de proceſſione Spiritus ſancti. Vnde definitum eſt Spiritum ſanctum ex omni æternitate à Patre, & Filio procedere, ſed non tanquam à duobus ſpiratoribus, ſed ab vno ſpiratore, & principio: neque duabus ſpirationibus, ſed vnica tantùm ſpiratione. Græci enim putabant, Latinos aſſerere, Spiritum ſanctum procedere à Patre, & Filio tanquam à duobus ſpiratoribus, & principiis, duabus quoque ſpirationibus, non vna. Fuit hæc concordia Græcorum cum Latinis decimatertia, quamuis non diu perdurauit, ſicut nec præcedentes. Facta eſt autem procurante eam Palæologo VII. Imperatore Conſtantinopolitano, quamuis repugnātibus pluribus Græcis, vt teſtantur Nicephor. Gregor. *lib.* 5. Pachimeres etiam *lib.* 5.

b *S. Bonauenturæ opera Græci cum Latinis vniti ſunt.*

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [c] SALTSBVRGENSE pro recipiendis Lugdunenſis Synodi Conſtitutionibus, aliiſque de cauſis.

c *Conc. Salisburg.*

In hoc etiam Concilio Gregorius Papa plura circa Pontificis ſummi electionem ſtatuit: nam quia poſt mortem ſui prædeceſſoris, duobus [d] annis, nouémque menſibus Sedes vacauerat: vt tanto malo opportunè prouideret, inter alia digna, hoc etiam conſtituit, vt ſcilicet Cardinales omnes poſt Pontificis mortem in vnum locum & conuenirent, & clauderentur: clauſiſque non prius, quàm Pontificem elegiſſent, exirent. Qui locus vulgò *Conclaue* [e] dicitur: idque poſtea ſemper ſeruatum eſt: cùm antea ſolùm in Congregationem Cardinales ſe recipiebant manè, & de Pontificis electione tractabant. Id autem, vel in Laterani, vel in S. Petri Eccleſia fiebat, ſi Romæ Pontifex deceſſiſſet: quòd ſi extra Romam mors accidiſſet, in Eccleſia Cathedrali loci, vel in proximiori Maiori Eccleſia Cardinales congregabantur. Vide Panuinum *in Annot. ad Platinam in vita Gregorij X.*

d *Vacat Sedes duobus annis, nouemq. menſibus.*

e *Conclaue quādo, à quo, & qua occaſione inſtitutum.*

1275. Hoc anno obiit Mathildis, [f] filia Florentij Comitis Hollandiæ, ea, quæ vnico partu filios peperit numero 365. qui omnes ab Ottone Traiectenſi Epiſcopo, ſacro lauacro in pelui ſimul iacentes abluti, obierunt. *Annales German.*

f *Mathi. dit 365. filios vnico partu pe[...]*

1276. Hoc anno Gregorius Papa [g] Aretium Hetruriæ ciuitatem ingreſſus, morbo graui correptus, è vita migrauit 3. Id. Ianuar. & ſepultus in Eccleſia S. Donati, miraculis etiam claruit.

g *Gregor. moritur.*

Sepulto Gregorio, Cardinales ex lege pridem à Gregorio lata, INNOCENTIVM [h] eius nominis V. (Petrus antea vocabatur) ex inſtituto Prædicatorum: prius tamen ad Cardinalitiam dignitatem euectum, die S. Agnetis in ſummum Sacerdotem promouerant. Sed dum de pace in Italia componenda cogitat, & Legatos mittit; improuiſa morte ſublatus eſt: nam poſt quintum [i] menſem, & aliquot dies, magno damno Eccleſiæ defunctus eſt, & in Baſilica Lateranenſi ſepultus.

h *Innoc. V. eligitur.*

i *Innocen. poſt 5. menſem moritur.*

Ad diem 12. Iulij Patres congregati, ADRIANO V. [k] munus Pontificium detulerunt. Erat Adrianus, patria Genuenſis, familia Fliſca, ſiue Lauania, Ottobonus antea tit. S. Adriani Card. Diaconus: aliquot diebus tantùm ſub hoc glorioſo titulo vixit: nam ad 15. Cal. Septemb. ex humanis [l] diſceſſit, cùm inter Rodulphum Regem Romanorum, & Carolum Regem Siciliæ diſſidia recens exorta componeret.

k *Adrianus creatur.*

l *Adrianus è viuis diſceſſit.*

Sed iuſtis perſolutis Adriano, ad 15. dies Sept. IOANNEM [m] XXI. pro-

m *Ioannes XXI [...]*

ANNO DOM.

feſſione Medicum, Vliſſippone in Hiſpania natum, cui Petrus Hiſpanus antea nomen erat, reſpexerunt Cardinales.

a *Cur XXI. dici voluerit.*

Qui Pontificatu ſuſcepto, Michaëlem Palæologum ad Eccleſiæ Romanæ vnionem reduxit. Mirum autem eſt, cur Ioannes iſte dici voluerit XXI. [a] cùm nullus præceſſerit XX. Sed ſimile eſt quod de Martino V. dicitur infra, cùm tertius, & quartus antea non fuerint, vt in anno 1417.

b *Conclauis ruina Viterbij Pontificem ipſum opprimit.*

c *Nicol. S Papa ſuccedit, ante quem nemo religioſius ſacrificaſſe dicitur.*

Hoc anno Ioannes cùm octo menſibus, & aliquot diebus ſediſſet, Conclauis [b] 1277.
ruinâ Viterbij opprimitur. Poſt ſex menſes Interregni Pontificij, in feſto S. Catharinæ, Ioannes Caietanus Vrſinus, probitate vitæ, & magnitudine animi clariſſimus, ſummus Pontifex ſub NICOLAI III. [c] nomine ſalutatur. De quo ſcribunt hiſtorici, neminem ante ipſum ſactificaſſe religioſius, cùm ſemper dum ſolemnia ageret, lachrymas funderet.

d *Nic. Fratrum Minorum religionem dilexit, & Regulam declarauit.*

e *Nicol. III. an fuerit cap. exyt. conditor, an verò Nicol. IV.*

Hic Pontifex maximopere Fratrum Minorum [d] Religionem dilexit ab ineunte ætate; vnde & Decretali edita, quæ incipit: *Exyt qui ſeminat. de verb. ſignif. in 6.* aliqua ipſius Regulæ difficilia loca declarauit. Non deſunt, qui affirment, conditorem talis [e] Decretalis fuiſſe Nicolaum IV. qui ex Ordine Minorum fuit, ex eo quia Regulæ S. P. N. Franciſci intelligentia ſic bene callere videtur. At cùm talis Decretalis data fuit Siriani, ad quod Caſtrum ipſe Pontifex Nic. III. propter boni aëris qualitatem ſe receperat, nunquam autem Nicol. IV. tale Caſtrũ petierit: & quoad veram Regulæ intelligentiam, fatetur ipſe ſummus Pontifex omnia ſe à ſociis B. Patris Franciſci habuiſſe; luce meridiana clarius conuincitur, non Nicol. IV. ſed III. fuiſſe illius Decretalis conditorem.

f *Sacri Palatij Apoſtolici Lectores ex Ord. Minorum.*

g *B. Ioannes de Pechano Minorita ſacri Apoſtolici Palatij Lector.*

h *Dum Theologiam prælecturus in Cathedram aſcenderet, omnes etiam Cardinales ei aſſurgebant.*

i *Cardinales Theologo aſſurgunt, Epiſcopo verò minimè.*

Sub Pontificatu Nicolai III. floruit B. Ioannes Pechanus [f] Minorita, natione Anglus, Cyciſtienſis diœceſis, S. Bonauenturæ diſcipulus, Theologiæ profeſſor inſignis, à ſummo Pont. Nicolao III. Cantuarienſis Archiepiſcopus factus, ibi digna pro animarum ſalute operatus eſt. De hoc viro Rudolphus Toſſignanus *in ſua Hiſtoria Religionis. lib. 1. pag. 117. impreſſionis Romanæ*, ſic habet. *Cùm Romæ in ſacro Palatio Doctoris ſacrorum* [g] *publico munere fungeretur, priuſquàm in Epiſcopum fuiſſet promotus, nec adhuc vlla eſſet, præterquàm Theologiæ magiſterij eminẽtia inſignis, Cardinales, Epiſcopi, & aliorum graduum, atque ordinum complures, in Eccleſiaſticis dignitatibus eminentes, ob viri in rebus Theologicis præclaram eruditionem, ad illum audiendum ſacra docentem, magno diligentia quotidie confluebant, veluti tanti luminis radio cupientes illuſtrari: cùm ergo adueniente ſtatuta prælectionis hora, per medium ſcholæ ad cathedram accederet* [h] *magiſtralem, prætereunti Doctori, qui conſederant, aſſurgentes, in pedes perſiſtebant, donec conſcendiſſet ille cathedram: hunc nimirum honorem deferebant Theologico lumini, quo ille fulgebat, & cuius illi participes fieri deſiderabant. Poſtea verò quàm Archiepiſcopatus dignitate ſublimatus eſt, ſolitum Doctoris munus nihilominus adminiſtrare perrexit: & cùm iam Archiepiſcopus Cantuarienſis in ſcholam ingrederetur, Cardinalium nemo illi voluit ſolitum aſſurrectionis impendere honorem, neque vllo modo loco moueri. Hactenus* (aiebant, huius rei cauſam reddentes) *Theologici luminis maieſtatem in humili vaſculo contemplati, Theologo, & Theologiam docenti dedimus honorem: qua ſanè conſideratione nos illo multò inferiores, ipſum verò nobis ſuperiorem agnouimus. Nunc verò dum in Epiſcopalem dignitatem intendimus, non eſt cur nos iſti vel maiori, vel certè æquali dignitate fulgentes aſſurgamus. Theologico lumini honoris impendere obſequia non pudebat: Epiſcopo autem huiuſmodi præbere honorem, noſter Ordo non docuit.*

k *Frater Matthæus de Aquaſparta ſacri Apoſtolici Palatij Lector.*

Frater Matthæus Aquaſpartanus [k] & ipſe Minorita, Doctor inſignis, primò poſt Fratrem Ioannem Pechanum ſacri Apoſtolici Lector Palatij, & ſummus Pœnitentiarius ſucceſſit, (vt idem Toſſignanus *vbi ſupra pag. 218. refert.*) quod amplum Romæ & perhonorificum eſt munus: deinde totius Ordinis Generalis Miniſter: poſtremò à Nicol. IV presbyter Cardin. tit. S. Laurentij in Damaſo; poſtea Epiſcopus Portuenſis, tit. S. Ruffinæ. Toſſin. *vbi ſupra pag. 218.* & Frater Marcus Vliſſippon. *in 2. Par. Chron. lib. 4. cap. 25. ſub anno* 1281.

l *Frater Gonzales Falgarius ſacri Apoſtolici Palatij Lector.*

m *Frater Gentilis ſacri Palatij Lector.*

Huic in Officio Lectoris ſacri Palatij ſucceſſit Frater Gonzales [l] Falgarius Toloſanus, poſtea Epiſcopus Viuarienſis. Frater Marcus Vliſſippon. *in 2. Par. Chron. lib. 5. cap. 5.*

Frater Gentilis [m] anno 1299. cùm eſſet Lector ſacri Palatij à Papa Bonifacio

in

ANNO DOM.

in Cardinalem tit. S. Martini in Montibus creatur.

Huic in officio Lectoris ſacri Palatij ſucceſſit Frater [a] Rinaldus Prouinciæ S. Franciſci. Vide Fratrem Marcum Vlyſſipponen. *in 2. par. Chronic. lib. 6. cap. 23.*

a Frater Rinaldus ſa. Palatij Lector.

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt duo Concilia.

1279. TARRACONENSE, [b] pro canonizatione B. Raymundi de Penna-forti, quæ tamen canonizatio poſtea effectum habuit tempore Clem. VIII.

b Conc. Tarraconenſe.

1281. SALISBVRGENSE [c] in cauſa Eccleſiaſticæ diſciplinæ.

c Conc. Salisburg.

Dum autem Pontifex Nicolaus Syriani moraretur propter bonam aëris qualitatem, ſubita [d] morte correptus, tertio ſui Pontificatus anno, diem claudit extremum 18. Cal. Sept. Eius autem corpus Romam delatum, in ſacello tituli B. Nicolai à ſe condito, in Baſilica S. Petri ſepelitur tumulo marmoreo, & vermiculato opere exornato. Vacauit Sedes menſes [e] quinque. Nam dum Viterbij à Cardinalibus noui Pontificis electio fieret, & præeſſet Conclaui Richardus ex Hannibalum familia Romana, qui paulò ante, Vrſum mortui Nicolai nepotem, Prætura Viterbienſi deiecerat, & erat huius familiæ hoſtis acerrimus; duo Cardinales ex familia Vrſina impediebant, quo minus electio fieret, niſi Vrſus in Præturam reſtitueretur. Hanc ob rem Viterbienſes Richardum ſecuti, Conclaue ingreſſi, Cardinales capiunt, & in vincula coniiciunt. Quod vbi Romæ ſcitum eſt, eadem Hannibalum factio, familiam Vrſinam ab Vrbe pellit: quæ ſtatim populariter cum ſua factione abiens, Præneſte ſeceſſit. Poſt quintum itaque menſem, Gallici Cardinales, abſentibus Vrſinis, ſuffragiis Italos ſuperantes, Gallicum Pontificem creant, quem MARTINI [f] II. nomine ſalutarunt, aliàs dictus IV. rerum gerendarum experientiâ inſignis.

d Nicol. Papa Syriani ſubita morte corripitur.

e Vacat Sedes m. 5.

f Martinus PP. creatus

Electus autem, Viterbij coronari noluit, quòd ei ciuitati ob impetum factum in Cardinales, Interdictum datum eſſet. Vrbem itaque veterem petens, quam vulgò, Oruieto, vocant, eo loco omnia ſolemnia peregit decimo Cal. Apr. Reſurrectionis [g] autem die ſex Cardinales creauit. Petrum Aragonenſem anathemate percuſſit. Michaëlem Palæologum Græcorum Imperatorem ab Eccleſia Romana diſſidentem excommunicat, & damnat. Et tandem multis curis circumuentus, Peruſiam proficiſcitur. Vbi non multò poſt, lenta febre diu vexatus, tandem moritur [h] Pontificatus ſui anno 4. m. 1. & ſepelitur in Cathedrali Eccleſia. Ad cuius ſepulchrum multi valetudinarij delati, multi cœci perducti, muti, & claudi, priſtinam valetudinem, ſanctiſſimi Pontificis meritis à Deo recepêre.

g Reſurrectionis die Cardd. creat.

h Mart. moritur.

Sub hoc tempore, Ioanne à Prochyta [i] impulſore, Meſſanæ, Panormique coniuratio facta eſt aduerſus Francos: nam ipſo die Chriſto reſurgenti ſacro, Siculi, ſigno veſpertini officij dato, ex compoſito arma capiût: Francóſque omnes, nullo ætatis, ſexúſque diſcrimine, occidione occidunt. Hinc Siculæ Veſperæ in prouerbium abiêre, non magis Francorum clade, quàm Siculorum crudelitate nobiles.

i Veſpera Sicula.

1285. Hoc anno, Martino Papa defuncto, quinto Cal. Apr. ſucceſſit Iacobus Sabellus Caulinus, dictus HONORIVS IV. [k] Pontifex creatus, Romam venit hoc eodem anno, fratre eius Pandolpho Senatoriam dignitatem tum regente. Pontifex autem podagra interdiu laborabat, vt ei inſtrumentis quibuſdam ad id arte fabrefactis, ſacrificare neceſſe eſſet. Conſilio tamen, & prudentiâ tantum valuit, vt non multum corporis vires in eo deſiderarentur: quippe cùm ſolus plura propè videret, quàm omnes ſimul, qui tum in Vrbe aderant. Cùm autem neminem lædere in ſuo Pontificatu conſtituiſſet, omnibus prodeſſe, quoad fieri poſſet, prouocatus Petri Aragonum Regis iniuria, qui regnum Siciliæ occupare conabatur, Martini interdicta contra Petrum confirmauit. Pontificatus autem ſui anno ſecundo moritur: [l] corpúſque eius à S. Sabina ad Baſilicam D. Petri, magna funeris pompa transfertur, & ſepelitur.

k Honor. PP. ſuccedit.

l Honor. moritur.

Vnum verò ſolum Cardinalem Ioannem Boccamatium, Epiſcopum Tuſculanum, in ſuo Pontificatu creauit: viros, dicens, & eoſdem bonos, ac doctos, [m] nō etiam rudes, & rerum humanarum ignaros in tantum Collegium cooptandos eſſe. Vacat Sedes, eius morte, menſes decem.

m Cardd. quales creā.

Conuenerat quippe ſupremus Antiſtitum Ordo in Auentinum, nouum Pontificem creaturus. Cúmque plures ex eo Ordine, noxiis Auſtri flatibus (quibus ea

Anno Dom.

præcipuè Auentini collis pars expoſita eſt, quæ Teſtaceo imminet campo) afflicti, ſubitò in morbum incidiſſent, creationem ſummi Pontificis differre coacti ſunt.

Sub hoc Pontifice aliqua Concilia celebrata ſunt.

a Conc. Rauennate.

Ravennate, [a] pro moribus Eccleſiæ reformandis. 1286.

b Conc. Herbipolenſe.

Herbipolense [b] ſub præſidio Legati Apoſtolici in præſentia Rodulphi Imperatoris ad mores. 1287

c Conc. Mediolanenſe.

Mediolanense, [c] iuſſu ſummi Pontificis, ad morum reformationem.

Duo tamen præcipuè ſtatuuntur. Primò, aucupium, & venatio vniuerſo Clero interdicitur, lata excommunicationis ſententia. Secundò, ne alienentur quæcunque bona Eccleſiæ ſiue mobilia, ſiue immobilia.

Elapſis ab Honorij obitu ferè vndecim menſibus, Frater Hieronymus, natione Picenus, patriâ Aſculanus, ex Ord. Min. ex Præneſtino Epiſcopo Cardinali, in feſto Cathedræ S. Petri, eandem cathedram creatus Pontifex aſcendit, dictus deinceps Nicolavs IV. [d] Reate deinde profectus ob ſeditiones, quæ tum Romæ ſubortæ erant, quoſdam Cardinales [e] creat ex omni ferè Religione: omnes enim pariter amabat: nec plus ſe debere affinibus, & cognatis, quàm cuiuis bono arbitrabatur. Virtutes, & vitia faciebant, vt in hunc magis, quàm in illum inclinaret. 1288.

d Nicolaus IV. PP. creatur.
e Cardinales ex omni Religione creat.

f Chriſtiani ad Iudæorũ ritum tranſeuntes puniuntur.

Hoc anno, data Conſtitut. quæ incipit: *Turbato corde.* ſtatuit, vt Chriſtiani [f] ad Iudæorum ritum tranſeuntes, ipſique Iudæi ad Chriſtianam fidem conuerſi, ad illum redeuntes, ab Inquiſitoribus vti hæretici, eorúmque auxiliatores puniantur. Iudæi verò, Chriſtianos ad eorum ritum trahentes, pœna debita compeſcantur. Vide etiam Conſt. Vrbani IV. quæ incipit: *Turbato corde.* & Conſt. Greg. X. quę pariter incipit: *Turbato corde.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

g Conc. Mediolan.

Hoc eodem anno 1288. Mediolanense I. [g] in cauſa diſciplinæ Eccleſiaſticæ reſtituendæ.

h Plat. in vita huius Põt.

Hic Pontifex [h] tribunas S. Ioannis in Laterano, & S. Mariæ Maioris collapſas inſtaurari iuſſit opere (vt vulgò dicitur) muſaico. Cuius Fratres Minores ipſi architecti extitêre, Frater ſcilicet Iacobus Turrites à Camerino, & ſocij, qui in ipſarum tribunarum angulis depicti conſpiciuntur. Et quia tam ipſorum architectorum, quàm S. Patris Franciſci, & S. Antonij de Padua imagines, quæ in tribunis ipſis ſunt, Capucium oblongum [i] habent; clarè conuincitur illorum error, qui abſque ſolido fundamento, aſſerunt, Capucij formam ex oblonga in rotundam in Ordine Fratrum Minorum à S. Bonauentura eſſe factam. Nam præterquàm quòd S. Bonauent. fuit & Regulæ, & Inſtituti S. Patris Franciſci [k] obſeruantiſſimus, diſciplinæque regularis in tota Religione collapſæ reſtaurator zelantiſſimus, quî fieri potuit, vt habitus formam à Seraphico P. Franciſco traditam mutare voluerit? Præterea, ſi Papa Nicolaus in præfatis tribunis SS. Franciſcum, & Antonium cum Capucio oblongo depingi iuſſit; vtique talis habitus forma in toto Ordine tunc vigebat. Dicent, quòd ea figura ipſos depingi voluit, qua viuentes vtebantur, non ea, quæ tunc in Ordine erat. At hoc euincitur ex eo, quòd Fratres architecti ibi depicti, Capucium oblongum habent. Ex quo planè conſtat euidentiſſimè, quòd totus Ordo tunc tali Capucij forma oblonga vtebatur. Non ergo S. Bonauentura, qui ſub Pontificatu Gregorij X. vixit, Capucium oblongum in rotundum mutauit, prout perperam aliqui contendunt. Quando verò eius mutatio, & qua occaſione in toto Ordine [l] id euenerit, varij varia, nos veriorem ſententiam ſequemur.

i Capucium oblongum in rotundum à S. Bonauentura non eſſe mutatum, manifeſte conuincitur.
k S. Bonau. Regulæ obſeruantiſſimus, & regularis diſciplinæ reſtaurator zelantiſſimus.

l Mutationis capucij variæ opiniones.

Alij ad Clarenos Patres id reducunt, qui à Fratribus communitatis ſeparati, vt paupertatem, Regulámque totam ſtrictius ſeruarent, poteſtate eis à Papa Cœleſtino V. facta anno 1295. habitum quoque à communi vſu diuerſum, in Capucij forma præcipuè, deſumpſerunt. Verùm quia hi Fratres neque à toto Ordine imitati fuêre, neque ſic diſiuncti diu permanſêre, tantæ mutationis cauſa in toto Ordine eſſe minimè potuerunt.

Alij ex facto Boniſacij VIII. cum B. Iacopone de Tuderto id accidiſſe autu-

mant:

ANNO DOM. 1288. mant: cùm enim Papa Bonifacius in carcerem eum conieciſſet, Capucium ei obtruncari iuſſit: (non abſtulit, vt perperàm aliqui dicunt) nam id ex verbis ipſius B. Iacoponis [a] apertè euincitur, qui in ſuo idiomate ſic dicit: a lib. 6. cap. 30.

Hor vedete il prebendato,
Che'l Capuccio m'è mozzato.

At tunc ipſi ſoli B. Iacoponi, non toti Ordini Capucium obtruncatum legimus. Et præterea ſi toti Ordini id fuiſſet iniunctum, B. Iacoponi in pœnam non ceſſiſſet.

Alij id referunt ad peſtem illam, quæ per totum, maximè verò per totam Religionem Fratrum Minorum graſſata eſt anno 1348. tunc enim, inquiunt opinantes, propter febres ardentes mutata eſt Capucij forma. Verùm hoc gratis dicitur; nam licèt à Regulæ rigore tunc ceſſauerint Fratres; non tamen verſimile eſt, quòd Capucij formam dimiſerint. Et id euidenter probatur per antiqua S. Bonauenturæ [b] ſtatuta, renouata etiam ſecundò (nam primò facta fuêre in anno 1331.) in Capitulo Generali Aſſiſij anno 1354. à Gulielmo Farinerio celebrato, à quo poſtea nomen recepêre, & Farinerij ſtatuta ſunt appellata. b S. Bonau. ſtatuta cur Farinerio poſtea denom nata fuerint.

In his ergo ſtatutis ſic habetur: *Capucium* [c] *tali modo fiat, quòd exiſtens in capite, extremitas per longitudinem duorum digitorum non excedat cingulum.* Quod vtique de capucio piramidali, non de ſcapulari intelligendum eſt: ſcapulare enim, capucium non eſt. c Capucij oblongi form.

Alij id accidiſſe affirmant tempore ſchiſmatis, quod in Eccleſia poſt Gregorij XI. mortem anno 1378. accidit: & ſicut in tota Eccleſia, ita pariter in Religione eueniſſe affirmant, & vt aſſerit Archiepiſcopus Florentinus, [d] duo Generales in Ordine fuêre, & vnuſquiſque cum ſuis aſſeclis, Papæ illius obedientiam profitebatur, cui adhæſerat. Hoc autem ſchiſma in Eccleſia perdurauit vſque ad annum 1405. d Chr. par. 3. lib. 9. c. 35.

Dicunt ergo huius ſententiæ auctores, quòd Vrbanus verus Papa, vt diſtinctos haberet Fratres ſibi adhærentes ab illis, qui Antipapam Clem. VII. dictum ſequebantur, iuſſerit Capucium mutari. Verumtamen in Chronicis noſtris de his duobus Generalibus nulla mentio habetur: & ſolùm de aliquibus Miniſtris Prouincialibus id affirmatur: qui nihilominus toti Ordini talem iacturam minimè facere potuerunt.

Sed inſtabunt opinantes, quòd tempore huius ſchiſmatis in Eccleſia, omninò fatendum eſt, talem Capucij mutationem accidiſſe ex eo, quia Frater Bartholomæus de Piſis anno 1399. Conformitatis librum Patribus in Capitulo Generali Aſſiſij congregatis obtulit: & in illo formam Capucij per relationem ſociorum S. P. Franciſci deſcribit. Ergo, inquiunt, tempore Piſani talis forma in deſuetudinem iam ierat.

Præterea, in arbore Conformitatum anno 1513. impreſſo ſunt delineatæ imagines tum S. Patris Franciſci, tum ipſius Piſani cum Capucio rotunda. Et idem ibi oſtenditur de habitu, cum quo Pater ſanctus ſtigmata recepit. Sed facilè ſoluuntur omnia.

Et vt ab hoc vltimo exordiar; oppoſitum habemus ex vero habitu ipſius Sancti Patris Franciſci, quo, quando ſtigmata recepit, indutus erat: & Florentiæ magna cum veneratione aſſeruatur: habet enim Capucium oblongum, & piramidalem: talis ergo figura in libro illo delineata non cogit: ſicut nec cæteræ aliæ: nam S. P. Franciſcus, quòd Capucio oblongo, & non rotundo vſus ſit, apud omnes eſt in confeſſo: & nihilominus à quàm plurimis cum Capucio rotundo depingitur.

Maiorem vim fortaſſis habere cernitur id quod habet idem Piſanus, nempe quòd Capucij formam Sancti P. Franciſci quadratam deſcribit ex relatione ſociorum ipſius Seraphici Patris. At hoc ſit, vel vt maiorem

vim, & auctoritatem habeant ſua dicta: vel quia verè tempore ipſius Piſani facta iam erat in toto Ordine Capucij mutatio ex mandato Ioannis Papæ XXII.

Id verò, quod alij affirmant, eueniſſe hoc, & paulatim introductum eſſe in toto Ordine ex temerario vſu aliquorum Fratrum: vel ab aliquo Capitulo Generali, parum firmitatis habet, & qua facilitate dicitur, reiicitur: nam licèt demus, relaxationem circa Regulæ obſeruantiam ſic paulatim introductam eſſe; non tamen quantum ad Capucij formam, qua à cæteris Regularibus diſtinguebantur: quia vt fatetur idem auctor, promulgata iam erat excommunicatio à Ioanne XXII. & à Benedicto XII. ne quis Capucio oblongo vteretur: & propter eandem rationem neque Generale Capitulum id vnquam attentare auſum eſſet contra Summi Pontificis voluntatem.

Verior nobis ſententia ſemper viſa eſt illorum, qui id accidiſſe affirmant tempore Ioannis XXII. ſicut optimè dicit P. Hippolitus de Scalue in ſua Regulæ Expoſitione: vbi etiam tempus, & rationem de hoc aſſignans, dicit, quòd propter Fratris Michaëlis de Ceſena [a] tunc Generalis erga ipſum Summum Pontificem inobedientiam, rebellionem, & contumaciam id factum eſt.

a *Michaël de Ceſena contumax, & inobediens Summo Pont. in causa fuit, vt Capucij mutatio fieret in toto Ordine.*

Cùm enim anno 1328. ab ipſo Papa obiurgaretur, indignabundus aufugit, & apud Ludouicum Bauarum cum pluribus aſſeclis ſe recepit: cuius fauore, & patrocinio ſuffultus, & è ſuggeſtu, & aliis modis contra Summum Pontificem indigna effutire non verebatur: quapropter & ipſe, & ſequaces excommunicati fuêre: & vt noſcerentur, quinam Fratres Papæ adhærerent, quíve minimè; ſtatuit Summus Pontifex, vt ſibi obedientes, Capucium rotundum geſtarent, relicto oblongo illo, & piramidali, quo Michaël, & ſequaces vtebantur.

Hoc autem factum eſt in Capitulo Generali Bononiæ congregato anno 1328. in quo Beltrandus Torre Cardinalis à Papa miſſus præſedit, ipſumque Ceſenam à Generalatu [b] depoſitum declarauit: Licèt ipſe impœnitens Michaël Generalatui cedere renuerit.

b *Michaël de Ceſena à Generalatu deponitur.*

Huius etiam ſententiæ aſſertores fuerunt Patres illi primi, qui in Calabria Congregationem noſtram fundarunt. Hi enim cum à Fratribus de Obſeruantia infeſtarentur, coràm Excellentiſſimo D. Duce de Nuceria diſputantes, & de Capucij forma, atque mutatione diſſerentes, ad tempus Ioannis XXII. reduxerunt. Quod quidem bene noſſe poterant, cùm tunc in Ordine talis mutationis Capucij recens memoria eſſet. Et idem affirmat R. P. Marius à Mercato Saraceno in ſua Chronica manuſcripta ad Cardinalem S. Seuerinæ Protectorem directa, quæ apud me eſt. Plura de hoc argumento, & quo tempore, & à quo talis Capucij oblongi forma in noſtra Congregatione Capuccinorum reſtituta ſit, dicemus infra ſub annum Domini 1525. quando noſtra Congregatio initium habuit.

c *Conc. Salisburg.*

Salisburgense [c] de Hoſpitalariorum, Templariorum, & Teutonicorum Ordinibus coniungendis. 1291.

d *Conc. Mediolan.*

Mediolanense [d] II. pro auxilio Terræ ſanctæ mittendo.

e *Domus B. Virg. à Nazareth in Dalmatiam per Angelorum manus portatur.*

Hoc eodem anno, qui fuit, ſuprema clade Palæſtinæ inſignis, Deo dilecta Domus, [e] Incarnatione Domini illuſtris, è Syria pariter cum Religione diſceſſit, Angelorum manibus è Nazareth in Dalmatiam, maximo miraculo tranſlata, cladem Orientis, tanto Occidentis bono compenſans. Primam Sedem elegit in monte quodam leuiter acliui iuxta Adriaticum mare intra Terſactum, & Flumen Oppida Dalmatiæ. Vbi ſtatim cœpit [f] coruſcare miraculis.

f *Domus Lauretana miraculis coruſcat.*

Eodem anno Adolphus Imperator eligitur.

g *Conc. Londinenſe.*
h *Iudæi ex Anglia eiecti.*

Eodem anno Londini [g] in Anglia celebratum eſt Concilium, cuius decreto primùm omnes Iudæi [h] in perpetuum ex Anglia eiecti ſunt.

Deinde cùm Rex Concilio proponeret, de lege firmanda, ne quis Monachorum Collegiis prædia daret: néve liceret Eccleſiaſticis vllas emere

poſſeſſio

ANNO DOM.

poſſeſſiones, ſuperuenit Concilio Legatus Apoſtolicus, qui cum Ioanne Beccarano Archiepiſcopo Cantuarienſi Regem redarguit, & libertatem [a] Eccleſiaſticam reſtituere coëgit.

a Libertas Eccleſiaſtica propugnatur.

Eodem anno Edouardus Anglus Scotiæ cenſum [b] Romanæ Eccleſiæ debitum, ſibi dari petit, vanè promittens auxilium pro Terra ſancta. Sed Pontifex petitionibus eius non annuit: ſed centum millia, quas vocabant, marchas ſterlingorum, ex decimatione fructuum Eccleſiaſticorum, & reliquam ex piis Legatis, atque votorum redemptionibus collectam pecuniam illi in vſum ſacri belli, tantummodo conceſſit: idque ea conditione, ſi ipſe in Palæſtinam exercitum duceret.

b Cenſum Rom. Sedi ex regno Scotiæ debitum Edouard. Rex Angliæ ſibi dari petit. Sed renuit Pontifex.

1292. Hoc anno Pontifex Nicolaus [c] pridie Nonas Aprilis, magno ſui deſiderio, magnáque ſanctitatis opinione relictis, migrauit ad ſuperos. Deducta fuit ſucceſſoris [d] electio ex diſcordia Cardinalium per biennium, & tres menſes.

c Nicol. moritur.

d Vacat Sedes per biennium, & vltra.

Tempore huius Interregni Pontificij celebratum eſt CONCILIVM [e] ASCALFENBVRGENSE.

e Conc. Aſcalfenburgenſe.

1294. Hoc tandem anno, Nonis Iulij, COELESTINVS [f] V. antea Petrus Meronus dictus, patria Eſernio Samnitum oppido natus, poſt multos annos in vaſta ſolitudine propè Sulmonam, ſumma pietate exactos, Pontifex creatur Peruſij à duodecim tantum Cardinalibus, ibi præſentibus, cùm ipſe nunquam Cardinalis [g] fuiſſet, & ex eremo quinto Nonas Iulij ad ſummum faſtigium vocaretur. Cæterùm, cùm ſediſſet menſes quinque, & dies ſeptem, & onus humeris ſuis impar candidè cognoſceret; Pontificatu ſe [h] abdicauit his verbis.

f Cæleſtin. Papa eligitur.

g Cæleſtinus nō erat Cardinalis, quando fuit electus.

h Cæleſtinus cedit Papatui.

Ego [i] Cæleſtinus Papa V. motus ex legitimis cauſis, id eſt, cauſa humilitatis, & melioris vitæ: & conſcientiæ illæſæ, debilitate corporis, defectu ſcientiæ, & malignitate populi, & infirmitate perſonæ: & vt præteritæ conſolationis, vitæ poſſim reparare quietem; ſpontè, ac liberè cedo Papatui, & expreſſè renuncio loco, & dignitati, oneri, & honori: dans plenam, & liberam facultatem ex nunc ſacro cœtui Cardinalium, eligendi, & prouidendi dumtaxat Canonicè, Vniuerſali Eccleſiæ de Paſtore. Hæc dixit, & mitram Pontificiam capite depoſuit, mox annulum, pallium, ſtolam, & cætera Pontificij inſignia reiecit, habitúmque Eremitæ, quem primò induebatur, reaſſumpſit: atque ad eum modum Pontificatu abdicato, omnes in ſtuporem coniecit, & in Eremum Mucronis ſeceſſit.

i Formula ceſſionis.

Poteſtate eligendi Cardinalibus facta, omnium eorum, & præcipuè Matthæi Vrſini, & Iacobi Columnæ ſuffragiis in peruigilio Natiuitatis Dominicæ, in Caſtro nouo, Neapolitanæ ciuitati contiguo, die Veneris, electus eſt BONIFACIVS VIII. [k] Benedictus antea vocatus, natione Hernicus, patria Anagninus, illuſtri Caietano ſtemmate, patre Lantfredo ex nepote Alexandri IV. Pontificis Maximi pronepos natus: Ab hoc Pontifice ferunt, deceptum Cœleſtinum, voce tanquam cœlitus miſſa per cannam ad eum facta, vt Pontificatum deſereret.

k Bonif. VIII. eligitur.

Eodem anno ex Dalmatia, Auguſtiſſima [l] Domus B. Virginis Angelorum miniſterio in agrum Picenum, qui Lauretæ vidua erat, è regione Dalmatiæ ſitum, interfluente Adriatico ſinu, tranſportata eſt, in ſylua eiuſdem matronæ Lauretæ Recanatenſis ſubſiſtens: & miraculis frequentibus veritatem rei indubitatè conteſtans.

l Domus Virg. ex Dalmatia Angelorum miniſterio in agrum Lauretæ transfertur.

1295. Hoc anno, menſe Iulio, Ædes Lauretana prædicta apud Picenum ſitum mutauit, in quorum agrum ex Dalmatia erat tranſuecta, ob duorum fratrum auaritiam, quorum communi agro ſubſederat. Huius Auguſtiſſimæ Domus deſcriptionem hîc ponere non grauabor.

DOMVS LAVRETANÆ DESCRIPTIO.

Huius Domus [m] longitudo eſt pedum 40. latitudo minus 20. altitudo circiter 25. In medio fermè pariete, qui olim, vt reor, faciem obtinebat domus, ianua ſatis ampla, ſed à vulgari vſu haud ſanè abhorrens. Pro ſuper-

m Lauretanæ Domus deſcriptio.

liminati trabs rudis ſuperiecta eſt. Ad læuam, armariolum miræ ſimplicitatis, aſſeruandis fictilibus aptum. Ad dexteram in proximo pariete feneſtra non magna: è regione feneſtræ caminus humilis, tenuíſque, opere, vt cætera, vulgari. Inibi ſublime loculamentum columellis in orbem ſtriaris, latera cingentibus conſpicuum: arcúſque eiuſdem operis, quinque iunctas pariter lunas imitante faſtigiatum. In loculamento, B. Mariæ ſtantis, ac puerum Ieſum altera manu mediam amplexantis, altera ſuſtinentis, ſtatura cedrina ferè bicubitalis: cuius facies electro argentum referente oblita, ſed luminum infuſcata fumo. Cæterùm, illa ipſa infuſcatio, antiquitatis, ac religionis index, impensè auget virginalis oris Maieſtatem.

a Cæleſtinus moritur, & clarus miraculis in Sanctorum numerum refertur.

Hoc anno 14. Calend. Iunij obiit Petrus de Murono, dictus [a] Cœleſtinus V. 1296.
& clarus miraculis, à Clem. V. poſtea in Sanctorum numerum relatus eſt. Ab hoc Pontifice ortum habuit Cœleſtinorum Religio, data Conſtitut. quæ incipit: *Et ſi cunctos.*

b Conſtitutiones Bonif.

c Contra dantes, vel recipiente, vel promittentes aliquid pro gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſt. obtinenda.

Bonifacius Papa multas [b] conſtitutiones fecit.

Primò, contra dantes [c] aliquid, vel promittentes, aut recipientes pro obtinenda gratia, vel iuſtitia, apud Sedem Apoſtolicam. Ac etiam contra ſcientes, & non reuelantes. Conſtitutio ſic incipit: *Excommunicamus, & anathematizamus.*

d Eccleſia mendicantium prope Auguſtinenſes non ædificentur.

Item, quòd propè Eccleſias, & Conuentus Fratrum Eremitarum S. Auguſt. [d] non poſſint alij Religioſi Mendicantes noua loca ædificare infra ſpacium Cannarum centum quadraginta. Conſtitutio. *Ad conſequendam gloriam.* Hic idem Pontifex decreuit, noua loca conſtrui non poſſe à Mendicantibus, abſque licentia Sedis Apoſtolicæ præterquàm in eremis, *vt in cap. 1. de Exceſſib. Prælatorum.* Sed nouam dedit formam circa hoc Clemens VIII. in Conſt. *Quoniam.*

e Canonizat S. Ludouicũ Francorum Regem.

Item canonizauit S. Ludouicum [e] Regem Franciæ Confeſſorem. Conſtitutio. *Gloria, laus.*

f Conc. Lugdun.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [f] LVGDVNENSE, quo inhibetur Principibus, ne Eccleſiaſticis vectigalia imponant. 1297.

Hoc anno Albertus I. Imperator creatur. 1298.

g Iubilæum ad centeſimum quemque annum inſtituitur.

Hoc anno data Conſtitutione, quæ incipit: *Antiquorum.* Bonifacius Papa Iubilæum [g] ad centeſimum annum inſtituit, & ſolenniter celebrandum. Ad quod 1300.
conſequendum, tanta multitudo populorum ex vniuerſo terrarum Orbe Romam confluxit, vt aliquando ad ducenta millia hominum in dies ſingulos numerarentur, præter indigenas. Miraculi loco prædicabat Iacobus Cardinalis, qui de Bonifaciano Iubilæo opuſculum ſcripſit, quod tanta copia annonæ in Vrbe fuerit, vt quò magis populus multiplicaretur, eò amplius alimentorum prouentus redundaret, & viliſſimo pretio omnia ad victum neceſſaria haberentur.

h Turpitudines horrendæ Mediolani detectæ.

Eodem anno hæretica quædam mulier occulta, Guillielma [h] nomine, quæ religioſiſſimam, ac ſanctiſſimam monſtrabat ducere vitam, cum quodam Andrea, cognomento Seramita, ſub ſpecie bonorum operum in eorum ſynagoga ſubtus terram ſita, hæretico vtebantur, & vti faciebant opere. Ibi in matutinis ante diem, de eorum, quos ordinauerat, conſortio, ibant mulieres nuptæ, & viduæ, quæ occultè ipſius mulieris mandato erant clericatæ. Ibant etiam iuuenes, & viri dum maledicta Guillielma ad modum presbyteri induta, in ipſa ſynagoga, iuxta altare, ſuas conſuetas orationes funderet. In fine ſuæ myſtagogiæ aiebat: *Adunamini, adunamini, & lumen ſub ſextario ponite, & quæ natura ordinauit, facite.* His dictis, tali modo certis diebus ordinatis, occultè ſtuprum committebant.

Guillielma defuncta, & à Monachis Claræuallenſibus pro ſancta ſepulta; Andreas Seramita, initiationes, & ſacra execranda obibat; donec à Corrado Cuppa mercatore ditiſſimo deprehenſus, proderetur. Is enim, cùm eius vxor frequentius horis matutinis ſurgeret, cupiditate ſciendi, quò iret illa, ſuccenſus, vna vice ſurgens occultè, extra domum, vxorem prodeuntem, ſecutus eſt. Ad Baſilicam quoque ſubterraneam ingreſſus, conſortio reliquorum ſeſepermiſcuit, & poſito de more ſub ſextario lumine, vxorem ſuam ſecundùm morem

aliorum

ANNO DOM.

aliorum fortuitò cepit, & cum ea incognitus rem habuit: ſed annulum ſapphiro inſignem, ei ex digito detraxit, ac occultè ante alios exiuit. Poſt aliquot dies, annulum ab vxore poſtulauit. Illa verò quærere ſe finxit, & tandem, ſe perdidiſſe, timidè reſpondit. Ille, conſanguineis, & amicis, & vicinis conuiuium præparauit, & vxores, quas in dicto conſortio cognouerat eorum, inuitauit. Qui cùm veniſſent, antequam pranſuri eſſent, ait: *Quilibet faciat vxori ſuæ ſolatium, quod ego meæ facturus ſum, & poſtea cauſam rei reuelabo.* Omnibus promittentibus, ligaturam de capite vxoris detraxit, & clericatam [a] oſtendit. Ab exemplo illius reliqui velamen è capitibus vxorum detrahentes, clericatas repererunt. Ibi Corradus, rem, vt acciderat, reuelauit, & quaſcunque ibidem aſpexiſſet, re ipſa ſignificauit.

a *Mulieres clericatæ.*

Quibus ad Matthæum Mediolani Principem delatis, & iudicio S. Inquiſitionis ſubiectis; Andreas Seramita, vnà cum famulis captus, interrogatus, tormentíſque adactus, cùm totis vndecim annis ſe huic libidinationi operam dediſſe, & ſtuprorum Gymnaſium inſtituiſſe, aperuiſſet, ex lege capitis damnatus, impietatis pœnas luit. Mulieres adulterio pollutæ, repudij libellum tulerunt, aliíſque pœnis addictæ ſunt. Guillielma verò ſacrilegij conuicta, exhumata, ignibúſque exuſta eſt.

1302. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [b] ROMANVM quo Philippus Rex Francorum anathemati ſubiicitur.

b *Conc. Rom.*

1303. Hoc anno Papa Bonifacius [c] Romam reuerſus, cùm Columnenſium primarios ad conſpectum ſuum admittere, neque diris exſoluere voluiſſet, & vim maiorem ab aduerſariis, grauiora comminantibus, & vi cum eo agendum præ ſe ferentibus metueret, primò ad Carolum, vt ſe ab Vrbe liberaret, perſcripſit: deinde cùm litteras ab hoſtibus interceptas eſſe intellexiſſet, & milites à Philippi fautoribus ad ſe occidendum ſubmiſſos fuiſſe, didiciſſet, ex dolore animi in morbum incidit: in quo ſacris ex more acceptis, in Palatio Vaticano animam Deo reddidit die 12. menſis Octobr. apud D. Petrum more Pontificio ſepultus.

c *Bonifacius Papa contra Columnenſes.*

Apud Stephanum Aufrerium, *in repetit. Clem. 1. vt Clericorum. de offic. ordinarij. & in meo. pag.* 70. habetur hæc bulla.

Bulla [d] Bonifacij VIII. ad Philippum Pulchrum Regem Franciæ. *Bonifacius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, Philippo Francorum Regi. Deum time, & mandata eius ſerua: Scire te volumus, quòd in ſpiritualibus,* [e] *& temporalibus nobis ſubes: beneficiorum, & præbendarum ad te collatio nulla ſpectat: & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas, fructus eorum ſucceſſoribus reſerues: & ſi quæ contuliſti, collationes tales irritas decernimus: & quantum de facto proceſſerunt, reuocamus. Aliud credentes* [f] *hæreticos reputamus. Datum Lateranen. Non. Decemb. Pontific. noſtri anno primo.* Iuxta hanc Bullam, Bonifacius declarat, Papam eſſe Dominum totius mundi, etiam in temporalibus. Multa alia de hoc Pontifice dicuntur: ſed nos hiſtoricos non agimus.

d *Bullæ Bonifacij VIII ad Philippum Francor. Regem, qua eum ſibi ſubiici in ſpiritualibus, & temporalibus determinat.*

e *S. Tho. 2.2.q.60.art.6 ad 3. Poteſtas temporal. ſubditur ſpirituali, ſicut corpus animæ: & ideò non eſt vſurpatum iudicium ſi ſpiritualis Prælatus ſe intromittat de temporalibus. Vide quæ idem habet lib. 1. de reg. Princ. c. 14. & lib. 3. c. 10. 11. 12 & 13. Alex de Ales. 2 p. q. 118. m. 3. a. 1. & 3. p. q. 40. m. 5. qu. penult. Hug. de S. Vict. lib. 2. de Sacr. p. 2. c. 4. Turrecr. de Eccl. 2. c. 113. Vald. tom. 1. in doct. fid. antiq. l. 2. c. 76. Caiet. in Apol. pro Rom. Pont. c. 13. Herueus quodlib. 6. q. 23. vbi ait: Sacerdotem Apoſtolicum ſe habere ad Reges, ſicut Architectam ciuilem ad alios artifices in ciuitate. Bellar. de ſummo P. l. 5. c. 6. 7. & 8. Pigh. li. 5. de Eccl. hier. c. 14 & 15. Sãd. de viſib. Eccl. mon. c. 4.*

f *Credentes aliter hæretici reputantur.*

Nouemdialibus mortui Bonifacij ex lege recepta abſolutis, cùm Patres ad 12. Calend. Nouemb. Conclaue ingreſſi, ſacra ſpiritui ſancto celebraſſent, vndecimo Calend. Nouemb. vnico facto, & publicato [g] ſcrutinio, Pontificem Maximum renunciauerunt Fratrem Nicolaum Bocaſium, ex Epiſcopo Oſtienſi Cardinali. Is, Taruiſij, infimo genere natus, Ordinem D. Dominici profeſſus: in eo, diuinis, humaníſque ſtudiis 14. annis vacauit: totidem cum ſumma laude docuit: ibidem denique per omnes Ordinis gradus in Religione propter morum ſanctitatem præfuit. Factus Generalis, à Bonifacio Pontifice, Cardinalatus honore donatus, omnium Collegarum libera voce, & vnanimi conſenſu, Romanus Pontifex dictus eſt, ſexto Calen. Nou. BENEDICTI X. dicti XI. [h] nomine aſſumpto. Pontifex creatus, magnum breui tempore virtutis ſuæ documentum præſtitit. Ita enim vixit, vt poſt mortem inter beatos meritò cenſeatur.

g *Electio Papæ per ſcrutinium.*

h *Benedictus PP. eligitur.*

Inito autem Pontificatu, Nogaretium, [i] & Sarram, omnéſque Anagninos cum his in capiendo Bonifacio ſentientes, & citatos antea ad iudicium, nec apparentes, grauiori anathemate notat. Cognita quoque Regis Philippi cauſa, hominem Bonifacij cenſuris irretitum [k] abſoluit. Pontificatus autem ſui menſe octauo, die decimo ſeptimo, Peruſij (eò enim cum Curia profectus

i *Nogaretium, & Sarram ſequacesq́; excommunicat.*

k *Philippũ Franciæ Regem ab anathemate abſoluit.*

a Bened.PP.moritur.

fuerat)moritur. [a] Sepelitur autem magna pompa,vt par fuit,in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Nonis Iunij 1303. Claruit miraculis. Vacauit autem Sedes à Nonis Iunij, vſque ad Nonas Iulij inſequentis anni. Licèt Cardinales in Conclaue, ob eam rem conſtituti, à Peruſino populo impulſi perſæpè ſint, minus interdum additis,vt Pontificem deligerent.

b Clem.V.Papa eligitur.

c Curia Romana in Gallias translata eſt, vbi ad 74.annos remanſit.

Clemens V. [b] natione Vaſco, Burdegalenſis, Bertrandus Gotho antea vocatus, Peruſij à Collegio Cardinalium abſens, poſt longam contentionem, Pontifex tandem creatur. Is autem electioni conſenriens, ex Burdegala Lugdunum profectus, eò Cardinales omnes ad ſe vocat: qui ſine mora Pontifici obtemperatunt: atque ita Curia Romana in Gallias [c] tranſlata eſt anno Domini 1705. vbi etiam ad 74. annos remanſit, cum magno Chriſtianorum incommodo: potiſſimùm verò Vrbis Romæ, cuius templa, magna ex parte ob ſolitudinem corruere, abſentibus his, ad quos ea reſtituere pertinebat. 1305.

d Concil.generale indicit.

Hoc anno Pontifex data Conſt.quæ incipit: *Regnans in cœlis.* indicit [d] Concil. generale Oecumenicum XV. Viennnense primum ad Calend. Octobr. 1309. 1307.

e Sicilia Regnû non ſucceſsione hæreditaria, ſed mera conceſſione Rom Pôtificis in poſteros conceditur.

Eodem anno ad 3. Cal. Maij, Carolo Cunctatore Rege Siciliæ, eius patre fatis functo, cùm Oratores Regis Hungariæ poſtularent à Clemente Papa, Carolo ſuo Regi Regnum Siciliæ, quod dicerent, illud ad eundem,velut ad primogenitum Caroli Martelli, iure plenario pertinere; & cùm illud ipſum Regnum, non ſucceſſione [e] hæreditaria deuolueretur in poſteros; ſed mera conceſſione Romani Pontificis,ad cuius Eccleſiæ hæreditatem, & dominium, toto iure pertinebat, ac pertinet; noluit Pontifex quidquam Carolo concedere. Præſertim, cùm ei Regnum Hungariæ ſufficere exiſtimaret: ac Robertum, tunc Anenionẽ præſentem, hominem pacis, & belli artibus inſtructum, magis ex re Eccleſiæ, & Reipublicæ Chriſtianæ videret, ſi ei Regnum Siciliæ iure fiduciario concederet. Extat diploma inueſtituræ eius Regni in Neapolitano Archiuo 1. *lib. IH.* 1309. *Indict.* 7. *fol.* 1. in quo Robertus Rex Siciliæ, in ſe recepit, ſingulis annis, die feſto ſolemnitatis Principis Apoſtolorum, octo millia [f] vnciarum auri, titulo feudi, numerare Romano Pontifici pro tempore ſuperſtiti.

f Pro regno Siciliæ octo millia Vnciarum auri ſoluuntur pro cenſu.

g Beneuentana ciuitas pleno iure ad Papam ſpectat.

Adiectis iis pactis,vt Beneuentana [g] ciuitas, pleno iure ad Eccleſiam Romanam pertineret,ex qua ſummus Pontifex omnes fructus,ac emolumenta reciperet,& quam pro arbitrio ſuo adminiſtraret; neque Rex Siciliæ quicquam in eadem ſibi,aut ſucceſſoribus ſuis vſurparet.

h Concilia vbique locorũ celebrantur.

i Templariorum crimina inueſtigantur.

Eodem anno,iubente Pontifice Clemente, ferè vbique locorum, [h] Concilia Prouincialia.& Diœceſanæ Synodi à ſacratis viris celebrabantur. Inſtituebatur in illis cõtra Templarios [i] inueſtigatio eorum,quibus onerati fuerant criminum. Bona eorum à Commiſſis Pontificum occupabantur: & pecuniæ ex eorum elocatione, in Eccleſiæ Romanæ ærarium pro neceſſitatibus publicis inferebantur. In commune etiam à Patribus conſulebatur, qua ratione in Concilio Generali proximè celebrando, diſciplina Eccleſiaſtica ex præſcripto Canonum reuocaretur,& quantum opus eſſet,bono publico innouaretur.

k In Anglia Eccleſiæ Sariſburienſi Pontifex de paſtore prouidet.

Per id tempus,Clemens Pontifex,Eccleſiæ [k] Sariſburiẽſi in Anglia,Simonem cognomento Gandauum,Antiſtitem præpoſuit,præſtantia eius doctrinæ,& morum integritate permotus.

l Anglorum Regis Seberthi oſſa dum transferuntur, inuenitur manus dextera integra in carne poſt 700.annos.

Eodem itidem anno in Anglia, cùm Religioſi Vveſtmonaſterienſes vellent oſſa [l] Seberthi Regis Anglorum,qui primus Regum, Eccleſiam in Anglia D.Petro Principi Apoſtolorum extruxerat,è veteri Baſilica in nouam tranſferre, eiuſque rei cauſa magno cum deuotionis ardore aperuiſſent ſepulchrum; inuenerunt manum eius dexteram integram in carne, cute, vnguibus, & oſſibus compactis, vſque ad medium brachij: cùm tamen in eodem mauſoleo, annos circiter ſeptingentos iacuiſſet. Thom. Vvalſing. *hiſtor. Anglican. in Edonardo I.*

Hoc anno Henricus VII. Imperator creatur, qui Calabriæ veneno excidit. 1308.

ANNO DOM.

Hoc anno celebratur CONCILIVM [a] SALISBVRGENSE I. cauſa decimarum [b] Sedi Apoſtolicæ ſoluendarum.

a Conc. Salisburg.
b Decimæ Sedi Apo[...] ce ſoluuntur.

Per id tempus Veneti [c] Ferraria,dedentibus ciuibus,in fidem accepta,non interdicto ſolùm, ſed etiam grauiſſimis in negotiatores edictis à Pontifice malè mulctantur: & à Legato Pontificis victi, Ferrariâ expelluntur. Tandem malis feſſi,pacem,veniámque [d] à Clemente ne quicquam petitam, Franciſci Danduli memorabili patientiâ impetrarunt. Is quippe, collo catena inſerta, ram diu ad menſam Pontificis iacuit, donec mitigatâ eius irâ, ignominioſam patriæ notam aboleret. Ex eo *Canis* [e] Dandulo, cognomen inditum. Et hæc humilitas illi ad ſummum in Veneta ciuitate faſtigium viam fecit. Plato *in vita Clem.V.* Io. Vill. *lib.* 8. Paul. Æmil.*lib.*8.

c Veneti interdicto alio modo grau[...] mulctantur.
d Veniam pluries pe[...] tandem Danduli pa[...] tia obtinent.
e Canis cognomen [...] Dandulo venit.

Eodem anno CONCILIVM [f] SALISBVRGENSE II. celebratur, quo ſtatura quædam particularia declarantur.

f Conc. Salisburg.

MOGVNTINVM [g] CONCILIVM, quo ſub præſidio Petri Moguntini Archiepiſcopi iuſſu Pontificis tractata eſt cauſa Templariorum.

g Conc. Mogunt.

CONCILIVM [h] GENERALE XV. OECVMENICVM VIENNENSE.

h Conc. Oecum. Vienn.

1311. Hoc anno celebratum eſt Concilium generale XV. Viennenſe, in quo interfuerunt Epiſcopi ferè 300. præſentibus tribus Regibus, Franco, Anglo, Tarraconenſi. Editæ ſunt in eo Clementinæ [i] Conſtitutiones. Actum eſt de Terra ſancta recuperanda. Templariorum [k] Ordo, qui annis 203. ſteterat, ſuppreſſus, & extinctus eſt: eorum reditus militibus S. Ioannis Hoſpitalaris, qui tunc Rhodiani equites vocabantur, aſſignati ſunt. Condemnati quoque fuere Begardi [l], & Beguinæ hæretici in Germania. *Clem.ad noſtram de hæret.* Eſt etiam ibi decretum, vt in principalibus Reipublicæ Chriſtianæ Academiis, profeſſores, ſtipendiis iuſtis, & debitis donarentur, qui Hebraicam [m], Chaldaicam, & Arabicam linguam publicè docerent: vt eſſent, qui apud infideles, his linguis vtentes, fidem propagare poſſent. *Clem. 1.de magiſt.* Reprobata, & condemnata eſt doctrina, qua traditur, animam [n] rationis compotem, non eſſe corporis humani formam.

i Clementinæ Conſt[...] tiones.
k Templariorum [...] extinctio.
l Begardi, & Begu[...] damnati.
m Hebr. Chald. & A[...] linguam doceant Le[...] res.
n Animam non eſſe [...] poris humani form[...] hæreſis.

Hoc eodem anno poſt Natiuitatis Dominicæ ſolemnia, Londini [o] in Anglia ad Comitium indictum, vniuerſi Eccleſiaſtici, & ſæculares Proceres conuenientes, Rege Edouardo præſente, in Eccleſia S. Pauli, decreuerunt, vt Magna [p], quam voeant, Charta pro libertate Eccleſiaſticorum olim ab vniuerſis Ordinibus concepta, vnà cum aliis articulis pro ſalute Regni Anglicani adiunctis, inuiolabiliter obſeruaretur. Alienigenæ è Curia, & ex vniuerſo Regno pellerentur. Peſſimi Conſiliarij à latere Regio excluderentur. Rex omnia negotia ex Cleri, Magnatúmque conſilio tranſigeret. Nullum bellum, abſque eorum conſenſu aut ſuſciperet, aut inferret. Neque extra Regnum, pedem, præter ſcientiam, ac voluntatem omnium prædictorum efferret. Petrum Gaueſtonium, omnium malorum incentorem, non ſolùm Palatio arceret, ſed & Regno eiiceret: & hæc omnia, ac alia quæ publicam Reipublicæ vtilitatem, ſtabilitatémque reſpicerent, ſacramento iuriſiurandi confirmaret. Aſſenſus eſt Rex omnibus, & ſi non libenter volens. Archiepiſcopus [q] autem Cantuarienſis Robertus, vnà cum cæteris ſuffraganeis, anathema maranatha dixit omnibus, qui articulos conſcriptos aliqua ratione violarent, Thom. Vvalſing. *Hiſt. Anglic.in Edouardo II.*

o Comitium Londin.
p Magna Charta pr[...] bertate Eccleſiaſtica [...] uanda.
q Archiep. Cantuar. a[...] thema dicit omni[...] violatoribus.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [r] RAVENNATE I. pro diſciplina Eccleſiaſtica, & moribus Eccleſiæ reformandis.

r Conc. Rauenn.

1314. Hoc anno Ludouicus Bauarus deuicto in bello Federico Pulchro, tandem è carcere cùm eum liberaſſet, fertur eum in Imperium ſocium aſciuiſſe. Sed de hac re vide infra ſub anno 1328.

Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIVM RAVENNATE II. ad mores Eccleſiaſticos componendos.

Pontifex autem variis ægritudinibus afflictatus, tandem octauo Pontificatus anno, m. 10. d. 15. [ſ] moritur. Vacat tum Sedes ann. 2. menſ. 3. d. 17. dum non ſatis inter Cardinales conſtat, quem potiſſimùm deligant.

ſ Clem. V. moritur.

ANNO DOM.

a Ioannes XXI. dictus XXII. Papa eligitur.

IOANNES [a] XXI. dictus XXII.Iacobus Caturcenſis antea vocatus,Epiſco-
pus Portuenſis,poſt longam 23, Cardinalium altetcationem , Lugduni Pontifex 1316.
creatus , Nonis Sept.in Eccleſia Cathedrali cotonam Pontificatus accepit. Hic
Pontifex multa pro Eccleſia Dei ſuſtinuit , multáque ſanciuit aduerſus Reges,&
Imperatores:quos etiam,quando opus fuit,anathemare percuſſit.Hæreſim Frati-
cellorum extinxit , & alia ſimilia laude digna peregit, vt annuatim breuiter indi-
cabimus.

Hoc anno celebratur CONCILIVM RAVENNATE ad mores Eccleſiæ 1317.
corrigendos.

b Fraticellorum hæreſis damnatur.

Hoc anno Pontifex data Conſtit. quæ incipit: *Glorioſam.* damnat ſectam [b] Bi- 1318.
zochotum,Beguinorum,& Fraticellorum,qui erronicè profitebantur, Chriſtum,
& Apoſtolos non habuiſſe aliquid in ſpeciali, nec in communi.

Hoc anno initium habuit Congregatio Montis Olueti apud Senas. 1319.

c Inuadentes ſpiritualia excommunicantur.

Eodem anno SILVANECTENSE CONCILIVM celebratum eſt , in quo
excommunicati fuere [c] omnes Domini tempotales,qui ſpiritualia inuaſerant, ſi-
ue detinuerant.

d Bona Eccleſiaſtica non alienanda.

Hoc anno,quia quædam loca S.R E.fuetant ab officialibus alienata:Propterea 1321.
volens Papa indemnitati prouidere, Conſtitutionem fecit, quæ incipit : *Inter ca-
tera* : in qua omnes alienationes [d] , locationes , & donationes bonorum Eccleſiæ
ſine conſenſu Romani Pontificis factas annullat , ac tollit. Et mandat Epiſcopo
Vrbeuetano , B. Petri Patrimonij Rectori , vt bona , & loca alienata, teducat ad
obedientiam S.R.E.atque vt contradictores coërceat per ſpirituales, & tempora-
les pœnas. Dat.Cal.Apr.anno 5.De hac materia Greg IX.*Conſt.*1.Clem. VI. *Conſt.*
1.Innoc.VI.*Conſt.*1. Paul.III. *Conſt.*3. Paul.IV. *Conſt.* 25.Pius V. *Conſt.* 37. Gregor.
XIII. *Conſtit.* 1.& alij.

e Inquiſitores quibus poſſint licentiam dare portandi arma.

Hoc anno dara Conſtit. *Exigit ordinis*. Moderat facultatem Inquiſitotum [e] 1322.
dandi licentiam deferendi arma,addens,vt eam concedant ſolummodo viris ſuæ
familiæ,& aliis etiam pro ſecuritate ipſorum Inquiſitorum.

Eodem anno celebratur CONCILIVM SABINENSE ad motes Eccle-
ſiæ reformandos.

f S.Thom.de Aquino canonizatur.

Hoc anno Summus Pontifex canonizat S.Thomam [f] de Aquino Ordinis Præ- 1323.
dicatorum. Conſtit.*Redemptionem.*

g Religioſi ad partes infidelium non accedant abſque ſuperiorum licentia ſub anathematis pœna.

Eodem anno præcipit,ne Religioſi [g] ad partes infidelium accedant ſine licen-
tia Supetiotum. Qui contta fecetit , excommunicationi ſit ſubiectus : neque ab-
ſoluatur,niſi in mortis articulo,ab alio , quàm à Romano Pontifice. Reperti ſine
licentiis,capiantur,& tanquam Apoſtatæ habeantur. Si quid contra fidem in ſuis
prædicationibus aſſeruerint,& etiam in priuatis,ac ſecretis collationibus , poſſint
à quocunque Apoſtolica auctoritate detineri , carcerari , atque vt ſuus ſubditus
tractari , & deſuper procedatut ſummariè. Datum Auenion. 7. Idus Maij , an-
no 9.

h Conc.Tolet.

Hoc anno celebtatum eſt CONCILIVM [h] TOLETANVM ad motes. 1324.

i Fœdera cum hæreticis ineuntes ſuſpecti.

Statuit Pontifex hoc annò,& mandat, per Inquiſitotem procedi contra ineun- 1325.
tes fœdera [i] cum hæteticis , & aliis , dantes eis auxilium, conſilium,aut fauorem.
Conſtit. *Cùm nonnulli.*

k Regnum Hiberniæ ad Sedē Apoſtolicā ſpectat.

Item alia dara Conſtit.quæ incipit : *Paternum amorem.* ſtatuit pro populo [k] Hi- 1326.
berniæ : Res ſic erat. Adrianus dominium Hiberniæ Regi Angliæ conceſſit : ſed
illi Reges contra formam conceſſionis populum gtanarunt ; Propterea turbatus
eſt populus contra Regem,ideò Pontifex monet Regem , vt tollat iſta grauamina
pro quiete ſui Regni.

l Schiſma XXII.

SCHISMA [l] XXII.

m Petrus de Corbario Antipapa.

Hoc anno Ludouicus Bauarus contra Ioannem verum Pontificem , Antipa- 1328.
pam creauit Petrum [m] à Corbario Minoritam,quem Nicolaum V.appellauit : an-
nulum digito illius ipſe impoſuit : mox purpuramei manibus ptopriis iniecit , &
ad dexteram in ſolio collocatum , poſtea in Baſilicam D. Petri introduxit. Vbi is
Pſeudopontifex ſacris temerè contrectatis , omnia Pontificia munera vſurpauit,

& tum

Anno Dom. & rum Bauaro, rum populo erranti, imprecatus eſt.

Res ſic habet: Fuerunt [a] duo Romanorum Reges electi, Ludouicus, [b] & Federicus: quibus ad arma concurrentibus in Bauaria, atroci prælio, victoriam Ludouicus obtinuit, & aduerſarium Federicum captum in cuſtodia detinuit: eum tandem ea lege dimiſit, ne ille in Germania dum viueret ipſe Ludouicus, vel in Italia Regni iura, & titulos haberet. Cùm autem Ludouicus excommunicatis [c], & hæreticis, ac ſchiſmaticis, & ſeditioſis hominibus fauiſſet; Pontifex tres [d] ad eum Legatos deſtinauit, qui iuberent, eum Imperij ditione excedere, nec eius iura vſurpare, aut violare. Eum legitimum Imperatorem eſſe negantes, quippe qui nihil iuris in Italia haberet, eo quòd nondum eſſet ab Eccleſia in Imperio confirmatus. Ea Legatione [e] Ludouicus irritatus, & hæreticis, & excommunicatis Vicecomitibus Mediolanenſibus opem, & auxilium, inuito Pontifice præſtitit. Quod ægrè ferens Pontifex, Auenione in publico Conſiſtorio 8. Idus Octobris, anno Dom. 1323. ſacris [f], & piorum communione interdixit, eo quòd munus Imperatorium antequam id ſibi Eccleſia confirmaſſet, contra Canones, & iura exercuiſſet; trium menſium ſpatio ei aſſignato, quo & Imperij iura deponeret, & coram Pontifice adeſſet, cauſam dicturus, quòd hæreticis Eccleſiæ hoſtibus fauiſſet. Ludouicus à Pontifice ad generale [g] Concilium per Oratores Auenionem miſſos, prouocauit. Pontifex cenſuras [h] renouans contra illum Crucem prædicari iuſſit: magnas Cruce ſignatis Indulgentias concedens. Ludouicus procerum Germanorum Conuentu habito, publicè Pontificias cenſuras [i] neglexit, negans eum eſſe legitimum Pontificem: ac proinde ſe ad generale Concilium Romæ celebrandum, & verum Chriſti Vicarium futurum appellare dicebat.

a Ludouici Bauari breuis hiſtoria.
b Romanorum Rex eligitur.
c Hæreticis, & ſchiſmaticis fauet.
d Papa ad eum tres Legatos mittit.
e Tali legatione Ludouicus irritatur.
f Excommunicatur.
g Appellat ad generale Concilium.
h Contra eum cenſuræ renouantur.
i Cenſuras Ludouicus publicè negligit.

Anno itaque ſalutis humanæ 1327. cum exercitu [k] in Italiam venit, & vrbem ingreſſus, populi præfectum conſtituit, & concione in Capitolio habita, totius populi ſuffragiis, vrbis Senator, & Princeps in annum creatus eſt, & tandem in Baſilica Vaticana, nouo ritu coronatus eſt Rex Romanorum à quatuor ciuibus Romanis laicis.

k In Italiam cum exercitu venit.

Deinde anno 1330. Fratrem Petrum à [l] Corbario ex Ordine Minorum ſchiſmaticum in Papam elegit, & mox hic Antipapa NICOLAVS V. vocatus, ipſum Ludouicum Bauarum in Imperio confirmauit. Ioannes XXII. Antipapam [m] iſtum, eiúſque fautores anathemate damnauit. Cùm autem Ludouicus Bauarus in Germaniam rediiſſet, auditâ morte Federici Cæſaris candidati, Piſis Antipapam reliquit: quem Piſani captum [n], Auenionem ad Ioannem XXII. miſerunt: poſtridie in publico Conſiſtorio, inſerto in collum laqueo, Petrus Corbarius abiecit ſeſe ad pedes Pontificis veniam, & vitam ab eo precaturus: & facta ſuæ fidei profeſſione, qua omnia à ſe malè acta accuſat, & abiurat: & ſigillatim intrat parere mandatis Eccleſiæ, & Domino Papæ, petens miſericordiam, & abſolutionem a vinculo excommunicationum, & reintegrari Eccleſiæ vnitati, à qua deuiauerat; fuit per eundem Papam abſolutus, & reintegratus Eccleſiæ vnitati: reſeruata ordinatione, & declaratione pœnitentiæ ſibi iniungendæ pro præmiſſis: pro quibus, & ſingulis fuerunt ad æternam rei memoriam facta publica inſtrumenta. Data Auenione 8. Idus Sept. Pontificatus præfati Domini Papæ Ioannis anno Dom. 1330.

l Petrum à Corbario Antipapam creat, à quo in Imperio confirmatur.
m Antipapa, & fautores excommunicantur.
n Antipapa Piſis captus, Auenionem ad Papam mittitur, in hoc reſipiſcens, & veniam petens impetrat ſed cuſtodiæ detinetur per tres annos, quo mortuus honorificè vt religioſus ſepelitur.

Quibus abſolutis, præfatus Petrus fuit clementer, & miſericorditer ſuſceptus ad pœnitentiam, & poſitus in decenti cuſtodia ad cautelam, vt probaretur, an ambularet in luce, an in tenebris: ibique tractatus fuit vt familiaris, ſed cuſtoditus vt hoſtis. Pontifex eius orationi reſpondens, nimio gaudio illacrymauit, & è terra ſublatum oſculatus eſt. Ne tamen Chriſtiana Reſpublica turbaretur, ſi in Italiam libet rediret, cubiculum, libros, cuſtodes, ac victum in Palatio Pontificio Auenionenſi illi dedit, cuſtodibus mandans, ne quemquam alloqueretur. Itaque in illo ſilentio per triennium, & menſem vixit. Quem mortuum, Minorum habitu indutum Auenione ad Minorum Eccleſiam honorificè ſepeliri Pontifex fecit.

1330. Hoc anno Ioannes Papa Conſtit. quæ incipit: *Nuper*, & refertur *in Directorio Inquiſitorum pag. mihi* 155. condemnat Michaelem [o] de Cæſena, olim Generalem Minoritam, eundémque fautorem hæreticorum, & manifeſtum hæreticum, & hæreſiarcham, ac ſchiſmaticum declarat: priuans eum officiis, dignitatibus, &

o Michaël de Ceſena excommunicatur.

honoribus

honoribus quibuſcunque,ſeu potius priuatum declarans,&c. Hic Michaël à Cæſena,electus fuit Generalis [a] Neapoli anno 1315. ſub Pontificatu Ioannis XXII. qui notatum de hæreſi,magiſtratu depoſuit,eo quòd Fraticellorum ſententiæ viſus ſit fauiſſe, quorum caput,& Dux fuit Dulcinus,& Margarita, ſenſum magis, quàm rationem ſequentes:qui ideò à Clemente V. fuerunt combuſti, & aſſeclæ diſſipati. Michaël autem ſic à Religionis Præfectura depoſitus,calamo ſe vltus eſt, volens oſtendere innocentiam ſuam: ſed aduerſus mare intumeſcens non proficit vnius hominis,quamuis validiſſimus clamor, quo temerè poſt abdicationem per annos 12. Generalis nomen retinere nixus eſt,ſed fruſtra: nam is, qui prudens, & ſciens pedem laqueo inſeruit,officio deiectus fuit,congregato Bononiæ Generali Capitulo anno 1328. D. Bertrandus Cardinalis Ordinis Vicarius inſtitutus fuit, qui pro eligendo nouo Generali ſequenti anno Pariſiis celebrandum Generale Capitulum indixit. Quo audito, Michaël furore ſuccenſus contra Summum Pontificem multa moliebatur: ſcripſit enim ſeditiosè ad Regem Romanorum,& ad Principes Alemaniæ,& atra bile debacchatus à Sedis Apoſtolicæ obedientia deſciuit: quare ipſum Ioannes Pontifex Maximus excommunicauit. Qui tandem profugus, exúlque factus in Conuentu Monaci in Bauaria vita functus eſt anno 1350. Et ex tunc, vt conſtans traditio in noſtra Religione eſt, facta eſt mutatio [b] Capucij oblongi in rotundum, retento tantùm colore: nam Ioannes Pontifex excommunicationi ſubiecerat omnes, qui talem capucium oblongum ferrent,quia præfatus Michaël,& ſequaces cum tali forma capucij, & habitu extra Religionem, & Eccleſiam vagabantur: præcepítque vt tota Religio Minoritana,retento ſolummodo colore, in reliquo mutaret Capucium, quod & fecit. Sic Pater Marius à Mercaſo Saraceno(qui fuit vnus de primis noſtræ Congregat. Fratrum Capuccinorum Generalibus) in ſua Chronica manuſcripta, quæ apud me ſeruatur. Vnde neceſſe fuit, vt poſtea Capuccini [c], qui eundem priorem oblongum Capucium ad imitationem S. P. Franciſci reſumere voluerunt, facultatem ad hoc haberent à Summo Pontifice Clem. VII. anno 1525 vt infra.

Rodulph. Toſſignan. lib. Hiſt. Relig. pag. mihi 15.

Mutatio Capucij oblongi in rotundum in Ordin. Minorum.

Capuccini qua auctoritate Capacium oblongũ reſumpſerint.

Antipapa reſipiſcit, & abſolutionem impetrat. Conc. Auenion.

Eodem anno Nicolaus Pſeudopontifex [d] reſipiſcens, errorem ſuum deteſtatur,& ſupplex à Ioanne Pontifice delictorum veniam petit, abſolutionémque ab excommunicatione impetrat. Pro qua re etiam Avenione [e] Concilium celebratur.

Ioannes autem Papa, cùm de noui Imperatoris creatione cum Regibus Galliarum,& Boëmiæ deliberaret,nocte præcedente quartum Non. Decembr. quo die Conſiſtorium Cardinalium,& Prælatorum indixerat,profluuium ventris exitiale paſſus,in lectum [f] moriturus ſe recepit. Itaque mortem [g] ſibi imminere videns,tertio Non. Decembr. Cardinalibus circa veſpertinam horam conuocatis, fidei profeſſionem edidit,& de ſucceſſore deligendo verba fecit: atque poſtridie, ſcilicet,pridie Non. Decembr. poſt ſacra audita, & Euchariſtiam [h] receptam, in crepuſculo diei orans,& pſallens,die Dominico hora tertia, Auenione in Palatio Apoſtolico, ex hac vita,nonagenario maior,migrauit. Aurum [i] ingens congeſſerat,tum vt hoſtes, aduerſarios Eccleſiæ deprimeret, tum vt Chriſtianorum res in Palæſtina adiuuaret. 1334

Ioannes Papa in mortem incidit.

Morte imminente, fidei profeſſionem emittit.

Euchariſtiam recipit, & moritur.

Aurum ingens congeſſit.

Defuncto Pontifice, nouendialibus abſolutis,ad 19. Calend. Ianuar. in Monaſterio Prædicatorum Aueñionenſi Comitium ingreſſi Patres Purpurati de Pontifice deligendo deliberantes, poſt aliquot dierum contentiones; tandem ſeptimo Comitiorum die,ſcilicet 13. Calend. Ian. Fratrem Iacobum Furnerium in Pontificem elegerunt & Benedicti [k] XII. nomine ſalutatus eſt. Qui primis Comitiis ad 12. Cal. Ian. ad reparandas Romanas, Petri Vaticanam Saluatoris Lateranenſem,& alias Baſilicas,animum adiecit.

Bened. XII. in Papam eligitur.

Cenſuras in Bauarum à Ioanne factas confirmauit, &c. Semel autem toto ſui Pontificatus tempore,ſex Presbyteros Cardinales [l] creauit, viros egregios, non de ſua ſtirpe, ſed vndequaque ad tantam dignitatem vocatos. Tantæ conſtantiæ præterea fuit,vt dimoueri à recto,vel vi,vel prece,vel pollicitationibus, nunquam potuerit. Componere item pacem inter Philippum Franciæ, & Eduardum Angliæ Regem; ſæpè per Legatos tentauit. At fruſtra, qui maximis cladibus quàm ſæpiſſimè inter ſe concertarunt. Moritur autem Benedictus Pontifex anno 7.

Cardinales non de ſua ſtirpe, ſed vndequaque electos creat.

menſ.

ANNO DOM. menſ.4. Multam vim [a] auri,& argenti,non cognatis ſuis, & affinibus, ſed Eccleſiæ reliquit.

a *Aurum, & argentum multum non conſanguineis,ſed Eccleſiæ reliquit.*

1339. CONCILIVM [b] TOLETANVM hoc anno celebratum eſt ad mores Eccleſiæ reformandos, ſub eodem Benedicto Pontifice.

b *Conc. Toletan.*

1342. CLEMENS VI. [c] patriâ Lemouicenſis, Petrus antea vocatus, primò monachus, deinde Archiepiſcopus Rothomagenſis, poſtremò Pontifex, Auenione creatus eſt. Fuit autem vir multæ doctrinæ, compoſitæque eloquentiæ. Liberalis in omnes, comis, & perhumanus. Electus itaque Nonis Maij huius anni, coronatur 14. Calend. Iunij. Boni autem paſtoris officio functus cùm foris Chriſtianis prodeſſe non poſſet, domi Eccleſiaſtico Senatui conſuluit: aliquot enim præſtantes viros in Cardinales elegit. Pontificatus autem ſui anno 10. m. 6. d. 28. 1352. mortuus, Auenione ſepelitur, adhibita à Cardinalibus, qui tunc aderant, honeſta funeris pompa.

c *Clem. Papa eligitur.*

1346. Hoc anno Carolus IV. Bohemiæ Rex in Imperatorem creatur.

1347. CONCILIVM [d] TOLETANVM ſub hoc Pontifice hoc anno celebratum eſt ad mores Eccleſiæ reformandos.

d *Concil. Toletan.*

1350. Hoc anno Clemens Papa reuocat [e] Iubilæum ad annum 50. data illa Conſtitutione, quæ incipit: *Vnigenitus. in Extrauag.* Ex hoc facto inſurgit Lutherus *art. 17. & lib. de capt. Babylonica.* Indulgentias [f] in Eccleſia Romana ab hoc Pontifice ortum habuiſſe, & idem fatetur Caluinus *lib. 3. Inſtitut. cap. 5. §. 5.* ſed quòd mentiantur, ſic oſtendo.

e *Clemens reuocat Iubilæum ad annum 50.*

f *Indulgentiarum antiquitas contra Luth. & Caluin.*

Ante Clementem Bonif. VIII. [g] 50. circiter annis, primus Iubilæum centeſimo quoque anno celebrari inſtituit, vt patet *in Extrauag. antiquorum.* Porrò ante Bonifacium VIII. Nicol. IV. [h] circa annum Dom. 1288. his, qui expeditionem Hieroſolymitanam adiuuarent, indulgentias conceſſit, quarum formam refert Gandauenſis *Quodlib. 15. cap. 14.*

g *Bonif. VIII.*

h *Nicol. IV.*

Ante Nicol. IV. Vrbanus IV. [i] iis, qui feſtum Corporis Chriſti piè celebrarent, & diurnis, paritérque nocturnis horis perſonaliter intereſſent, indulgentiarum ſuffragia tribuit, vt manifeſtum eſt *ex Clement. vnica, de reliq. & venerat. Sanctor.* & ex D. Thom. *Opuſc.* 57.

i *Vrban. IV.*

Ante Vrbanum IV. Honorius III. [k] plenariam omnium peccatorum indulgentiam, quam B. P. Franciſcus à Chriſto obtinuerat, eodem poſtulante, S. Mariæ de Portiuncula apud Aſſiſium conceſſit, ac ſua auctoritate, quam Chriſtus illi conferendam imperauerat, confirmauit, vt teſtatur S. Bonauentura, & alij *in vita S. P. Franciſci.*

k *Honor. III.*

Ante Honorium Innoc. III. [l] in magno Lateran. Concilio ampliſſimas indulgentias iis erogauit, qui expeditioni Hieroſolymitanæ auxilio fauerent, vt in eodem Concilio ſub finem exprimitur.

l *Innoc. III.*

Ante Innoc. Alex. III. [m] meminit Indulgentiarum, quæ dari ſolebant in dedicationibus Eccleſiarum, & iis qui aliquid erogabant in ædificatione Pontium, id patet *ex cap. quod autem. extr. de pœnit. & remiſſ.*

m *Alex. III.*

Ante Alexandrum, Paſchalis II. [n] qui Alexandrum 60. annis ferè præceſſit, & Eccleſiæ circa annum Dom. 1099. præfuit, 40. dierum Indulgentiam condonauit iis, qui limina Apoſtolorum piè viſitarent, vt teſtis eſt Abbas Vrſpergenſis *in Chronic. anno* 1116.

n *Paſchalis II.*

Ante Paſchalem Vrbanus II. [o] iis, qui Cruce ſignari, aduerſus Saracenos in bello Hieroſolymitano militarent, his verbis indulgentiam conceſſit: *De miſericordia Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi, ipſis iniunctas pro delictis ſuis pœnitentias relaxamus.* Quam pleniſſimam Indulgentiam conceſſit in Concilio Claromontano.

o *Vrban. II.*

Ante Vrbanum Gregorius VII. [p] pleraſque huiuſmodi Indulgentias conceſſerat, vt notum eſt *ex epiſt. ipſius ad Epiſcopos, & Clericos Britanniæ.*

p *Gregor. VII.*

Ante Gregoriū, Sergius III. [q] qui nongenteſimo quarto anno Eccleſiæ præfuit, trium annorum, ac totidem quadragenarum Indulgentiam conſtituit iis, qui Romæ, in feſtiuitatibus anniuerſariis S. Martini in Montibus, piè Eccleſiam viſitarent, vt teſtatur antiquiſſimus lapis marmoreus in maiori eiuſdem Baſilicæ altari repoſitus.

q *Sergius III.*

Ante

Anno Dom.

a *Leo III.*

Ante Sergium Leo III. [a] qui circa annum Domini 796. Ponrificatu functus fuit, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Aquiſgtani Indulgentiis collaris exornauir; atque alias conceſſit iis, qui feſtum Sancti Suiberti Epiſcopi Vverdenſis deuotè celebrarenr. Id tefert Surius *tom. 2. de vitis Sanctorum circa initium Martij.*

b *Gregor. Magnus.*

Ante Leonem Gregor. [b] Magnus, quinto poſt Chtiſtum ſæculo, Stationes Romanas, multis indulgentiis auctas inſtituit, vt teſtes ſunt D. Thom. *in 4. diſt.* 20.& Altiſiodorenſis *lib. 4 ſumma. tract. 6. cap. 9.*

c *Silueſter I.*

Denique ante Gregorium, duobus integris ſæculis prior Silueſter I. [c] petente S. Helena Conſtanrini matre, Sacellum S. Crucis in Hieruſalem Romæ erectum, conſecrauir, tum multis Sanctorum reliquiis otnauit, ac multiplicem peccatorum veniam piè viſitantibus indulſit.

d *Patres antiqui de Indulgentiis loquentes.*

Patres verò, qui duobus prioribus ſæculis extiterunt, tametſi eandem indulgentiarum concedendarum facultatem Eccleſiæ datam, atque ab ea legitimo vſu receptam agnouerint: minùs tamen *Indulgentiæ* vocabulo vſos eſſe legimus, ſed eam, vel remiſſionem, vel condonationem, vel veniam, vel paruam benedictionem, aliiſque ſimilibus nominibus appellarunt. Cyprian. [d] *lib. de lapſis.* indulgentiam, vel veniam, ac condonationem nuncupat. Lactantius *lib. 6. Inſtit. cap.* 13. indulgentias, largitiones vocat. Tertull. iam in hæreſim Montani dilapſus, aduerſus Catholicos ſcribens, *lib. de pudicitia cap.* 1. teſtatut, indulgentias à Pontifice in Eccleſia dari ſolitas, expreſſo ipſo, tum veniæ, tum indulgentiæ nomine. Denique Clemens Romanus *lib. 3. Conſtitut. Apoſt. cap.* 10. indulgentiam, qua pœnæ temporalis tantùm remiſſio fit, benedictionem paruam appellat. Ex dictis, & ex aliis quę breuitatis gratia omittimus, patet quomodo Lutherus, & Caluinus, & eorum ſequaces, circa Indulgentiarum originem mentiantur.

e *Innoc. Papa eligitur.*

Innocentius VI. [e] patria Lemouicenſis, Stephanus antea vocatus, Pon- 1352.
tificij, ciuiliſque iuris vir conſultiſſimus, procurator primò, mox Epiſcopus Claromontanus, deinde Cardinalis, Pontifex tandem creatur hoc anno, 16. Cal. Decemb. fuit autem vir integerrimæ vitæ, magnæque conſtantiæ, & ſeueritatis. Beneficia autem Eccleſiaſtica non niſi probatiſſimis Sacerdotibus, tum vita, tum doctrina, dedit.

f *Ad reſidentiam omnes ſub anathemate cogit.*

g *Impenſam domeſticam minuit.*

h *In ſumptu bellico largiſſimus.*

i *Franciſcum de Ordelaſſis citat ad dicendum quid ſentiat de fide.*

Poſt coronationem verò ſuam conſtituit ſtatim, vt omnes Prælati [f], omneſq; qui beneficia habebant, ad Eccleſias ſuas, ſub anathematis pœna proficiſcerentur. Dicebat enim, oues paſcuas, à proptio paſtore, non à mercenario cuſtodiri debere. Impenſam [g] quoque domeſticam, quæ magna erar, imminuir: familiam ſuam ad certum numerum, & honeſtum redigens: nec domi voluit habere, niſi viros probatiſſimos. Idem, vt facerent Cardinales, acerrimo edicto, mandauit, dictitans, ſuam, ac omnium Eccleſiaſticorum vitam, cæteris exemplo eſſe debere. In victu, paruus eſt habitus: in ſumptu [h] bellico, largiſſimus: dum bello repetit, quæ à tyrannis, ſuperioribus temporibus occupata fuetant. Nam data Conſtitut. quæ incipit: *Sedentis in throno.* citat Franciſcum [i] de Ordelaſſis, occupatorem Tertatum S.R.E. contra Pontificum Conſtitutiones. Qui pluries monitus, in occupatione perſeuetauit obſtinatus. Fuit & antea citatus, vt compareret cotàm Clement. VI. de fide reſponſurus. Et quia non comparuit, fuit excommunicatus. Pontifex igitur, denuò ipſum citat, vt compareat ad audiendum ſententiam in cauſa fidei.

k *Papæ obitus.*

l *Bartholdus Saxoferratus floret.*

Poſt multas verò perturbationes afflictatus Innocentius, Pontificatus ſui anno 9. m. 6. d. 29. moritur [k], eo potiſſimùm tempore, quo & Bartholdus [l] Saxoferratus, vir illa ætate, omnium conſultiſſimus. Ante Pontificis mortem tanta Solis defectio facta eſt, quanta nunquam antea.

m *Ordo Ieſuatorum.*

Hoc anno initium habuit Ordo [m] S. Hieronymi Ieſuatorum à B. Ioanne Co- 1355.
lumbino nobili Senarum ciue.

n *Vrbanus PP. creatur.*

Vrbanus V. [n] patriâ Lemouicenſis, Guillelmus Griſant, antea vocatus, S. 1362.
Victoris Maſſilienſis Abbas, abſens etiam, omnium conſenſu Pontifex creatur. Legatione enim tunc apud Vicecomites in Italia fungebatur. Auenionem itaque vocatus, Pontificatum iniens, vir ſingularis virtutis, ingenuis animi, innocentiſſimæque vitæ, ſtatim ad tuendam libertatem Eccleſiaſticam animum adiicit, eorúmque opera vtitur, qui ad eam rem animati erant. Capita Sanctorum Apoſto-

lorum

ANNO DOM. lorum [a] Petri, & Pauli quæſita, randem inuenit, & vbi nunc ſunt, collocauit. Et alia multa digna facit.

a SS. Apoſt. Petri, & Pauli capita inueniuntur.

Dum autem in Gallias proficiſcitur, Pontificatus ſui anno 8. m. 2. d. 23. obiit [b] in ciuitate Auenioni die 19. Decemb. 1370. & ſepultus fuit in Eccleſia Cathedrali S. Mariæ de Donis, indéque Maſſiliam tranſlatus ad Eccleſiam S. Victoris, cuius fuerat Abbas tempore aſſumptionis ad Pontificatum.

b Papæ obitus.

1371. GREGORIVS XI. [c] patriâ Lemouicenſis, Petrus Belfortis antea vocatus, S. Mariæ Nouæ Diaconus Card. Auenione Pontifex omnium conſenſu creatur. Hunc enim adoleſcentem [d], vix 17. annum attingentem, Clem. VI. eius patruus Cardinalem creauit: & ne videretur carni, & ſanguini, magis quàm Eccleſiæ conſuluiſſe, eundem ad exquiſitiſſimos Doctores, maximè verò ad Baldum [e], qui tum Peruſij legebat, diſciplinæ gratia ſtatim miſit: vbi tantùm in quouis genere doctrinæ profecit, vt idem Baldus eius auctoritate, in confirmandis rebus dubiis plerumque vteretur. Fuit præterea tantæ innocentiæ, & placabilitatis, vt ab omnibus diligeretur. Pontifex ergo factus Romanam Curiam è Galliis, vbi per 70. annos ſteterat, ad Vrbem tandem, monente S. Catharina Senenſi, reduxit anno Dominī 1376.

c Gregorij creatio.

d Adoleſcens adhuc Cardinalis creatus fuit.

e Baldus Iuriſconſultus floret.

1376. In Conſtitut. quæ incipit: *Super vniuerſas.* declarat, quòd Eccleſia [f] Lateranenſ. quæ Summi Pontificis Eccleſia vocatur, maior ſuper omnes Vrbis, & Orbis Eccleſias, & Baſilicas ſit, ſupremúmque locum obtineat. Datum Auenione 10. Calend. Febr.

f Lateran. Eccleſia ſuper omnes alias Eccleſias.

Quo autem apparatu, quâque incredibili Populi Romani [g] lætitia ſuſceptus in Vrbem ſit, non poteſt breui explicari, cùm vultu, geſtu, acclamationibus, omnem lætitiæ ſpeciem effuderint, vt filij ſolent redeunte peregrè exoptato parente. Indigebant enim omnia Pontificis aduentu. Dum autem vir Sanctus accuratè agit omnia, quæ ad Pontificem pertinent, intolerabili veſicæ dolore moritur [h] ſui Pontificatus anno 7. m. 5. 5. Cal Aprilis 1378. ſepelitúrque in Baſilica S. Mariæ in via ſepulchro marmoreo, tanto omnium gemitu, & lachrymis, quanto nunquam ante quiſquam ſepultus ſit.

g Magna populi lætitia excipitur.

h Pontificis obitus.

Hoc eodem anno inter Cardinales magna [i] contentio orta eſt circa Pontificis electionem: nam 13. Cardinales Gallici Pontificem è ſuo corpore volebant: reliqui verò VRBANVM VI. [k] patria Neapolitanum, Bartholomæum antea dictum ex familia Prignana, Archiepiſcopum Barenſem extra Collegium Cardinalium, quamuis abſentem Pontificem creant.

i Cardinalium diſſenſio

k Vrbanus eligitur.

1378. Hoc anno Wenceſlaus Bohemiæ Rex Imperator coronatur: ſed eo expulſo, Iodocus Bauarus eligitur, cui poſt 6. menſem defuncto ſucceſſit Federicus Dux de Braunſuich.

SCHISMA [l] XXIII. OMNIVM LONGISSIMVM ANNORVM CIRCITER 40.

l Schiſma omnium longiſſimum, nempe 40. annorum.

Deinde 8. Cardinales CLEMENTEM VII. Antipapam eligunt Cardinalem Gebennēſem. Hoc ſchiſma fuit omnium grauiſſimum, & longiſſimum, annorum circiter 40. Nam Clementi Antipapæ ſucceſſit in ſchiſmate BENEDICTVS XIII. cui ſchiſmati volens Concilium Piſanum remedium adhibere, illud potiùs auxit, creato ALEXANDRO V. Inde enim tres Pontifices ſimul ſedebant, Gregorius XII. Benedictus XIII. & Alex. V. & paulò poſt Ioannes XXIII. Propter hoc ſchiſma tollendum, inſtitutum fuit feſtum [m] Viſitationis B. Virginis ab ipſo Vrbano VI. vt Dei Genitricis ope inuocata, tantū malum Deus ab Eccleſia ſua auerteret. Extat decretum Baſileenſe, *ſeſſ.* 43. cuius verba ſunt hæc. *Decreuit S. Synodus ad honorem Dei Genitricis, vt poſt expleta Reſurrectionis Dominicæ Pentecoſtes, glorioſæ Trinitatis, Corporis Chriſti, Beatorum Ioannis Baptiſtæ, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, ſolemnia, in quibus Eccleſia poſt ſolemnitatem Annunciationis Dominicæ (quam præfata viſitatio, temporis ordine, confeſtim ſequebatur) eſt occupata per ſingulas Chriſtianorum Eccleſias, quolibet anno, 6. Nonas Iuly, feſtum Viſitationis glorioſæ Virginis celebretur.* Vrbanus autem Pontifex, 5. Cardinales, ſaccis inuolutos in mare deiici iuſſit: & vno alio die 23. Cardinales creat, tres Romanos, reliquos ferè omnes Neapolitanos.

m Viſitationis B. Mariæ feſti inſtitutio ad ſchiſma tollendum.

ANNO DOM.

a Eccleſiaſticæ perſonæ à laicis non banniendæ ſub pœna excom. lat. ſent.

Anno 6. ſui Pontificatus edita Conſtit. *Quia ſicut.* prohibet [a] laicis quibuſcunque, quacunque dignitate fulgentes, & quibuſcunque Communitatibus, &c. ſub pœna excom. latæ ſententiæ, & interdicti, reſpectiuè bannire Eccleſiaſticas perſonas, conſilium, fauorem, &c.

b Vrbanus moritur.

Anno autem Pontificatus ſui 11. m. 6. Romæ claudit [b] diem, & ſepelitur in Vaticano, paucis eius mortem flentibus.

c Congregatio S. Hieron. è Piſis.

Hoc anno initium habuit Congregatio [c] Heremitarum Sancti Hieronymi è Piſis. 1380.

d Conc. Salisburg.

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [d] SALISBVRGENSE in cauſa diſciplinæ Eccleſiaſticæ. 1386.

e Congreg. Ieſuiana.

Eodem anno cœpit Congregatio [e] Ieſulana S. Hieronymi.

f Conc. Palentin.

CONCILIVM [f] PALENTINVM ſub præſidio Petri de Luna Anticardinalis in Hiſpania celebratum eſt, qui adhuc iſto tempore Clementi Antipapæ adhæreſcebat. 1388.

g Boniſ. IX. eligitur.

h Iuuenis, & annorum 30. tantùm, & tamen in Pont. eligitur.

i Primus populi Romani vim in Pontificem tranſtulit.

BONIFACIVS [g] IX. patriâ Neapolitanus, Petrus cognomento Tomacellus antea vocatus, Romæ Cardinalium omnium conſenſu Pontifex creatur. Hic, etſi annorum circiter 30. [h] eſſet, dum Pontificatum iniit, ita tamen deinceps vixit in tam florida ætate, vt nulla ei libido, nulla voluptas impingi, vel obiici poſſet. Iuuenturem certè cum ipſa ſenectute commutaſſe videbatur. Fuit præterea tanti animi, vt primus Populi [i] Romani vim omnem in Pontificem tranſtulerit, creatis ſuo nutu Magiſtratibus omnibus, munitâque S. Angeli Arce. 1389.

k Clem. VII. Antipapa defuncto, Benedictus XIII. Antipapa à ſchiſmaticis ſuſſicitur.

Mortuo Clem. VII. [k] Antipapa Auenione à Cardinalibus ſchiſmaticis Petrus de Luna, BENEDICTVS XIII. ſufficitur. In tanta autem rerum perturbatione diu afflictatus, dolore laterum tandem moritur, Pontificatus ſui anno 14. menſ. 9. ann. 1404. ſepeliturque in Vaticano.

l Albienſium ſuperſtitionis extinctio.

Tempore huius Pont. Albienſium [l] ſuperſtitio extinguitur. Plat.

Hoc anno Rupertus Palatinus Comes in Imperatorem eligitur. 1400.

m Innoc. PP. eligitur.

n Romani ſibi reſtitui libertatem, Capitolium, Pontem Miluium, & Arcem S. Angeli petunt.

o Papæ Nepos iubet illos qui hoc petebant, necari, & è feneſtris deiici.

p Populus Rom. arma capit.

q Pont. cum Nepote Viterbium pergit.

r Pont. Romam redit.

ſ Innocentij obitus.

INNOCENTIVS VII. [m] patriâ Sulmonenſis, Coſmatus antea vocatus, S. Crucis Presbyter Card. Romæ Pontifex creatur, tumultuante tota Italia. Hic, cùm ſemel Romani [n], reſtitui in libertatem, reddíque ſibi Capitolium, Pontem Miluium, & Arcem Adriani peterent, inſtaréntque vt ſchiſma de Eccleſia pelleret, bella extingueret, & ſeditiones Rege Gallorum ad eam rem conficiendam operam ſuam pollicente, ac Petro de Luna Antipapa, nequaquam tantam concordiam abnuente; Romanos ipſos Pontifex ad Ludouicum Nepotem, diuertentem apud Hoſpitale S. Spiritus in Saxia, miſit, ſed huius auctoritate, ciues illi ſtatim [o] necantur, è feneſtriſque deiiciuntur, quòd dicerer, eo modo tolli ſeditiones, & ſchiſma, non alio quidē poſſe. Hac autē ſæuitia motus Populus Rom. arma [p] capit, ſuppliciū de Ludouico ſumpturus. Verùm Pontifex, declinaturus Populi furorem, Viterbium [q] cum Ludouico, citato greſſu proficiſcitur. Non multò poſt Romani Pontificem in gratiam recipiunt: rogántque, vt ad Vrbem [r] redeat. Erat enim natura comis, & blandus, adeóque Pontificij iuris, ciuiliſque peritus, vt facilè homines, tum rationibus, tum ſuauitate dicendi, in ſuipſius ſententiam alliceret. Rebus itaque hoc modo compoſitis, Romam veniens, plures Cardinales delegit, inter quos tres poſtea Pontifices fuêre. Ipſe verò non diu poſt, Romæ [ſ] moritur, Pontificatus ſui anno 2. d. 21. ſepeliturque in Vaticano. 1404.

t Contra occupatores Eccleſiæ bona.

Hoc anno, antequàm moreretur Innoc. data conſtit. quæ incipit: *Iniunctum.* citat, ac monet omnes occupatores [t] locorum S.R.E. vt dimittant eorum poſſeſſionem vacuam, & expeditam. Et reddant rationem prouentuum indebitè perceptorum. Contradictores verò quoſcunque, excommunicationi, & interdicto reſpectiuè ſupponit, cum decreto, &c. Dat. Romæ 3. Idus Sept. anno 2. 1406.

v Greg. creatur.

x Ad ſchiſma tollendum Cardd. Greg. & Bened. Antipapam dignitate Pontifi. priuant.

GREGORIVS XII. [v] patriâ Venetus, Angelus Corarios antea vocatus, tit. S. Marci Presbyter Card. Romæ Pontifex creatur hoc anno 1406. pridie Calend. Nouemb. Pontificatum ſtatim adeptus, quod ante Pontificatum promiſerat ſe facturum, ſcripto, adhibitis etiam Notariis, & teſtibus confirmauit, ſuáque manu, ſcripta, tabellariorum notauit. Erat enim in Eccleſia illo tempore magnum ſchiſma. Deinde Cardinales vno conſenſu [x] Gregorium, & Benedictum, dignitate Pontificiâ priuarunt. Inita poſtea, creandi noui Pontificis ratione, qui

bene

ANNO DOM.

bene, ac ſanctè ſine vlla ſeditione Eccleſiam Dei gubernaret, venere in hanc ſententiam, vt Alexandrum V. crearent.

1407. Hoc anno initium habuit reformatio [a] Canonicorum Regularium à S. Auguſtino fundatorum.

a Canonici Regulares formantur.

CONCILIVM [b] GENERALE PISANVM.

b Conc. Piſanum.

1409. Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM PISANVM, indictum, & congregatum à Cardd. Gregorij XII. & Benedicti XIII. ad ſchiſma tollendum. Res ſic geſta eſt, vt patet ex Blondo *lib.* 10. *decade* 2. & S. Antonin. *par.* 3. *tit.* 21. *c.* 5. §. 2. Cardinales obedientiæ Greg. XII. videntes negotium extirpandi ſchiſmatis, paulatim ad nihilum reduci, & non ſolùm Gregorium XII. ſed etiam Benedictum XIII. concordiam recuſare, contra iuſiurandum, & fidem in ipſorum electionibus datã; Gregorium quoque contra idem iuſiurandum, & fidem, alios Cardinales, abſque vlla neceſſitate, & ipſis inuitis creare; hanc nacti occaſionem, ab eo tunc Lucæ cõmorante, recedẽtes [c], Piſas petiere. Quod cùm plerique eorum, qui Benedictum XIII. ſequebantur, vidiſſent ſimili exemplo, ipſum Benedictum deſerentes, cæteris Cardinalibus Gregorij, qui Piſis erant, ſeſe adiunxerunt: ibique indicto Concilio [d] generali, & cum maxima Prælatorum frequentia inchoato, vterque Pontifex ab eis damnatus eſt: & vtroque tanquam periuro, ſchiſmatico, hæretico, colluſore & ſchiſmaticorum fautore, publico omnium decreto, Nonis Iunij an. Dom. 1409. è Pontificatu [e] deiecto, in vtriuſque locum, 20. poſt abrogationem die, tertium elegerunt, Petrum Philaretum, natione Græcum, Prouinciæ Cretenſis, inſtituti, & Ordinis Fratrum Minorum, & ſacræ Theologiæ Doctorem eximium, Presbyterum Card. Baſilicæ SS. 12. Apoſtolorum, & ALEXANDRVM V. [f] vocarunt. Interfuerunt in eo Concilio Cardinales 23. Patriarchæ tres: Archiepiſcopi, & Epiſcopi 300. Monaſteriorum Præfecti 280. Theologi, & Legati Principum Europæ.

c Cardd. Papam relinquentes, Piſas ſecedunt.

d Concilium gener. conuocant.

e Vtrumque Pontifici dignitate Pontificia priuant.

f Alexandrum V. Minoritam creant.

Dubitatum eſt valdè, an canonicè [g], & legitimè conuocatum eſſet hoc Concilium, eo quòd ſine vlla Rom. Pont. auctoritate eſſet indictum. De ea re, teſte S. Antonino *loco cit.* Florentiæ Laurentius Rodulphus triduo diſputauit, & tandem concluſit, Concilium eſſe legitimum. Ioannes Gerſon *in libello, An Papa exauctorari poſſit, Hi, Dei nutu,* inquit, *& Spiritus ſancti, ſicut credendum eſt, inſpiratione, tacti fuerunt.* Item, cùm Alex. V. Bononiæ grauiter ægrotaſſet, & cognouiſſet ſibi mortem imminere, Cardinales ad ſe venientes, ad concordiam, & pacem, & ad tuendam Eccleſiæ dignitatem hortatus, dixit, per eam mortem, quam ſe continuò ſubiturum putabat, ſe exiſtimare, & credere, quæ in Concilio Piſano acta fuerant, rectè, & integrè, ſine dolo malo facta fuiſſe. Inſuper, ipſe Alex. V. in eo Concilio creatus, in numero Pontificum Romanorum reponitur, & qui multò poſt tempore ſecutus eſt eodem nomine, Alex. VI. dictus eſt.

g Conc. Piſanum an legitimè conuocatum ſit, diſcurſus.

Antoninus *loco cit.* dicit, fuiſſe Conciliabulum, quia abſque Romani Pontificis auctoritate fuit congregatum: & quia Gregor. XII. Concilij conuocationem non recuſabat, ſed ſolùm reſtitit, ne Piſis congregaretur. Denique quidquid ſit, [h] Concilium Piſanum congregatum eſt à Cardinalibus tempore ſchiſmatis, quo duo Pontifices erant dubij, & incerti: & indictum eſt, non ad res fidei definiendas, ſed ad ſchiſma tollendum: quamuis re vera ſublatum non ſit, ſed potiùs auctum, quia Gregor. XII. & Benedictus XIII. Pontificatum deponere noluerunt.

h Reſolutio difficultat.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [i] AQVILEIENSE in Auſtria, pro tollendo ſchiſmate per Gregorium Papam XII.

i Conc. Aquileienſe.

Eodem anno CONCILIABVLVM [k] auctoritate Benedicti Antipapæ, in ARAGONIA celebratum eſt.

k Conciliab. in Arago...

Defuncto Alex. V. Pontificatus ſui menſe 8. IOANNES [l] XXIII. dictus XXIV. patria Neapolitanus, & nobilis, Balthaſar cognomẽto Coſſa antea vocatus, Bononiæ omnium conſenſu creatur. Sunt autẽ qui ſcribant, id violenter factum eſſe, quòd & Legatus Bononiẽſis eſſet, & armatos milites tum in vrbe, tum in agris pro ſtatione haberet, vt ſi precario iure id obtinere non poſſet, minis, & armis tandem conſequeretur. Vtcunque eſt, conſtat, eum Pontificem creatum fuiſſe, ad eámque dignitatem ſemper [m] aſpiraſſe. Nam cùm adoleſcens eſſet, ac Bononiæ aliquot

l Ioannes PP. eligitur.

m Ioannes ad eam dignitatem ſemper aſpirauit.

Anno Dom.

annis iuri ciuili operam dediſſet, aſſumpto doctrinæ gradu, Romam iter inſtituit. Interrogatus autem ab amicis, quò proficiſceretur, ad Pontificatum reſpondit. A Pontificatu verò [a], per Concilium Conſtantienſe deponitur, vt ſequitur.

a A Pontificatu per Concilium deponitur.

Hoc anno Sigiſmundus Dux Luzzemburghi, & Hungariæ Rex in Imperatorem eligitur. 1410.

b Reformatio obſeruantiæ Fratrum, hoc anno incipit.

Hoc anno initium [b] habuit Reformatio Fratrum de Obſeruantia: ſed ei formam, & ordinem dedit poſtmodum Beatus Bernardinus de Senis ſub Eugenio IV. anno 1430. 1414.

c Conc. Conſtantienſe.

CONCILIVM [c] GENERALE CONSTANTIENSE.

Eodem anno celebratum eſt CONCILIVM CONSTANTIENSE, quod indictum, & conuocatum eſt auctoritate Ioannis XXIII. id ſummoperè procurante Sigiſmundo Imperatore. Interfuere in eo Concilio Cardinales 29. Archiepiſcopi 47. Epiſcopi 270. Abbates, & Priores 164.

Coactum eſt hoc Concilium contra ſchiſmata trium Pontificum Romanorum Ioann. XXIII. Gregorij XII. & Benedicti XIII.

d Ioannes, & Benedictus Pontificatu priuati.

Sunt in ea Synodo priuati Pontificatu [d] Ioan. XXIII. & Benedict. XIII. nã *seſſ.* 12. ex totius Synodi ſententia, tum ob fugam, tũ ob alia crimina, de quibus accuſatus, & conuictus fuerat: & ad concordiam, ſublato ſchiſmate, & vnionem in Eccleſia Dei faciendam, 4. Cal. Iunij anno Dom. 1415. eſt Ioanni XXIII. Pontificatus abrogatus: quæ omnia contra ſe acta [e], ipſe approbauit, & formauit, Papalibus ſe exuens veſtimentis pridie Nonas Iunij eius anni. 1415.

e Ioannes omnia contra ſe acta probat.

f Bened. tanquam periurus, &c. priuatus eſt.

g Gregor. ſponte ſe abdicauit.

h Mart. V. electus eſt in Papam.

Et *ſeſſ.* 27. 7. Calend. Auguſt. anni 1417. communi conſenſu totius Concilij, Benedictus XIII. tanquam periurus [f], pertinax, ſchiſmaticus, & rebellis Eccleſiæ priuatus eſt Pontificatu. At Gregor. XII. *ſeſſ.* 14 *ann.* 1414. ſponte ſua [g] ſeſe Pontificatu abdicauit per Procuratorem Carolum Malateſtam Dominum Ariminenſem, eius rei gratia ad Concilium deſtinatum. Electus eſt in eo Concilio Pontifex MARTINVS V. [h] anno Dom. 1417. Cuius auctoritate Concilium eſt poſtea confirmatum. 1417.

i Condemnati ſunt Vviclef & Hus.

k Ioannes Hus, & Hieronymus à Praga combuſti ſunt.

l Conqueruntur hæretici de hoc facto, ſed eis ſit ſatis.

Condemnatæ ſunt in hoc Concilio hæreſes Ioannis [i] Vviclef, & Ioannis Hus.

In eodem quoque Concilio ipſe Ioanes Hus [k], & Hieronymus à Praga hæreſiarchæ, combuſti ſunt.

Mentiuntur autem hæretici huius temporis, dicentes [l], in Concilio Conſtantienſi eſſe decretum, non eſſe ſeruandam fidem hæreticis: vnde vehementer reprehendunt huius Concilij Patres, quòd cùm Ioannes Hus, & Hieronymus à Praga ſub fide publica ad Conciliũ veniſſent, ſunt contra fidẽ publicã capitali ſententia damnati. At ex verbis ipſius Concilij *ſeſſ.* 19. conſtat hoc eſſe falſiſſimum. Verba Concilij ſic habent: *Declarat S. Synodus, ex ſaluo conductu per Imperatorem, aut alios Principes conceſſo, nullum fidei Chriſtianæ, aut Iuriſdictioni Eccleſiæ præiudicium generari poſſe, aut debere, quominus liceat Iudici Eccleſiaſtico de huiuſmodi perſonarum erroribus inquirere, eóſque punire, quantùm iuſtitia ſuadebit, ſi ſuos errores reuocare pertinaciter noluerint, etiam ſi ſaluo conductu laicorum Principum confiſi, ad locum venerint iudicij, alias non venturi. Nec ſic promittentes, cùm fecerint, quod in ipſis eſt, ex hoc remanere obligatos:* Sic ibi. Hieronymus Pragenſis venit ad Concilium ſub publica fide Imperatoris, non ipſius Concilij, vt teſtatur S. Antonin. *p.* 3. *tit.* 22. *cap.* 6 §. 3. Nec Concilium dicit Imperatorem, vel Principem Catholicum non eſſe obligatum ad fidem publicam datam hæreticis ſeruandam: ait enim, *promittentem debere facere quod in ipſo eſt, vt fidem ſeruet ei, cui ipſe dedit.* Ex hoc tamen non obligari Iudicem Eccleſiaſticum ad eam fidem hæretico datam à laico ſeruandam.

m Martinus V. omnium ſuffragiis eligitur.

Die 11. Nouembris huius anni, in feſto Martini, Reuerendiſſimi Patres in Conclaui exiſtentes, Reuerẽdiſſimum in Chriſto Patrem D. Odonem de Columna Cardinalem, natione Romanum, concorditer in Romanum Pontificem elegerũt, qui MARTINVS V. [m] dici voluit: & ſic per ſereniſſimũ Sigiſmundũ Romanorum Regem vnà cum ſancta Synodo, fuit inthronizatus, & coronatus Papa. Quo in Magiſtratu, non ſomno, & otio, ſed negotio, & ſollicitudini deditus, audite,

refellere

ANNO DOM.

refellere,repellere,approbare,ſuadere,diſſuadere,hortari,deterrere accedentes ad Sedem Apoſtolicam conſueuerat, cognita petentium honeſtate,vel ſecus. Indigebat tum profecto tali Põtifice Eccleſia Dei,qui Nauiculam Petri,ſchiſmatibus, & ſeditionum omnium fluctibus quaſſatam, redigere in portum ſalutis, gubernaculo admotus, ſciret, & poſſet. Multa habentur de hoc Pontifice apud hiſtoricos.

Tempore huius Pontificis,dicunt Sot. *in 4.diſt.22.q.2.art.3.concluſ.5.* Nauar. *in cap. quorumdam. notab.11. num.23.de Iud.*& Graff. *lib. 4. deciſ. cap. 18. num.* 3.Bullam [a] in cœna Domini ortum habuiſſe, anno ſalutis 1420. quo tempore Bohemorum hæreſes in hoc Concilio fuerunt damnatæ:id quod non alia ratione probant,quàm quia S.Bonauentura, S.Thomas, & alij Doctores Scholaſtici antiqui, nullam eius mentionem fecerunt.

a *Bulla in cœna Domini antiquitas.*

Sed dubium eſſe non poteſt,quòd longè antiquior ſit vſus Bullæ in cœna Domini, cùm Clemens Papa V. qui creatus fuit Pontifex anno 1305. *in Clement. de iudic.* apertè teſtatur conſueuiſſe Romanos Pontifices, ſolemnibus quibuſdam anni diebus, generales quoſdam proceſſus facere. Quo in loco, Gloſſa in verbo *Solemnes.* duo præcipuè de his proceſſibus notat. Primum eſt, quibus in ſolemnitatibus fieri conſueuiſſent, nimirum ter in [b] anno, in die Iouis Sancti, in die Aſcenſionis, & in die Dedicationis Baſilicarum Petri, & Pauli, quæ celebratur menſe Decembri: cuius etiam trinæ ſolemnis excommunicationis ſingulis annis, meminit Panormitanus *in capit. excommunicationi. numero 1. de raptor. incendiar. & violator. Eccleſiaſt.* Secundum eſt, *in dicta Clement. 1. in verbo Generales.* contra quas perſonas conſueuiſſent fieri huiuſmodi proceſſus: fiebant enim priſcis illis temporibus contra quinque genera perſonarum. Primò contra hæreticos, & eis credentes. Secundò, contra eos, qui Saracenis merces prohibitas portabant. Tertiò contra Piratas. Quartò, contra exigentes, vel imponentes noua pedagia. Quintò, contra falſarios litterarum Apoſtolicarum. Poſtea verò temporis proceſſu, cùm ſatis vbique diuulgatus eſſet rumor horum proceſſuum, deſierunt tam frequenter fieri, & cœpit in vſu eſſe proceſſus ſemel tantùm in anno: id quod Cardinales *in cap. quod olim. de iudic.* ſuo tempore obſeruatum fuiſſe dicit: & idem fatetur S. Antoninus *3.part. tit. 25. cap.* 72. vbi refert hoc etiam in vſu fuiſſe tempore Martini V.cuius proceſſum ibi referens, ſimul affert hunc titulum, *Proceſſus annualis, qui fit annuatim in Curia in cœna Domini.* Creſcente poſtea quotidie malitia hominum, aliæ etiam excommunicationes ſucceſſiuè per conſequentes Romanos Pontifices vſque ad Gregorium XV.qui modò viuit,additæ ſunt.

b *Bulla Cœnæ Domini ter in anno publicabatur*

Hinc conſtat, antiquiorem [c] eſſe Bullam hanc Martino V. & facilè probari poterit, antiquiorem eſſe Vrbano IV. & Clement. IV. qui ſederunt circiter annum Dom. 1261.ſub quibus floruerunt S.Bonauent.& S.Thomas,ſiquidem Hoſtienſis,qui præfatis duobus Doctoribus contemporaneus fuit, & illis paulò antiquior (floruit enim ſub Innocent. IV. & Alexand. IV. Pontificibus anno Dom. 1254.) *in titulo de crimine falſi. lib. 5. §. Qualiter committatur. verſ. porrò*, expreſsè meminit huius proceſſus, dum *in verſiculo, Quinto.* dicit: *Sed hodie* (id eſt,ſuo tempore) *præceptum eſt, quòd in litteris Domini Papæ, nec in magno, nec in modico audeat quis manum apponere, etiam litteram vnicam, vel punctum vnicum corrigendo, exceptis officialibus, quibus hoc eſt commiſſum, alioquin, manum apponens, ex Canone lato in Curia, ipſo facto, ſententiam excommunicationis incurrit, quæ non poteſt per aliquem, citra Sedem Apoſtolicam relaxari.* Hactenus Hoſtienſis. Vbi, nomine *Canonis Curiæ*, nihil probabilius, aut veriſimilius intelligi poteſt, quàm iſte proceſſus Curiæ:nam ſi intelligamus Regulas Cancellariæ,illæ nunquam vocari ſolent(*Canones Curiæ*)ſed Canon ſimpliciter,vel Canon Apoſtolicus. Hic autem proceſſus ſemper,& propriè vocatur, proceſſus generalis Curiæ:vnde & Canones in illo contenti,*Canones Curiæ* vocabantur. Tunc enim propriè Bulla Cœnæ vocari non poterat, cùm non ſolùm in die Cœnæ Domini, ſed in aliis etiam ſolemnibus diebus promulgari ſolita fuerit, vt ex his, quæ diximus, manifeſtum eſt. Et hæc de antiquitate Bullæ in Cœna Domini.

c *Bulla Cœnæ Domini antiquior Mart. V.*

1418. Hoc anno Martini V. data Conſtitutione, *Quod antidota*.ſtatuit contra impe-

dientes executionem litterarum apoſtolicarum, prætextu conceſſionis, vel indulti Vrbani VI.

a *Papa damnat errores Vvicleſ, & Hus.*

b *Item legentes eorum libros.*

c *Item vt Principes ſæculares in eorum terris eos non admittant.*

Item eodem anno primo ſui Pont. damnat errores [a] Ioann. Vvicleſ de Anglia & Ioann. Hus de Bohemia, & Hieronymi de Praga. Et quia nonnulli eorundem hæreticorum ſectatores eorum libros [b] à Synodo Conſtantienſi damnatos legebant; Ideò Pontifex præcipit, omnes de fidei articulis aliter quàm ſentit S. R. E. ſentientes, aut illorum libros tenentes, vti receptatores, & eorum auctores coërceri: Statuitque, quòd Principes [c] ſæculares non admittant illos in eorum terris. Quòd hæretici non ſepeliantur in Eccleſia, &c. Conſtit. incipit: *Inter cuncta.*

d *Mendicantes non niſi ad Carthuſianos tranſeat.*

Item in Conſtitutione quæ incipit: *Viam ambitioſæ.* præcipit, quòd Mendicantes [d] non tranſeant, neque recipiantur ad Ordines Monaſticos, præterquàm ad Carthuſianos ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, & quòd vagabundi redeant ad eorum regulas ſub eadem pœna, & Apoſtaſiæ, ſuper quæ Sedes Apoſtolica tantummodo diſpenſare poſſit.

e *Eccleſiaſticæ perſonæ ad forum ſæculare non trahantur.*

Item in Conſtitutione *Ad reprimendas.* mandat Eccleſiaſticas [e] perſonas non trahi ad forum laicale, pro cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, ſi ſint particulares perſonæ: ſuſpenſionis, & interdicti, ſi ſint communitates, aut Capitula. Quas pœnas etiam incurrant Officiales laici, procedentes in cauſis poſt allegationem exceptionum.

f *Conc. Salisburg.*

Hoc anno celebratum eſt Concilium [f] Salisburgense in cauſa fidei, & morum. 1420.

g *Schiſma.*

Schisma [g] XXIV.

h *Clemens Antipapa.*

Hoc anno, mortuo Benedicto XIII. factum eſt ſchiſma XXIV. Clementis [h] Antipapæ contra Martinum V. 1424.

Hoc anno Martinus Papa indicit Concilium generale Baſileenſe. Conſtitut. *Dum onus.* Dat. Rom. Cal. Febr. 1431.

i *Martini PP. obitus.*

Martinus autem vir in omni vita integer, Pontificatus ſui anno 13. m. 3. Romę apoplexia [i] moritur die 21. Febr. 1431. & ſepelitur in Baſilica S. Ioannis in Laterano. Vacat tum Sedes dies 12.

k *Eug. IV. creatur.*

Evgenivs IV. [k] patriâ Venetus, familia Condelmeria, populari quidem, ſed antiqua, patre Angelo natus, Pontifex creatur hoc anno 1431. ad S. Petrum, die 3. Maij.

Eodem anno data Conſtit. quæ incipit; *In eminenti.* ſtatuit, quòd S. R. E. Cardinales, in Conſiſtorio ſecretò pronunciati, non dicantur creati Cardinales, quouſque Cardinalatus inſignia non ſuſceperint. Nec votum habeant in eligendo Summo Pontifice, aut alio actu, quouſque licentiam Summus Pontifex eis impertiatur.

l *Cardinalis vocem habet in eligendo Summo Pont. etiam ſi galerus Cardinalitius ei traditus non ſit.*

Circa huius Conſtitutionis partem primam vide Conſtitut. Sixti V. *Poſtquam.* Et quoad ſecundam, ſcias, die 26. Iunij 1571. Pium V. aliter ſtatuiſſe quoad electionem Papæ. Decreuit namque, Cardinales in ea vocem [l] habere, etiam ſi galerus Cardinalitius eis traditus non eſſet, neque os clauſum: aut ſi clauſum, nondum apertum fuiſſet.

m *Simoniaci dãnantur.*

Item contra Simoniacæ [m] prauitatis reos, eorúmque mediatores multa ſtatuit. Conſtit. *Cùm deteſtabile.* Similis Conſtitutio Pauli II. eſt inter extrauagantes communes, *in tit. de Simon.* & vtraque iſtarum, cum cæteris aliorum Pontificum conſtitutionibus confirmatur à Pio V. in Conſtit. *Cùm primùm.* 1434.

n *Shiſma.*

Schisma [n] XXV.

o *Felix Antipapa dictus Felix V.*

Hoc anno fuit ſchiſma Felicis [o] Antipapæ contra Eugenium IV. 1439.

Concilium Generale Basileense.

p *Baſileenſe Concilium auctoritate Pontificis indictum.*

Concilium hoc Baſileenſe, primò quidem fuit à Papa [p] Martino indictum Papiæ: ſed ob peſtem ibi ſæuientem, Senas tranſlatum, & ibi inchoatum: tandem

ANNO DOM. 1439.

Baſileæ continuatum,Præſide Card.Iuliano Cæſarino, quem Legatum,maxima cum auctoritate Martinus V.miſerat.Sed Martino defuncto, eius ſucceſſor Eug. IV.Concilij celebrationem à Mart. V. indictam,ſua auctoritate [a] approbauit, & vt inchoaretur à Iuliano Legato,voluit.Vnde inchoatum eſt anno 1431.Sed cùm multa tractari cœpiſſent, in quibus, prætextu componendi mores Reipublicæ Chriſtianæ, pleraque Eccleſiæ Romanæ priuilegia omninò tollere, & antiquare ſtudebant:id veritus Eug. IV. Legato Sedis Apoſtolicæ reuocato, Concilium [b] diſſolui iuſſit,& Ferrariam transferri. Nihilominus Concilium Baſileenſe continuatum eſt [c] contra eius auctoritatem,Præſide Ludouico Card.Arelatenſi.In eo Concilio contra Eugenium IV. fuit Pontifex creatus Amadæus,olim Sabaudiæ Dux,tunc verò in ſolitudine, vitam Eremiticam agens, qui dictus eſt Felix V. [d] de quo ſcitè ab Antonino Florentino Archiepiſcopo dictum eſt, *Baſilea peperit baſiliſcum.* Hic deinde ſpontè Pontificatum depoſuit,poſtquam ſediſſet annis nouem,menſibus ſex,& diebus ſeptem.

a *Baſileenſe Concilium auctoritate Pontificia continuatur.*

b *Baſil. Conc. auctoritate Pontificia diſſoluitur.*

c *Perſeuerat nihilominus,& continuatur.*

d *Felix Antipapa depoſito Eug.eligitur.*

e *Felix Antipapa ſponte Pontificatum deponit.*

Hoc Concilium non eſt Pontificia [f] auctoritate confirmatum,præter illa acta, quæ ad cenſuras,& cauſas beneficiales attinent,quæ cõfirmauit Nicolaus V.Durauit hoc Concilium per annos vndecim,menſes nouem,dies viginti ſeptem: & continuatum eſt vſque ad annum Domini 1442. vt patet *ex vltima ſeſſ.*

f *Baſil. Conc. non Pontificia auctoritate confirmatum.*

In hoc Concilio *ſeſſ.* 36. agitur de immaculata [g] B. Virginis conceptione, his verbis: *Hactenus difficilis quaſtio in diuerſis partibus, & coràm hac ſancta Synodo ſuper conceptione glorioſa Virginis Mariæ,&c.* Et infra. *Nos verò diligenter inſpectis auctoritatibus,& rationibus, qua iam à pluribus annis in pluribus relationibus ex parte vtriuſq; doctrina coràm hac ſancta Synodo allegata ſunt, aliiſq; etiam plurimis ſuper hac re viſis, & matura conſideratione penſatis,doctrinam illam differentem, glorioſam Virginem Dei genitricem Mariam,praueniente,& operante Diuini muneris gratia ſingulari,nunquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato;ſed immunem ſemper fuiſſe ab omni originali, & actuali culpa:ſanctamq;, & immaculatam,tanquam piam, & conſonam [h] cultui Eccleſiaſtico,fidei Catholica,recta rationi,& ſacra Scriptura, ab omnibus Catholicis approbandam fore tenendam,& amplectendam diffinimus,& declaramus:nulliq; de catero licitum eſſe in contrarium pradicare,& docere. Renouantes praterea inſtitutionem de celebranda eius ſancta Conceptione,qua tam per Romanam, quàm per alias Eccleſias 6. Id.Decembris antiqua, [i] & laudabili conſuetudine celebratur,ſtatuimus,& determinamus,eandem celebritatem praſata die in omnibus Eccleſiis, Monaſteriis, & Conuentibus Chriſtiana Religionis,ſub nomine Conceptionis, feſtiuis laudibus,colendam eſſe,&c.*

g *Conceptio immaculata B.Virginis.*

h *Doctrina de immaculata conceptione conſona eſt fidei Cath. recta rationi,& ſacra Scriptura.*

i *Doctrina de immaculata conceptione antiqua, & laudabili conſuetudine fulcitur.*

In quibus verbis ponderanda ſunt illa præcipuè (*antiqua, & laudabili conſuetudine.*)

Sub Eug. IV anno 1438. congregatum eſt CONCILIABVLVM [k] BITVRICENSE pro approbatione Pragmaricæ ſanctionis. Quæ poſtea non ſolùm à Pio II. & Leone X. verùm & à Ludouico XI. [l] ad inſtantiam Pij II. abrogata fuit,prout ſequitur.

k *Conciliab.Bituricenſe.*

l *Pragmatica ſanctio etiã ab ipſo Francorum Rege abrogatur.*

Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, Tibi ſanctiſſimo, & beatiſſimo Patri noſtro Pio Papa II. obedientiam filialem,& plenos deuotionis affectus, &c. Et paucis interiectis. *Etſi conſtitutio quadam in Regno noſtro,quam Pragmaticam vocant, magno Pralatorum conuentu,magna temporis deliberatione concluſa fuerit, & iam callum obducens,quietum propè fixerit ſtatum;Tu tamen tuis ad nos litteris,illam à Regno noſtro auferri,explodi,abrogariq; flagitas. Hinc enim exoritur, vt dum per Pragmaticam ſanctionem, ipſam ſummam in Eccleſia Tua ſanctitatis minuitur auctoritas,dum Pralatis in Regno noſtro quoddam licentia templum praſtruitur, dum congruens vnitas ad alia Regna, conformitasq; tolli videtur,abroganda ſit ipſa Pragmatica,tollendaq; à Regno noſtro, quippe qua aduerſus tuam Sedem,omnium Eccleſiarum matrem,ab inferioribus Pralatis lata ſit, tanquam, vt Scriptura loquitur: Quomodo ſi eleuetur virga contra leuantem ſe,aut baculus,qui vtique lignum eſt. Licèt autem Beatiſſime Pater, pleriq; docti homines confutare niterentur, atque diluere,multaq; nos dehortarentur abrogare ſanctionem ipſam;Te tamen [m] Principem totius Eccleſia, Antiſtitem ſacrorum, Te Dominici gregis Paſtorem profitemur, & ſcimus,Teq; iubentem ſequimur,Tibiq;,ac beatiſſimi Petri Cathedra conſentimus, & iungimur. Itaq;,ſicut mandaſti, Pragmaticam ipſam à Regno noſtro, noſtróque Delphinatu Vienneuſi, & omni ditione noſtra per praſentes pellimus, deijcimus, ſtirpitúſque abroga-*

m *Pij & Catholici Regis verba.*

mus,& quam,qualémve ante Pragmatica ipſius editionẽ,circa Eccleſiarum,beneficiorum, altarúmq; rerum ſpiritualium diſpoſitionem, cenſuram, moderationem, in Regno noſtro, omníque ditione noſtra,tui prædeceſſores Mart.V. Eug.IV. Romani Pontifices habebant,& exercebant;talem,eandémque noſtro adiutorio,Beatiſſimo Petro,Tibi,ipſius ſucceſſori reddimus, præſtamus, & reſtituimus cum ſummo imperio,cum iudicio libero, cum poteſtate non coarctata,&c. *Dat.*28.*Ian.anno* 1462.Sic in epiſt. Ludouici XI. Francor. Regis ad Pium II. Hanc reuocationem Pragmaticæ ſanctionis refert Creſpetius, *tit. Pragmatica ſanctio.*& Stephan. Aufrerius *in repet.clem.* 1. *vt clericorum.de offic.ordin.*

Hoc anno Albertus II. Hungariæ & Bohemiæ Rex, Archidux Auſtriæ V. in Imperatorem eligitur.

a *Conc.Florent.*

CONCILIVM [a] GENERALE FLORENTINVM.

CONCILIVM generale FLORENTINVM inchoatum quidem fuit Ferrariæ quinto Idus Aprilis anno ſal. 1438. ſed ingruente peſte, tranſlatum eſt Florentiam, vbi præfuit Eug. IV. Interfuerunt in eo Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus qui poſtea Florentiæ obiit, Ioannes Palæologus Imperator Orientis,& multi Latinorum,& Græcorum Epiſcopi. 1439.

b *Græci cum Latinis cõueniunt in quinque articulis.*

In eo Concilio Græci [b] vltimò conuenerunt cum Romanis ſuper quinque fidei articulos,videlicet,de proceſſione Spiritus ſancti, de quo conuenerunt, vt ſicut Latini dicunt, *Ex Patre, Filióque procedere*, Græci,more ſuo, dicerent, *Ex Patre per Filium procedentem*, eò quòd vnus, idémque eſſet ſenſus. Et ſuper articulo de Purgatorio conuenerunt, quia Græci Purgatorium eſſe poſt hanc vitam affirmant, ſed non in loco certo, & in corporali igne, vt Latini. Et de articulo Primatus Eccleſiæ Romanæ,& Pontificis ſuper omnem Eccleſiam, conſenſerunt, Romanum Pontificem eſſe ſummum totius Eccleſiæ Paſtorem,& Caput. Item conuenerunt de quarto articulo, quòd Latini addidiſſent meritò ad ſymbolum (*Filióque procedit*). Et de quinto articulo,quòd Latini,iuſtis de cauſis in azymo conſecrarent, quamuis Græci,ſuo modo, in fermentato.

c *Armeni ad Eccl. Rom. ſe coniungunt.*
d *Beſſarion, & Iſidorus Cardinales creantur.*

In eo item Concilio Armeni [c] ſeſe ad Eccleſiam Romanam reduxerunt, & receperunt ab Eugenio IV. Decretum fidei, in quo breuiter continetur doctrina,quam habet Eccleſia Romana de ſeptem Sacramentis. Beſſarion [d] Trapezuntius Nicenus Archiepiſcopus, & Iſidorus Theſſalonicenſis Archiepiſcopus Ruthenorum,doctiſſimi in Latinis,& Græcis literis,in eo Concilio multum laborarunt pro concordia Eccleſiarum; & ideo in Cardinalium Ordinem cooptati ſunt.

Durauit hoc Concilium partim Ferrariæ,partim Florentiæ anno vno,& tribus menſibus.

e *Conc.Friſingenſe.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [e] FRISINGENSE in cauſa Eccleſiaſticarum Conſtitutionum. 1440.

f *Imprimendi libros ratio,hoc tempore inuenta.*

Per id tempus ratio imprimendorum [f] librorum apud Germanos in Moguntia inuenta à Ioanne Fauſtio, & à Nicolao Ienſone primùm Venetias tracta, magno ingeniorum compendio,bonóque.

g *De Cardinalatus dignitate.*

Eugenius data Conſtitut. quæ incipit: *Non mediocri.* declarat [g] Cardinalium dignitatem,cæteris Eccleſiaſticis dignitatibus eſſe præſtantiorem. De qua inter cætera ſic loquitur.

h *Cardinalatus dignitas cæteris in Eccleſia ſublimior.*

i *B. Petrus eorum officiũ inſtituit, vel iuſſu Dei ab exordio Eccleſiæ originem traxit.*

Quantum autem hac Cardinalatus dignitas [h] *ſit ſublimis,& aliis excellentior, & ita hactenus in Eccleſia reputata,ſi eius officium, ac ſanctorum Patrum ſtatuta, & conſuetudinem,tam apud hanc ſanctam Sedem, quàm generalia Concilia ſemper obſeruatam, ſcitieris diligenter ſcrutari,facilè tibi innoteſcet.*(Loquitur ad Archiepiſcopum Cantuarienſem) *Quippe,& ſi huius dignitatis nomen, quod modò in vſu eſt,ab initio primitiuæ Eccleſiæ non ita expreſſum fuit;officium tamen ipſum à B. Petro,* [i] *eiúſque ſucceſſoribus inſtitutum,euidenter inuenies. Immo,vt inquit Innocentius III. ex veteri Teſtamento, iuſſu Dei traxit originem: aſſerit enim,id quod Deut.* 17. *dicitur, vt pro difficultate, & ambiguitate iudicij accedatur ad Sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore,& obediatur ipſorum iudicio,qui præſunt loco,quem Dominus elegerit,de ſummo Pontifice intelligendum eſſe,& fratribus eius,id eſt, S.R.E. Cardinalibus, qui ei iure Le-*

uitico

ANNO DOM. *uttico in executione Sacerdotalis officij coadiutores exiſtunt. Itaque & ab exordio Eccleſiæ, ſicut & hodie ſummis Pontificibus in regenda, gubernandáque vniuerſali Eccleſia aßiſtebant. Et vt ex Concilio Stephani Papæ colligitur dicentis: Oportebat, vt hæc ſacroſancta Domina Romana Eccleſia, iuxta quòd à B. Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, ritè ordinaretur, & in Apoſtolatus culmine vnus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis conſecraretur: datur manifeſtè intelligi, hos fratres noſtros, qui inter Cardinales locantur, tempore B. Petri extitiſſe.*

In confinio autem Nicæni Concilij B. Syluester, qui cœpit Eccleſiam regere anno Incarn. Dom. 330. *vel circiter, in Synodo generali congregatis præſidens, hos coadiutores* [a] *ſuos nuncupauit Cardinales, & magno admodum priuilegio inſigniuit, quale nullus Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Canonibus habere reperitur*, &c. Et infra. *Quis etiam non videat, Cardinalatus dignitatem, Archiepiſcopali eſſe maiorem dignitate, quia cùm illa priuatæ vnius patriæ præſit vtilitati; iſta publicæ totius populi Chriſtiani. Illa vnam dumtaxat regit Eccleſiam; iſta cum Sede Apoſtolica vniuerſas.* Et alia multa dicit, & digna ſunt, quæ legantur.

a Papæ coadiutores in Concilio Nicæno appellati ſunt.

1440. Hoc anno Federicus III. Archidux Auſtriæ in Imperatorem eligitur.

1447. Hòc anno alia data Conſt. quæ incipit, *Ordinis tui.* declarat, & mitigat [b] Regulam ſororum S. Claræ. Vbi inter cætera *in §. Inſuper*, declarat, & vult, quòd in nullius prædictorum (præceptorum ſcilicet, quæ in Regula ſunt) transgreſſione, præter quàm eorum quatuor, quæ concernunt principalia vota, obedientiæ, ſcilicet, paupertatis, caſtitatis, & clauſuræ, & ſuper electione Abbatiſſæ, & depoſitione, peccatum mortale incurrant.

b Moderatur quoad numerum præceptorum Regulam S. Claræ.

Eugenius autem, cùm Pontificatum ſexdecim annis rexiſſet, obiit Romæ [c] die 23. Febr. 1447. & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri.

c Eugenij PP. obitus.

NICOLAVS V. [d] Thomas Sarzanus antea vocatus à Sarzano oppido Lucenſis agri, Pontifex, die 6. Martij huius anni 1447. omnium conſenſu creatur. Vir quidem modicis parentibus, ſed virtute, doctrina, comitate, liberalitate, magnificentia, tanto Pontificatu dignus; licèt ipſe tanto Magiſtratu indignum [e] ſe arbitraretur; rogaueritque Cardinales omnes, ſupplex etiam, vt Eccleſiæ Dei maturius conſulerent. Sed Tarentino Cardinale eum adhortante, ne curſum S. Spiritus impediret, collum tanto oneri ſubiecit. Tanta fuit huius Pontificis auctoritas, & gratia, vt animos Principum ad bellum concitatos, aliquandiu repreſſerit.

d Nicolai V. electio.

e Indignum ſe tanto honore reputãs, Cardinales rogat, vt Eccleſiæ Dei maturius conſulant.

Confirmauit concordiam initam inter Federicum Imp. Principéſque Germaniæ, ac Legatum Apoſtolicum, ſuper reſeruatione, & collatione Eccleſiarum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum. Conſtit. *Ad ſacram Petri Sedem.* ſcilicet, vt beneficia Eccleſiaſtica vacãtia in menſib. Ordin. ſubiaceant diſpoſitioni eorũ, qui in illa ius habent. De vacantibus in menſ. Apoſt. de quibus nulla poſt tres menſes apparuerit facta prouiſio, Ordin. habeat diſponendi liberam facultatem, &c.

His concordatis quandoque Germani Prælati contrauenerunt; ideóque eorum collationes irritauit Clem. VII. in eius Conſtitut. *Admonet.* Vide etiam Conſtit. Greg. XIII. *Quæ in Eccleſiam.* Idem Canonizat S. Bernardinum [f] Senenſem Minoritam. Conſtit. *Miſericordias Domini.* anno 1450.

f S. Bernardinus Senenſis canonizatur.

Statuit contra impios Chriſtianos [g] mittentes, & deferentes arma, victualia, & mercimonia ad partes Saracenorum, vel eiſdem fauorem, aut auxilium præſtantes. Conſtit. *Olim.* Qui aliter fecerint, præter excommunicationis cenſuram ſtatim incurrendam, ſint perpetuò infames, inteſtabiles tam actiuè, quàm paſſiuè.

g Chriſtiani ne deferant arma ad Turcas, ſub pœna excom.

Item, quia in Regnis Siciliæ contractus [h] cenſuales multis modis fiebant: ſupplicatum fuit Pontifici, vt deſuper prouideret. Ideo in Conſt. *Sollicitudo.* declarat, licere creari cenſus, dummodo annuus cenſus ſoluendus non excedat decimam partem principalis ſortis receptæ, &c.

h Contractus cenſuales quando faciendi.

Nicolaus autem Pontifex, ſiue tædio animi, quo maximè cruciabatur poſt captam Conſtantinopolim, ſiue febri, & podagra, qua potiſſimum vexabatur, Pontificatus ſui anno 8. & dieb. 19. moritur [i], & in Vaticano ſepelitur.

i Nicol. moritur.

1448. CONCILIVM [k] TVRONENSE hoc anno celebratur, pro reformandis Eccleſiæ moribus.

k Conc. Turon.

ANNO DOM.

a Conc.Lugdun.

LVGDVNENSE, [a] pro ſchiſmate inter Nicolaum Papam,& Felicem Antipapam rolleodo. 1449.

b Franciſcus de Paula ſui Ordinis iacit primordia.

Hoc anoo cœpit ſuum Ordioem [b] S.Ftaociſcus de Paula Calaber, Minimorum fundatot,& qui in mea patria Coriolani oobiliſſimum Monaſterium ſui Ordinis cooſtruxit,& plurima miracula patrauit. 1450.

c Conſtantinopolis ciuitas à Turcis capitur.

Hoc anno Conſtantinopolis ciuitas capitur à [c] Tutcis in feriis ipſius Pentecoſtes:ſic Deo vlciſceote Græcorum perfidiam citca articulum proceſſioois Spiritus ſancti à Patre,& Filio. 1453.

d Calixtus PP. ſuccedit.

Nicolao defuncto, CALIXTVS III. [d] Alphonſus, cognomeoto Botgia, aotea vocatus, natione Hiſpanus, patria Satinenſis, Valentioæ Diœceſis, Cardinalium ſuffragiis Pontifex creatus ſexto Idus Aprilis huius anni 1455. 1455.

e Campana in meridie pro Aue Maria cur pulſetur.

f Beneficia commendata habere noluit, vnica contentus ſponſa,& virgine.

Hic pulſari Campaoas [e] in Meridie pro Aue Maria, iuſſit, pro auxilio contra Turcas impetrando. In omni vita vir integerrimus eſt habitus: ſed hæc eius propria laus eſt, quòd dum Epiſcopus, aut Cardioalis eſſet, beneficium aliquod in commendarione [f] nunquam voluit, diceos, ſe vna ſponſa, & quidem virgine, cootentum eſſe, hoc eſt, Eccleſia Valentioa, vt ius Pontificium mandat. Multa alia laude digna fecit.

g Calixti PP. obitus.

Hoc anno die 2. Aug. obiit [g] Calixtus Papa, & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri, cùm ſediſſet annos tres, m.4. 1458.

h Pius II eligitur.

PIVS II. [h] Italus, ex oppido olim Corſiano (ounc ciuitate Pientia à Pontifice iſto, qui illud in Ciuitatem erexit, denominata) prouinciæ Hetruriæ, Æneas Syluius antea dictus, Syluij de Piccolominibus filius, S.R.E. presbyter Card. tit. S. Sabinæ die 19. Aug. Romæ ſummus Pontifex proouociatus. Qui accepta Pontificia eorona, ſe totum, coofirmata prius Eccleſiæ ditiooe, ad curam Reipublicæ Chriſtianæ conuertit.

i Prouocantes ad futurũ Concilium excommunicantur.

Statuit multa. In Conſtitut. *Execrabilis*. Quoniam multa mala cauſantur ex prouocationibus ad futurum Coocilium; ideo damoat appellationes [i] tales, atque annullat. Contra venientes, pœnis excommuoicationis, criminiſque læſæ Maieſtatis diuinæ, & humanæ ſubiiciuotur.

k Ordinatus ante legitimam ætatem, aut extra tempora à iure ſtatuta, aut ſine dimiſſoriis, ſuſpenduntur, & ſi celebrauerint, irregularitatẽ incurrunt.

In Conſtit. *Cùm ex ſacrorum*. ſtatuit pœnam ſuſpenſioois ipſo facto [k] iocurrendam,& irregularitatem, ſi celebrare ſic præſumpſerint illi, qui ante ætatem legitimam, aut extra tempora à iure ſtatuta: vel ſine litteris dimiſſoriis, promoueri ſe fecerint ad ſacros Ordines.

l Bannitis non concedant Officiales ſaluum conductum, ſub pœna excommunicationis.

Io Cooſtit. *Ad retinendas*. præcipit Officialibus, oe coocedant [l] remiſſionem, ae ſaluum cooductum baoniris, etiam habita pace, neque per diem, aut noctem voam, ſub pœna excom. ipſo facto, & conceſſio fit nulla, iure ipſo: ſed ſolùm ſummus Pontifex has gratias, & remiſſiooes poſſit coocedere. Condemnati noo poſſint appellare.

m Retractat ſe de iis, quæ quando erat iuuenis pro Concilio Baſileenſi dixerat.

n Retractat ſe.

In Conſtit. *In minoribus*. Quia Pontifex iſte dum in miooribus [m] erat, ignoranter Eccleſiam Dei perſecutus eſt, pro Concilio Baſileenſi; ideo ad imitationem D. Auguſtini ſua dicta reuocar, ac retractat. Et ſuadet, ſuis ſcripris Apoſtolicæ Sedis auctoritarem lædentibus, fidem oon præſtandam. Occurritque obiectiooi eorum, qui dicerent, ipſum Pootificem mutaſſe propoſitum: & ideo ſuam vitam, & geſta recenſet. Cuique Iulianus S. Angeli Cardinalis multis rationibus, dum ipſe in minoribus eſſet, erroneas eſſe ſuas opiniones demonſtrauit. Et cùm mulra de Pontificis Romani auctoritate confeſſus eſſet, ſic concludit: *Hac nos de Romani Pontificis auctoritate, & poteſtate ſentimus: cui & congregare Concilia generalia, & diſſoluere datum eſt.* Et infra. *Veneramur Conſtantienſe Concilium, & cuncta qua præceſſerunt, à Romanis Pontificibus noſtris prædeceſſoribus approbata: inter qua nullum inuenimus vnquam fuiſſe ratum, quod ſtante Romano indubitato Præſule, abſq; ipſius auctoritate conuenerit: quia non eſt corpus Eccleſia ſine capite, & omnis ex capite defluit in membra poteſtas. Hac noſtra ſententia eſt, filij: hac credimus, & profitemur: hac iam ſenes, & in Apoſtolatus apice conſtituti, pro veritate aſſerimus. Si qua vel vobis, [n] vel aliis conſcripſimus aliquando, qua huic doctrina repugnent: illa, tanquam erronea, & iuuenilis animi parùm penſata iudicia, reuocamus, atque omninò reſpuimus. Datum Roma apud S. Petrum 6. Cal. May, anno 1463.* 1463.

In

ANNO DOM.

In Conſtit. *Ineffabilis*. continetur prohibitio [a] prædicandi, diſputandi, aut ſuadendi, hæreticum, vel peccatum eſſe, credere, Ieſu Chriſti ſanguinem, in triduo ſuæ paſſionis, ab ipſa Diuinitate diuiſum, vel non diuiſum eſſe: donec ſuper dubitatis huiuſmodi deciſione, quid tenendum ſit, fuerit per Nos, & Sedem Apoſtolicam diffinitum. Contrauenientes, [b] excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrunt. Et Sedi Apoſtolicæ eos denunciari iubet.

a Prohibitio circa aſſertionem, vel negationem ſanguinis Chriſti in triduo à Diuinitate diuiſi.

b Contrauenientes excom. lat. ſent. incurrunt.

Cùm autem Anconæ [c] eſſet, & generalem contra Turcas pararet expeditionẽ, lentâ febri afflictatus, moritur die 14. Auguſt. 1464. & inde corpus eius Romam tranſlatum, in Vaticano ſepelitur. Sedit annos ſex. Breuis Pontificatus, ingens fuit gloria.

c Anconæ moritur.

1464. PAVLVS II. [d] ex ciuitate Venetiarum, Petrus antea dictus, Nicolai de Barba filius, S.R.E. presbyter Card. tit. S. Marci die 31. Auguſti 1464 Romæ ſummus Pontifex pronunciatur. Statim ac Magiſtratum iniit, ſiue quòd ita pollicitus erat, ſiue quod Pij decreta, & acta oderat, Abbreuiatores omnes, quos Pius in ordinem redegerat, tanquam inutiles, & indoctos (vt ipſe aiebat) exauctorauit.

d Paulus II. eligitur.

In Conſtit. *Cùm deteſtabile*. ſuſpendit ab executione ſuorum ordinum omnes ordinatos [e] per ſimoniam, quacunque illi fuerint dignitate. Priuátque officiis ac beneficiis omnes, qui per ſimoniam illa conſecuti fuerint, atque ad reſtitutionem teneri declarat. Excommunicationis ſententia eos ferit, à qua non valeant, præter quàm in mortis articulo, ab alio, quàm à Rom. Pont. abſolui.

e Ordinati per ſimoniã ſuſpenduntur.

In Conſtit. *Munera excæcare.* Quoniam ex receptione munerum multa mala cauſantur, prohibet omnibus officialibus [f] ſtatus Sedis Apoſtolicæ receptionem munerum, & tam dantes, quàm recipientes, ſint excommunicati, ab eo ſolo abſoluendi: & ad reſtitutionem in duplum teneantur. Idque obſeruandi, iurare debeant ipſi Officiales, Legati, & Gubernatores Prouinciarum, officia ſuæ Prouinciæ non poſſint conferre, niſi de ſpeciali licentia Summi Pont. Neque pro collationibus recipere, propter moderatam mercedem.

f Officiales munera non recipiant.

In Conſt. *Ambitioſæ cupiditati.* prohibet, bona Eccleſiaſtica [g] alienari, hypothecari, contrauenientes, pœnam excommunicationis incurrũt, & alienationes ſunt nullæ. Epiſcopi, & Abbates, per ſex menſes ab ingreſſu Eccleſiæ ſunt ſuſpenſi, &c. Hæc Bulla eſt inter extrauagantes communes. Circa huiuſmodi locationes extat Conc. Trid. *ſeſſ. 24. de reform. cap.* 11. Et quoad alienationes eſt Conſt. Leonis I. quæ incipit. *Occaſio.* Et Pauli IV. *Iniunctum.* Et Pij V. *Volentes.*

g Eccleſiaſtica bona non alienentur.

1470. In Conſtit. *Ineffabilis prouidentia.* eſt reductio ſanctiſſimi Iubilæi, [h] ſiue anni ſancti ad annum 25. quo viſitantes Baſilicas SS. Petri, & Pauli, & S. Ioannis in Lateno, ac S. Mariæ Maioris de Vrbe, pleniſſimam peccatorum veniam conſequuntur. Dat. Romæ anno 1470. 13. Cal. Maij. Pont. anno 6.

h Iubilæi tempus ad 25. annum.

Inſtitutionem huiuſmodi Iubilæi pro quolibet centeſimo anno, ſtatuit Bonif. VIII. ſupra ſub anno 1294. pro quinquageſimo quoque anno, ſtatuit Clem. VI. ſupra ſub anno 1350. ſed reductionem iſtam ad annum 25. ſeruarunt omnes Pontifices ad hæc vſque noſtra tempora.

1471. Paulus autem [i] Pontifex poſt multa, apoplexiâ moritur Romæ die 28. Iulij 1471. ſecunda hora noctis, ſolus in cubiculo, nemine vidente. Pontificatus ſui anno 6. m. 10.

i Paulus PP. moritur.

SIXTVS IV. [k] à Ruuere antea dictus, genere Ligur, Vrbe Saona oriundus, Ord. Fratrum Minorum, mortuo Paulo, Pontifex, Cardinalium conſenſu creatur. Vir certè non minus arte, quàm ingenio clarus fuit: politioribus litteris à teneris annis apprimè imbutus, labore incredibili ad diuinarum, humanarúmque artium apicem conſcendit, vt omnes ſui temporis ſapientes, literis laceſſere, & vincere facilè potuerit. Pontifex creatus, omni virtute cœpit cæteros antecellere.

k Sixtus IV. creatur.

Tempore huius Pontificis, quidam auctor ſcripſit, feſtiuitatẽ [l] B. Mariæ Virginis conceptionis inſtitutam fuiſſe. Sed re vera hic Pontifex Conſtitutionem edidit, quæ incipit: *Cùm præexcelſa. in extrauag. de reliq. & venerat. Sanctor.* vbi decreuit, vt hic feſtus dies coleretur. Apud Græcos tamen longè ante, hæc celebritas coli cœpit, vt patet ex Conſtitut. Emanuelis [m] Imp. Conſtantinopolitani, quam habet

l Conceptionis B. Mariæ feſtum quando inſtitutũ.

m Conceptionis feſtum apud Græcos antiquum.

Theodo

Theodorus Balſamo in Nomocanone Photij *tit.7.* Extat etiã ſermo Leonis Imp. Conſtanrinopolitani de concept. B. Mariæ. Item S. Bernardi tempore circa annum Domini 1145. celebrari cœpit hic dies feſtus apud Gallos in Eccleſia Lugdunenſi, vt patet *ex epiſt. eiuſdem Bernardi ad Canonicos Lugdunen. quæ in ordine eſt* 175. in qua ſubarguit eos, quòd abſque auctoritate Romanæ Eccleſiæ nouum diem feſtum conceptionis B. Mariæ induxerint, prætextu cuiuſdam ſupernæ reuelationis: & profitetur idem Bernardus, ſe de his omnibus Romanæ Eccleſiæ iudicium expectare.

a *Reuelatio pro B. Virg. conceptione.*

Quænam autem fuerit illa diuinitus facta reuelatio, [a] non explicat: creditur tamen ea fuiſſe, quæ circa annum Dom. 1070. accidiſſe fertur. Cùm Guilielmus Northmannorum Dux in Anglia dominaretur, cuidam Anglo Abbati (Elpino nomine) maris tempeſtate iactato, & periclitanti, diuinitùs quoddam viſum apparuit, eúmque admonuit, vt huiuſmodi diem feſtum agendum curaret: & ſecutum eſt miraculum in rei atteſtationem: ex quo factum eſt, vt hic dies feſtus primùm in Anglia celebrari cœperit. Cui rei multum auctoritatis S. Anſelmus addidiſſe perhibetur: poſtea eam celebrirarem Lugdunenſis Eccleſia recepit: donec tandem Romanæ Eccleſiæ conſuetudo & vſus acceſſit, in qua huiuſmodi dies feſtus cultu anniuerſario colitur.

b *D. Thomæ Aquin. aurea verba.*

Vnde omnibus, qui aliter ſentiunt, reſpondendum eſt cum D. Thoma [b] 2.2. *q.10. art. 12. in corp. quòd maximam auctoritatem habet Eccleſiæ conſuetudo, quæ ſemper eſt in omnibus æmulanda: quia & ipſa doctrina Catholicorum Doctorum ab Eccleſia auctoritatem habet: vnde magis ſtandum eſt auctoritati Eccleſiæ, quàm auctoritati vel Auguſtini, vel Hieronymi, vel cuiuſcunque Doctoris.* & 1. *ad Cor. lect. 3. in fine*, explicans illa verba: *Nos talem conſuetudinem non habemus, nec Eccleſia Dei*, inquit, quòd *quamuis nulla eſſet ratio, hoc ſolum deberet ſufficere, ne aliquis ageret contra communem Eccleſiæ conſuetudinem.*

c *Conc. Tolet.*

Hoc anno celebratum eſt CONCILIVM [c] TOLETANVM in oppidulo de Aranda ad reformandos Cleri, populíque mores. 1472.

d *Canonizatio S. Bonau. Card.*

Hoc anno Sixtus IV. canonizat S. Bonauenturam [d] à Balneoregio Minoritam, Cardinalem, & Epiſcopum Albanenſem. Conſt. *Superna.* 1482

e *Sixti obitus.*

Hoc anno die 12. Auguſti ex hac vita migrauit [e] Sixtus IV. Romæ, & ſepelitur in Vaticano. 1484.

f *Innocentij electio.*

INNOCENTIVS VIII. [f] Italus, ex ciuitate Genuæ, Io. Baptiſta antea dictus, Aronis de Cibo filius, S.R.E. presbyter Card. tit. S. Cæciliæ, die 29. Auguſti Romæ ſummus Pontifex pronunciatur, anno 1484.

Eodem anno data Conſt. *Summis.* declarat, Inquiſitorũ hæreticæ prauitatis iuriſdictionem, contra hæreſim, ſiue ſectam maleficorum. De his maleficis & ſortilegis *in cauſ. 26 q. 1. & ſeqq. & in tit. de ſortileg.* Nec non de habentibus cum dæmone commercium, eſt Conſt. Ioannis XXII. *Super.*

Hoc anno canonizat Papa Leopoldum de Auſtria Principem. Conſt. *Sacroſanctam Matrem Eccleſiam.* Eius feſtum inſtituitur pro die 15. Nou. Hic quadraginta annis Principum Auſtriæ turbulentiſſimis etiam temporibus, in pace ſuum Principatum rexit. 1485.

g *Inquiſitorum ſententiæ à Magiſtratibus executioni demandentur, abſque aliqua proceſſuum reuiſione.*

Hoc anno ſtatuit, vt Inquiſitorum [g] hæreticæ prauitatis ſententiæ, contra hæreticos promulgatæ, à Magiſtratibus ſæcularibus, executioni mandentur, abſque aliqua proceſſuum reuiſione. Conſtit. *Dilectus filius.* Conſonat Conſtitutio Alex. IV. *Ad audientiam.* Et proceſſuum reuiſionem prohibuit etiam Leo X. *Honeſtis.* 1486.

h *Canonizandi Sanctos mos antiquus, & qua diligentia factum ſit.*

Hoc anno, cùm eſſet mortuus Caſimirus, filius Caſimiri Regis, à Leone X. poſtea, in Sanctorum numerum relatus eſt. Qui quidem mos, conſtat, quòd peruetuſtus [h] ſit in Eccleſia Catholica ſcilicet, vt nullus, nec martyr quidem abſque aliqua præuia diſcuſſione, & approbatione inter ſanctos recenſeretur, quos pietas Chriſtiana, more maiorum colere conſueuit. Quod enim ad Martyres ſpectat, eſt de ea egregius locus Optati Mileuitani *lib. 1. adu. Parmen.* cùm de Lucilla potenti, & factioſa fœmina, Donatiſtarum patrona hæc ait: *Cùm correctionem Archidiaconi Cæciliani ferre non poſſet, quæ ante ſpiritualem cibum, & potum, os neſcio cuius martyris, ſi tamen martyris, libare dicebatur, & cùm præponeret, & calici ſalutari os, neſcio cuius ho-* 1489.

minus mortui, & ſi martyris, ſed nondum vindicati, correpta, cum confeſſione irata diſceſſit, &c.

Quibus planè verbis, Optatus ſignificat, nefas fuiſſe venerari reliquias martyris alicuius non vindicati, hoc eſt, nondum probati, & recepti, prout etiam optimè obſeruat Balduinus *in ſchol. ad Optatum*. Moris enim erat, vt cùm aliquis occubuiſſet, Epiſcopus, ſub cuius ditione id accidiſſet, rem geſtam ſcriberet ad Primatem Epiſcopum, à quo maturè, adhibitis in conſilium collegis Epiſcopis; an inter martyres eſſet recipiendus, decernebatur. Cuius rei ritum, & ordinem, ſatis monſtrant ea, quæ S. Aug. ſcribit *in Breuic collat. diei 3. cap. 13.* dum habet, quòd Secundus, Tigiſitanus Epiſcopus in Numidia ſcripſit ad Meſurium Epiſcopum Carthaginenſem de his, qui in ea prouincia tunc feliciter martyrio occubuiſſent, eò quòd ſacros Codices, iuxta Diocletiani edictum, tradere noluiſſent: quos omnes martyrum honore, & cultu eſſe dignos, ille reſcripſit. Qui idem Meſurius, alijs quibuſdam paſſis, nomen martyris, & venerationem deferendam eſſe, certis ex cauſis negauit, vt *ibidem cap. 13.* idem teſtatur: quinam autem hi eſſent, ſubdit his verbis: *Quidam etiam in ea epiſtola facinoroſi arguebantur, & fiſci debitores, qui occaſione perſecutionis vel carere vellent oneroſa multis debitis vita: vel purgare ſe putarent, & quaſi abluere facinora ſua: vel certè acquirere pecuniam, & in cuſtodia delitiis perfrui de obſequio Chriſtianorum*, &c. Hi etenim (vt paulò ſuperius ibidem dicitur) his ex cauſis ſe offerebant perſecutoribus, non rogati, vltróque dicebant, ſe habere ſacras, ac diuinas ſcripturas, quas tradituri non eſſent: quos ipſe Meſurius, inter Martyres recenſeri vetuit. Quod quidem Donatiſtas offendit: qui in eundem Africæ Primatem, ac etiam in eius Archidiaconum inuidiam, & odium concitarunt.

Erat autem perneceſſaria huiuſmodi de Martyribus inquiſitio, non tantùm ob prædictas cauſas, ſed quoniam & hæretici, atque ſchiſmatici aliquando pro Chriſti nomine à perſecutoribus tormenta pati videbantur, & mortem, & quidem ipſis ferè naſcentis fidei exordiis, cùm omnia Martyrum ſanguine redundarent, vt ſcribit Euſebius *lib. 4. hiſtor. cap. 14. propè finem.* & *lib. 5. cap. 15. & lib. 8. cap. 20.* & S. Auguſtin. de Donatiſtis ſæpè teſtatur: quos omnes, vt alienos à fide, & communione Catholica Dei Eccleſia reſpuere conſueuit; cùm ex ſententia Cypriani, & Auguſtini, omniúmque Orthodoxorum, quidquid aliquis extra Eccleſiam patitur, non martyrium cenſendum, ſed dicenda ſit pœna perfidiæ. Hæc de his, quæ ſpectant ad Martyres.

Poſſumus ex his inferre. Si de illis, qui pro Chriſto occidebantur; tamen de eorum fide, & charitate, ſine qua nihil prodeſt, etiamſi det quis corpus ſuum, ita vt ardeat, tam exquiſitam perueſtigationem haberi, moris fuit; ſanè mirum videri non debet, ſanctam Dei Eccleſiam, veritatis columnam, maius ſtudium, multóque exactiorem diligentiam adhibere ſolitam in adſcribendo cæteros ſanctorum numero. Vr & meritò tanti ponderis negotium, non Primati, vel Patriarchæ alicui; ſed ipſi tantùm Romano Pontifici pro ſumma ei à Chriſto Domino in Beatiſſimo Petro Apoſtolo tradita poteſtate ſit creditum.

Pontifex Innocentius Mitram Pontificalem pignorauit pro liberanda Vrbe ab oppreſſionibus: ideo pro eiuſdem Mitræ redemptione, ſecretariorum numerum, qui à Calixto III. & Pio II. ad ſex erat conſtitutus, auget ad 24. aſſignátque multa priuilegia. Conſt. *Non debet.*

In Conſt. *Decet Romanum.* monet omnes, vt ſoluant debitos cenſus [a] R. Cam. Apoſt. in feſto SS. Petri, & Pauli: & omnes, quibus data eſt dilatio ad ſoluendum, vel commiſſum eſt, vt aliis ſoluant, vt dicta die probent cauſas, propter quas non ſoluunt. Et non docentes, debeant huic monitioni paruiſſe, ſub pœna priuationis ipſo facto, cum clauſulis, &c. Dat. Rom. 6. Non. Maij. anno 8. Confirmatur, & ampliatur, Gregor. XIII. *Conſt. 64.* Paul. IV. *Conſt. 25.* — *a Cenſus Sedi Apoſtolicæ ſoluendi.*

1492. Obiit hic Pontifex [b] die vigeſima quinta Iulij 1492. & ſepultus in Vaticano. — *b Innocentij obitus.*

Alexander [c] huius nominis VI. patria Hiſpanus, Theodoricus antea appellatus, ex gente Borgia originem duxit. Hunc Calixtus quondam Papa, — *c Alex. VI. ſubrogatio.*

ANNO DOM.

eius patruus,à primæua ætate literis imbuendum curauit. Hic ergo S.R.E. Vicecancellarius,& Collegij Cardinalium Decanus,die 11. Aug. 1492. ad ſummum Pontificatum Romæ euectus eſt.

a *Chriſtophorus Columbus nouas Indias inuenit.*

b *Alex. diuidit Indias, & vt eas ſibi acquirerit Reges Hiſpan.& Portug. concedit.*

In Conſt. *Inter cætera.* data Romæ 4.Cal.Maij 1493.an.1 quia Ferdinādus Rex, & Elizabeth Regina,Regnum Granatæ à Saracenis recuperarūt:Et deinde Chriſtophorum [a] Columbum cum nauigiis elegerunt ad inquirēdum per mare,aliàs minimè nauigatum,alias Inſulas incognitas, & inuentæ fuerunt quædam Inſulæ Nouæ, quarum gentes Rex & Regina ad fidem Catholicam reducere ſtudebāt. Pontifex igitur eis concedit [b] Inſulas,& terras firmas inuentas, & inueniendas verſus Occidentem,& Meridiem, vt inducant ad fidem Catholicam eam gentē. Declarans per huiuſmodi donationem, conceſſionem, & aſſignationem nulli Chriſtiano Principi, qui actualiter præfatas Inſulas, & terras firmas poſſederit, ius quæſitum,ſublatum intelligi poſſe,aut auferri debere.

c *Tituli Crucis Chriſti inuentio.*

Eodem anno die vltima menſis Ianuar.inuentus eſt Titulus [c] S. Crucis D.N. Ieſu Chriſti in Eccleſia S. Crucis in Hieruſalem. Vnde Papa pro tali die præfatam Eccleſiam viſitantibus, indulgentiam concedit. Multaque alia fecit Alexander VI.

Hoc anno Maximilianus in Imperatorem eligitur. 1494.

d *Iudæorum familiæ ex Hiſpania expulſæ.*
e *Alexander moritur.*

Sub hoc Pontifice,centum viginti quatuor millia [d] Iudæorum familiæ Hiſpania expulſæ ſunt. Vixit in Pontificatu annis 11.m.8.Moritur [e] Romæ,die 18. Aug. 1503.& ſepultus fuit in Baſilica S.Petri.

f *Pius III.eligitur.*

PIVS III. [f] natione Hetruſcus, Senis oriundus,Pij II. ex Laodomia ſorore nepos, Alexandro defuncto,Patrum ſuffragiis,Pontifex eligitur. Vir certè ingenio clarus,nec minus literis valens. Sed Pij auunculi exēplo,cœpit initio Pontificatus,in Gallos conſpirare,tædio habens, Gallorum dominio Apuliam,Calabriam,& Italiæ non modicam partem ſubigi. Sed breui circulo diem extremum clauſit.Die enim 26.ſui Pontificatus mortuus eſt. 1503.

g *Gallis expulſis è Neapolitano Regno, Hiſpani illud poſſident.*
h *Iulius II.eligitur.*

Sub hoc Pontifice,expulſis Gallis, [g] Regnum Neapolitanum Hiſpanis,ſub ductu Ferdinandi Gonſalui(qui magnus Capitaneus dicebatur)ceſſit.

i *Obſcuris parētibus natus.*

k *Patrimonium S. Petri acerrimè tutatus eſt.*
l *Rauennam è manibus Venetorum per vim liberat.*
m *Bononia eiectis Bentiuolis,Sedi Ap. reſtituitur.*
n *Electio ſimoniaca ad Papatum damnatur.*

IVLIVS II. [h] natione Ligur,patriâ Genuenſis,Patrum conſenſu, Pio III. ſuccedit hoc anno 1503.die 10.Nou.Dictus fuit antea Iulianus, Card.presbyter, tit. S.Petri ad Vincula.Is, cùm parentibus [i] eſſet natus obſcuris, fortunæ beneficio, ſuáque induſtria, per gradus honorum conſcendens,ad ſummum peruenit. Patrimonium [k] S.Petri nemo animoſiùs tutatus eſt Pontificum. Rauennam [l] à Venetis occupatam,grauiſſima cinxit obſidione,quam tandem expugnatam fortiter Sedi Romanæ reſtituit. Simili virtute Seruiam, Imolam, Fauentiam,Foroiulium,& alia nonnulla iiſdem è manibus eripuit.Bononiam [m] eiectis Bentiuolis, inſigni triumpho inuectus eſt.

In Conſt. *Cùm tam diuino.* præcipit, quòd electio Papæ [n] ſimoniacè facta, ſit nulla:& quòd contra electum,opponi poſſit de ſimonia,ſicut de vera hæreſi.Electus ſic,quacunque dignitate,& beneficio priuatus exiſtat.Electio iſta,per adorationem,obedientiam,&c.non coaleſcat:& quòd omnibus liceat ab eius obedientia diſcedere. Cardinaleſque impedire poſſint, ne ille ſe ingerat Eccleſiæ regimini.

o *Duellum prohibetur.*

In Conſt. *Regis pacifici.* prohibet duellorum [o] vſum, omnibus perſonis, cuiuſcunque conditionis Præcipit,ne committant, ſiue permittant, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ.Confirmatur per Leonem X. *Conſt.*29.Clem. VII. *Conſt.*11.Pium IV. *Conſt.*25. Gregor. XIII. *Conſt.*87.Concil. Trid.*ſeſſ.*25.c.19. Clem. VIII. *Conſt.*19.

p *Appellatio ad futurum Conc. fieri non debet.*

In Conſt. *Suſcepti regiminis.* confirmat, & ampliat *Conſt.* 3. Pij II. de appellatione [p] ad futurum Concilium.

q *Vaticana Eccleſia à Iulio inchoata, à Paulo V. perfecta.*

Hic Pontifex,Baſilicam nouam, & permagnificentiſſimam S.Petri in Vaticano, [q] ex architectura Michaëlis Angeli Bonarotæ, incœpit:quam poſtea his noſtris temporibus ex Pauli Papæ Quinti munificentia,completam vidimus.

r *Conciliab. Turon.*
ſ *Conciliab. Piſanum.*

Sub hoc Pontifice celebrata ſunt aliqua Concilia.

TVRONENSE [r] CONCILIABVLVM in Gallia, contra ipſum Iulium Papam. 1510.

PISANVM [ſ] CONCILIVM generale, ab Imper. & Rege Galliæ,& aliquib. Cardi- 1511.

nalibus,

ANNO DOM.

nalibus, contra Iulium II. ſed reprobatum fuit paulò poſt in Concilio Lateran. ſequenti, *ſeſſ. 2. & 3.*

CONCIL. [a] GENERALE OECVMENICVM LATERANENSE. — a *Conc. Lateran.*

1512. Hoc anno indictum eſt Conc. generale Oecumenicum Lateranenſe à Iulio II. contra Conciliabulum Piſanum: nam Ludouicus Francorum Rex XI. Iulio II. grauiter ſuccenſus, eum poſtea Pontificia dignitate, ſpoliare tentans, conciliauit ſibi amicitiam Maximiliani Cæſaris, & vtriuſque opera Piſis coactum eſt Concilium. Iulio enim Roma egrediente, aliquot Cardinales à debita Pontifici fide, pecuniis, & pollicitationibus Ludouici Regis ſubducti, Piſis, quò conuenerant, generale Concilium, Imperatoris Maximiliani, & Ludouici Regis, & Cardinalium nomine indixerunt: miſſiſque per Orbem terrarum litteris, Iulium Pontificem, [b] ad dicendã in Concilio cauſam, vocarunt, prorſus contra Canones, & iura. Huius Conciliabuli auctores fuêre Bernardinus Carbajal Hiſpanus, Epiſcopus Card. Sabinus, Guillielmus Brixoneta Gallus, Epiſcopus Card. Præneſtinus, Franciſcus Borgia Hiſpanus, Archiepiſcopus Conſentinus, Reginaldus Bria, Gallus, Epiſcopus Baiocẽſis, presbyteri Cardd. Federicus Sanſeuerinus S. Theodori Diac. Card.

b *Concilium Piſanum citat Iulium Pont. ad dicendam cauſam.*

Pontifex, nihil cunctatus, eos omni dignitate, [c] & titulis Eccleſiaſticis priuaros, & Galliæ Regem Ludouicum, omnes item tanti facinoris, & ſacrilegij fautores, hæreticos, & ſchiſmaticos, interdicto per totam Galliam rerum ſacrarum vſu, pronunciauit, & generale Concilium Lateranenſe indixit. Quod ipſius morte eſt interruptum, & poſtea continuatum, & abſolutum à Leone X. anno 1517. decimoſeptimo Cal. Aprilis.

c *Iulius Pont. aliquos Cardd. dignitate, & Eccleſ. titulis priuat.*

Hoc eodem anno 1512. obiit hic Pontifex [d] Romæ, belli gloria clarus, die 26. Feb. & inde tranſlatum ad Eccleſiam S. Petri ad Vincula. Vacat tum Sedes vſque ad diem 15. Martij ſequentis anni.

d *Iulij PP. obitus.*

1513. LEO X. [e] in demortui Iulij II. locum ſufficitur, in hunc conferentibus ſuffragia Cardinalibus, præter omnem expectationẽ. Huic antea nomen erat Ioannes Card. Diac. tit. S. Mariæ in Dominica, Laurentij de Medicis filius. Hic manſueti animi fuit, & delitiis magis, quàm militiæ deditus. Muſicos in magno pretio habuit. Doctos etiam amauit, nimirum etiam ipſe eleganter doctus. Hic Pontifex plura ſtatuit.

e *Leonis X. electio.*

In Conſtit. data hoc eodem anno, quæ incipit: *Apoſtolici regiminis.* dicit, aſſerentes animam [f] eſſe mortalem, & vnicam in cunctis hominibus, vti hæreticos plectendos eſſe. Et Catholica veritas, circa Philoſophorum dogmata, fidei aduerſantia, à philoſophiæ profeſſoribus explicanda eſt. Dat. Rom. 14. Calend. Ian. anno 1.

f *Animam eſſe mortalẽ, & vnicam in omnibus, aſſerentes, vt hæretici damnandi.*

Eodem anno, quia Ioannes III. fundauit Hoſpitale S. Spiritus [g] in Saxia de Vrbe: & Sixt. IV. illud à fundamentis reædificauit: Eug. IV. Confraternitatem Hoſpitalis innouauit; ideo Pontifex iſte, omnia indulta illius Hoſpitalis confirmat. Conſt. *Saluator.*

g *Hoſpitale S. Spiritus in Saxia de Vrbe.*

1515. Hoc anno, quia Montes [h] Pietatis nonnulli dicebant illicitos; primò quia vſurarij: ſecundò, quia nullius iuſtitiæ ratio in illis continetur. Alij autem dicebant, licitos; modò ratione mutui nihil petatur, neque ſperetur, ſed pro immunitate, & indemnitate illorum, & impenſis pro miniſtris, &c. Ideo Pontifex iſte declarat, Montes eſſe licitos, ſi nihil vltra neceſſarias impenſas recipiant. Et contrarium [i] prædicantes, vel diſputantes, excommunicationis gladio ferit, in Conſt. quæ incipit: *Inter multiplices.* Horum autem Montium adminiſtrationis ratio, Ordinariis locorum reddenda eſt, ex diſpoſitione Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 9.*

h *Mons Pietatis licitus.*

i *Contrarium prædicantes excõmunicationi ſubiaceant.*

Eodem anno data Conſt. quæ incipit: *Inter ſolicitudines.* prohibet ne libri [k] imprimantur, niſi prius per ſuperiores examinentur, & concedatur licentia imprimendi: Qui aliter fecerit, libros amittat, qui comburantur. 140. ducat. ſoluat fabricæ S. Petri, per annum ab impreſſione ſit ſuſpenſus, & inſuper ſit excommunicatus: & ſi perſeuerauerit in contumacia, grauiter pro arbitrio Vicarij Vrbis, vel Epiſcopi ſui reſpectiuè puniatur.

k *Libri abſque licentia non imprimãtur ſub pœnis.*

Eodem anno in Conſt. *Inter graues.* innouat omnes Conſtitutiones editas contra [l] inuadentes loca ad Rom. Eccleſ. ſpectantia, & eorum fautores, pœnáſque ponit excommunicationis, &c.

l *Contra inuadentes loca ad Rom. Eccl. ſpectãtia.*

ANNO DOM. 1516.

[a] Pragmaticæ ſanctionis abrogatio.

Hoc anno data Conſt.quæ incipit: *Paſtor æternus*.damnat [a] Pragmaticam ſanctionem in Regno Franciæ,in detrimẽtum Sedis Apoſtolicæ. Vbi in §.Nec illud, dicit:*Nec illud nos mouere debet,quòd ſanctio ipſa,& in ea contenta,in Baſileenſi Concilio edita, & ipſo Concilio inſtante,à Bituricenſi congregatione recepta, & acceptata fuerunt: cùm ea omnia, poſt tranſlationem eiuſdem Baſileenſis Concilij per rec.mem.Eug.Papam IV.etiam prædeceſſorem noſtrum factam,à Baſileenſi [b] Cõciliabulo,ſeu potius Conuenticula,quæ præſertim poſt huiuſmodi tranſlationem, Concilium amplius appellari non merebatur,facta extiterint,ac propterea nullum robur habere potuerint:cùm etiã ſolum Rom. [c] Pontificem pro tempore exiſtentẽ, tanquam auctoritatẽ ſuper omnia Concilia habentem, Conciliorum indicendorum, transferendorum,ac diſſoluendorum, plenum ius, & poteſtatem habere,nedum ex ſacræ Scripturæ teſtimonio, dictis ſanctorũ Patrum,ac aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, ſacrorumq; Canonum decretis;ſed propria etiam eorundem Conciliorum [d] confeſſione, manifeſtè conſtet: quorum aliqua referre placuit,reliqua verò,vtpote notiora ſilentio præterire. In Alexandrina enim Synodo, Athanaſio ibidem exiſtente,Felici Romano Pontifici,ab eadem Synodo ſcriptum fuiſſe legimus, Nicænam [e] Synodum ſtatuiſſe,non debere abſq; Romani Pontificis auctoritate Concilia celebrari:Neq; nos latet,etiam eundem Leonem Pont. Epheſinom [f] Synodum II.ad Chalcedonenſem tranſtuliſſe.Martinum etiam Papam V.præſidentibus ſuis in Concilio Senenſi,[g] poteſtatem transſerendi Concilium,nulla conſenſus ipſius Concilij mentione habita,dediſſe.Epheſinam [h] quoq; primam Synodum Cæleſtino, ac Chalcedonenſi, [i] eidem Leoni ſextam, Agathoni ſeptimam, Adriano octauam, Nicolao octauam etiam Conſtantinopolitanam Synodum Adriano Rom.Pont. prædeceſſoribus noſtris, maximam reuerentiam exhibuiſſe: eorundemq; Pontificum inſtitutionibus & mãdatis in ſacris Conciliis per eos editis, & factis,reuerenter,& humiliter obtemperaſſe.Vnde Damaſus Papa,[k] & cæteri Epiſcopi Romæ congregati,ſcribentes de Concilio Ariminenſi,Epiſcopis in Illyrico conſtitutis, præiudicium aliquod per numerum Epiſcoporum Arimini congregatorum, fieri non potuiſſe teſtantur: quandoquidem conſtet, Romanum Pont. cuius ante omnia dicebat ſpectari decretum, talibus non præbuiſſe conſenſum. Eundemq; Leon. Pont. vniuerſis Siciliæ Epiſcopis ſcribentem,idem voluiſſe apparet.Conſueueruntq; antiquorum Conciliorum Patres, [l] pro eorum,quæ in ſuis Conciliis geſta fuerunt corroboratione,à Romano Pontifice ſubſcriptionẽ, approbationemq; humiliter petere, & obtinere;prout ex Nicæna,& Epheſina,ac Chalcedonen.huiuſmodi, & ſexta Conſtantinopolitana,& ſeptima eadem Nicæna,ac Romana ſub Symmacho Synodis habitis,manifeſtè colligitur: quod etiam nouiſſimè Conſtantienſis Patres feciſſe conſtat. Quam laudabilem conſuetudinẽ,ſi Bituricenſ. & Baſileenſ.ſecuti fuiſſent,huiuſmodi moleſtia procul dubio careremus.* Sic ille. Succeſſerunt in locum huius Pragmaticæ ſanctionis, concordata Galliæ inter Leon.X.& Regem Franciæ, in quæ D. Rebuffus doctiſſima ſua ſcripſit Commentatia.

[b] Baſileenſis congregatio poſt tranſlationẽ à Pont. factam,Concilium appellari non meretur.

[c] Rom.Pont.Concilia celebrandi, transferendi, ac diſſoluendi, plenum ius & poteſtatem habet.

[d] Probatur præcipuè ex diuerſis Conciliis.

[e] Nicæna Synodus.

[f] Epheſina Syn.

[g] Senenſe Concil.

[h] Epheſ.Syn.

[i] Chalcedon.

[k] Damaſus Papa.

[l] Conciliorum antiquorũ Patres à Rom.Pont. confirmationem petebant.

In Conſtitut.*Conſtituti iuxta verbum Domini*. Quia Iul. II. conuocauit Conc. Lateran.& durante Concilio deceſſit, Pontifex iſte tunc creatus fuit, & Concilium proſequi mandauit; & conuenientibus ad Concilium, ſaluum conductum conceſſit.Quod Concilium fuit congregatum pro concordia Principum,pro reformatione Curiæ,pro abrogatione Pragmaticæ ſanctionis. Imperator & Reges Concilio conſenſerunt,vbi fuit damnatũ Concilium Piſanum,& Chriſtianorum Principum pax fuit concluſa.Põtifex igitur Concilium [m] confirmat,cum deputatione executorum,prohibẽdo ſub pœna excommunicationis latæ ſent. ne quis præſumat, geſta in eo gloſſare, aut interpretari,ſine ſpeciali ſanctæ Sedis licentia. Decimas imponit ſuper fructibus beneficiorum, pro expeditione contra Turcas. Conciliũ claudit:prælatos dimittit,illiſq;ac eorũ familiarib.indulgentiã cõcedit.

[m] Lateran. Concil. Pontifex confirmat & claudit.

In Conſtit. *Quàm Deo*. ſtatuit contra pugnantes in [n] duello,aut illud permittentes,vel ſpectantes in ſtatu Eccleſiaſtico.

[n] Duellum prohibetur.

Hæc bulla extenſa eſt etiam extra ſtatum Eccleſiaſticum, & ad omnes complices,& auxiliatores,vt infra in Pio V.

Hoc anno PRIMVM [o] COLLOQVIVM habitũ eſt inter Lutherũ & Fr. Thomam de Vio Cardinalẽ Caietanũ,AVGVSTÆ,quod procurãte Friderico Duce Saxoniæ cauſam ſuam coram Cardinali tractare permiſſum eſt. Ibi Cardinalis Legatus humaniſſimè Lutherum excipiens (etiam teſte Sleidano Lutherano ſcriptore) amicabili collocutione, abſque diſputatione exorta diſſidium componere cona-

[o] Colloquium inter Lutherum, & Thomam de Vio Caietanum.

rus

Digitized by Google

tus eſt, iis conditionibus adhibitis, vt Lutherus quicquid ſcripſerat, vel prædicarat contra fidem orthodoxam reuocaret; in poſterum ſpondens ſe nunquam in eos errores relapſurum. Quod cùm facere recuſaſſet, ſe in nullo erraſſe aſſeuerãs, multis argumentis, tam è ſacra Scriptura peritis, quàm ex Conciliorum determinatione, & Patrum doctrina, ſic perſtrictus eſt, vt cùm conſiſtere non poſſe videret ſuam doctrinam, deliberandi, & reſpondendi, ſpatium peteret. Poſterò die ad Cardinalem rediens, apud quem proceres quatuor Cæſaris Conſiliarios pariter reperit, ne hæreſis ſuſpicione maculatus haberetur, hanc è ſchedula proteſtationem recitauit *Ego Fr.*[a] *Martinus Lutherus Auguſtinianus proteſtor me colere, & ſequi ſanctam Romanam Eccleſiam in omnibus meis dictis, & factis præſentibus, præteritis, & futuris. Quòd ſi quid contra, vel aliter dictum fuit, vel fuerit, pro nõ dicto haberi volo.*

a *Lutheri proteſtatio, qua ſe ſequi & profiteri ſanctam Romanam Eccleſiã profitetur.*

At cùm vrgeretur, vt in ſpecie errorum Palinodiam recantaret, reſpondebat ſe non meminiſſe quicquam contra Sacras Litteras, Patres, & Concilia prædicaſſe: addebat tamen quandoquidem homo eſſet, potens errare; omnia ſe iudicio Eccleſiæ ſubmittere, necnon Vniuerſitatum Baſileen. Tubigen. Louanien. quam poſt tamen ſtudiorum parentem, & antiquitùs erectam appellauit. Sed inſtante Legato, vt ſpecificè deteſtaretur errores, eóque recuſante, grauatúmque inſuper ſe eſſe conquerens, à Cardinali Legato[b] ad Pontificem prouocauit, & appellationem affigi fecit Auguſtæ à ſuis aſſeclis, & interim ſe ſubduxit, & in peius proficiens, manifeſtus hoſtis Eccleſiæ detectus eſt.

b *A Card. Legato ad Põt. Lutherus appellat*

Ab hac hydra, tanquam ab vna ſtirpe luxurians, multiplicata propago eſt, non tam gladio verbi Dei reſecanda, quàm igne cremanda, & à Luthero Lutherani dicti ſunt, ſicut & alij Hæretici, vt ſcripſit S. Iuſtinus contra Triphon. alio vocabulo nominati ſunt, quiſque à primo inuentore ſui dogmatis.

1519. In Conſtitut. *Excelſus Dominus.* Canonizat S. Franciſcum[c] de Paula, Ordinis Minimorum fundatorem.

c *Franciſci de Paula canonizatio.*

Anno 1519. menſe Iulio LIPSIÆ[d] diſputatio indicta eſt inter Ioannem Eckium virum de Catholica fide benemeritum, & Andreã Caroloſtadium, Lutherum defendentem, quæ in aula Ducis Saxoniæ Georgij cœpta eſt die 4. & die 14. completa eſt. Ibi acerrimè de Poteſtate Papæ, Purgatorio, Indulgentiis, Pœnitentia, Abſolutione certatum eſt. Nec mortuum Canem, vt à Luthero diffamatus erat, ſed viuum Leonem eſſe Eckium expertus eſt Caroloſtadius: vnde plus laboris, & moleſtiæ, quàm laudis reportauit. Eo laſſato, Lutherus certamini ſucceſſit, in quo amarulentiam ſui ſpiritus ſignis apertiſſimis exprimens, à ſuis admonitus vt comiter, ac blandè diſputaret, illud eructauit in diſputatione: *Neque propter Deum res iſta cœpta eſt: neque propter Deum finietur.* Super dictis articulis pariter diſputatum eſt. Sed ne manifeſtus Eccleſiæ hoſtis deprehenderetur, multa tunc catholica dixit, quæ paulò poſt impugnauit, videlicet, *Neutiquam Eccleſia Romana ſupereminentiam, & obedientiam oppugno*, & iterum; *Mihi nunquam placuit Boemorum ſchiſma, nec aliquando placebit, per quod tam impiè ſemetipſos ab vnitate Eccleſia, communionéque noſtra ſponte ſe ſegregarunt.* Ibidem faſſus eſt Purgatorium è Sacris Litteris probari poſſe ex 12. *cap. Matth. & 2. Machab. cap.* 12. S. Gregorij Papæ de ea re expoſitionem admittens. Defatigato quoque Luthero, iterum Caroloſtadius Eckium adoritur; Eckio verò inuicto permanente, ſolutus eſt Conuentus.

d *Diſputatio inter Eckium & Caroloſtadium.*

1520. Hoc anno dãnat[e] errores Martini Lutheri, & ſequaciũ. Conſt. *Exurge Domine.*

e *Mart. Luth. error damnantur.*

1521. Hoc anno, quia Mart. Luth. impœnitens, & durus permanſit; ideò ipſum damnat,[f] & excommunicat. Conſt. *Decet.*

f *Mart. Luth. excommunicatur.*

Eodem anno, Henricus VIII. Rex[g] Angliæ, titulo *Defenſoris Chriſtianæ fidei* donatur, quòd contra Martinum Lutherum, eiúſque, & aliorum hæreſes, ſcripſit. Et ipſos hæreticos, eorũmq; ſequaces, perſequi profitetur, Conſt. *Ex ſuperna.* Iſte Hẽricus deuiauit poſtea à fide Catholica, & à Paulo III. *Conſt.* 23. hæreticus declaratus fuit.

g *Henricus VIII. Rex Angliæ titulo Defenſor Chriſtianæ fidei donatur.*

Eodem anno Leo Pontifex[h] obijt Romæ die prima Decemb. & ſepultus fuit in Vaticano: & inde tranſlatus ad Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam. Vacat Sedes vſque ad diem 9. Ianuarij.

h *Leo Pont. moritur*

Anno 1521. COMITIA WORMATIÆ indicuntur. Ad eadẽ publica data fide Lutherus vocatus eſt per caduceatorẽ Cæſaris, Gaſparem Sturmiũ clanculò

ANNO DOM.

Lutheri partes agentem. Vvormatiam ventum eſt 16. Aprilis. In conſpectum Cæſaris,& ordinum Imperij perductus eſt, comitem habens D.Ionam. Præpoſitum omnium factorum, D. Schufferum Iuriſconſultum, Amſdorphium Theologum. Ibi ab Eckio[a] ad pugnam prouocatur,& priùs inſiſtente, an vellet Lutherus, quæ ſcripſerat defendere, an eierare? Quo flagitante tantillum temporis ad deliberandum, quid citra Verbi Dei iniutiam, & ſalutem animæ ſuæ poſſet reſpondere; iterum in anguſtias redigitur, vt diſertis non intricatis verbis ſententiam animi ſui promeret. Tandem animi ſui ſenſum aperiens liberis, ſed dignis anathemate verbis iſtis reſpondit: *Donec manifeſtis Scripturis non conuincor, quia nec ſoli Pontifici, nec Conciliis ſatis credo, cùm conſtet ea erraſſe ſæpiùs, & ſibi ipſis contradixiſſe, non ante ſtatui, nec poſſum quaſi conſcius alicuius Palidoniam canere: Gott helff mir Amen, Deus me adiuuet.* Sed replicante Eckio, hoc eſſe Conſtantienſi Synodo,& reliquis Conciliorum decretis fidem abrogare, in ſuo ſenſu pertinax Biblica teſtimonia expoſcens, confuſus remanſit Lutherus, protracta diſputatione vſque ad veſperam; & dimiſſis proceribus, ſolutus eſt Conuentus. Die autem ſequenti contra Lutherum Imperiale[b] Edictum euulgatum eſt, quæ fuit 19. Aprilis eiuſdem anni.

a *Eckij & Lutheri diſputatio.*

b *Contra Lutherum Imperiale edictum euulgatum eſt.*

Sic detectus eſt Lutherus hæres *præcedentium hæreticorum, præſertim Baſiliſci Imperatoris, Petri Cnaphæi, qui ex Euagr. lib 3. c. 4. & 5. Conciliorum decreta oppugnarunt.*

ADRIANVS VI.[c] natione Teutonicus, Leoni ſubſtituitur magno Cardinalium conſenſu, Carolo Cæſari ſtudentium gratificari, hoc anno 1522. die 9. Ianuarij. Idem nomen, quod ante habuerat, retinuit. Cardinalis erat titulo SS. Ioannis & Pauli. Patria illi fuit inſignis ciuitas Germaniæ inferioris Traiectum inferius: patrem habuit, vt ille dicebat, ingenua de plebe virum. Octauo poſt menſe, quàm creatus eſt, Romam veniens (quia tum gubernacula Regnorum in Hiſpaniis tenebat) coronam accipit pridie Calen. Septembr. Et cùm inueniſſet Palatium Apoſtolicum, occaſione mortis Leonis Pontificis, quibuſdam bonis ſpoliatum: ideo data Conſtitut. quæ incipit: *Nuper.* monet detentores[d] talium bonorum, vt reſtituant, & ſcientes reuelent, inobedientes, pœnis excom. ſuſp. interdict. & aliis afficit reſpectiuè. Dat. Romæ 6. Id. Sept. 1522. *Ampliatur per Iulium III. Conſt. 27. Pium IV. Conſt. 9. Clem. VII. Conſt. 1.* 1522.

c *Adrianus eligitur.*

d *Contra ſpoliantes Palatium Apoſtolicum.*

Eodem anno Saxoniæ ducem[e] monuit, vt Martinum Lutherum dimitteret, & Catholicam Religionem amplecteretur, quem deteriorem factum, multis rationibus hortatur ad reſipiſcendum. Proponit præmia, ſi conuertatur: pœnas, ſi fuerit impœnitens. Conſt. *Satis & plus.*

e *Saxoniæ Dux monetur.*

Hoc anno deceſſit Adrianus,[f] Pontificatus ſui anno primo, menſibus octo, 24. Sept. Et ſepultus in Baſilica S. Petri: & inde tranſlatus ad Eccleſiam S. Mariæ de Anima, nationis Germanorum. 1523.

f *Adrianus Papa moritur.*

Sub hoc Pont. equitibus Rhodienſibus[g] fortiſſimè reſiſtentibus, Rhodus Inſula à Solimano capitur, non ſine magna Turcarum cæde.

g *Rhodus Inſula à Turcis capitur.*

CLEMENS VII. ex ciuitate Florentiæ Iulius antea dictus, Iuliani filius, ex familia Medicea, S. R. E. presbyter Card. tit. S. Clementis, die 19. Nouembris Adriano ſuccedit.

Hic Pontifex Henricum VIII. Angliæ Regem[h] excommunicauit, quod coniugem ſuam Caroli V. Imp. materteram repudiaſſet.

h *Angliæ Rex excommunicatur.*

Hac eadem cenſura ſæpè vſos eſſe Pontifices contra Imperatores,[i] & Reges, compertiſſimum eſt. Innoc. enim I. excõmunicauit Arcadium, & Eudoxiam ob crimina contra S. Chryſoſt. cõmiſſa, vt patet *ex vltima epiſtolarũ eius*, & ex Niceph. *lib. 13. c. 34.* idémq; retulit Gregor. VII. *lib. 8. Regiſtr. c. 21.* Gregor. II. Synodico anathemate obſtrinxit Leonem Imper. & ſectatorem eius in euerſione imaginũ, vt ex Zonara, & aliis refert Baron. *an. 726. num. 24.* Idémque poſtea Greg. III. confirmauit, vt Platina refert. Idem Gregor. VII. Henricum IV. Imp. ſæpius admonitum excommunicauit in Romana Synodo, vt habetur *in lib. 3. epiſt. eius ep. 5. & 10.* Illámque ſententiã à ſucceſſoribus Pontificibus, & à Conciliis confirmatã, eruditè defendit Cardinalis Bellarminus contra Barclaium: *cap. 9.* Idémque Greg. VII. in alio Romano Concilio Imperatores, & Reges, & alios temporales Principes vſurpãtes inueſtituras Epiſcopatuum, vel aliarum dignitatum Eccleſiaſticarum,

i *Pontifices Rom. gladio excommunicationis Reges, & Impp. ſæpè ferierunt.*

vincu

ANNO DOM.

vinculo excommunicationis ipſo facto aſtrinxit, vt habetur *lib. 6. epiſtolarum, poſt epiſt.* 14. Idémque Poloniam propter grauiſſimum Regis delictum in S. Staniſlai occiſione commiſſum interdixit, vt eſt apud Baronium *anno* 1079. *num.* 40. Præterea Alex. III. Fridericum Imperatorem excommunicauit, vt refert Platina *in Alex. III.* vbi etiam alia multa commemorat, quæ hanc ſupremam poteſtatem in Pontifice oſtendunt. Poſtea Innoc. III. Othonem V. Imperatorem anathematizauit, vt ait Platina *in vita eius*. Gregorius IX. Fridericum II. excommunicauit, vt habetur *ex cap. ad Apoſtolicæ. de ſent. & re iudic. in* 6. Ioannes denique XXII. Ludouicum Bauarum Imperatorem excommunicauit, vt latè refert Pighius *lib. de viſib. Monarch. cap.* 14. Præterea, poteſtatem hanc [a] in Eccleſia ſupponit Concil. Lateran. ſub Innocent. III. *cap.* 3. cùm iubet, vt ſi neceſſe fuerit, per cenſuram Eccleſiaſticam, compellantur ſæculares Poteſtates, quibuſcunque fungantur officiis, vt pro defenſione fidei publicè iuramentum præſtent. Baſilius Imperator eandem in Pontifice poteſtatem ſupra Imperatores in [b] VIII. Synodo *act.* 6. confeſſus eſt. Eandem recognouit Philippus I. Rex Galliæ, qui excommunicatus ab Vrbano II. & poſtea à Paſchali, reſipuit, & Romam pro abſolutione miſit, vt videri poteſt *in Baronio ann.* 1100. & 1101. Eandem agnouit Ludouicus Rex Galliæ, cùm ad Alexand. III. ſcripſit, enixè poſtulans, vt contra Regem Angliæ pro morte S. Thomæ Cantuar. poteſtate ſua veteretur. Et Henricus ipſe Rex Angliæ reſiſtere non eſt auſus, & pœnitentiam à Pontifice impoſitam, humiliter ſuſcepit, vt Platina refert. Simile exemplum refert Petrus Bleſenſis *epiſt.* 145. *de Eleonora Angliæ Regina.* quæ in defenſionem ſuam, vt filij ſui iniuſtè à Rege Galliæ in carcere detenti, auxilium Summi Pontificis, & vſum ſpiritualis gladij, contra Regem poſtulauit. Denique eandem poteſtatem in Pontifice agnouit Rex Angliæ, qui Regem Galliæ ad Innoc. III. detulit, vt eum corriperet, & ſi ipſum audire nollet, excommunicaret, vt *ex cap. nouit. de iudic.* colligimus.

a *Poteſtatem hanc excommunicandi in Eccleſia ſupponit Conc. Later. ſub Innoc. III.*

b *Eandem agnoſcunt Imperatores, & Reges.*

Idem Pontifex litteras ſalutarionis à Dauide Rege [c] Æthiopiæ, longè diſiunctiſſimè accepit: quibus lectis, magnam animo lætitiam concepit.

c *Rex Aethiopiæ ad Papam ſcribit.*

Tempore huius Pontificis in Spirenſibus Comitiis permiſſum fuit à Carolo V. Imperatore [d], vt in fidei, & Religionis negotio, nihil deinceps, vſque ad generale Concilium innouetur. Vulgò id dicitur *(Interim.)* Quod quidem à Papa non fuit probatum.

d *Carolus V. dat de Religione Interim.*

Anno 1523. Tigurina diſputatio indicta eſt contra [e] Zuinglianorum doctrinam, ad quam Conſtantienſis Præſul, Doctorem Ioannem Fabrum deſtinauit, qui comperto Conſilio, & porioribus Magiſtratibus Zuingliano dogmati adhærere, firmas, & graues rationes attulit, ne vtiquam decere, tunc coram arbitris partialibus in cauſa, iiſque laicis diſceptare. Paratum nihilominùs, ſe ad diſceptandum acceſſiſſe monſtrauit, & Zuinglianorum dogmata efficaciſſimis argumentis confutare.

e *Faber contra Zuinglianos.*

1524. Anno 1524. Conuentus Lucernæ [f] ab Heluetiis habitus eſt de retinenda vera, & auita Catholicorum Religione, Zuinglio conante, illos peruertere, vt paulò ante Tigurinos in ſuam naſſam pertraxerat. Ex hoc conuentu ad Tigurinos ſcriptum eſt de Religione Catholica amplectenda, quibus die 21. Martij reſcripſerunt: Se nolle placitis hominum, ſed ſolis Chriſti præceptis acquieſcere, qui nec ciborum, inquiebant, vſum quouis tempore prohibuit, nec alicui matrimonium interdixerat. Eccleſias in pauperum vſus erectas, & earumdem ornamenta non ad Dei cultum pertinere, ſed in pauperes eroganda. Confeſſionem, quam vocabant auricularem, negligendam. Satisfactionem eſſe erroribus plenam. Ordinem Monaſticum hominum eſſe inuentum. Hæc illi.

f *Heluetij apud Lucernam de retinenda Catholica fide ſtatuunt.*

Anno eodem Ratiſbonæ Conuentum habuêre Legatus Germaniæ [g], Cardinalis Campegius, Ferdinandus Auſtriacus, Epiſcopus Salzburgen. Duces Bauariæ Vvilhelmus, & Ludouicus, & nonnulli Epiſcoporum obuiam ire. Vnde pro tuenda Catholica Religione, multa decreta ſunt, & pro Lutheri dogmatibus profligandis, & extirpandis, multa ſancita. Cúmque paſſim Lutheranorum rabido ore, & Clericorum vita ob multorum ſcandalum, diſcerperetur, eorundem ora obſtructa cupientes, ad Clericorum mores reformandos, & abuſus tollendos

g *Catholici contra hæreticos multa ſanciunt.*

ſaluberrimis decretis, toto pectore incubuerunt.

a Capuccinorum Fratrum initium.

Hoc anno initium habuit noſtra Fratrum Minorum S. Franciſci [a] Capuccinorum Congregatio. Cuius quia alumnum, licèt indignum, me profiteor; aliqua de eius origine, & progreſſu, breuiter tamen, pro Lectorum conſolatione hîc ſcribere non grauabor; id autem hoc ordine fiet. Primò probabimus, capucium oblongum, quo nos Capuccini vtimur, eſſe eiuſdem rationis, & formæ, cuius fuit illud, quod S.P. Franciſcus, ſociique eius geſtarunt. Deinde quo modo, quàve occaſione illud in rotundum commutatum ſit, oſtendemus. Tertiò, quando, & à quibus Fratribus tale capucium fuerit reaſſumptum, Congregationique noſtræ initium dederit, differemus.

b Capucium oblongum geſtaſſe S. P. Franciſcum ex picturis antiquiſſimis conſtat.

Principio igitur ſtatuendum eſt, capucium [b] oblongum, S. P. Franciſcum, ſociósque eius primores geſtaſſe: Id probatur, primò ex antiquiſſimis picturis, per multos annos, antequàm noſtra Congregatio incœperit, depictis: Romæ enim in Tribunis Eccleſiarum, S. Ioannis in Laterano, & S. Mariæ Maioris, non ſolùm imagines S.P. Franciſci, & S. Antonij de Padua cum capucio oblongo, & ſandaliis in pedibus, ſunt ad viuum expreſſæ, opere, vt vulgò dicitur, Muſaico; verùm & in angulis earundem Tribunarum, Fratres plures cum capucio oblongo conſpiciuntur, qui cum ſquadra, & circino in manibus, aliquid deſignare cernuntur, tanquam illius opificij architecti. Id etiam patet manifeſtè in Eccleſia S. Franciſci in loco, qui dicitur, *Tranſtiberis*: ibi enim per totam Eccleſiam Fratres cum capucio oblongo in capite ſunt depicti. Et in eodem pariter conuentu, reperitur quoque antiquiſſima quædam Imago, ipſius S. P. Franciſci figuram ad viuum repræſentans, quam, vt traditio in Religione habet dum adhuc in terris vitam duceret ipſe Seraphicus Pater, D. Iacoba à ſeptē ſolis, ſui deuotiſſima, depingi curauit, & hanc quidem capucium oblongum, & cum cuſpide habere, nemo eſt, qui id non vidit. Bononiæ in Monaſterio Patrum Conuentualium, ſuper portam Eccleſiæ principalem eſt pictura quædam antiqua, ipſum S. Patrem ſtigmata recipientem, repræſentans, quæ etiam capucium oblongum habet. In ciuitate Aſſiſij, in Eccleſia eiuſdem S. Patris, in parte ſuperiori per totum depictæ ſunt imagines tum ipſius S. P. Franciſci, tum etiam plurimorum SS. Fratrum cum capucio oblongo, eodem ferè modo, quo nos Capuccini habemus.

c Ex reliquiis etiam quæ piè venerantur.

Reliquiæ [c] præterea ipſius Seraphici Patris, & ſociorum, quæ pluribus in locis reperiuntur, & religioſè venerantur, luce meridiana clarius id probant. In ciuitatę Aſſiſij, in Eccleſia S. Franciſci, in S. Maria de Angelis, ſeu de Portiuncula, in cæteris etiam locis, tum Fratrum, tum etiam Monialium eiuſdem ciuitatis plures habitus, qui S. Patris, & ſociorum fuerunt, aſſeruantur, & omnes capucium oblongum habent. Florentiæ eſt habitus ipſe, quem S. Pater tunc geſtabat, quandò in Monte Aluernæ ſacris ſtigmatibus Crucifixi condecoratus fuit, qui etiam capucium oblongum habet. In ciuitate Caſtrouillarum prouinciæ Calabriæ aſſeruatur, & magno fidelium concurſu piè veneratur in Eccleſia S. P. Franciſci, habitus cum capucio oblongo B. Petri ſocij ipſius Sancti. Et alibi eiuſmodi reliquiæ oſtenduntur quamplurimæ, quæ meridiana luce clariùs id docent.

d Ex hiſtoriis id conuincitur.

Denique id probant hiſtoriæ [d], quæ de origine Seraphicæ Religionis tractant: omnes enim conſtanter aſſeuerant, ipſum Patrem Sanctum habitum geſtaſſe & ruſcidum, & penis ſacris repetiatum: ſed tamen cum capucio quadrato, ſeu oblongo, eiuſdem ferè figuræ, & formæ, ſicuti capucium, quod nos Capuccini geſtamus. Videatur S. Bonauentura *in ſua Legenda*. Toſſignanus, *in ſua Hiſtoria*. Gonzaga, *in ſuo libro Originis Seraphicæ Religionis*. Bartholomæus de Piſis *in ſuis Conformitatibus*. & alij. Quod quia contrarietatem non habet, vt ſatis apud omnes manifeſtum, relinquimus.

e Tempus dimiſſionis capucij.

Dicendum eſt modò de tempore [e], & cauſa dimiſſionis talis formæ capucij. Sciendum igitur, quòd (vt refert P. Franciſcus Marius à Mercato Saraceno, qui fuit noſtræ Congregationis Generalis, & ipſis primis noſtris fundatoribus, non ſolùm proximus, verùm & eorum diſcipulus) *in ſua Chronica*, quam ad Illuſtriſſimum D. Cardinalem S. Seuerinæ tunc Protectorem miſit, & quæ apud me manuſcripta ſeruatur: vt pariter habetur ex Chronica P. Fratris Ioannis de Terranoua, qui fuit vnus de primis illis, qui in prouincia Calabriæ noſtræ Congrega-

Anno Dom. 1525.

tioni initium dedère) tempore Ioannis XXII. fuit quidam Generalis in ordine Minorum, qui Michael à Ceſena [a] dicebatur. Hic pluresque alij ſui aſſeclæ contra ipſum D. Papam prædicare, & concionari temerè auſi ſunt detrectantes plurimùm, tum ipſi D. Papæ Ioanni in particulari, tum etiam Eccleſiæ in communi, circa poſſeſſionem rerum temporalium. Et pluries moniti, & citati vt comparerent, & ad meliorem frugem ſe reciperent, omnibus ſpretis ad Imperatorem [b] Ludouicum Bauarum, atque ad Petrum de Corbario Antipapam confugientes, maiori, & vehementiori temeritate & obſtinatione contra D. Papam Ioannem, & Eccleſiam ora aperiebant: Quapropter, data ſuper hoc à D. Papa Ioanne conſtitutione, quæ incipit: *Dudum.* ſub datum Auenioni anno Domini 1330. pridie Nonis Ian. Pontificat. anno 15. ipſum Michaëlem ab officio Generalatus deponit [c], & tanquam fautorem hæreticorum, manifeſtúmque hæreticum, & hæreſiarcham ac ſchiſmaticum declarat, & condemnat, priuans eum officiis, dignitatibus, & honoribus quibuſcunque, ſeu priuatum potiùs declarans. Id etiam contra ſuos aſſeclas ſtatuit. Et præterea, quia ipſe Michaël, & ſequaces cum habitu antiquo, & ſolito Religionis vagabantur; ipſe Summus Pontifex Ioannes iuſto zelo motus atque in ipſum Michaëlem, & ſequaces in dies magis inſenſus, interdicit, ne quis in futurum talis figuræ capucium, & habitum deferret.

a *Michaël de Ceſena Minorita Generalis contra Papam.*

b *Ad Imp. & ad Antipapam confugit.*

c *Damnatur, & omni dignitate priuatur.*

Quia verò tota Minoritana Religio [d] (vtpote quæ ex præcepto Regulæ peculiarẽ Summo Pont. ſubiectionẽ profitetur) tale Michaëlis & ſequaciũ facinus deteſtabatur; ne cum ipſo Apoſtata Michaële ſe conuenire in aliquo oſtenderet; iuſſu ipſius Summi Pontificis, capucium, quoad formam retento, ſolùm colore, mutauit, atque rotundæ figuræ, ſicut & cæteri Religioſi illud ſuſcepit. Sic factum eſt, vt in tota Franciſcana Religione, ipſius capucij figura & forma ſit mutata.

d *Minoritana Religio Papæ ſubiecta, mutat capucium.*

De tempore autem reaſſumptionis ipſius capucij nunc breuiter dicendum.

Hoc anno tempore Clem. VII. Papæ, Pater Frater Matthæus [e] de Baſchia ab incunte ætate Chriſtianis [f] inſtitutis imbutus, & diuino numine afflatus, Deo ſeruire diſpoſuit, & in cœnobio montis Florentini, apud Montem Feltrium, in Vmbria, habitum S. Franciſci deuotus accepit: inde apud Montem Falconum non longè ab Aſculo, ad Montes Sybillæ, aſperam vitam duxit: cuius quidem exemplo excitati nonnulli ex eodem Ordine Minorum familia, idem vitæ genus amplexi ſunt, vt Frater Ludouicus Tenalia Foroſemproníenſis cum ſuo Fratre Germano, qui à Clemente VII. Pontifice Maximo obtinuerat facultatem deferendi habitum Capuccinorum eiuſdem coloris cinericij, ſed tunicam paulò aſperiorem, & villoſam deferebant, cum capucio in vertice acuminato, & ad tunicam conſuto ſine pectorali: facultatem ſimiliter ſuſcipiendi Fratres, & ſæculares ad eundem habitum, & in eo trium votorum profeſſionem emittendi, iuxta S. Franciſci inſtitutum, quemadmodum teſtantur litteræ Apoſtolicæ ſub anno 1526. die verò 28. Maij, Pont. eiuſdem Clement. ann. 3. poſt quarum litterarum publicationem, quidam alij paulatim ſe illis adiunxerunt: ita vt breui tempore duodecim numerum expleuerint, de quorum conſilio, & pari voto Frater Matthæus electus eſt Generalis illorum, per quem vniuerſa regeretur familia, quæ initium habuit in loco dicto Renacauata, propè Camerinum in Vmbria: ſed Matelicæ, vbi Capitulum celebrabatur, captus fuit à F. Ioanne Facenſi Prouinciali Marchiæ Anconitanæ, & in vinculis coniectus fuit, ibique manſit quatuor menſes, multis ieiuniis, & flagellis confectus: ſed ope D. Catharinæ Cibo Camerini Duciſſæ, & Clementis Papæ ex ſorore neptis, euaſit. Hæc illuſtris fœmina huic ſodalitio multum fauit, quamuis non ſine multo negotio, & ope ſubſidiaria. Nam Summo Pontifici & ſapientibus viris, nouitas iſta habitus inuiſa, & ſuſpecta erat, quippe cùm ſocietates multæ temeritate quadam, vel repentino animi impetu initæ, plerumque ſoluantur cum dedecore. Ideò tempus ad celebrandum ſumptum eſt. Interim F. Matthæus ad ſuos reuerti iuſſus, qui paulò poſt, ab eodem Pontifice viuendi illum modum, & habitum auctoritate Apoſtolica comprobatum, retinuit cum nonnullis aliis ſociis, quorum obſeruantia collapſa vetus, & regularis diſciplina ad Maiorum viuendi normam reſtituta, & priſtina religionis ſemina reuiuiſcere conſpiciuntur.

e *P. Matthæus à Baſchia primus qui Congregationi Capuccinorum initiũ dedit.*

f *Rodulph. Taſſign. lib. 2. Hiſtor. Relig. pag. mihi 158.*

Paulò poſt in prouincia Calabriæ [g] aliqui eiuſdem familiæ Obſeruantium Pa-

g *Calabri Patres paulò poſt profecuti ſunt.*

tres

Anno Dom. 1525.

tres eodem Spiritum ducti, eundem habitum renouarunt, ſcilicet P. Ludouicus, & P. Bernardinus de Regio, P. Bernardinus de Biſiniano, P. Michael de Caſtrovillarum, P. Ioannes de Terranoua. Hi cum aliis plurimis, exanrlatis aduerſariorum oppoſitionibus Calabriæ Religionis reformationem dederunt. Horum omnium obſeruantia, collapſa vetus, & regularis diſciplina ad maiorum viuendi normam reſtitura, & priſtina religionis ſemina reuiuiſcere cœperunt. Qui poſtea per totam Italiam diffuſi, deinde per Gallias, & Hiſpanias, poſtremò per totam Germaniam, adeò multiplicata eſt noſtra Congregatio, vt ſupra quindecim millia Religioſorum, hoc anno 1621. annumerentur. Vtinam & in profectu virtutum, & Regulæ obſeruantiæ in die proficiat. Et hæc ſunt, quæ de noſtræ Capucinorum Congregationis origine hoc loco dicere ſtatui: plura ſciens, & prudens omittens, cùm Breuiatium, non Hiſtoriam ſcribam.

a Generalium Congregationis Capuccinorum ſeries.

Huius autem noſtræ Congregationis Generales, [a] qui ab eius initio ad hanc vſque diem eam gubernarunt, hi, & hoc ordine creati ſunt.

1. P.F. Matthæus de Baſchi electus in Conuentu Aluacini prope Fabrianum. Cuius corpus Venetijs coruſcat.

2. P.F. Bernardinus de Aſti in Conuentu S. Euphemiæ Romæ, propè S. Mariam Maiorem.

3. P.F. Bernardinus de Senis electus in Ciuitate Florentiæ: qui poſt tres annos in Capitulo generali Neapoli celebrato fuit confirmatus: & biennio elapſo deceſſit. In cuius locum iuſſu Papæ datus eſt in Commiſſarium Generalem P.F. Franciſcus de Ieſi, in quo officio per annum commoratus eſt.

4. P. F. Franciſcus de Ieſi præfatus Romæ eligitur in nouo Conuentu S. Nicolai, qui hodie S. Bonauenturæ appellatur: nam ille prior Conuentus S. Euphemiæ propter viam latam ibi ſtratam, ſolo æquatus eſt.

5. P. F. Bernardinus de Aſti ſecunda vice Romæ electus: & poſt tres annos in Capitulo generali Neapoli celebrato iterum confirmatur.

6. P. F. Euſebius de Ancona Romæ electus: qui poſt tres annos in Capitulo Generali Firmi celebrato iterum ad idem officium aſſumitur.

7. P. F. Thomas de Caſtello in Capitulo generali Neapoli celebrato electus: & elapſis tribus annis idem onus ſubire cogitur in Capitulo generali Romæ habito.

8. P.F. Euangeliſta à Canobio electus in Capitulo generali Foroliuienſi.

9. P. F. Marius à Mercato Saraceno in Capitulo generali Romæ celebrato eligitur: & poſt tres annos ibidem, & ad idem officium aſſumitur.

10. P.F. Vincentius à Monte Vlmo in Capitulo generali Anconæ electus eſt: ſed vno anno elapſo vita functus; in eius locum in Commiſſarium Generalem datus eſt ab Illuſtriſſimo prætore R. P. F. Hieronymus à Monte Florum Prouinciæ Romanæ: hic per biennnium Congregationem moderarus eſt.

11. Idem P. Hieronymus eligitur in Generalem in Conuentu Romæ, & poſt tres annos ad idem officium ibidem aſſumitur. Hic magno zelo Religionem gubernauit: & ſuo officio functus, ad vitam contemplatiuam totum ſe recepit, orationi, & diuinis rebus ſemper intentus: paupertate, abſtinentia, cæteriſque virtutibus excelluit, &c. decedens, magnam ſanctitatis opinionem de ſe reliquit.

b Ab hoc tempore ad hanc vſque diẽ Generalia Capitula Capuccinorum ſemper Romæ ſunt celebrata.

Et ex hoc tempore [b] *ad hanc vſque diem Capitula generalia Romæ, ſemper ſunt celebrata, cùm antea alibi etiam habita ſint.*

12. P. F. Ioannes Maria à Iuſa Siculus.

13. P. F. Iacobus à Mercato Saraceno.

Hucuſque Generales præfati omnes ad triennium electi ſunt: & aliqui ipſorum etiam per aliud triennium ad idem officium aſſumpti ſunt.

14. P.F. Hieronymus à Politio Siculus anno 1587. qui ad ſexennium electus eſt.

15. P.F. Syluester à Monteleone Calaber anno 1592. In cuius tempore electio ad triennium iterum reuocata eſt.

16. P. F. Hieronymus à Sorbo Neapolitanus electus eſt die vltimi Maij. 1596.

17. P.F. Hieronymus à Caſtroferettorum Marchianus die 28. Maij 1599.

18. P.F.

ANNO DOM.

18. P. F. Laurentius à Brundusio die 24. Maij electus 1602.

Hic totam Religionem peditando viſitauit, officio ſuo functus, ſanctitatem ſectans, deuotione in B. Virginem præcipuè, & in celebrandis Miſſis mirè excelluit, in quibus lachrymas ſæpè effundebat: raptus etiam, & ecſtaſes ſæpè paſſus. Vnde ad quatuor horas communiter: aliquando etiam ad ſex, ad octo, & etiam ad duodecim horas in altari morabatur cum magna adſtantium admiratione. Doctrina, & linguarum peritia, maximè Linguæ ſanctæ fuit inſignis. In rebus agendis mira prudentia, & dexteritate vtens, à Germaniæ Principibus ad Regem Hiſpaniæ, & ad Summum Pontificem Paulum V. deſtinatus: è viuis poſtea deceſſit Vlyſſippone, dum apud Regem Philippum III. res grauiſſimas ageret, anno Domini 1619. die 22. Iulij. Viuus, & mortuus clarus miraculis.

19. P. F. Sylueſter de Aſſiſis die 23. Maij 1605.

20. P. F. Hieronymus à Caſtroferettorum iterum eligitur die 23. Maij anni 1608. Cuius officium ad quinquennium etiam pro ſucceſſoribus prorogatum eſt. Hic vir ob ſuam dexteritatem magnam in agendis, & ob alias virtutes non ſolùm bis in Generalem, verùm, & ter in Procuratorem Generalem electus eſt. De quo multa laude digna dicerem, ni viuens adhuc officium Procuratoris Generalis hac tertia vice hîc Romæ ageret.

21. P. F. Paulus à Cæſena die 24. Maij 1613. Hic in ſuggeſtu ſemper inſignis fuit, & ab omnibus alter Chryſoſtomus habitus.

22. P. F. Clemens à Nato Siculus die prima Iunij 1618. qui hodie viuit, & Religionem moderatur. Cuius officium iuſſu Pauli Papæ V. ad ſexennium datum eſt. Sed quia annus Iubilæi poſt ſextum annum immediatè celebrabitur; annuente Summo Pontifice Gregorio XV. etiam ad illum annum Capituli Generalis celebratio prorogata eſt.

In recenſendis prædictis electionibus non ſemper citatur annus, & menſis electionis, quia in Annalibus prioribus Religionis non reperitur eorum accurata narratio.

Hoc eodem anno ſcilicet 1525. Franciſcus I. Gallorum Rex, propè Ticinum ab Imperialibus capitur[a], & in Hiſpaniam ducitur: ſed poſt biennium, magna aureorum quantitate ſoluta, in Galliam reuertitur.

Anno 1525. Halæ Sueuorum quatuordecim Miniſtri Lutherani [b] congregati: ſcripto, quod *Syngramma* nuncuparunt (cuius Auctor exiſtimatus eſt Brentius) Oecolampadij, & Zuinglij dogma damnarunt. Sed illis Oecolampadius Antiſyngrammate reſpondit. Bucerus eoſdem ad concordiam hortatus eſt, cupiens rem compoſitam, ne ex diſſenſione dogmatiſtarum infirma redderetur eorum doctrina. Brentius mediatorem etiam egit pro reconciliatione, ſed fruſtra: nam irritatis hinc inde animis propriis linguis flagellati in diſcordia permanſerunt.

Perbellè Vigilius Martyr lib. 2. contra Eutych. Inconſona perfidorum ſententia in vnum rectè fidei modulum continunt, trophæumq́ noſtra victoriæ eorum caſſa certamina gignunt.

Anno eodem Lutherani [c] Senatum Francfordienſem aggrediuntur, illóque exanctorato 24. è ſuis in Senatores præficiunt, conſcriptiſque 47. articulis antiquo magiſtratui, & Clero, ſub pœnarum comminatione credendos proponunt: Sed fruſtra hoc tentantibus, ad decreta iſta formanda ſe conuerterunt, videlicet: Vt in Senatus arbitrio ſit Paſtores, & Miniſtros præficere plebi. Vt Euangelium purum ſine gloſſis legeretur. Vt nullus Monachus prædicaret, aut confeſſiones exciperet. Ne in Cœnobiis amplius Monachus, aut Monialis reciperentur. Quòd donationes teſtamentariæ in publicum ærarium reponerentur. Quòd omnes ſodalitates, & mortuorum exequiæ ablegarentur.

1526. Anno 1526. Habita ſunt Comitia Spirenſia Ferdinando Archiduce Auſtriæ, loco Imperatoris Præſidente. Adfuerunt etiam Ioan. Fridericus Dux Saxoniæ, & alij nonnulli à Lutheri partibus, qui ſpeciale templum [d] (Gainam Ducem Romanæ militiæ Arianum imitantes tempore Archadij Imperatoris) ſibi concedi flagitarunt, vbi commodius ſuo more, ritibus, & concionibus intereſſent. At renuente Spirenſi Antiſtite (Spiritum S. Chryſoſtomi imitante, qui intra Conſtantinopolim Gainæ per Archadium templum petenti reſtitit) ipſi nihilominus ſuis Eccleſiaſticis in atriis ſuorum hoſpitiorum, quotidie verba facere ad populum conceſſe-

a *Franciſcus Galliæ Rex ab Imperialibus capitur.*

b *Lutherani dogmata Zuinglij damnant.*

c *Lutherani Senatum Francfordienſem exanctorant, & nouos Senatores creant.*

d *Baſilicæ hæreticis non ſunt permittendæ.*

runt,

runt, ipſique Miniſtri Luthericolæ, vt ſe purum verbum habere monſtrarent, Anno Dom.
quinque litteras acu depictas in brachio dextero geſtabant. V. D. M. I. Æ. videlicet, *Verbum Domini manet in æternum.*

Non eſſe Hæreticis Baſilicas permittendas diſertè oſtenditur ex S. Ambroſio *epiſt. 32. ad Valentin. Imperat. & oratione in Auxentium de Baſilicis non tradendis, & epiſt. 33. ad Marcellinam. Simone Metaphraſte, in vita S. Chryſoſt.* Athan. *Apol. 2. & in epiſt. ad Solitarios. Sed ſi quas ſibi conſtruunt ſynagogas, meritò, vt dicit Tertullian. lib. de præſcript. tales ſunt ſine Deo, orba fide, extorres quaſi ſibi latè vagantur. Nec eſt, quod ſe iactent de Verbo Dei. Nam hæreſis, ait Tertullian. ibidem, non recipit quaſdam ſcripturas, & ſi quas recipit non adiectionibus, & detractionibus ad diſpoſitionem inſtituti ſui intervertit. &c. Lege S. Greg. in 20. Moral. in ea verba Iob. Qui redibant in ſolitudine. Euſeb. 5. hiſt. c. 28.*

Anno eodem Badenæ in Heluetiis diſputatio habita eſt inter Catholicos, & hæreticos. Inter Catholicos erant primi nominis Theologi Ioánes Faber, Eckius,
a Eckius contra Oecolampadium diſputat. [a] & Thomas Murnerus. Eo aduocatus eſt Zuinglius, ſed ille etiam data fide publica venire neglexit. Vnde factum eſt, vt impetus diſceptationis contra ibi præſentem Oecolampadium verteretur. Præſentibus Notariis efficaciſſimè demonſtratum eſt ex Scripturis, & Patribus, à Catholicis verum Chriſti Corpus eſſe in Euchariſtia, & ſalubriter Miſſæ Sacrificium pro defunctis offerri. B. Virginem, & Sanctos inuocandos. Purgatorium eſſe. Pueros Chriſtianorum etiam in peccato originali naſci, quod non Ioannis, ſed Chriſti baptiſmate remitteretur. Item etiam ab Heluetiis hæretici repulſam paſſi ſunt Oecolampadio, & Zuinglianis præſentibus. In Catholica enim Religione permanendum eſſe, nec vllum dogma nouum intra fines ſuos admittendum ſtatuerunt.

Optimè quidem ex S. Gregorio Nazianz. Orat. 49. quæ eſt ad Nectarium. Nam ſi Hæretici, vt piè ſentientibus ea quæ ſentiunt docere, liberéque promulgare permittitur: quis non videt Eccleſiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus ſtante? Neque enim rerum natura fert duas de eadem re contrarias doctrinas veras eſſe.

b Soles tres viſi. Hoc anno tres Soles [b] viſi ſunt in cœlo. 1527.

c Catholici contra Zuinglianos diſputant. Anno 1527. Bernis habita fuit diſputatio Catholicorum [c] cum Zuinglianis, ipſius Zuinglij, Oecolampadij, & aliquot Apoſtatarum Monachorum inſtinctu. Ibi decretum eſt à miniſtris Sathanæ nihil recipiendum, quod expreſſè in Bibliis non legeretur, aliáque multa erronea, Eccleſiæ Catholicæ doctrinæ, & conſuetudini aduerſantia, quippe qui leges tales diſputationi præſcripſerant, quæ vt Catholicis iniquæ, ſic aduerſariis plauſibiles erant. Cúmque aliorum Catholicorum
d Cantones octo Heluetiorum de antiqua religione retinenda Bernenſes admonent. Heluetiorum, octo ſcilicet [d] Cantones, Lucernates, Vranienſes, &c. de antiqua Religione retinenda Bernenſes admonerent, tantùm abfuit, vt iſta admonitio aliquid proficeret, vt in ſua ſententia immobiles permanentes, Miſſæ ſacrificium abrogarent, Imagines delerent, deformatámque reformationem inſtituerent, & diem cum anno ſepultæ Religionis in columna deſcriberent. Finita eſt hæc diſputatio anno 1528. die 26. Ianuarij.

e Theatinorum initium. Hoc anno initium habuit Religio [e] Clericorum Regularium, qui vulgò Theatini nuncupantur. 1528.

f Capuccinorum Congregationis approbatio. Eodem anno data Conſtit. quæ incipit: *Religionis zelus*, Clemens VII. approbat Congregationem [f] noſtram Capuccinorum, cum habitus præfinitione, gratiarúmque, & priuilegiorum conceſſione.

Anno 1528. Cùm Dux Saxoniæ à Proteſtantibus effræni licentia multa contra Religionem fieri, etiam in ſuis ditionibus cerneret, viſitationem inſtituit, quæ tam imperioſè, & ſumptuoſè facta eſt, vt nullæ retro Epiſcoporum Synodi, tam oneroſè iis fuiſſe viderentur. Eam viſitationem Melanchthon ſcripſit Latinè, in nonnullis non planè Luthericè, quia plus ibi pœnitentiæ & doctrinæ legis, & timoris Dei tribuere viſus eſt, quàm Lutheri placita paterentur. Ibidem faſſus eſt liberum arbitrium, quod in locis communibus cum Luthero negarat, & nihilominus Lutherus, tam ſecum pugnanti doctrinæ in editione Germanica eiuſdem viſitationis ſubſcripſit.

Inconſtantia Hæreticorum fidem noſtram confirmat, dum ad inſtar Chamæleontum mutantur, qui florum colore veſtiuntur, vt dicit Theodor. epiſtola 140. ad Aſpa-

rem,

ANNO DOM.

rem Conſulem. Et dum noſtra profitentur dogmata, veritas etiam ab inimicis probatur, ex Tertull. ſiue Nouat. de Trinitat.

1529. ¡Anno 1529. octauo Februatij, multi Ciues Baſileenſes in Cœnobio Franciſcanorum conuenerunt, poſtulantes exauctorati Senatores eos, qui Catholicæ Religioni erant addicti. Reſponſum eſt placere eos, non admittendos in cauſis Religionis; in cæteris verò gradum, & ordinem ſeruare debere. Verùm plebe irritata, & in ſeditionem armata, aliqui è Magiſtratibus in omnibus plebi aſſentiunt, ſic duodecim Senatores è gradu [a] deiiciuntur, & antiqua Religio abrogatur.

a Baſilea Senatores Catholici exauctorantur, & antiqua Religio abrogatur.

Sed vt Religio oppugnari poteſt, expugnari non poteſt, qua quando à Nouatoribus immutata eſt, etiam Politia peſſumdata eſt. Lege Syricium Papam, epiſt. 9. ad Zenonem Auguſtum.

Anno eodem, initio menſis Ianuarij, Spiræ Comitia celebrata ſunt, vbi cum Principibus, & Ordinibus Imperij adfuit Saxoniæ Dux, cum ſuo Melanchthone. Repetita ſunt ſuperioris Conuentus [b] decreta, quibus cauebatur, ne noua dogmata defenderentur, iuxta Decretum Cæſaris indictum Vuormatiæ, qui verò ſeditionis metu id facerē nequiſſent nihil innouarent, donec Concilium celebraretur, & cauerent, ne aliam doctrinam reciperent, præter Catholicam. Miniſtris verò præceptum eſt, vt Scripturam ſecundùm interpretationes Patrum, & ſecundùm ſenſum Eccleſiæ prædicarent, omiſſis articulis, qui in vtramque partem controuertebantur, & patienter Generale Concilium expectarent. Cui Decreto [c] ſe oppoſuêre Dux Saxoniæ, cum ſuis confœderatis, volentes in ſua nupera ſecta perſeuerare, donec nationale Concilium celebraretur; vnde ſubſcribere noluerunt, proteſtantes ſe non poſſe his aſſentire, ad Cæſarem etiam appellantes. Inde primum ortum eſt Proteſtantium nomen, quod etiam quædam liberæ ciuitates in totius Germaniæ detrimentum amplexæ ſunt.

b In Comitiis Spiræ multa contra hæreticos ſtatuuntur.

c Decreto facto Dux Saxoniæ ſe opponit.

Sed hac eorum pertinacia ſatis, ſupérque rebelles Cæſari, Eccleſiæ, & Deo demonſtrauit. Nec degeneres præcedentium hæreticorum monſtrantur, dum à Conciliis ad Imperatores prouocant. Sicut quondam fecere Donatiſta apud Sanctum Auguſtinum epiſtola quadrageſima octaua, appellantes ad Conſtantinum Imperatorem, de quo dicit idem Sanctus, quod non eſt auſus Chriſtianus Imperator de iudicio Epiſcoporum, qui Roma ſederant ipſe iudicare. Et Criſpinum Donatiſtam ad Imperatorem appellaſſe docet idem Auguſtinus, libro tertio contra Creſconium, capit. quadrageſimo ſexto. Origeniſta damnati à Theophil. & reliquis Epiſcopis ad Arcadium Imperatorem appellationem tranſmittunt. Socrates libro ſexto capit. ſeptimo. Petrus Fullo Synodalem ſententiam ad Imperatorem detulit, ex Concilio Epheſino tom. ſecundo opp. 1. capite 4.

Eodem anno indictus eſt Conuentus Marpurgenſis à Principe Haſſiæ Philippo ad componendam ſimultatem, & diſcordiam inter Lutherum, & Zuinglium, & Oecolampadium, ad quem pariter Heluetios inuitauit. E Saxonia conuenêre Lutherus, Melanchthon, Ionas. Ex Heluetia Oecolampadius, & Zuinglius. Argentinenſes Bucerum, & Hedionem, Norimbergenſes Oſiandrum delegarunt. Diſputatum eſt ibi de primario articulo controuerſo, nempe Sanctiſſima Euchariſtia; ſed nunquam conuenire [d] potuerunt, & vetus diſſenſio remanſit, ſed ne re infecta diſceſſiſſe viderentur, nonnullas Eccleſiæ poſitiones pari voto firmarunt, quæ non controuertebantur. Sacramentarij gloriabantur trecentum argumenta à Zuinglio propoſita fuiſſe, nec tamen ſoluta à Lutheranis. Philippus verò Melanchthon collectis veterum Patrum ſententiis, libellum edidit contra Sacramentarios. In hac diſputatione illam victoriam reportauit Lutherus, quòd Bucerus à ſuo vexillo diſcedens, ad Zuingliana caſtra conuolauit. Quamquam mortuo Zuinglio, ad Lutherum rediiſſe perhibeatur.

d Hæretici diuerſarum ſectarum ſimul conuenire nunquam potuerunt.

Sed perbellè Tertullianus de Præſcrip. dicit; Mentior ſi non etiam à regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde arbitrio ſuo modulatur, quæ accepit, quemadmodum ille, qui tradidit.

Eodem anno Suabachi Conuentus ab iiſdem Cacangelicis Lutheranis [e], & Sa-

e Lutherani contra Sacramentarios.

ANNO DOM.

cramenrariis habitus eſt,circa eundem articulum; ſed magis eorum diſcordia aucta eſt, ita vt nihil concludentes conuentum diſſoluerint.

a Diuerſarum ſectarum vnio fruſtra tentatur.

Anno eodem alter Conuentus Proteſtantium eorundem Smalcaldiæ habitus eſt Philippo Haſſiæ Principe eodem procurante, vt inter ipſos fieret [a] vnio, & aduerſus Catholicorum potentiam ſe communirent. Fruſtra res tenrata eſt: nam vtraque pars allegans pro ſe ſtare verbum Dei ad concordiam ab eodem Philippo redigi non poruit.

Rectè S.Hilarius 7. de Trinit. dixit: Hæretici omnes contra Eccleſiam veniunt, ſed dum hæretici omnes ſe inuicem vincunt, nihil tamen ſibi vincunt. Victoria enim eorum Eccleſiæ, triumphus ex omnibus eſt, dum in eo hæreſis contra alteram pugnat, quod in hæreſi altera Eccleſia fides damnat.

Eodem anno celebrarum eſt Concilium Senonenſe ad mores.

b Inquiſitores etiam contra regulares procedere poſſunt in cauſa hæreſis.

Hoc anno dat Clemens Inquiſitoribus [b] facultatem, procedendi contra quoſcunque, etiam Regulares, cuiuſcunque Ordinis in cauſis hæreſis. Conſtit. *Cùm ſicut.* Vide etiam Conſtit. Pij V. *Paſtoris.* cum ampliatione Pauli V. in Conſtitut. *Romanus.* 1530.

c Carol. V. Bononiæ coronatur.

Eodem anno coronat [c] Carolum V. Imperarorem in ciuitate Bononiæ. Conſtit. *Cùm proximo.* Anre eiuſmodi coronationem hic idem Pontifex electionem de eodem Carolo in Regem Romanorum, & Imperatorem per electores Imperij factam, approbauerat, vnà cum coronatione ab Archiepiſcopo Colonienſi cum corona argenrea in Aquiſgrano peracta.

Eodem anno Auguſtæ Vindelicorum, Cæſare indicente, comitia generalia celebrantur, eò acceſſerunt Saxoniæ Dux, Marchio Brandeburgenſis, Duces Luneburgici, & Haſſiæ Lantgrauius, qui confeſſionem eorum in ſcriptis redactam & poſtulantes legendam, Cæſaris clementia admiſſa eſt, & ſeptem hinc inde ad colloquendum delecti. Pro fide Catholica duo erant proceres Chriſtophorus Epiſcop. Auguſtæ, & Dux de Branſuich. Iuriſperiti duo, Theologi tres, Eckius, Cochlæus, & Conradus Vvimpingenſis. Ex parte Lutherica alij Principes numero duo, Ioannes Fridericus filius Electoris Ducis Saxoniæ, & Georgius Marchio Brandeburg. Iuriſconſulti Georgius Bruk, & Heller. Theologaſtri verò Philippus Melanchthon, Ioannes Brentius, & Erardus Sneppius. In prima collatione diſputatum eſt, & aliquorum articulorum [d] facta eſt vtrinque conciliatio, ſimiliter, & in ſecunda aliqui etiam articuli concordati, vr non niſi ſex alij concordandi ſupereſſent. In tertia collatione diſputatum eſt de 12. articulo Confeſſionis eiuſdem Auguſtanæ negante ſatisfactionem [e] eſſe partem pœnitentiæ, de quo nulla potuit fieri concordia, ex pertinacia hæreticorum, ibique Cochlæo diſputanre ad hominem ex *libro Septicipite*, *capite* 31. Lutheri ſatisfactionem debere admitti, Sneppius, & Brentius ſcripta Lutheri defendere noluerunt, quin & Melanchthon ibidem conceſſit tres debere eſſe partes Pœnitentiæ; licet alio ſenſu quàm profiteantur Catholici. Similiter contendentes de articulo illo Lutheri, *quod ſola fides homines iuſtificat*, triumphando obtinuerunt Catholici, vt cùm illa dictio, *Sola*, in Scripturis non eſſet, è confeſſione abraderetur.

d Catholici cum hæreticis in aliquibus articulis conueniunt.

e De ſatisfactione Sacramenti pœnitentiæ, ex parte nulla potuit eſſe concordia.

Cæterùm perſeuerantibus Proteſtantibus in ſuis articulis, videlicet, bonis operibus nihil hominem mereri poſſe: Sanctos non inuocandos cum reliquis, qui nunquam ad concordiam componi potuerunt: Cupienréque Cæſare, vt receptiſſima Eccleſiæ alia ſaltem dogmata reciperentur, Dux Saxoniæ omnium nomine reſpondit, omnia ſe, ſuóſque, qua poſſent ſalua conſcientia præſtituros, & ſi Eccleſiæ dogmata, erroréſque contrarij Scripturis probari, vel improbari poſſent, paratos ad explicatiorem confeſſionem edendam. Recuſantibus tamen Proteſtantibus diſputationem protrahere dixerunt, ſe paratos ad pacem, & concordiam, donec Concilium indiceretur exoptantes, vt noui modi indagarentur pro huiuſmodi concordia perficienda, quæ multis modis tentata eſt, ſed fruſtra. Septimo autem die elapſo Imperator Proteſtantes [f] iterum euocans ad concordiam adhortatus eſt. Sed illi ſe excuſare cœperunt, dicentes, Romanæ Eccleſiæ ſalua conſcienria, rurſus addici non poſſe. Nunquam eos ab Eccleſia diſceſſiſſe. Nullas ſectas inſtauraſſe. Concilium expectare, vt aliàs tractatum erat in comitiis Spirenſibus.

f Proteſtantes vnionem cum Romana Eccleſia repugnant.

Poſt

Digitized by Google

Anno Dom.

Poſt confeſſionem verò Lutheranotum exhibita eſt confeſſio Zuingliana quatuot Ciuitatum Argentotati, Conſtantiæ, Memmingæ & Lindauiæ, quæ à Cæſare Theologis examinanda commiſſa eſt, & ab eodem ad ſentiendum cum Catholicis exhottati, in ſuo errore perſtitêre, nec Catholicis, nec Luthetanis ſubſcriberę per omnia volentes. Hanc confeſſionem quatuor Ciuitatum vigeſies immutatam teſtatur ſe vidiſſe Hoſius.

Sed ſuis diſputationibus, inquiſitionibus, vt ſcripſit Sanctus Gregorius libro octauo Moralium, capite ſecundo, non conantur veritatem aſſequi, ſed victores videri, cúmque foris oſtendi appetunt, quærunt contentionum certamina, & de Deo, qui pax noſtra eſt loqui pacificè neſciunt, quibus bene per Paulum dicitur, 1. Corinth. 11. Nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei traditione omnes de fide quæſtiones diſſoluens.

1531. Anno 1531. alret Conuentus Smalcaldicus celebratur à Proteſtantibus, vt armis [a] non rationibus ſuam cauſam agerent. Fœdus contra legitimum Magiſtratum ineunt. Suo calculo tale factum Luthetus apptobat, varia ſcommata in comitia Auguſtana, & Principes effutiens.

a Hæretici non rationibus, ſed armis ſuam cauſam agere ſtatuunt.

Eodem anno ſimilirer alter Conuentus habitus eſt Francſordiæ à Proteſtantibus Principibus acturis de vlteriori ſui ſœdetis deſenſione, legitimis Magiſtratibus etiam dennnciantibus ſe velle pro ſuo Euangelio arma ſumete. Cúmque ibi rentatum eſſet, Sacramentarios Helueticos in Smalcaldicum ſœdus admittere, reclamatum eſt à Duce Saxoniæ non eſſe cum inimicis Lutheri conſortium habendum. Alter etiam Conuentus ibidem habitus eſt, eodem anno ad componenda diſſidia inter Zuinglianos, & Lutheranos, & firmandum Smalcaldicum ſœdus.

1532. Hoc anno, cùm ignis accenſus eſſet Cambtaij in Capella, vbi ſacta [b] Sindon aſſeruabatut, miraculosè ipſa ſeruata eſt: quæ quo modo ex Hieroſolymis in ipſa ciuitate Cambraij, & modò Auguſtæ Taurinorum reperiatur, paucis indicabimus.

b S. Sindon quomodo Taurini reperiatur.

Inſignis Vrbs Hietuſalem, anno poſt Chriſtum natum 78. à Tito, & Veſpaſiano, vi, atque ingenti Iudæorum ſtrage capitur, & in Romani Imperij ditione vſque ad annum Chriſti 614. fuit. Tunc enim Coſdroa Perſatum Rege in Romanum Imperium irrumpente, Hieroſolyma occupatur. Eam verò biennio tantum retinet: nam Heraclius Imperator accepto diuinitùs ſigno, Hieroſolymam cum Dominica Cruce recuperat, ac ſanctam Chriſti Crucem ptopriis humeris ad Caluatium montem reportat: eorum tompore ingens illud miraculum patratùm fuit, quod in S. Crucis exaltatione legitur. Igitur recuperatâ à Romanis Hieruſalem, in Romanorum poteſtate perſeuerat vſque ad annum Chtiſti 639. Tunc enim ſæua Tutcarum peſtis etumpens, Terram ſanctam occupat, Hemat Turcis imperante.

Anno autem 1096. Petrus Etemita, diuino inſtinctu excitatus, ac manu adiutus, plurima molitus: tandem Vrbanum II. monet, vt in Gallia de recupetanda Hieroſolymitana [c] vrbe agens, Concilium indicat, Principéſque Catholicos ad Chriſtianæ ditionis recuperationem cohortaretur. Quo Pontifice agente, ingens Gallorum congregatut exercitus; cuius ſumma, Gottifredo Bullonio credita eſt, qui Lotharingiæ Dux erat. In quo quidem exercitu inſigniter claruere Dux Normannorum, Comites Toloſæ, B. Ægidij, Flandriæ, Bleſæ, Carnutenſium, Hugo Regis Gallorum frater, Balduinus Gottifredi fratet. Ex Sicilia affuit Boëmundus cum Tancredo cognato: ipſe etiam Petrus Eremira ingentem ſecum traxit exercitum. Iſti igitur egregij milites, Deo in primis annuente, & monente, Solimanum, Turcatum Principem, ex Hieroſolymitano ſolo, & finibus, vſque ad Eſſenam vrbem, & vltra, expulerunt, anno Domini 1099. Gottiſredus [d] autem, vnanimi omnium conſenſu, militum humeris delatus, Hieroſolymotum Rex proclamatur: auream tamen regni coronam, quæ optimo Principi religio erat, accipere noluit, dicens, non debere ea in vrbe, hominem auream geſtare coronam, in qua pro hominum ſalute, humani generis auctot geſtaſſet ſpineam [e]. Creatus verò Rex, vnico tantùm anno imperauit, ac motiens, Regni ſummam Balduino ſtatri conceſſit.

c Hieruſalem recuperatur.

d Gottifredus Rex proclamatur.

e Hieroſolymitanorũ Regũ Chriſtianorum ſeries.

Primus Balduinus, ſecundus Hieroſolymotum Rex, Regni initium ſumpſit anno 1100. tegnat autem octodecim annis, cui ſuccedit alter Balduinus.

Secundus Balduinus, tertius Hietoſolymorum Rex creatur anno 1118. regnat autem annis 13. moritut autem anno ætatis ſuæ 23. Balduino ſucceſſit Fulco Andegauenſis.

Fulco Andegauenſis quartus Hieroſolymorum Rex, tegnandi initium facit anno 1131. tegnat autem annis vndecim, cui ſuccedit Balduinus filius.

Tertius Balduinus, quintus Hieroſolymotum Rex, tegni gubetnacula ſuſcipit anno 1142. glorioſè imperat ann. 15. ac regni fines amplificat. Quo auctore Templarij milites primò inſtituti ſunt. Morienti Balduino, Almeticus frater ſuccedit.

Almericus ſextus Hieroſolymotum Rex creatur anno 1157. regnat duobus annis ſupta viginti. Motitur anno 1179. cui ſuccedit Balduinus quartus, filius Balduini III. Balduinus quartus, ſeptimus Hieroſolymorum Rex cteatus eſt anno 1179. regnat annis quinque. Verùm, quia lepra infectus erat, caſtiſſimus vixit, ac ſine filiis mortuus eſt.

Huic tamen duæ ſotores fuetunt, Sybilla, & Iſabella. Iſabellam tradidit Hotfrido Gallico: Sybillam autem natu maiorem Guilielmo Longaſpatæ Marchioni Monſertatenſi, quæ ex ipſa genuit Balduinum quintum. Mortuo Guilielmo Longaſpata, Sybilla, ſecundas nuptias cōttahit cum Guidone Luſignano Principe.

Motitut Balduinus leptoſus, & Balduinum quintum ex ſotore Sybilla nepotem ex Guilielmo Longaſpata natu minimum, ad quem Regni ſumma ſpectabat, commendat Raymundo Principi Tripolitano. Raymundus igitut, tanquam Balduini quinti tutor, ipſius nomine Hieroſolymitani tegni habenas tenet anno 1184. At paulò poſt moritut Balduinus quintus: cuius morte, Hieroſolymitanum tegnum bæreditario iure ſpectabat ad Guidonem Luſignanum, qui ſecundas nuptias cum Sybilla conttaxerat.

Guido igitur regnum capit anno 1184. At Raymundus tutor, Balduini mortem celat, imò ipſum adhuc eſſe ſuperſtitem (vt regno potiatur) fingit, ac bellum contra Guidonem molitur. Videns autem, ad pellendum Regno Guidonem, ſibi vires non ſupereſſe, Saladinum Turcam Ægypti tegem in auxilium ſibi aſciſcit: præſtóque adeſt Saladinus, vitibus potens, atque anno 1187. Guidonem [a] tegno pellit: ipſúmque ad deditionem Hieroſolymitani regni compellit, iis pactis, & conditionibus, vt omnibus ex vrbe Hieroſolymitana egredi liceret, & omnia, quæ humeris poſſent aſpottare, ſecum ferrent. Egreditur igitut miſera Chriſtianorum caterua, Heraclium Pattiatcham, & Cletum, longo agmine, ſecuta cum lachtymis, ac lugubre ſpectaculum præbens: pats autem Antiocbiam: pats Tytum: pars Alexandriam petit: plurima pars inde in Siciliam traiecit.

a *Saladinus Guidonem è regno Hieroſolymitano pellit.*

Anno igitut 1187. amiſſa Hietuſalem, nunquam à Chriſtianis, licèt multa ſæpè molientibus, tecupetati potuit. Hæc igitur omnia, qua explicata ſunt ratione, accidiſſe teſtantur Guilielmus Tyrius *lib. 9. hiſtor.* Volaterr. *lib. 2. Geograph. cap. de Cæleſyria, & Palæſtina.* Euſebius *in Chronicis*, & alij.

In hac igitur commigratione, qua ſingulis, quantum hnmeris ſuſtinete poterat, licuit aſportare, ſacroſanctam quoque Sindonem [b] à pio Chriſtianotum agmine aſportatum eſſe, credere ſas eſt. Quomodo autem Camberiacum ea tranſpottata ſit, inueſtigare oportet.

b *Sindon in tranſmigratione tranſportatur.*

Sciendum igitut, quòd cùm anno 1178. Guido Luſignanus Hietoſolymitanis Sedibus pulſus eſſet, plurimos habuit ſuaſotes, hortatotéſque, vt bellum contra Saladinum Hietoſolymæ vrbis inuaſotem infettet. In primis verò Richatdum Regem Angliæ. At Guido, aut quòd patum ſibi viriū ad bellum Saladino potentiſſimo indicendum: aut etiam animi minus adeſſet, cum Richardo Angliæ Rege, qui Cyptum expugnatat, Regni titulum commutat. Itaque Richardus Hieroſolymorum Rex ſine regno vocatus, bellum Saladino indicit: ſed paulò poſt vincitut. Guido autem Cypri Rex appellatut: vterque autem

paulò

ANNO DOM 1532.

paulò poſt moritur, titulúſque Regni Hieroſolymitani ad Sibyllam denuò reuertitur, quæ tertias nuptias cum Henrico Campaniæ Comite contraxit, quo mortuo, quartas nuptias cum Americo, Guidonis Cypri Regis fratre contraxit: ſed paulò poſt, è vita decedens, Cypriis Regibus Hieroſolymitani quoque regni titulum reliquit. Deinde longa ſucceſſione ad Ioannem vltimum eius ſtirpis Regem res deuoluta eſt.

Fuit hic Ioannes Iani, qui alio nomine dictus eſt Iole, Regis filius, ſororémque habuit Annam, quæ anno Domini 1432. Ludouico Sabaudiæ Duci nupſit. Ipſe autem ex Palæologorum familia, vxore accepta Helena, Carolottam genuit vnicam, quæ nubens primò Ludouico Sabaudiæ Ducis filio: deinde Federico II. Imperarori, Hieroſolymitani [a] Regni titulum in ipſum tranſtulit. Qui deinde Neapolitano Regno potitus, Neapolitanis Regibus, hæreditario iure, Hieroſolymitanum titulum reliquit. Cùm autem anno 1450. à Soldano, Orientis res acerrimè perturbarentur, nihilque tutum, aut armorum præſidio munitum, Turcarum furori obſiſteret; Margarita, nobilitate, ac pietate inſignis fœmina, Annæ Duciſſæ cognata, in Gallias (quietis obtinendæ cauſa) contendens, Camberium primò ad ſalutandam Annam cognatam appulit: atque inter reliquas pretioſas ſupellectiles, maximè pretioſam Sindonem ſecum attulit: ne ſi eandem Hieroſolymis reliquiſſet, in impiorum poteſtatem deueniret.

a Neapolitani Reges Hieroſolymitanum titulum regium hæreditate acquirunt.

Hic autem Deus, per eiuſmodi ſacram Sindonem miracula [b] cœpit edere: nam cùm fures quidam, prædictæ Margaritæ multa ſurripuiſſent, inter quæ Sancta Sindon annumerabatur, & hanc inter ſemet partiri conarentur, capti manibus, & debilitati ſunt. Et cùm ex his vnus illam ablueret, quo candidior effecta, pluris veniret, & ſacroſanctam effigiem detergere niteretur; ipſa ſacro magis cruore perfuſa apparuit: nec vnquam colorem deperdidit: quando potius fur idem cœcus euaſit. Vnde furto detecto, & portentis per Sindonem editis, ab ipſiſmet furibus peruulgatis, magnam inter Allobroges ſui deuotionem, ac reuerentiam excitauit. Quare Anna Duciſſa à propinqua, Sindonem ſibi dono dari, enixè contendit: quæ licèt inuita, illam prorſus relinquere coacta fuit, nouo tunc edito miraculo: nam dum Camberiaco profectura foret, mulus clitellarius, qui Theſaurum adeò inſignem ferebat, illinc egredi nuſquam voluit.

b S. Sindon miracula facit.

Itaque Dei cognita voluntate, ſacra illic Sindonem [c] illis reliquit: quæ à Duciſſa, maxima cum deuotione recepta; in Sacello magnificentiſſimè extructo, dedicata fuit. Sic Paleottus Cardinalis ex Pingonio refert *in capit. 2. de ſacra Sindone.*

c Sindon Camberij relinquitur.

Aliud quoque [d] inſigne miraculum ibidem accidit, quando ſcilicet, Sacello combuſto, & argentea capſula, in qua adſeruabatur, incendio abſumpta, Sindon illæſa permanſit. De quo quidem miraculo ſic Pingonius in ſua Euangelica Sindone ſcribit.

d Aliud miraculum.

Sed dira bellorum præſagia, anno 1532. demonſtrata ſunt, cùm ſexto Nonas Decembris Barbaræ Virginis feſto die, nocte media vix illabente, illud Sacellum, in quo Sindon reponebatur, flammis incognitis exarſit. Accurrebant omnes: ſed omnium diligentiſſimus Philibertus Lambertus, Ducis à clauibus, & conſiliis, aſcito ſecum ferrario fabro, Gullelmo Puſſodo nomine, & Franciſcanis duobus, imperterrito [e] animo per medios ignes gradiuntur. Cancellos ignitos aræ maximæ affixos, ſeráſque effringunt: Sindonem, iam liquefacta capſa argentea extrahunt, & integram, cedente circum flamma, reportant. Effuſis ignibus graſſabatur incendium, abſumebantur marmora, & columnæ, ſed potentiore piorum hominum fide, viq; numinis, ſuperata eſt ignis natura. Fugiebant flammæ, & qui putabantur arſuri, velut frigido rore perfundebantur, ſeq; ipſos ſunt admirati, velut illis quondam Hebræis pueris contigiſſe credimus. Iſtud equidem palàm omnes vidimus (tunc enim aderam) & obſtupuimus. Nec multò poſt, *Sindon repræſentata eſt integerrima, præterquàm (extra tamen Iconis partem) in complicatu, exigua quædam combuſtionis notæ, veluti perpetui miraculi teſtes remanſerunt.* Sic ille.

e Fides viua facit, vt d. Franciſcani fratres p medios ignes illæſi incedant.

Sed quia tale incendium ex hæreticorum induſtria accidiſſe probabiliter ſatis ſuſpicatum eſt; vt tutiori loco tam inſignis reliquia ſeruaretur, è Cambe-

ANNO DOM.

a S. Sindon Camberiaco Auguſtam Taurinorum transfertur.
b Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux laudatus.

riaco [a] ad Auguſtam Taurinorum vrbem tranſlata eſt: vbi nunc aſſeruatur magna ſanè cum deuotione, ac pietate, necnon ſplendore: qualem Sereniſſimum Allobrogum Ducem Carolum Emanuelem [b] (qui hodie fœlix viuit, & regnat, & qui velut alter Iudas Machabæus contra hæreticos glorioſè decertat) cùm primis decet.

Hoc anno indicta ſunt à Cæſare alia comitia Spirenſia, vt de concordia Reli- 1532.
gionis pariter ageretur. Eò inuitarus Saxonus, & præter ſaluum conductum ſuorum Concionarorum, præſertim Lutheri indemnitatem in comitiis docendo, & prædicando, poſtulauit ſibi, ſuiſque in comitiis, necnon ciborum delectum, aut aliquod huiuſmodi debere præſcribi. Quæ omnia meritò illis denegata fuerant. Interim dum Spiræ comitia celebrarentur, Suinfurti Proteſtantes Principes conuentum habuere, in quo cùm priùs de Religionis concordia, mox de expeditione bellica contra Turcas tractatum eſſet, re infecta diſceſſerunt, illis donec celebraretur Concilium [c] à Cæſare conſcientiæ libertate permiſſa. Coactus fuit piiſſimus Princeps ob calamitates belli Turcici toti Europę imminentes diſſimulare, multa non facturus ſi talibus anguſtiis preſſus non fuiſſet. Sciebat enim Catholicus Princeps talem licentiam non eſſe permittendam.

c Interim, à Cæſare permittitur, & quare.

Hoc modo, vt in ſimili ad Conſtantium dixit Hilar. Quæſtiones poſcunt, iudiciorum ſubſellia deſiderant, auctoritatem Regiam implorant, libertatémque Fidei extorquentes à Pientiſſimo Principe Germaniam captinarunt, nihil aliud intendentes, vt etiam de Arianis dixit Hilar. contra Conſtantium, quàm vt terrarum Orbem, pro quo Chriſtus paſſus eſt, diabolo condonarent.

d Clericorum S. Pauli Decollati regularium approbatio.

Hoc anno Clemens Papa approbat Congregationem [d] Clericorum Regula- 1533.
rium S. Pauli Decollati, in communi viuentium, triáque vota ſubſtantialia emittentium. Conſtir. *Vota.*

Eodem anno Fœdus Smalcaldicum ſancitum eſt inter Proteſtantes Principes, quid reſpondendum Legato Pontificis, qui de habenda Synodo Tridentina aduenerat. & conſultatione præmiſſa, ſic illorum nomine in ſcriptis die vltima Iulij reſponſum eſt. Vt Concilium [e] intra Germaniam, vbi orta erant diſſidia celebraretur. Vt liberum eſſet, & neminem ad obediendum ſibi obligaret. Nullum ſe decreuiſſe Concilium admittere, in quo Leges Pontificiæ, & Scholarum opiniones allegarentur (ſic enim Sacroſancta decreta, & communem ſenſum Eccleſiæ irrident) & Pontifex ipſe Iudicis partes ſuſtineret. Apertè per hoc declarantes nullum Iudicem recepturos, niſi ſolam ſacram Scripturam, vt hac via nunquam diſſidia componi poſſent, relicta vnicuique libertate Scripturarum pro ſuo libito interpretandi.

e Proteſtantes Concilium expetunt, ſed iniquis conditionibus.

Verè pepegerunt fœdus cũ morte, & pactũ cũ Inferno. Siquidem vt perbellè S. Hilarius contra Conſtantium, vbi impietatis occaſio patet, nouitas admittitur: vbi autem Religionis maxima, & ſola cautela eſt (per Conciliorum celebrationem) excluditur per iniquas, videlicet, conditiones ad ſolam Scripturam prouocando, vt dicebat Tertullianus, vt hac via firmos fatigent, infirmos capiant, medios cum ſcrupulo dimittant. Lege illum in libro de præſcript.

f Clemens moritur.

Hoc anno obiit Pontifex [f] Romæ die 25. Sept. & ſepultus fuit in Baſilica S.Pe- 1534.
tri, & inde ad Eccleſiam S. Mariæ ſuper Mineruam tranſlatus.

g Paulus Farneſius eligitur.

PAVLVS III. [g] Romanus, Alexander antea dictus, Petri Aloyſij de Farneſiis filius, S.R.E. Card. Epiſcopus Hoſtienſ. & Veliternus, die 12. Octob. in Clementis demortui locum ſubſtituitur. In ſuo Pontificatu multa ſtatuit.

h Hæretici diuerſarũ ſectarum fruſtra vnionem procurant.

Eodem anno Conſtantiæ à Bucero coacta eſt Pſeudoſynodus, ne de concordia [h] in materia Eucharistiæ inter Zuinglianos, & Lutheranos ageretur. Eò aduocati ſunt Tigurini Paſtores, ſed illi non venerunt. Ibi ſcripto declararunt, quomodo Zuingliana ſententia cum Lutherana concordare poſſet, quod ſcriptum à Baſileenſibus, Schaffuſianis, Sangallenſibus, & quibuſdam Sueuicis miniſtris approbatum eſt. Sed à Bernenſibus in multis reprehenſum eſt.

Demùm vnaquaque harum partium ſuam ſententiam pertinaciter defendente, Bucerianæ præſtigiæ non ſunt receptæ.

i Henricus Angliæ Rex à Papa excommunicatur & Regno priuatur.

Hoc anno Henricus [i] Angliæ Rex, qui tempore Pontificatus fœlicis recorda- 1535.
tionis Leonis Papæ X. diuerſorum hæreticorum errores ſæpè ab Apoſtolica Sede

& factis

ANNO DOM. 1535.

& ſacris Conciliis præteritis tempotibus damnatos,& nouiſſimè per hæc tempora pet perditionis alumnũm Martinum Lutherum ſuſcitatos, & innonatos, zelo Catholicæ fidei, & etga dictam Sedem deuotionis feruore inductus, non minus doctè,quàm piè per quendam librum [a] pet eum deſuper compoſirum, & eidem Leoni Papæ,vt eum examinaret,& apptobaret,oblatum confutaſſet, ob qnod ab eodem Leone Pontifice, vltta dicti libri cum magna ipſius Henrici Regis laude, & commendatione apptobationem, titulum *Defenſoris Fides* reportauerit,à recta fide,& Apoſtolico tramite deuians,data Conſtit.quæ incipit:*Eius qui.* excommunicatur,& Regno priuatur.

a *Henricus anten lib contra Martinum Luth rum compoſuerat: ex q titulum Defenſoris f reportauit.*

Cauſæ [b] autem damnationis fuerunt.Ptimò, [c] quia à recta fide,& Apoſtolico tramire deuiauit. Secundò, [d] quia propriæ ſalutis, famæ, & honoris immemor, D. Catharina ſua legitima vxote, & cum qua publicè in facie Eccleſiæ matrimonium contraxerat, & per plures annos continuauerat, ac ex qua dicto conſtante matrimonio prolem pluries ſuſceperat,nulla legitima ſubſiſtente cauſa, & contra Eccleſiæ prohibitionem dimiſſa,cum quadam Anna Bolena muliere Anglica,dicta Catharina adhuc viuente, de facto matrimonium contraxerat. Tertiò, [e] quia ad deteriota proſiliens, quaſdam leges, ſeu generales conſtitutiones edete non etubuit,pet quas ſubdiros ſuos ad quoſdam hæteticos,& ſchiſmaricos articulos tenendos, inter quos & hoc erat, quòd Romanus Pontifex Caput Eccleſiæ,& Chriſti Vicarius non erat, & quòd ipſe in Anglica Eccleſia ſupremum caput exiſtebat,ſub grauibus etiam mortis pœnis cogebar. Quartò, [f] quia quàm plures Prælatos,etiam Epiſcopos,aliáſque perſonas Eccleſiaſticas,etiam Regulares,necnon ſæculares ſibi vt hæretico, & ſchiſmatico adhærere, ac articulos prædictos ſanctotum Patrum decretis,& ſacrorum Conciliorum ſtatutis, imò etiam ipſi Euangelicæ vetitati contrarios, & tanquam tales aliàs damnatos approbare, & ſequi nolentes, & iorrepidè recuſantes capi, & carceribus mancipari iuſſerit. Quintò [g] quia Ioannem tit. S. Vitalis presbyterum Cardinalem Roffenſem,cum dictis hæreſibus,& erroribus cõſentire nollet,horrenda immanitate,& deteſtanda ſæuitia, publicè miſerabili ſupplicio ttadi, & decollari mandauerat. Sextò, [h] quia D. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi oſſa,quæ in dicto Regno Angliæ potiſſimum ob innumera ab omnipotenti Deo illic perpetrara miracula, ſumma cum veneratione in arca aurea in Eccleſia maiori Ciuitatis Cantuar. ſeruabantur,poſtquam ipſum D. Thomam,ad maiorem religionis contemprum,in iudicium vocari, & taoquam conrumacem damnari; ac proditorem declarari fecerar, exhumari, & comburi, ac cinerem in ventum ſpargi iuſſit,omnem planè cunctarum gentium crudelitarem ſuperans, cùm ne in bello quidem hoſtes victores ſæuire in mortuorum cadauera ſoliti ſint. Præterea, omnia ex diuerſorum Regum, etiam Anglorum, & aliorum Principum liberalitare donaria, ipſi arcæ appenſa,quæ multa, & maximi pretij erant,ſibi vſurpauit. Septimò quia Monaſterium Diuo illi Auguſtino,à quo Chriſtianam fidem Angli acceperũt,in Cantuarienſi ciuitare dicatum, omnibus theſauris, qui etiam multi, & magni erant, ſpoliauit, & ſicut ſe in belluam tranſmutauit, ita etiam bellias, quaſi ſocias ſuas honorare voluit, feras videlicet in dicto Monaſterio, expulſis Monachis, intromittendo, genus quidem ſceleris, non modò Chriſti fidelibus, ſed etiam Turcis inaudirum,& abominandum. Hæc,& alia multa Henricus perpettauit, propter quæ excommunicationis, & damnationis, Regníque priuationis pœna metitò damnatus eſt. Qui tandem morti proximus,cùm à quodam ſuo amico,& pernecesſario perſuaderetur,vt in ſe reuerſus, à Deo veniam petetet, Eccleſiæque ſanctæ Romanæ reconciliaretur;hoc ſolùm reſpondit notatu dignum;*Amice,* [i] *perdidimus omnia.* Sicque impœnitens, & hæreſiarcha mortuus eſt.

b *Cauſæ dãnat ionis p res.*

c *Primò, quia à fide n uiauit.*

d *Secundò, qui n Cath rinam legitimam vx repudiauit,& ipſa viu te altam duxit.*

e *Tertiò, quia leges co tra Eccleſiaſticam utili ritatem, & libertat dedit.*

f *Quartò, quia plu Prælatos, regulares, Eccleſiaſticos alios adhærere nolentes,car ribus, & morti tradid*

g *Quintò,quia Card. R fenſem propter præ at. cauſam vita priuauit.*

h *Sextò, quia contra Thomam Cantuar. Arc epiſcopum inauditu p petrauit.*

i *Verba,quæ morti p ximus Henricus, de ſalute deſperans,dixit.*

Huius autem tam magni Regis miſeraudum caſum, quis non miretur? Verùm vt de totius Regni Anglicani fidei mutatione pluribus temporibus facta, pleniot cognitio habeatur; ſciendum, quòd Gildas ille,cognomento *Sapiens,* de excidio Britanniæ(quem Polydorus Virgilius, Beda,& alij ſequuntur)Britanniam iam inde ab initio orti [k] Euangelij, Chriſtianam recepiſſe Religionem teſtatur. quam rem Polydorus *lib. 2. hiſtor. Anglic.* ſic accidiſſe deſcribit: *Cùm* [l] *Ioſeph ille, qui teſte Matthæo Euangeliſta, ab Arimathia ciuitate oriundus, Chriſti corpus ſepelinerat,*

k *Fides Catholica cæ in Anglia ab ortu E gely.*

l *Baron. an. 35. num 5. manuſcr. hiſt. Angl. q in Vatic. habetur 4. ab initio.*

ANNO DOM. 1535.

ſiue caſu, ſiue conſilio, ita volente Deo, cum non paruo comitatu in Britaniam venit; vbi tam ipſe, quàm eius ſocij, cùm de Euangelio prædicarent, atque dogma Chriſti ſedulò docerent, multi per hac ad veram pietatem traducti, ſalutiferáque fruge baptizati ſunt.

a Baron. anno Chr. 183. ex lib. de Rom. Pont. Martyrolog. & alijs.
b Nulla eſt tempore Eleutherij Papa.

Eandem poſtea Inſulam confirmauit [a], vel iterum prius ad fidem reduxit Eleutherius [b] Pontifex Romanus à Petro XII. teſte Beda *lib. 1. cap. 4. Miſit ad eum Lucius Britannorum Rex epiſtolam: obſecrans vt per eius mandatum Chriſtianus efficeretur, & mox piæ poſtulationis conſequutus eſt effectum: ſuſceptámque fidem vſque in tempora Diocletiani Principis inuiolatam, integrámque ſeruauit. Nam deinde* (teſte Gilda, & ex eo Polydorus vt ſupra.) *ob immanitatem perſecutionis, religio ita refrixerat, vt ſit penè extincta.*

c Gregorij tempore iterù reſtituta.

Tandem verò (diuina afflante gratia, anno Chriſti Domini 590. Mauritij Imp. anno II. Gregorius Papa [c] primus, miſſis in Britaniam Auguſtino, & Mellito, Rege Cantij Ethelberto eorum prædicatione conuerſo, & ſalutari baptiſmatis fonte abluto, eandem idolis ſeruientem Inſulam reſtituit Chriſto. Cuius vltimæ à Romana Sede prouenientis conuerſionis cauſam, modum, ordinem, & progreſſum fuſius proſequuntur ipſemet Gregorius *lib. 5. epiſt.* 10. 58. *&* 59. *& lib. 7. epiſt.* 112. *Indict.* 2. Beda *ſupra cap.* 23. Ioan. Diacon. *in vita Gregor. lib.* 2. *cap.* 34. Baron. *anno Chriſti* 596. *num.* 9. 10. 11. 12. 13. *&* 14 & alij: quamuis nonnulla ſit in annis computandis diſcordia.

d Vſq; ad Henrici VIII. tempora durauit.
e Ex Leon. X. Conſtit. 45.

A prædicto verò tempore, vſque ad annum Domini 1534. & 25. ferè annum Henrici Regis, eius nominis VIII. per annos circiter mille, prout ex Anglorum liquet annalibus, non alia viguit apud illos religio, præter illam, quam in hodiernum vſque diem communiter vocant *Antiquam: Catholicam*, inquam, *Romanam.* Adde, quòd & ipſemet Henricus VIII. in hoc [d] vſque tempus aduerſus Lutherum, tunc in Petri Sedem debacchantem compoſuerit librum, quem Leoni X [e]. Chriſti tunc in terris Vicario examinandum, & auctoritate Apoſtolica approbandum miſit. Vbi dum ſeptem aſſerit Sacramenta, *art.* 2. ſic Romanæ Sedis propugnare conatur auctoritatem: *Negare Lutherus non poteſt*, inquit, *quin omnis Eccleſia fidelium ſacroſanctam Sedem Romanam velut matrem, Primatémque recognoſcat, ac veneretur, quacunque ſaltem neque locorum diſtantia, neque periculis interiacentibus prohibetur acceſſu: quamquam ſi vera dicant, qui ex India quoque veniunt huc, Indi etiam ipſi, tot terrarum, tot marium, tot ſolitudinum plagis disiuncti, Romano tamen Pontifici ſe ſubmittunt. Ergo ſi tantam, ac tam latè fuſam poteſtatem, neque Dei iuſſu Pontifex, neque hominum voluntate conſequutus eſt, ſed ſua ſibi vi vindicauit; dicat, velim, Lutherus, quando in tantæ ditionis erupit poſſeſſionem: non poteſt obſcurum eſſe initium tam immenſæ potentiæ, præſertim, ſi intra hominum memoriam nata ſit.*

f Surius in hiſt. noſtri temporis.
g Cochlæus in hiſt. Lutheri. Mauritius Caneus in hiſt. de martyrio Carthuſianor.

Hæc ſcripſit Rex ille quo tempore fuit [f] Romanæ Eccleſiæ addictiſſimus Poſtea verò, nimio Annæ Bolenæ flagrans amore [g], à Sede Apoſtolica facultate, quam ſæpius petierat, non obtenta, & legitima ſua vxore Catherina Catholicorum Hiſpaniæ Regum filia repudiata, prædictam Annam, omni reclamante iure duxit vxorem. Quod, vt impuniùs (vt ſibi videbatur) faceret, ſe ipſum Eccleſiæ Anglicanæ Caput conſtituens, & ab omnibus haberi, dicique decernens, vero Chriſti in terris Vicario denegauit auctoritatem. Hæc baſis, hoc fundamentum, & origo noui nati in Anglia Euangelij. Neque ipſi diffitentur, aut erubeſcunt Proteſtantes, vt vulgarum eſt in illius temporis hiſtoriis.

h Henrici VIII. lapſus.

i Sub Edouardo Zuingliana ſecta introducitur.

Poſt eiuſmodi verò, illius Eccleſiæ caput ex turpiſſimis [h] principiis obortum, anno Domini 1546. aliud non minus firmum, regimini Eccleſiaſtico aptum (puer nempe nouem annorum Edouardus VI.) vtrumque moderaturum corpus, ſpirituale, & temporale, ipſe, licèt alterius indigens regimine, ſucceſſit. Quem etſi Pater in fide Catholica (vno dempto Primatus Eccleſiæ titulo) educari iuſſerat: hoc tamen ſpreto Henrici Regis mandato, Zuinglianam [i] Henrico omnium maximè exoſam amplexatus eſt ſectam, Pontificiámque exercuit auctoritatem, eo quòd (vt in illius reſcripto quodam legitur,) *Omnis iuris dicendi auctoritas, atque etiam iuriſdictio omnimoda, tam illa, quæ Eccleſiaſtica dicitur, quàm ſæcularis, à Regia poteſtate, velut à ſupremo capite emanat.* Cùm plurimæ igitur innouationes per totum ferè ſeptennium fierent, Regius tandem iuuenis

prid.

Digitized by Google

Anno Dom. 1535.

prid. Non. Iulij, ætatis ſuæ anno 16. regni verò 7. è viuis exceſſit; eóque extincto, & ipſa itidem Zuingliana ſecta in Anglia penè extincta eſt.

Sequutum eſt etenim fœliciſſimum illud Regnum[a] Mariæ lectiſſimæ, pariter, ac religioſiſſimæ in omnibus fœminæ, quæ poſt obtentam cœleſti auxilio inexpectatam ab inimicis victoriam, ſua ſola pietate, & religione mota, Primatus titulum à patre, & fratre vſurpatum reſpuit, & è ſtylo regio deleuit, priſtinámq; quã ſemper profeſſa fuerat, Catholicã religionem, diuina mirificè cooperante potentia, Pontificis interpoſita auctoritate, per omne ſuum Regnum reſtituit. Sed ob patris, vel ſubditorum peccata, hoc tanto Romanæ fidei publicæ profeſſionis bono, præclariſſimæ Reginæ morte poſt quinquennium, & quatuor menſes priuata eſt Anglia.

a Sub Maria fides reſtituitur.

Mariæ in Regno ſucceſſit Elizabeth tertia Henrici ſoboles, non verò in pietate ac religione. Nam pro Catholica Caluinianæ[b] ſectæ formam ſtatim in Regnum introduxit. Et quamuis in primo Parlamento non fore Caput Eccleſiæ appellandam viſum fuerit, quia Caluino nomen illud in Patre diſplicuerat; nihilominus ſupremæ gubernatricis Anglicanæ Eccleſiæ (quod in idem recidit) ſibi nomen aſſumpſit, ſubditóſque ad illud ſolemni iuramento confirmandum compulit; multíſque legibus in variis Comitiis editis, omnimodam in ſpiritualibus poteſtatem Regio ſceptro annexam eſſe voluit, ac declarauit. Et in hoc ſtatu, ac profeſſione religionis, quamdiu Elizabetha vixit, Anglia perſeuerauit.

b Elizabetha Caluinianam ſectam in regnũ inuexit.

Illa verò demortua, sereniſſimus Iacobus[c] Reginæ Scotiæ Mariæ filius & in Regno hæres, ſceptrum etiam Anglicani Regni conſequutus eſt: neque hoc ſuo iure contentus, ſimul cum illo Primatum cum ſuprema ſpirituali poteſtate in vniuerſam Britanniam vſurpauit: ſectam autem vel Caluinianam, vel parùm ab ea diuerſam profitetur, & à ſuis ſubditis totis conatibus recipi, & obſeruari ſtudet. Vtinam Deus veræ, & Catholicæ fidei lumen in cor eius infundat.

c Status Angliæ ſub Iacobo Rege, qui hodie viuit.

Eodẽ anno eierata Catholica Religione ab Henrico VIII. Anglorum Rege, ad Proteſtãtes Legati mittuntur, ſibi deuinctiſſimos eſſe Rex ſignificat; quod Chriſti doctrinam promouerint, vt & ipſe viciſſim faciebat, ob cuius promotionẽ gloriabatur. Sedis Apoſtolicæ Præſulem è ſuo regno expuliſſe, eiſdémque ſe, ſuáque offerens pro propagatione ſectæ, &c. Cui Proteſtantes gratias agentes, ſe, ſuáque ſimiliter obtulerunt: & octauo Cal. Maij Francfordiæ indicunt conuentum. Ibi Legati in Angliam[d] mittendi decernuntur, & nomine quidem municipij deſignatus eſt Iacobus Sturmius, cui tres Theologaſtri conſignati ſunt Philippus Melancthon, Martinus Bucerus, & Georgius Draco.

d Henricus Angliæ Rex ad Proteſtantes Legationem mittit.

e Legati in Angliam mittendi decernuntur.

Eodem anno Synodus eſt congregata à Zuinglianis in Ciuitate Tigurina: Ibi decretũ eſt, vt aduerſus Lutherũ Apologia ſcriberetur, quod ſcripſiſſet Oecolãpadium à Diabolo præfocatum expiraſſe. Interim Lutherus Argentinenſibus Miniſtris ſcribens, pacem cum Zuuinglianiſmo[f] ſimulat ſignificans eis ſe non eſſe alieno animo à concordia cum Zuuinglianis ineunda, hortans, vt Synodum indicant, in qua de illa tractetur.

f Lutherus pacem cum Zuuinglianis ſimulat.

Mira malitia ipſorum, quòd in tantis diſsidiis, dum agitur de ſæpe Eccleſia ſcindenda, imò & ipſo Chriſto Domino condemnando, ſicut Herodes, & Pilatus amici fiant.

Anno eodem Arouiæ conuenerunt quinque Miniſtri Zuuingliani pro concordia[g] cum Luthero ſtabilienda. Sed nihil concluſum eſt; vnde & ſuis interdictum eſt, ne Iſenacum adirent, vbi ſynodus Lutherana celebranda erat, quæ poſtea Vuitembergæ celebrata eſt.

g Zuingliani cum Luthero fruſtra concordiã tentant.

Sed non mirum, quod non ſit ſtabilita concordia. Cùm enim ex Irenæo lib. 1. cap. 18. diſcrepent ad inuicem & doctrina, & traditione, & qui recentiores eorum agnoſcuntur, affectant per ſingulos dies noui aliquid adinuenire, & fructificare, quod nuſquam quiſq; excogitauit.

Hoc anno celebratur CONCILIVM[h] COLONIENSE, pro reformatione morum, & cæremoniarum Eccleſiæ.

h Conc. Colonienſe.

Eodem anno Lutherani WITTEMBERGÆ[i] congregati ſunt pro Conciliabulo celebrando ad numerum 300. Paſtorum.

i Conciliab. Vuittembergæ.

Eodem anno Vuitembergæ conuenerunt Lutherici, & Zvingliani concionatores Luthero præſente, vt de concordia Auguſtanæ confeſſionis cum

a Lutherani cum Zuuinglianis concordiam fingunt.

Zuuinglianorum [a] doctrina tractaretur. Sed cùm nihil concludi poſſet, ne ludibrio Catholicis eſſent, finxerunt inter eos initam eſſe concordiam, & ſolummodò in verbis eſſe diſcordiam, nec referre ſi quis has vel illas partes ſequeretur. Sub eo temporis articulo Zuuinglianis reclamantibus, Bucerus ad caſtra Lutheri ſe contulit.

b Ieſuitarum Religio incipit.

Hoc anno initium habuit Religio [b] Ieſuitarum à B. Ignatio Loyola Hiſpano. 1537.

c Proteſtantes à Paulo III. ad Conc. Trident. citati, venire renuunt.

Hoc anno altera SYNODVS SMALCALDIÆ à Proteſtantibus indicta eſt, in qua adfuerunt Lutherus, Melancthon, Bucerus, Oſiander fingentes ſe ad Concilium à Paulo III. promulgatum velle accedere, vt hac acceſſione Zuuinglianis eſſent terrori. Sed hæc deliberatio poſtea refriguit. Et reuera quàm affecti eſſent, vt ad Concilium accederent, quòd eam anxiè viſi ſunt poſtulare, illud demonſtrat, nam cùm citati eſſent ab eodem Paulo III. [c] Proteſtantes, vt ad Concilium generale accederent, nedum in eodem conuentu Smalcaldico excuſationem, Latina, & Germanica lingua deſcriptam, cur ad Concilium nollent venire, ediderunt, ſed etiam ſe velle ſentire iuxta capita Confeſſionis Auguſtanæ profeſſi ſunt. Multa etiam ibidem de Cœna, & Eccleſiaſticis ritibus tractata ſunt, quæ in multis tamen diſſentire à Confeſſione Auguſtana, & Apologia monſtrauit Cochlæus. Princeps interim hos ritus, & formas cultus præſcriptas ſeruandas ſubditis mandat, & præſertim miniſtris, vt Auguſtanam, & Philippi Apologiam ſectarentur. Sed parere detrectant, & Lutherus de poteſtate ſæculari librum edidit contra Principes, qui de fidei rebus, & Religione componendis ſe immiſcent.

Quamuis autem Concilia neceſſaria non ſint, vbi aliquid definitum eſt decretis Apoſtolicæ Sedis, vt clarè habetur ex epiſtola Flauiani ad S. Leonem, inter opera Leonis ante epiſtolam 9. quæ incipit, Pietate, &c. Nihilominus, vt habetur ex epiſtola quinta Simplicij ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Non aliàs, inquit, Synodus indicta eſt, niſi cùm in prauis ſenſibus, nouum, aut in aſſertione dogmatum emerſit ambiguum, vt in commune tractantibus, ſiq; eſſet obſcuritas ſacerdotalis deliberationis illuminaret auctoritas, & ſuauius dogmata recipiuntur ab aduerſariis, quæ multorum conſilio prius diſcuſſa ſunt. Nihilominus ſemper iſti lucifugæ in theatrum Orbis venire recuſarunt, ne à lumine arguerentur, & ſuis cœtibus contenti latibulis diuerticula quærentes, ſuas inconſtantes confeſſiones cudentes, & recudentes.

d Zuuinglianorum inter ſe ipſoſmet diſcordia.

Anno eodem, vltima die Maij Bernenſis alia Synodus habita eſt, ad dirimendam diſcordiam Zuuinglianorum [d] adinuicem, aliter namq; Laſcus, aliter Weſtphalus, aliter Oecolampadius verba Cœnæ interpretabantur, ſed ſic immiſſus eſt in illos ſpiritus vertiginis, vt ne dum verbis, ſed & ſcripto inuicem ſe damnarent, atque proſcinderent, ſic magis accenſis animis aucta eſt diſcordia, quàm quòd Synodo, vel colloquio ſopiri potuerit.

Sic confuſi ſunt operarij turris Babelis, vt non audiret vnuſquiſq; vocem proximi ſui, ex Geneſ. c. 11.

e Anabaptiſtæ diabolica commenta ſtatuunt.

Anno ſimiliter 1537. Nileſpurgi Oppido Morauiæ ab Anabaptiſtis [e] Synodus celebratur: Ibi hæc diabolica commenta decreta ſunt: Chriſtum Dominum non eſſe verum Deum, ſed Prophetam tantùm. Euangelium ſolùm domi priuatè legendum. Nullum debere eſſe Magiſtratum. Omnia communia habenda. Baptiſmum ſolùm adultis dandum, puerulos baptizatos rebaptizandos. Diem iudicij poſt biennium futurum. Sanctos inuocandos non eſſe.

f Hæretici Cæſaris iugum excutiunt.

Anno ſimiliter 1537. Alter Conuentus Smalcaldicus celebratur, præſentibus ſupradictis Pſeudohierarchis, qui conuenerunt in ſuperiori Smalcaldica Synodo. Loco componendorum diſſidiorum Religionis, quæ nunquam Cadmæi iſti Fratres concordare potuerunt, ad arma conclamatum eſt, & vt ima ſummis miſcuerunt in Eccleſiaſtica Hierarchia, ſic terrenum quoque principatum turbantes, Cæſaris iugum [f] excuſſerunt, curantes etiam, ne in impios gladius amplius euaginaretur.

g Lutheranorũ, & Zuuinglianorum cõcordia fruſtra tentatur.

Anno 1538. menſe Aprili celebrata eſt ipſorum Synodus Tiguri. Adfuerunt Patres hæreſum Bucerus, Capito, & Zuuinglius, diſputatum eſt ibi triduo de reſponſo ad Lutherũ [g] dando pro ineunda concordia. Sed dum Bucerus ſuo arbi- 1538.

tratu

ANNO DOM.

tratu reſponſionem fingere cupiebat, non permiſerunt Tigurini. Tandem eamdem ſententiam protulit verbis perplexis, qua nec Zuuinglianus, nec Lutheranus deprehenſus eſt, vt odium Zuuinglianorum effugeret, & Luthero gratificaretur; ſed vt vir duabus ſellis inſidens, Bucerus exufflatur remanente iurgio inter Zuuinglianos, & Lutheranos.

Anno eodem Legati Principum fœderis Smalcaldici 27. Iulij Iſenacum venerunt, & in Cæſarem, Cæſareámque Cameram conſpirant, eiuſdem decreta contemnendo: liberè pronunciantes potius Turcicam[a] captiuitatem pati velle, Chriſtianámque Religionem extingui, quàm vel vnum iota de Lutheri doctrina immutari.

a Impia Lutheranorum determinatio.

1539. Hoc anno ſummus Pontifex approbat Confraternitatem [b] ſub inuocatione corporis Chriſti, pro decentiori eius veneratione cum multis indulgentiis. Conſt. *Dominus noſter.*

b Corporis Chriſti ſanctiſſimi confraternitas inſtituitur.

Hoc anno Francfordiæ Synodus Proteſtantium habita eſt. Delecti vtrinque, qui de rebus controuerſis colloquerentur. Multum diſputatum eſt; & quamuis confuſi Proteſtantes abſcederent, falsò contra Catholicos Pæana canebãt, quòd ſi Catholici iterum redarguere volebant, illicò minis, & Smalcaldico fœdere territabant. Scribitur Elector [c] Saxoniæ dixiſſe in hac Synodo, ſe Ferdinandum Proregem Romanorum non agnoſcere, malléque de D. Pauli Epiſtolis, quàm de Confeſſionis Auguſtanæ veritate dubitare.

c Saxoniæ Elector impiè de D. Pauli epiſtolis loquitur.

Anno eodem, Arnſtadij Collecti Proteſtantes, inter ſe communicatis conſiliis de fœdere confirmando, de bonis Eccleſiaſticis expilandis, etiam tractarunt de legatione ad Cæſarem; & Reges Angliæ, & Franciæ mittenda. Verum cùm alij Proteſtantes abeſſent ad Kal. Martias aliam Smalcaldicam Synodum indicunt.

Eodem anno habitum eſt Parlamentum Anglicanum ab Henrico VIII. indictum, & celebratum vocatis omnibus Principibus, & Ordinibus, & Epiſcopis ad Lutheranam [d] doctrinam compeſcendam, ingens enim diſſenſio in ſuo Regnõ orta erat propter Lutheranos in Angliam, in dies aduentantes. Decretum eſt ibi Chriſti corpus, & ſanguinem in Euchariſtia contineri, & peracta conſecratione, ſubſtantiam panis, & vini non amplius manere. Vtriuſque ſpeciei ſumptionem laicis non eſſe de neceſſitate ſalutis. Sacerdotes coniugium ſuſcipere non poſſe. Miſſam retinendam. Confeſſionem Sacramentalem ſatis eſſe vtilem, & neceſſariam. Et contrarium prædicantes igni tradendos eſſe ſancitum eſt.

d In Anglia Conuentus contra Lutheri doctrinã

Sed hoc non illis ſatis eſt ad ſalutem, niſi S. Petri Principatum agnoſcant; præclarè namque Arnobius in Pſalm. 132. Qui à B. Petro, aut ab Apoſtolis, vel à poſteris eorum benedictionem non accepit, & ſic plebeculas docuit, quas decepit, quia benedictionem vſurpauit, maledictionem incurrit, per quam priuſquàm euellatur, id eſt, priuſquàm moriatur, areſcet.

Hoc anno Cal. Martij, altera Synodus Smalcaldica celebrata eſt, præſentibus Melancthone, Bucero, & aliis. Ibi ſtatutum eſt de retinenda Auguſtana [e] Confeſſione, & eius Apologia. Vt Henrici VIII. à quo reiecti erant, decretis omnino cõtrairẽt. Addiderunt cauſas matrimoniales ad laicos, & per profanas Conſtitutiones Epiſcoporũ eas ad ſua tribunalia aduocatas. Ibidémque decretũ eſt, vt Melãcthon, & alij ad Regem mitterentur pro ineunda cum illo Religionis concordia.

e Confeſſio Auguſtana retinenda decernitur.

1540. Hoc anno Paulus III. approbat Religionem [f] Ieſuitarum, Conſt. *Regimini.* Hoc inſtitutum latius explicatum approbauit Iul. III. Conſt. *Expoſcit.* Ac reiectis quibuſdam oppoſitionibus, approbauit poſt Concil. Trid. Gregor. XIII. Conſt. *Aſcendẽte.* Nouiſque impugnationibus repulſatis, itidem approbauit Gregor. XIV. Conſt. *Eccleſiæ.*

f Ieſuitarum religio approbatur.

Anno eodem Hagaonæ à Ferdinando Cæſaris nomine (cùm Spiræ peſtis graſſaretur) comitia habita ſunt, vbi amicè, & beneuolè de componendis diſcordiis Religionis tractatum eſt, & Vvormatia delecta, vbi inter ſelectos vtriuſque partis viros colloquium haberetur, quod & tunc inter Melancthonem, & Eckium cœptum eſt: nec tamen Vvormatia vidit exitum diſſidij, Ratiſbonam enim cum comitiis translatum eſt. Interim nec ori, & linguæ pepercerunt Proteſtantes: in Cæſarem, [g] & Pontificem maledicentiæ fræna laxarunt: & quamuis inter ſe conciliationes ſimularent, ſimultates tamen extinguere non potuerunt.

g Proteſtantes in Cæſarẽ & Pontificem maledicentiæ fræna laxant.

Anno

ANNO DOM.

a Catholicorum, & Proteſtantium cõcordia fruſtra tentatur.

Anno 1541. menſe Aptili in comitiis Ratisbonenſibus colloquium conſtitutum eſt inrer Catholicos,[a] & Proteſtantes: videlicet, inter Pflugium, Eckium, & Gropperum Catholicos, & Melanchthonem, Bucerum, & Piſtorium hæreticos. 1541.
Propoſitus eſt liber Cæſari primò oblatus, vt viciſſim, quæ placetent, probatent, quæ diſplicerent, improbarent. Poſt menſem multis articulis conciliatis, multis verò caſtigatis, Cæſari libellus exhibitus eſt. Cæſar Contareno Cardinali Legato tradidit, & totius Imperij proceribus, vt vnuſquiſq; ſuũ referret votũ; ſed nec Catholicis, nec hæreticis libet ptobatus eſt. Proteſtantes interim intricatas articulorum interptetationes ediderunt; quos cùm Ptincipes, & ordines Proteſtantium cum libro recipere nollent; ſed in Confeſſione Auguſtana ſe perſiſtere, Catholica fide eierata, teſtarentur, oleo & opera perdita, is fuit Conuentus finis vt in Cæſarem, & Legatum maledicas linguas acuerenr.

b Inquiſitores cõtra omnes procedunt.

Hoc anno dat facultatem Inquiſitotibus, [b] procedendi contra omnes, etiam 1542.
Regulares, prædicantes, aut proponentes ſcandaloſas propoſitiones, & à fide Catholica diſcrepantes. Conſt. *In Apoſtolici culminis.* Ad huiuſmodi bullæ declarationem, & ampliationem, vide Pij IV. Conſt. *Paſtoris.* & Pauli V. Conſt. *Romanus.*

c Conc. Trid. indicitur.

Eodem anno data Conſt. quæ incipit: *Initio.* indicit ſacrum, [c] & Oecumenicum Concilium Tridentinnm ad Cal. Octob. 1542.

Concilium iſtud ab hoc Pontifice, vrgentibus de cauſis ttanſlatum fuit ad Ciuitatem Bononiæ: & deinde ad ciuitatem Tridentinam à Iul. III. reuocatum. Et ſucceſſiuè Pius IV. dictum Concilium ibidem abſoluit, & deinde confitmauit. Conſt. *Ad Eccleſia.* & Conſt. *Benedictus.*

d Conc. Auguſtanum.

AVGVSTANVM [d] CONCILIVM celebtatur, ad reformationem Cleri anno 1548.

e Conc. Treuirenſe.

TREVIRENSE [e] ad idem.

f Conc. Colonienſe.

COLONIENSE [f] ad idem anno 1549.

g Conc. Mogunt.

MOGVNTINVM [g] in cauſa fidei & morum.

Hæc Concilia hîc reponuntut, quia dum celebratur Ttidentinum, & ipſa coacta ſunt.

Hoc anno bini Conuentus habiti ſunt Spirenſis, & Norimbergenſis pro expeditione bellica contra Turcas, ibi conqueſtus eſt Ferdinandus quoſdam Impetij otdines nouiſſimo decreto non paruiſſe Spiris propoſito, nec pecuniam, aut ſuppetias miniſtraſſe Caſtrenſes aduerſus Turcas (ſic erant affecti Proteſtanres erga patriam, & Religionem.) Eo tẽpore libellum ſcripſit Lutherus[h] de precibus contta Turcas, vbi Romanum Pontificem cum Diabolo & Turca coniunxit.

h Lutherus in ſuo libello Rom. Pont. cum Diabolo, & cum Turca coniungit.

Sed facta eſt eius oratio in peccatum, & in ſeipſam reuerſa iniquitas colliſa, Eccleſia verò Dei non diſſipabitur. Eſt enim tunica inconſutilis, quæ à militibus, vt dicit Baſil. orat. in Mamantem Martyrem, ne ſcinderetur conſeruata eſt, Chriſtumq; induta veſtimentum illius ne ſcindat.

Anno 1543. Norimbergæ cùm de expeditione bellica Conuentus haberetur 1543.
pto Turcis profligandis, ibidem Proteſtanres Principes in perniciem Catholicorum ſua conſilia dirigebant. Ibi etiam Concilium generale iam indictum, cùm à Ferdinando Proteſtantibus ad memotiam reuocaretur, quo eorum importunitas ſedaretur, & impia Concilia ſoluerentur, Concilio parere, [i] vel illi intereſſe nolle proteſtati ſunt.

i Proteſtantes ad Conc. Tridentinum nolle accedere, nec ei parere proteſtantur.

Sed Concilia expoſcentes, Concilia reſpuerunt. Vnde etiam, vt dicit S. Aug. 3. contra Iul. c. 1. contra Pelagianam hæreſim, cùm fuiſſet diutius diſputatum, etiam ad Concilia Epiſcopalia nouiſſima neceſſitate peruentum eſt, & poſtulantibus generale Concilium illis reſponſum eſt ab Auguſt. Epiſcopalia ſufficere: quam ergo excuſationem adhibere poſſunt Proteſtantes Concilio generali Tridentino intereſſe recuſantes?

k Conc. Trident.

CONCILIVM [k] TRIDENTINVM OECVMENICVM.

Hoc anno Tridentinum Concilium generale Oecumenicum inchoatum eſt 1545.
ſub Paulo III. tribus Apoſtolicæ Sedis legatis Præſidib. Coactũ eſt cõtra Lutheranos, & alios hæreticos. Multa tamen alia in eo conſtituta ſunt ad abuſus, & corruptos mores Clericorum, & laicorum reformandos. Hoc Concilium, ingruentibus bellis, tranſlatum eſt Bononiam anno Dom. 1547. Poſtea ſub Iulio III. ex

Bononia reuocatum eſt Tridentum. Sed poſt octo menſes, quàm continuari cœperat, bello Germanico diſſolutum eſt anno Dom. 1551. Tandem, ſub Pio IV. anno ſalut. 1562. continuatum eſt, Præſidentibus quatuor[a] Sedis Apoſtolicæ Legatis, & præſentibus duobus Cardinalibus, tribus Patriarchis, Archiepiſcopis 21. Epiſcopis 120. Abbatibus 7. Generalibus Religionum 7. Procuratoribus abſentium cum legitimo mandato 39. De quibus, & de aliis propè infinitis, qui ad hoc Concilium conuenerunt, quid dicam? quæ gentium [b] varietas, qui delectus Epiſcoporum totius orbis, qui Regum, & Rerumpublicarum ſplendor: quæ medulla Theologorum, quæ ſanctitas, quæ lacrymæ, quæ ieiunia, qui flores Academici, quæ linguæ, quanta ſubtilitas, quantus labor, quàm infinita lectio, quantæ virtutum, & ſtudiorum diuitiæ auguſtum illud ſacrarium impleuerunt? Intellexit hoc Cæſar, qui Theologis, & viris electis à ſe miſſis, reuerſis, ita gratulatus eſt: *Alnimus vos in ſchola optima.*

a *Tridentini Concilij Patrum numerus.*

b *Congregatorum Patrũ in Concilio Tridentino qualitates.*

In hoc Concilio [c] tradita eſt doctrina, quam habet Eccleſia Catholica de peccato originali: numerus Canonicorum librorum definitus eſt cum ſuis partibus, prout in Eccleſia Romana legi cõſueuerunt, & Latina vulgata editione continẽtur. Approbata eſt Latina Editio [d] vulgata ſanctarũ Scripturarũ, cuius tanta ſemper fuit auctoritas, támque excellens præſtantia, vt eam cæteris omnibus Latinis editionibus longè anteferendã eſſe apud æquos iudices in dubium reuocari non poſſet. Qui námq; in ea libri continentur (vt à maioribus noſtris, quaſi per manus traditũ eſt nobis) partim ex S. Hieronymi tranſlatione, vel emendatione ſuſcepti ſunt: partim retenti ex antiquiſſima quadam editione Latina, quam S. Hieron. communem, & vulgatam, S. Auguſtinus, Italam, S. Gregorius, veterem tranſlationem appellat. Declarata itidem eſt Catholica doctrina de iuſtificatione impij: de ſeptem Sacramentis: de ſacrificio Miſſæ: de igne Purgatorij: & de Indulgentiis.

c *Conc. Trid. ſummarib.*

d *Vulgatæ editionis præſtantia.*

Denique vt hæreticorum, & prohibitorum librorum Index conficiatur, ſtatuitur, vt ſic fideles omnes à talium librorum peſte non inficiantur. Mos autem huiuſmodi libros prohibendi, cenſurandi, anathematizandi, & flammis tradendi, perantiquus eſt. Tempore enim Apoſtolorum, refert S. Lucas *Act.* 19. multos ab Apoſtolis conuerſos libros curioſos, & vanos contuliſſe, & combuſſiſſe coràm omnibus. Et Clemens *lib.* 1. *Conſt. Apoſt. c.* 7. dicit, Apoſtolos prohibuiſſe initio fidelibus libros Gentilium, & falſorum Prophetarum. Scribit etiam Euſebius *lib.* 7. *hiſtor. c.* 6. Dionyſium Epiſcopum Alexandrinum, qui floruit circa annum 250. à fidelibus reprehenſum, quòd libros hæreticorũ legeret. Conſequente poſtea tempore, creuit zelus fidelium contra libros hæreticorum. Nam Nicænũ Concilium libros Arij igni adiudicauit, vt Niceph. *lib.* 8. *c.* 18. & Conſtantinus id exequutioni mandari iuſſit, propoſita pœna capitis, ſi quis libros Arij occultaſſet, vt patet ex epiſtola eius apud Socratem *lib.* 1. *c.* 6. & Niceph. *l.* 8. *c.* 26. Scribit etiam Socrates *l.* 1. *c.* 24 Marcellum Ancyranum damnatum fuiſſe, quòd libros ſuorum errorum comburere noluiſſet; non enim recipiebantur ad pœnitentiam hæretici, niſi prius libros ſuos combuſſiſſent.

Circa eadem tempora Epiphanius in Synodo Cypri coacta, vetuit libros Origenis legi, vt Socrates *lib.* 6. *c.* 9. refert, & Concil. Carthag. IV. *can.* 16. permittit ſolis Epiſcopis, vt tempore neceſſitatis libros hæreticorum legant.

Non diu poſt, cùm Neſtorij hæreſis in Concilio damnata fuiſſet, libri quoque Neſtorij in eodem Cõcilio interdicti fuère, & à Theodoſio Imp. exuri iuſſi, vt Liberatus refert *c.* 10. *Breuiarij*, & extat adhuc lex Theodoſij. *l. damnato. C. de hæreticis*. Circa idem tempus prodiit lex Honorij, & Theodoſij, qua iubẽtur Mathematici omnes ſuos libros, in quibus aliquid eſt aduerſum Catholicæ religioni, in oculis Epiſcoporum cremare. *l. Mathematicos. C. de Epiſcopali audientia.*

Pari ratione in Concilio Chalcedonenſi damnantur libri Eutychetis, & ab Imperatoribus Valentiniano, & Marciano ſeuera lege prohibetur, ne vllus eos legere, aut habere audeat; ſed omnes diligentiſſimè quæſiti crementur, vt patet ex Concilio Chalcedon. *Act.* 4. & ex ipſa lege, quæ adhuc extat. *l. quicunq. §. nulli. & § omnes. Cod. de hæreticis.*

Eodem tempore B. Leo *in epiſt.* 91. *ad Turbium. cap.* 15. *&* 16. interdixit lectionem librorũ hæreticorũ quorundã, & addidit, eos Epiſcopos, qui eos in domibus

fidelium haberi ſinerent, hæreticos cenſendos: paulò poſt Gelaſius in Concilio 70. Epiſcoporum, vt habetur *diſt. 15. can. ſancta Romana.* propoſuit indicem hæreticorum, quorum libros à fidelibus vitandos eſſe dicit.

Poſtmodum in V. Synodo, damnato Anthymo, damnantur etiam eius libri, & Iuſtinianus. Imp. grauem pœnam ſtatuit, nimirum amputationis manuum in eos, qui eiuſmodi libros deſcribunt, ac iuſſit vbique comburi. Habetur hæc Conſtitutio *in prima actione* Synodi V. & in Nouellis *Conſtit. 42.*

B. Gregorius *lib. 14. Mor. c. 32.* refert iuſſu Tyberij Imp. crematum librum Eutychij, quem ipſe Gregorius hæreſis conuicerat.

In VII. etiam Synodo *act. 5.* interdicuntur, & comburi iubentur libri hæreticorum. Et *can. 9.* excommunicantur, qui libros hæreticorum legunt.

Concilium Conſtantienſe *ſeſſ.* 8. confirmat decretum Concilij Romani, quo interdicta fuerat lectio librorum Ioannis Wiclef. Ex quo apparet, ſemper eandem fuiſſe conſuetudinem in Eccleſia.

Huius autem ſacroſancti Concilij (inter omnia celeberrimi) vniuerſa doctrina per concluſiones ordine alphabetico digeſtas, ponetur in fine huius Breuiarij ſub nomine Appendicis.

Hoc anno Comitia Wormatienſia habita ſunt. Ibi palàm Proteſtantium Legati [a] teſtati ſunt ſe Concilium Tridentinum nuper denunciatum non habere pro legitimo, & iuſto, poſtulantes Concilium Nationale, vel comitia, vbi diſſidia Religionis tolleretur. Cæſar non præiudicare intendens Concilio, ſed pro bono pacis aſſentit, Catholicis tamen Ordinibus non aſſentientibus, concluſum eſt, vt in proximo Conuentu Ratisbonenſi colloquium haberetur.

a Proteſtantes Concilium Trid. pro illegitimo habent, & Nationale poſtulant.

Sed totius Eccleſiæ ſententia eſt generalis Concilij definitio ex Auguſt. 2. contra Donat. cap. 3. vt illi non acquieſcere refractariorum ſit atque rebellium.

Anno 1546. Proteſtantes Francfordiæ, vel Francofurti tractarunt de Concilio Tridentino non parendo, fœdere prorogando, de non deſerendo Archiepiſcopo Colonienſi Hermanno, qui nuper Religionem Catholicam deſeruerat, & Bucerianam reformationem ad Clerum, & Populum Colonienſem tam Catholicum ſeducendum, elaboratam fouebat. 1546.

Tacuit multitudo definiente S. Petro in Conc. Hieroſolymit. Act. 5. Iidem Proteſtantes temerè parere detrectant Eccleſiam audiri, cum Præpoſitis obediendum Chriſtus Matth. 18. & Apoſt. Heb. 13. apertè docuerint.

Anno eodem, Ratisbonenſe Colloquium Cæſare indicente celebratum eſt. Præſides fuêre Colloquij Eyſtenſis Epiſcopus, & Comes Furſtembergicus. Collocutores pro Catholica Eccleſia Petrus Maluenda, Billichius Carmelita, Ioannes Hoffmiſtenus Auguſtinianus, & Choclæus. Pro parte Proteſtantium, Bucerus, Brentius, Georgius Maior, & Sneppius. Cœptum eſt Colloquium 21. Ianuarij. Maluenda Bucerum arguens, quod non ſola fide homo iuſtificatur in eas anguſtias illum redegit, vt diceret eum, qui peccato mortali teneretur, fide quoque carere. Sed Bucero exſibilato, dilatandi, & protrahendi Colloquij occaſiones prætexebant aduerſarij, qui demum clàm ſe à Colloquio ſubducentes feſtini abierunt. Ibidem oblatus libellus eſt Cæſari, de pace ineunda, quem Bucerus ſuis inſperſerat fraudibus, quo examinato ab vtriuſque partis deputatis, neutra pars librum illum approbauit. Sed nouiter quidam, nouæ ineundæ concordiæ capita producebant. Alij intricatas gloſſas libello addebant: vnde factum, vt libro, & concordandi nomine, omiſſis, de retinenda Confeſſione Auguſtana, eiúſque Apologia, fuerit concluſum. Eo temporis articulo mœſtus Lutheranis nuncius allatus eſt de eorum parente Luthero, [b] qui repentina morte ſublatus, ducens in bonis dies ſuos, in puncto ad inferna deſcendit.

b Lutherus morte repentina ſublatus ad inferna deſcendit.

Sed rectè S. Athanaſius epiſt. de Synodis Arimini, & Seleuciæ ſcripſit, quòd hæretici in ſingulis ſemper aliquid innouantes, nihil vi ſua hactenus, dum & ſcribunt, & delent aliquid, profecerunt: ignari interim omnem plantationem, quam non plantauit Pater cæleſtis, eradicandam eſſe.

Anno 1548. Conuentus Lipſicus habitus eſt à quibuſdam Electoralibus miniſtris Lutheri diſcipulis, quos (eo à vita iam ſublato) de ſui Magiſtri ſcriptis innu- 1548.

meris

ANNO DOM.

meris contradictionibus [a] & falſitatibus aſperſis pudebat, præcipue Philippum Melancthonem, qui Lutheri truncata opera in lucem ediderat. Ibi affirmatum eſt, Confirmationem, & extremam Vnctionem eſſe vera Sacramenta. Reclamantibus nonnullis aliis Miniſtris, dicentibus vim fieri verbo Dei. Vnde & Illyricus contra hoc decretum ſcripſit, conquerens, quod iterum ſeptem Sacramenta Papiſtarum per Lutherum reiecta iterum aſſumerentur.

a Lutheri diſcipuli contradictiones multas in ſui Magiſtri ſcriptis inueniunt.

1549. Hoc anno Paulus III. [b] cùm vixiſſet in Pontificatu annos 15. & dies 25. mortuus eſt Romæ die 10. Decemb. & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri. Vacauit Sedes vſque ad diem 8. Febr.

b Pauli III. obitus.

Hoc anno Wittembergenſes, & Lipſenſes Theologi Proteſtantium de voluntate Principis Mauritij conueniunt aliquot locis. Edunt Religionis formulam in Mauritij ditione ab omnibus ſeruandam, inde grandis poſtea contentio inter Luthericos orta eſt, & diſcordia, & diuiſi ſunt Lutheriſtæ in *Molles*, & *Rigidos*.

Anno eodem, in Oxonienſi Academia diſputatum eſt cum Monacho Apoſtata Petro Martyre, qui in eas [c] anguſtias redactus eſt, vt à ſuis Zuuinglianis, ſibilis, & clamoribus à cathedra fuerit deturbatus. Præcipuè diſputatum eſt de Tranſſubſtantiatione: An probari poſſet ex Scripturis, & veterum Patrum conſenſu: & an ſacrificium Miſſæ, nedum gratiarum actio, ſed etiã oblatio ſit. Cúmq; doctiſſimos Catholicos in diſputatione palmã reportare, ſuóſque ſuccũbere cerneret, Roffenſis Apoſcopus ſimulans nullo modo ſuos victos eſſe, talem ſuo cerebro dignam protulit determinationem, vi noſtris ſilentio impoſito. Firmamẽta meæ cauſę quinque ſunt. Auctoritas Scripturę. Certiſſima Orthodoxorũ Patrũ teſtimonia. Ratio Sacramenti. Horror Euchariſtiæ. Hæreſes, quæ oriri poſſunt ex Tranſſubſtantiatione. Certa perſuaſio articuli fidei aſcendit ad cœlos. Hæc ille.

c Petrus Martyr à Catholicis in anguſtias redigitur.

Anno eodem, die 19. Nouembris Proteſtantes Principes Conuentum celebrarunt Cellæ Myſiorum, vt de *Interim* [d] admittendo tractarent. Ibidem ſtatutum eſt, vt flexis genibus Miniſter diceret *Confiteor*, ſequeretur Introitus cum Kyrie, Præfatione, & Sanctus Latinè, Germanicè verò proferrentur verba teſtamenti cum eleuatione, & in Communione, ſi multi adeſſent communicantes, etiam diceretur *Agnus Dei.*

d de Interim admittendo tractatur.

Omnes cæremonias, & omnia dogmata recipienda ſunt Eccleſiæ Catholicæ. Vnde benè annotauit Hieron. Apol. 3. contra Ruff. etiam propter vnum verbum, aut duo, quæ contraria ſunt fidei, multas hæreſes ab Eccleſia reſectas conſtat.

1550. IVLIVS III. [e] Italus ex oppido S. Sauini, diœceſis Aretinæ in Prouincia Hetruriæ, Ioannes Maria antea vocatus, Vincentij de Monte filius, S.R.E. Card. Epiſcopus Prænestinus, die 8. Februarij in Apoſtolatus culmen euectus eſt.

e Iulij III. creatio.

Sub hoc Pontifice Regnum [f] Angliæ, Sedente Maria Angliæ Regina, ad Eccleſiæ vnitatem redit. Sed poſt paucos annos ſub Elizabetha Regina hæretica, iterum ad ſchiſma, & hæreſim reuertitur: plurimíque ibi, ſanguine proprio fidem Catholicam profeſſi ſunt.

f Regnum Angliæ ad Catholiciſmũ: poſtea verum ad hæreticiſmum reuerſum.

Hoc eodem anno fit approbatio [g] ſecunda inſtituti Religionis Clericorum Regolarium ſocietatis Ieſu; melius explicati. Conſt. *Expoſcit.*

g Societatis Ieſu Religio approbatur.

Hoc anno celebrata ſunt comitia Auguſtana, die 26. Iulij, ad illa Princeps Mauritius Legatos mittit, per quos ſignificauit, ſe non probaturum Concilium Tridentinum, ni Auguſtanæ Confeſſionis Theologi haberent pariter diffiniendi poteſtatem, & Pontifex in Concilio Præſidentis locum non obtineat, ſeque per omnia dogmatibus Lutheri aſſentiri. In his comitiis formula dicta, *Interim*, [h] in aliis comitiis anno 1548. decreta conſcribitur, vbi præcipua Chriſtianæ fidei, & cærimoniarum dogmata poſita ſunt. Inſuper facta conceſſio ſumptionis ſub vtraque ſpecie, & permiſſio retentionis vxorum, vſque ad definitionem Concilij duraturæ, regiſtratæ ſunt. Verùm ſub hac formula, quæ mente pia à Cæſare fabricata eſt, & zelo, non ſecundùm ſcientiam multæ hæreſes tanquam ſub pallio delituerunt.

h In Interim multa hæreſes tanquam ſub pallio delituerunt.

Iniquè poſcuntur Concilij conditiones: cùm ad paſtores dogmatum definitio pertineat. Iniquè leges, quæ à legibus Eccleſiæ diſcordant, cùm Prælatos Eccleſiæ auſcultandos Chriſtus Dominus iuſſerit.

1551. Contra impedientes Inquiſitores [i] in eorũ officio, aut in cauſis Inquiſitionis ſe

i Inquiſitionis officium non impediatur.

ingerentes, & contra ipſos Inquiſitores, admittentes laicos ad criminis hæreſis cognitionem, dat Conſtitut. Iulius, quæ incipit. *Licèt à diuerſis.* Anno Dom.

Anno 1552. Paſſauienſis Conuentus habitus eſt, vbi aliquot erant Principes, & nonnulli abſentium Legati, cum Galliæ Regis Legato pariter conſidentes. Adfuit & Mauritius aduolans ad conſtitutam diem Paſſauium, omnia vrgens, nempe Lantgrauij liberationem, vt cognoſceretur in illo conuentu, quidnam eſſet contra Germaniæ libertatem, & vt Religionis cauſa nulli fiat moleſtia, donec lis omnis ſit compoſita. 1552.

Sed hæc conſcientiæ libertatis permiſſio hæreſum fuit fomentum. Vide Pam. lib. de non admitten. diuer. Relig.

a Cardinalis alter frater germanus vno viuente non aſſumatur.

Hoc anno ſtatuit, quòd nullo vnquam tempore aſſumatur aliquis poſt hac in S.R.E. Cardinalem, qui ſit frater[a] germanus alterius Cardinalis viuentis. Decernens, & declarans, fratres Cardinalium viuentium ad Cardinalatus dignitatem penitus incapaces, & inhabiles habendos, & reputandos eſſe. Conſt. *ſanctiſſimus.* 1554.

b Bernenſes Inſtitutiones Caluinianas vendi, aut amplius edi prohibent.

Hoc Anno Bernenſis Synodus à Caluino celebratur, qui quoniam à Zuuinglianis de hæreſi notatus erat, contra illos linguã, & calamum acuit. Sed Zuuingliani quindecim Caluinianos articulos de prædeſtinatione deſcriptos, tamquam hæreticos publicè decantabant. Vnde factum eſt, vt Senatus Bernenſis Caluinianas[b] Inſtitutiones, vbi ij articuli edocebantur, vendi, aut edi amplius prohiberet. In hoc Conuentu Caleſius Caluini aſſecla dixit, *Filium Dei nec aliud, nec alium à Patre eſſe.* Ibidem alij articuli Anabaptiſtarum reiecti ſunt.

c Iulius III. moritur.

Hoc anno decimo Cal. Martij, obiit[c] hic Pontifex Romæ, & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri, cùm ſediſſet annis quinque & diebus 45. Vacat ſedes vſque ad diem 19. Aprilis. 1555.

d Marcellus eligitur: ſed breui moritur.

Marcellus[d] II. ſucceſſit hoc eodem anno die 9. Aprilis: ſed apoplexiâ correptus, poſt dies 22. ſuæ aſſumptionis, mortuus eſt, & ſepultus in Vaticano. Vacauit ſedes dies 22. eius patria fuit Monſpolitianus, gens verò Ceruina.

e Paulus IV. creatur

Pavlvs[e] IV. Italus, ex ciuitate Neapolis, Ioãnes Petrus antea dictus, Ioannis Antonij Caraffæ natus, ex Religionis Clericorum Regularium (qui Theatini nuncupantur) inſtitutoribus vnus, S.R.E. Cardinalis, Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus, die 23. Maij hoc anno 1555. Romæ creatur.

f Inquiſitionis officium in Vrbe & alibi erigi iubet.

Hic tũ in Vrbe,[f] tum alibi, Officiũ S. Inquiſitionis erexit, ad hæreticos profligãdos, & puniẽdos. In eius Põtificatu multa bella, maximè in ſtatu Eccleſiaſtico, acciderunt, quæ, Deo bene iuuãte, breui extincta fuere. Multos Cardinales creauit: inter quos vnus fuit frater Michaël Ghiſlerius Alexandrinus, qui poſtea ad Pontificatum aſſumptus, Pius V. appellatus eſt. Inter plures, quos creauit duo[g] extitere, qui Cardinalatum recuſarunt, ſcilicet, Ioannes Groppetus Teutonus, & Guilielmus Petrus Anglus.

g Cardinalatus honorem & dignitatem duo recuſantes, puniti ſunt.

h Bona Eccleſiaſtica non alienanda.

Hoc anno 1555. data Conſt. quæ incipit: *Iniunctum.* reſcindit alienationem[h] & locationem quorumcunque bonorum Eccleſiaſticorum, in damnum Eccleſiarum: vel non ſeruatis iuris ſolemnitatibus, aut aliàs nulliter factarum.

Similem reſciſſionem fecit Leo X. & poſtea Iul. III. & eandem edidit etiam Pius IV. *Apoſtolicæ.* Sed Pius V. eiuſmodi bonorum omnium Eccleſiaſticorum alienationis reſciſſionem commiſit Collegio Fabricæ Baſilicæ. S. Petri de Vrbe, vt in ſua Conſt. *Et ſi de ſingulis.*

i. Negantes Trinitatem, aut diuinitatem Chriſti, aut virginitatem Mariæ, hæretici declarantur.

Negantes[i] Trinitatem, aut Diuinitatem Ieſu Chriſti, aut eius conceptionem de Spiritu ſancto, aut eius mortem, vt nos redimeret: aut virginitatem B. Mariæ Virginis, hæretici declarantur. Conſt. *Cùm quorundam.*

k Lites inter Cardd. à Summo Pontifice decidendæ.

Lites,[k] & cauſæ inter Cardinales S.R.E. quomodolibet vertentes, à Summo Pontifice, appellatione remota, decidendæ ſunt. Conſtit. *Cùm ſæpius.* 1556.

l Bona Cameræ Apoſtolicæ inuadens, & in benef. Eccleſiaſticis ſe ingerens, non expeditis literis Apoſtolicis excommunicatur.

Contra occupantes,[l] aut inuadentes bona, terras, & loca Camer. Apoſt. Et contra ſe ingerentes in beneficiis Eccleſiaſticis, non expeditis litteris Apoſtolicis: ac non ſoluentes in tempore annatas, quindenas, cenſus, canones, aliáque regalia d. Cameræ debita excom. latæ ſententiæ ſedi Apoſtolicæ reſeruata, fulminatur, à qua non niſi in mortis articulo, ab alio, quàm à ſummo Pontifice abſolui poſſunt. Conſt. *Incumbentia nobis.*

m Poloni calicis vſum in Sacramento Euch. petunt: ſed miraculo etiam confunduntur.

Hoc eodem anno 1556. cùm plerique laici in Polonia[m] vſum calicis in Sacramento

Anno Dom.

mento Eccleſiæ cõtentioſè efflagitatent, quaſi Chriſtus eſſet exſanguis ſub altera ſpecie: & Romanus Pontifex eò miſiſſet Aloyſium Lippomanũ Veronẽſem Epiſcopum ad Regem Poloniæ Sigiſmundum; ea quæſtio, diuino miraculo eſt indicata. Nam cùm quidam Iudæus Biſahim, ſiue Benedictus in quodam Poloniæ oppidulo Sochazeo nomine, tribus miliaribus ab Arce Louiz, à ſua ancilla Chriſtiana Dororhea Lazezla nomine, ſacram Euchariſtiam (quam ipſa ad Pagum Catzo, die Paſchatis ſuſceperat, & ex ore extractam, in ſudariolum repoſuerat, vt ad ſuum herum deſetret) tribus taleris, & veſte, ſericas fimbrias habente emiſſet, & in ſynagoga pugionibus, [a] & cultris conſodiſſet, repentè ex illa Mvltvs Crvor emanauit, quem Iudæi cochleari in vitreum calicem transfundunt. Re paulo poſt cognita, & ad Sigiſmundũ Regem, qui tunc Vilnæ erat, (quæ eſt Vrbs Lituaniæ Metropolis) delata, mandatur illius oppiduli Præfecto ſecũdario, vt totum negotium diligenter inquirat, [b] & in huius ſceletis conſcios extremo ſupplicio animaduertar. Dorothea itaque cum Iudæo ſuo hero, die Veneris, poſt Chriſti Aſcenſionẽ, flammis exuritur: reliqui item Iudæi ſceleris conſcij (vno excepto, qui aufugerat) Cal. Iunij idem ſupplicium luunt. Vnde multi, & ipſe Poloniæ Rex non mediocriter, in retinenda Catholicæ Eccleſiæ communioue confirmantur.

a Hoſtia conſecrata à Iudæis pugionibus confoſſ cruorem multum emittit

b Inquiſitione facta, omnes criminis rei flammis dantur.

Item ſub hoc tempore imago [c] Crucifixi à quodam lapidibus per indignationem icta, emiſit ſanguinem. Sed ſceleris reus, Moguntiæ ſupplicio afficitur.

c Imago Crucifixi per indignationem icta, ſanguinem emittit.

Hoc anno Francfordiæ Caluinus publicè diſputauir cum Iuſto Velſio Sacramentario de libero arbitrio, cúmque idem cum eiuſdem loci miniſtris de cauſa Sacramentaria diſputare vellet, tanquam Zuuinglianus [d] reiectus eſt.

d Caluinus tanquã Zuuinglianus reijcitur.

1557. Hoc tempore Carolus V. [e] Imperator, qui Solimanum tantatum virium faſtu tumentem, aliquoties profligarat: qui Ariadenum Barbaruſſam acie deuictum, ac Tunetano Regno exutũ, Africa depulerat: qui Imperium ſuperiorũ Impp. ignauia labefactatum, ac planè perditum reſtituerat: qui coniurantẽ Germaniã retuderat: qui Regem Franciſcum, & Clementem Pontificem in poteſtare habuerat: qui in Orbe nouo Vrbibus, & templis ædificatis, multa præclara in Dei, & Eccleſiæ decus geſſerat: qui denique, vno dempto Carolo Magno, omnes Occidentales Imp. pace, bellóque ſuperauerat; religione tactus, quam ſanctiſſimè ſemper coluit, & aduerſus hæreticos propugnauerat, tædio rerum humanarum affectus, propter cœleſtium, & æternorum deſiderium, primus poſt conditum Germanicum Imperium (Lotharius enim Frãcus erat) Maieſtate Imperij Fratri Ferdinãdo abdicata; reliquis Regnis, atq; Ditionibus vnico filio Philippo traditis; ad vitam religioſam ſe cõtulit, & in ſacram ſolitudinem ſeceſſit. Vbi poſtea anno 1558. die 21. Sept. mortuus eſt.

e Carol. V. Imperium deponit, & Regna: & ad vitam ſolitariam agendam ſe recipit.

Imperium in Ferdinandum inconſulta Sede Apoſtolica aliter, quàm fieri debebat, tranſlatũ fuiſſe; ægrè quidẽ, ſed patienter tulit Põtifex optimus Paulus IV.

Hoc anno, contra eos, qui pro obtinendis [f] beneficiis, ſeipſos pro aliis ſupponunt, vel annuas penſiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab eis aliquid conſequantur, vel pro ſeipſis, vt aliis poſtea compẽſione reſignent, Paulus IV. ſtrictè prohibet, & prouiſiones ſic obtentas annullat. Conſt. *Inter cæteras.*

f Malè obtinentes, vel impetrantes beneficia puniuntur.

Hoc anno Wormatienſe colloquium habitum eſt pridie Cal. Septembris inter Catholicos, [g] & Patronos Auguſtanæ Cõfeſſionis. Primò poſtularũ eſt à Catholicis, cùm Confeſſio Auguſtana toties mutata, & reiecta, multiplex eſſet, varióſq; ſectatios inter ſe diſſidentes, intra ſuum ſinum concluderet, quænam ab illis acceptaretur. Cúmque per dies 17. certatũ eſſet inter Euangelicos, non potuit componi altercatio, ſcilicet, cuínam Confeſſioni adhærere deberent; & ex duodecim, quinque excluſi ſunt Symmiſtæ, & Collegæ, qui irati excommunicationum ſententias in ſeptem exploſores, qui remanſerant fulminarunt, noſtríſque Theologis literas ſignatas tradidête dicentes. Omnes ſectas, & Auctores Confeſſioni Auguſtanæ immiſcuiſſe, & ſub illius prætextu eos illam noluiſſe defendere. A ſeptem verò nunquam impetrari potuit, vt aperirent, quam Confeſſionem ſequerentur, aliáſque Confeſſiones ab Auguſtana diſcedẽtes dãnarent ſpecificè. Vnde & colloquium terminari non potuit. Interim Amſdorphius, & Nicolaus Gallus, ſeptem illos relictos in colloquio Theologos, ſcripto lacerarunt. In hoc Conuentu Smidelinus Sago Aulico indutus cum cultro venatorio ad latus perotaſſe dicitur.

g Catholici cũ Auguſtanæ Cõfeſſionis patronis agũt

ANNO DOM 1558.

a Pontifice viuente, tractantes de ſucceſſore deligendo, varijs cenſuris ſubyciuntur.

Contra ambientes [a] Papatum, aut Papa viuente, eóque inconſulto, tractantes de eligendo futuro Pontifice, ac eorum complices, & fautores, data Conſt. quæ incipit, *Cum ſecūdum Apoſtolum.* præter inoouationem aliarum pœnarum in Conſtitutionibus prædeceſſorum de hac re cootentarum, alias ponit. Aliáque multa ſtatuit Paulus Papa IV. qui Romæ die 18. Aug. 1559. obiit, [b] & ſepultus fuit in Baſilica S. Petri: & inde tranſlatus ad Eccleſiam B. Mariæ ſuper Mineruam. 1559.

b Paulus IV. moritur.

c Pius IV. creatur.

Pivs IV. [c] Italus, ex ciuitate Mediolani, Ioannes Angelus antea vocatus, Bernardi de Medicis filius, S.R.E. presbyter Card. tit. S. Priſcæ, die 25. Decēbris 1559. Romæ ſummus Pontifex eligitur. Hic punioit omnes illos, qui bellorum Pauli IV. tempore in cauſa fuerant: etiam Cardinalem Carolum Caraffam. Multos & ipſe creauit Cardinales, præcipuè verò Carolum [d] Borrhomęum Mediolanenſem ex ſorore nepotem, qui & pro proſequendo, & concludendo Concilio Tridentino pluries deſudauit: & Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus factus, poſtquàm illam Eccleſiam ſanctiſſimè gubernauit; tandem cœlum cum terra cōmutauit, & miraculis clarus, à Paulo Papa V. in Sanctorum numerum relatus eſt

d Carolus Borrhomæus nepos Card. & poſtea ſanctus, pro Concilio Tridentino proſequendo, & terminando, deſudat.

Hoc anno Conueotus Saxonicus habitus eſt. Duces Vinarienſes cum eorum miniſtellis publico ſcripto Germaoicè, & Græcè, nouem factiones à ſua ſecta diſſidentes exploſerunt. Item & Comites Mansfeldenſes vndecim alias ſectas, vt abominabiles hæreſes execrantur, nempe Maioriſtas, Philippiſtas, Seruetianos, Suuenckfeldianos, Aotinomos, Oſiandrinos, Anabaptiſtas, Sacramērarios, impiè addentes Ieſuitas, & Papiſtas (ſic enim Catholicos vocant.) Ex hoc fortè ortum eſt diſſidium ioter Tilmannum Heshuſium, & Gulielmum Clebitium de Cœna Domini in Heidelbergenſi Academia; & quærente Principe Palatino io funeſta hac altercatiooe, quid Philippus ſentiret, quo reſpondente, nouúmque genus Sacramentariæ factionis effingente, Nicolaus Gallus pręco Ratisbonenſis Lutheraous ſcripto ſe illi oppoſuit. Vnde Clebitius triumphans ſuum libellum pariter euulgauit cum hoc titulo. *Victoria veritatis, & ruina Papatus Saxonici.*

Hac diſſenſio Miniſtrorum falſitatem ſectariorum oſtendit. In Catholica verò Eccleſia, ex Athanaſ. orat. in illud dictum; Omnia mihi tradita ſunt. Sancti contrà inter ſe conſonant, nec diſſident vnquam: neque enim controuerſias habent in iis, quæ proferunt, vel erudiunt, nam & ſi temporibus diſtent, in id tamen omnes contendunt.

e In Anglia ſub Elizabetha diſputatio habetur inter Catholicos & hæreticos.

Aooo eodem ſub Elizabetha [e] Angliæ Regina Londinenſis diſputatio eſt habita, hæreticis ſtimulantibus, Epiſcopis verò Catholicis reclamantibus, & non patieotibus diſputatione dogmata Eccleſiæ in dubium debere reuocari. Sed præualentibus Regina cum Hæreticis, indicta fuit diſputatio eorum dogmatum ab ipſis controuerſorum quæ plura Scripturæ loca habere videbantur, videlicet: De Communione ſub vtraque ſpecie, de precibus vulgari idiomate recitandis, &c. Deſignatus eſt iudex Batonus laicus literarum ignarus. Die 3. Aprilis, diſputatio inchoatur, clamoribus Catholici opprimebaotur, iniquis conditiooibus cauſa diſputanda exigebatur. Et quoniam magis præualebat potentia, & ioiquitas aduerſariorum, oihil mirum ſi à veritate victi, etiam mendacio conati ſint dicere ſe triumphaſſe, victoriam oequaquam obtentam pro ſe publicando.

Quanto modeſtiores Catholici non permittentes in diſputatione venire dogmata ſemel ab Eccleſia definita, iniuriam enim facit ſacris Synodis, quiſquis ſemel iudicata, ac ſemel rectè diſpoſita reuoluere publica diſputatione contenderit, ex Marci Imp. I. l. Nemo. C. de Summa Trinit. & Fide Catholica. Contra verò, Hæretici victores videri appetentes, cùm victi vbiq., & ſemper oſtendantur, exquirunt contentionum certamina. Ex Greg. lib. 8. Moral. cap. 2.

Hic Pontifex plura vtilia ſtatuit.

f Inuadentes palatium Apoſtolicum.

Contra detinentes iocalia, & alia quæcunque bona ad Sedem Apoſtolicam 1560.
[f] ſpectantia, ac ſcientes, & non reuelaotes, plures pœnas ſtatuit. Conſt. *Paſtoralis officij.*

g Non reſidentes.

Contra non [g] reſidentes, & de non reſidentium pœnis, dat Conſtit. quæ incipit. *De ſalute.*

h Duellum prohibetur.

Contra pugnantes in duello, [h] & illud vbique gentium permittentes, ſpectantes, complicéſque, Conſt. *Ea, quæ.* Sanctio iſta ampliata fuit à Clem. VIII. Conſtit. *Illius.*

Indicit

ANNO DOM.

Indicit proſequutionem [a] ſacri, & Oecumenici Concilij Tridentini: Conſtit. *Ad Eccleſiæ regimen.*

a Conc. Trident. proſequi mandat.

Hoc anno Cabilone habitus eſt Conuentus, vbi Hæretici Eccleſiaſticam, & laicam Politiam euertere conati ſunt, Papiſticum, dicentes, eſſe, in Republica dignitatum gradus, ordines, & diſcrimina, cum Deus, inquiebant omnes, vno excepto Rege, pares eſſe voluerit. Huius Synodi ille fructus extitit, quòd Matiſconę multæ ædes nobilium dirutæ ſunt.

1561. Bona omnium Fratrum [b] Militum Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, vbique decedentium, etiam ex illicita negotiatione acquiſita, vbi ſpolia non ad Cameram Apoſtolicam, ſed ad ipſum Hoſpitale ſpectent, & pertineant. Conſtit. *Romani intereſt.*

b Bona mili tu m S. Ioannis non ad Cam. Apoſtol. ſed ad ipſa m Religionem ſpectant.

Vt Inquiſitores non teneantur publicare [c] dicta teſtium contra ſchiſmaticos, vel hæreticos examinatorum. Neque rationem reddere de proceſſibus, alteri, quàm Romano Pontifici, aut ſupernis Inquiſitoribus Almæ Vrbis. Conſtitut. *Cùm ſicut.*

c Inquiſitores dicta teſtium publicare non teneantur.

Hoc anno Proteſtantes Principes Lunæburgi Conuentum agunt: Albertum Standeburgium Zuinglianum damnant Hæreſeos. In Tranſyluania alij Luthericam, alij Sacramentariam factionem ſequuntur. Bernenſes [d] priùs Luthericolæ, poſtmodum Caluiniani fiunt, frementibus Lutheranis, qui ex vrbe fugere ſunt compulſi: & plus apud non ſuos Caluinus valuit, quàm proprius Prophetes eorum Lutherus, acclamatus tertius Elias.

d Bernenſes prius Lutherani: poſtea Caluiniſtæ fiunt.

Bene contra illos S. Cyprianus, lib. de vnitate Eccleſiæ, clamat. Quomodo poſſunt duo, vel tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto, & ab eius Euangelio ſeparari? Non enim nos ab illis, ſed illi à nobis receſſerunt, & cùm hæreſes, & ſchiſmata poſtmodum nata ſint, dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituunt, veritatis caput, atque originem reliquerunt.

Anno eodem Numbergenſis in Thuringia ab Auguſtanæ confeſſionis profeſſoribus Principibus Conuentus habitus eſt. Ad quos Pius IV. Nuncium [e] ſuum deſtinauit, vt ad ſanam mentem illos reuocaret, ſed parum apud obſtinatos Legatio valuit. Tractatum eſt ibi de Zuinglianorum damnatione, ſed res fruſtra tentata eſt ob multos illi ſectæ addictos. Interim Caluinus ſcribit contra Heshuſium & contra eum ſimiliter Beza ſcriptum euulgauit, & abſterſionem aliarum calumniarum Heshuſij in Caluinum. Boquinus verò examen libri Heshuſij conſcribit. Sturmius Buceri vulgauit ſcripta. Kemnitius repetitionem Lutheranæ doctrinæ compoſuit. Brentius librum edidit de vnione perſonali duarum naturarum in Chriſto, in quo explicabat veram Corporis Chriſti præſentiam in Euchariſtia: Cui tabeſcentibus Zuinglianis, Oecolampadius reſpondit, Zuinglianiſmum defendens. Extat de hoc conuenticulo epiſtola ad D. Cardinalem Hoſium, relata à Reſcio.

e Pius Papa IV. ad Proteſtantes Nuncium miſit.

Sed, vt dicit S. Athanaſ. de decret. Nicen. Synod. Eſt ibi, vt Patres tradiderunt, vera diſciplina, ac magiſterij argumentum, vbi eadem confitentur, nec à ſe inuicem, nec à maioribus diſſentiunt. Qui igitur hoc animo non ſunt, mali potius, quàm veri præceptores appellari debent.

Anno eodem habita eſt in Gallijs [f] diſputatio præſente Rege, & Regina, inter Petrum Martyrem, Bezam, & vndecim Miniſtros, (qui Principum quorumdam Hæreticorum Comitatu Poſſiacum ad hunc effectum venerant.) & Doctiſſimos Catholicos, præſertim D. Cardinalem de Lotharingia, circa præſentiam Corporis, & Sanguinis Ieſu Chriſti in Euchariſtia. Ibi preſſus Beza cùm Petro Martyre auſus eſt dicere nihilominus longè Chriſtum à Cœna abeſſe, ſicut Cœlum à terra: & ruſus, ſe malle omnipotentiam negare, quàm Chriſtum eſſe præſentem in Euchariſtia; nec fieri poſſe per diuinam potentiam, vt idem corpus poſſit eſſe in duobus locis. Profeſſus eſt ibidem Beza ſe ex illis Patribus erudiendum committere, qui vſque ad 600. annum floruerunt. Vnde allatis teſtimoniis quinquaginta Patrum cum illis ſentire ſe ſimulans faſſus eſt, tandem Chriſti Corpus realiter eſſe in cœna, ſed inſtantibus Catholicis, vt clarius loqueretur, hæretico more ad aliam quæſtionem digreſſus eſt. In eodem Conuentu cùm à Beza quæſitum eſſet qua auctoritate ad prædicandum miſſus ſit extra ordinariam miſſionem, non aliis

f Catholicorum, & hæreticorũ diſputatio in Gallijs coràm Rege, & Regina.

ANNO DOM.

ſignis, quàm morum innocentia ſuam cauſam rueri poſſe reſpondit. Sed quæ detegi non potuit hæreſis, intentio in hac diſputatione, & literaria pugna non multò poſt detecta eſt, tanto Galliarum malo cum ferro armata in aciem deſcendens, nec Templis, nec Aris, nec Regiæ parcens omnia deturbauit.

a Inquiſit. contra quoſcunque, etia regulares procedant in cauſis de hæreſi.

1562. Vt Inquiſitores iuriſdictionem habeant [a] procedendi contra quoſcunque regulares, & religioſos, quoquo modo priuilegiatos, & exemptos, de hæreſi culpabiles, dummodo eorum ſuperiores non præuenerint. Conſt. *Paſtoris æterni.* Hanc iuriſdictionem etiam priuatiuè quoad ipſos Ordinum, & Superiorum Superiores, Inquiſitoribus dedit Paulus V. Conſtit. *Romanus.*

b S. Stephani militia confirmatur.

Item confirmat Militiam [b] Ordinis S. Stephani, à Coſmo Medices Florentiæ, & Senarum Duce, de licentia ipſiuſmet Pont nuper inſtitutæ, ſub regula S. Benedicti. Conſtit. *His quæ.* Hanc licentiam habuit Coſmus Medices die 1. menſ. Octobris 1561. Et idem Coſmus Magnus Dux Hetruriæ à Pio V. creatus fuit. Conſtit. *Romanus.*

In Conſtit. *De ſalute gregis.* ordinat, quòd Epiſcopi abſentes redeant ad eorum Eccleſias, quòd ſi ceſſantibus legitimis impedimentis per ſex menſes continuos abfuerint; incurrant pœnam quartæ partis fructuum: ſi per alios ſex, aliam quartam amittant. Si contumacia creuerit, denuncient per Metropol. & ille per antiquiorem ſuffraganeum reſidentem, ſub pœna interdicti ingreſſus Eccleſiæ.

c In Pontif. ſummi electione, quæ ſeruanda.

In Conſtitutione *In eligendis.* ſtatuitur de modo [c] eligendi Summum Pontificem qui præuia maxima diligentia eligendus eſt. Decernit ergo Pius IV. quòd exequiæ Pontificis defuncti per nouem dies continuos à Cardinalibus fiant. Et impenſæ non excedant ſummam decem mill. ducat. Conclaue ingrediantur Cardinales præſentes poſt decem dies à die obitus, & ad electionem procedant. Electio Pontificis non poſſit impugnari ſub prætextu impedimenti Cardinalium abſentium. Decernit circa quæ diſponere poſſit Cardinalium Collegium Sede vacante.

d Cellæ per ſortem diſtribuantur.

Cardinales tres, vnà cum Camerario quolibet tertio die eligantur, vt Conclauis curam habeant. Camerarij, & Clerici, & alij Camerales Officiales incumbant, Sede vacante, exactionibus pecuniarum, & prouiſionibus. Pœnitentiarius, & eius Officiales expediant tantùm ea, quæ ad forum conſcientiæ ſpectant. Datarij officium expirat morte Pontificis. Prælatorum ſignaturæ officium quieſcat. Cellæ Conclauis [d] ſorte diſtribuantur. Apud Conclaue nemini liceat habitare. Cardinales deputati viſitent ſæpè loca Conclauis. Cardinales in Conclaui duos tantùm habeant ſeruitores. Conclauiſtæ approbentur à Cardinalibus deputatis. Sacriſta cum vnico Clerico ſit in Conclaui. Magiſtri cæremoniarum duo, Confeſſor vnus. Secretarius Collegij vnus. Medici duo. Chirurgus vnus. Aromatarius vnus. Faber lignarius vnus. Seruientes decem. Conclaui [e] clauſo, nemo ad colloquium admittatur, & clàm ingredientes, pœnam excommunicationis latæ ſententiæ incurrant, non abſol. niſi à Summo Pontifice, & priuatione omnium officiorum, beneficiorum, & dignitatum, & tradatur Curiæ ſæculari acerrimè puniendus. Non [f] recipiantur, nèc admittantur litteræ, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. Scommeſſæ [g] non fiant ſuper electione: factæ, nullæ ſint. Contra facientes, Gubernatoris, vel futuri Pontificis arbitrio puniantur. Cardinales quilibet in Conclaui, vnico [h], & moderato ferculo ſit contentus, & in propria cella veſcatur. Prælati conclauis ad cuſtodiam deputati, curent, ne ſub epulis, & aliis litteræ, &c. tranſmittantur. Conclauiſtæ diſceſſuri à conclaui, reuertere non poſſint: ſed alij in eorum locum admittantur. Cardinalis [i] in Diaconorum ordine non conſtitutus, ad electionem non admittatur. In electione omnes ſeruent hic tradita. Et Conclauiſtæ cuſtodes omnia faciant ſeruari. Cardinalium collegium non poſſit immutare hanc Conſtitutionem: Sed legatur [k], & iuretur. Suſpenduntur omnes excommunicationes, ad effectum electionis Summi Pontificis, & Conſtitutio procedat in electione facienda etiam extra vrbem. Sic ibi. *Quoad electionem Papæ habes etiam Sanctionem Gregorij X. in capite 3. de elect. in 6. & aliam Clement. V. in Clement. 2. eodem titulo, necnon Clement. VI. Conſtit. licet. & Iul. II. Conſtitut. Cùm tamen. Pauli IV. Conſtitut. Cùm ſecundum.* & nouiſſimè eſt conſtitutio Greg. XV. vt infra.

e Conclaui clauſo, nemo ad colloquium admittatur.

f Litteræ non admittantur, nec recipiantur.

g Scommeſſæ non fiant.

h Card. quilibet vnico, & moderato ferculo ſit contentus.

i Card. non Diaconus ad electionem non admittatur.

k Conſtitutio hæc legatur, & iuretur.

Hoc

Anno Dom.

Hoc anno menſe Ianuario à Pariſienſi Senatu decernitur, non permittendam in Regno [a] geminã Religionem,& Hugonottis templorum ædificationem. Poſtulatum ideirco eſt à quibuſdam Senatoribus Caluinianorum fautoribus, vt extra vrbem illis daretur locus concionandi, & ritus eorum peragendi. Hinc audaciores facti Hugonotti armorum vi obtinere nitebantur, vt in ipſiſmet Catholicorum Templis, peractis eorum officiis, ſuos quoque ritus perficerent, eſſétque eadem Ara, menſa Dei, & dæmoniorum. Inſuper ea conditione ad Catholicam fidem redituros profitebantur, ſi priùs ſtatuas [b], Templa,& alia eis permoleſta prius illis eliminanda, & reformanda licuiſſet. Hoc ergo primum caput diſputationis, fuit de Templorum, & Imaginum euerſione, quibus nouis Iconomachis,& Iconoclaſtis fortiter reſiſtentes Catholici, interrupta diſputatione, Nouatores ſe victores, ipſi turpiter victi inflatis buccis perſonabant.

a *Pariſienſis Senatus decreto ſtatuitur, non eſſe permittendam in Regno geminam religionem.*

b *Caluiniſtæ noui Iconomachi, & Iconoclaſtæ.*

Sub falſo prætextu Idololatriæ Imagines ſacras euertunt, cùm illarum veneratio ſit religionis actus, vt habetur ex Concilio Niceno 2. act. 6. & 8. Synod. cap. 3. nunc tamen ipſi ſint Idololatræ, dicente Tertull. de Præſcript. Ab idololatria non diſtare hæreſes, & Irenæo lib. 1. cap. 12. quod hæretici deponunt in idolum veritatem, quam pollicentur.

Anno eodem menſe Maio habitus eſt conuentus Lunæburgi à Principibus, & Ordinibus Imperij inferioris Saxoniæ, ibi contra Bernenſes Caluinizantes, & alios Sacramentarios decretum [c] eſt, ne Caluinianiſmus, expulſo Lutheraniſmo in Saxonia nidificaret. Sed vbi Bernenſibus Zuinglianis iungi optabant, ab iiſdem prædicti Principes repulſi ſunt, & tanquam Lutherani exſufflati, clamantibus Bernenſibus ſibi ęquè ſentire licere cum Zuinglio,& Caluino, ſicut illis cum Luthero. Tandem concorditer in Sacramentariorum ſententiam itum eſt, ne Caluino locus daretur.

c *Contra Caluiniſtas, & Sacramentarios decernitur.*

Anno eodem menſe Septembri in Halberſtatenſi vrbe habitus eſt conuentus Principum,& Statuum Saxonię, vbi edicto publico ſub grauibus pœnis Zuingliana [d],& Caluiniana doctrina proſcripta eſt.

d *Zuingliana, & Caluiniana doctrina exploditur.*

1563. In conſtitut. *Oneroſum.* damnat,& excommunicat Odettum [e] à Caſtilione Cardinalem, in hæreſim Hugonottorum prolapſum.

e *Odettus Card. in hæreſim lapſus, excommunicatur.*

Hoc anno Caluiniculæ Synodum celebrarunt in Lauſanenſi ciuitate. Ibi protoparens eorum Caluinus Arianus oſtenſus eſt, interpretando illud *Ioannis* 10. *Ego & Pater vnum ſumus*, non de eſſentiæ, ſed voluntatis vnitate. Cúmque ei opponeretur Symbolum Nicænum, in quo confeſſi ſunt Patres, *Deum de Deo, lumen de lumine*, &c. Reſpondit inſolentiſſimè illam clauſulam continere battologiam, verborúmque circuitum,& nolens fateri Chriſtum Deum eſſe de ſubſtantia Patris, talem edidit confeſſionem. *In vna eſſentia Patrem cum Verbo, & Spiritu Sancto agnoſcimus.* Nec filium ex Patre, ſed authoteon à ſe ipſo Deum eſſe profeſſus eſt, duóſque primos, quorum vnus ex alio non ſit. Tandem Symbolo Athanaſij nec credere, nec diſcredere dixit.

Vtinam attendiſſent ad verba Procli Conſtantinopolit. epiſt. ad Armenios. State igitur in vno Spiritu vnanimes collaborantes Fidei Euangelij, & in nullo terreamini ab aduerſariis cuſtodientes traditiones, quas accepiſtis, ſiue à Sanctiſſimis, & Beatiſſimis Patribus, qui apud Nicænam fidem promulgaſſe noſcuntur, ſiue à Sanctis, ac venerandis Baſilio, Gregorio, ac reliquis eadem ſentientibus. Si hæc attendiſſent Nouatores non iterum Arium, &c. ab orco reuocaſſent.

1564. In Conſt. *Benedictus Deus.* confirmat ſacrum [f], & Oecumenicum Concilium Tridentinum.

f *Conc. Trid. confirmatur.*

In Conſtitutione *Romanus Pontifex.* ſtatuit, vt Græci [g] ſubiiciantur iuriſdictioni Ordinariorum, circa ea, quæ Dei cultum, Sacramentorum adminiſtrationem, animarúmque ſalutem,& hæreſum extirpationem concernunt.

g *Græci in quibus ſubiiciuntur Ordinariis.*

In Conſtit. *Dominici gregis.* approbat Indicem [h] librorum prohibitorum, cum regulis formatis per Patres à ſacro Concilio Tridentino deputatos. Et prohibet illos de cætero haberi, & legi.

h *Index librorum prohibitorum approbatur.*

In Conſtit. *Sicut.* declarat, quòd Concilij Tridentini decreta, circa reformationem,& ius poſitiuum tantummodo, ligare cœperunt à Calend. Maij 1564.

In Conſtitutione *In ſacroſancta.* ſtatuitur, vt forma profeſſionis fidei [i] Catholicæ, obſeruetur à quibuſcunque promotis,& promouendis ad aliquam liberalium

i *Fidei profeſſio fiat.*

artium

artium facultatem, electíſque,& eligendis ad cathedras,lecturas, & regimen publicorum Gymnaſiotum.

Et in alia Conſt. *Iniunctum.* Vt eadem fidei profeſſio obſeruetur à prouiſis de beneficiis Eccleſiaſticis curatis,ac dignitatibus,Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis locis Ordinum Regularium,& Militiarum.

Eodem anno Maximilianus II. Ferdinandi Imperatotis filius in Imperatotem eligitur.

a Lutherani,& Zuingliani conuenire non poſſunt.

Hoc anno menſe Aprili,Colloquium Maulbrunæ habitum eſt ad Luthetanas, & Zuinglianas [a] controuerſias componendas. Vuirtembergenſes enim,quorum Principes erant Brentius, & Smidcllinus, cum pane, & vino in Cœna,vt illi loquuntur, adeſſe Chriſtum verè,& ſubſtantialiter,ſumíque à bonis,& à malis dicebant. Palatini verò, quorum Princeps erat Boquihus,oppoſitum ſentiebant. A Smidellino multum ſudatum eſt ad probandum (quod nunquam præſtare potuit) ne dum in Euchariſtia, ſed omnibus in locis Chriſtum eſſe præſentem. Sed tempore fruſtra contrito ſyncretiſmus effici non potuit, ſed potiùs ingens diſcotdia excitara eſt, quæ linguas, & calamos ad ſe dilacerandos armauit. Sed veritas ipſa nos docuit Matth. 12. *Omne regnum, quod contra ſe diuiſum eſt, deſolabitur.*

b Nuncij à Principibus non procurent pro ſe, aut pro ſuis.

Vt Nuncij [b] Apoſtolici,& alij,ad Principes deſtinati,fauores ab eis procurate, 1565.
aut illis vti nequeant,ad obtinendas dignitates apud Sedem Apoſtolicam, ipſis, vel eorum conſanguineis,& neceſſariis conferendas.

c Alienationes bonorum Eccleſiæ Romanæ,reſcinduntur.

In Conſt. *Apoſtolicæ.* reſcindit alienationes [c], infeudationes, & conceſſiones Terrarum,& locorum S. R. E. ac Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ ſine competenti tecompenſa, aut neceſſitare, vel dictæ Sedis vtilitate id non exigente factas. Et alia plura ſtatuta ſunt.

d Conc. Mediolanenſ. ſub Carolo Borrh.

Sub hoc Pontifice Catolus Borrhomæus Cardinalis, & Atchiepiſcopus Mediolanenſis celebrauit primum Concilivm [d] ſuum Mediolanense anno 1565. ad mores Eccleſiaſticos componendos.

e Melita à Turcis impugnata, vincit, & inimicos fugat.

Hoc anno Melita [e] Inſula ingentibus copiis à Turcis obſeſſa. in vltimum diſcrimen veneret,cùm iuſſu Philippi II. Hiſpaniarum Regis, Garſia Toletano auxilium fetente,Turcæ fugati ſunt,& obſidio ſoluta, cum magna equitum Melitenſium gloria,qui ſupra vires decertarunt,& vicerunt.

f Pij IV. obitus.

Hoc eodem anno Pius Papa [f] obiit Romæ die 19. Decembris, & ſepultus fuit in Baſilica Sancti Petri: & inde tranſlatus eſt ad Eccleſiam Beatæ Matiæ de Angelis Ordinis Fratrum Carthuſianotum. Vacat Sedes vſque ad diem ſextam Ianuarij 1566.

g Pij V. electio.

Pivs V. [g] Italus,ex oppido Boſchi, diœceſis Alexandriæ, in Prouincia Lom- 1566.
bardiæ,Antonius antea dictus,Pauli de Ghiſleriis filius,Ord.Fratrum Prædicatorum,& S. R. E. Presbyrer Cardinal. tit. S. Mariæ ſuper Minetuam,die 6. Ianuarij, Romæ Summus Pontifex eligitur.

h Iaponia Inſula fidem recipit.

Eodem anno Iaponia [h] Inſula fidem Chriſti tecipit.

i Cardd. Inquiſit. omnes pareant.

Eodem anno data Conſt. *Sanctiſſimus.* in qua ſtatuit, quòd Catdinalibus Congtegationis S.Inquiſitionis,Officiales [i] omnes pareant.

k Naufragium paſſis omnes ſuccurrant.

Eodem anno Conſt. *Cùm nobis.* contra impedientes, aut non ſubuenientes [k] Nautis,aut aliis naufragium patientibus, in locis S. R. E. mediatè, & immediatè ſubiectis:Bonorúmque naufragantium occupatores, & communitates, ac Barones, & Dominos eos non capientes.

l Sclaui baptizati ad Conſeruatores Vrbis Romæ confugientes, libertatem conſequuntur.

Sclaui baptizati [l], ad Conſeruatores Almæ Vrbis pro libertate confugientes, libertatem conſequuntur, & ciues Romani efficiuntur. Conſt. *Dignum.*

m Mulieres clauſtra regularium non ingrediantur.

Quòd mulieres [m] etiam prætextu cuiuſuis priuilegij, facultatis, aut licentiæ, ingredi non poſſint (exceptis caſibus in hac conſtitutione expreſſis) Monaſteria, & clauſtra, cuiuſcunque Ordinis Regularis. Conſt. *Regularium.*

n Medaliarum benedictio, geſtatio, & vſus, quando, & qua occaſione cœpit.

Sub hoc Pontifice benedici cœperunt Medaliæ [n], quæ nunc ſiue ad collum, ſiue ad Coronas, & Roſaria ligatæ à fidelibus portantur. Initium fuit hac occaſione.

Hoc anno in Belgio quidam hæretici coniurati in ſignum vnionis inter ſe, & non rebellionis in Regem (licèt re vera perduelles eſſent) Medallias plumbeas

hoc

Digitized by Google

ANNO DOM. 1566.

hoc pacto impreſſas geſtabant. In vna parte Regis imago ſculpta erat, & duæ manus ſimul iunctæ cum hac inſcriptione: *In omnibus Regi fideles.* In altera, vir quidam mendicus baculum arundineum & biſacia ad collum geſtans, cum hâc inſcriptione: *Vſque ad biſaciæ portationem.* Catholici verò illius regionis, vt ab hæreticis ſeſe ſeiunctos declararent, cœperunt & ipſi Medallias ad collum alligatas portare, ſed cum imaginibus Saluatoris, B. Virginis filium in vlnis geſtantis, vel alicuius alterius Sancti ſculptas. Ea propter D.Margarita de Auſtria Parmę Dux, & regionis illius gubernatrix, datis litteris ad Summum Pontificem Pium V. ab eo obtinuit talium Medalliarum benedictiones, & vt eas geſtantes, Indulgentias lucrarentur. Ex quo innumeri fideles ad tales Medallias deuotè portandas excitati fuêre, & ex tunc, tum Summus Pontifex, tum reliqui ſucceſſores poſtea cunctis fidelibus tales Medallias benedictas tribuunt, eáſque ſiue ad collum, ſiue ad coronas, & Roſaria appenſas geſtantibus, Indulgentias [a] plurimas pro viuis, & pro mortuis impertiuntur. Itaque licèt Medalliarum vſus perantiquus ſit, prout Imperatorum antiquorum Medalliæ teſtantur; illarum tamen geſtatio, & benedictio ſub hoc Pontifice initium habuit. Vide Boſium *in ſua Hiſtoria. Par. 3. lib.* 36. ſub anno 1566.

a Indulgentiæ pro viuis, & pro mortuis Medallias benedictas portantibus, conceduntur.

Hoc anno Petricouiæ in Polonia in celebratione comitiorum Sigiſmundi Regis habitum eſt colloquium inter Caluinicolas, & Trideitas [b]. Primis quatuor ſeſſionibus Trideitæ contendebant falsò allegari Scripturæ teſtimonia, Filium Dei ſuſtinentes non fuiſſe ab æterno Deum, nec Patri conſubſtantialem, contra quos fortiora, & efficaciora eiuſdem Scripturæ teſtimonia iidem Caluiniſtæ protulerunt. Sed illis elabentibus ad Patrum teſtimonia confugerunt, quos non alia ratione explodere putarunt Trideitæ, quàm communi hæreticorum medio, nempe teſtimonio ſolius Scripturæ innitendum eſſe. Sed ne viderentur victi, conabantur oſtendere fidiculam ſuam in Nicæno Symbolo fabricatam, ſed è regione reclamarunt Caluiniſtæ, dicendo, Nicænos Patres nihil aliud quàm antiquitùs traditam fidem, ſuis decretis conſignaſſe, eandémque clariorem reddidiſſe illud occinentes. *Deo Patri ſit gloria, eiuſq; ſoli Filio cum Spiritu Paracleto.* Vnde ita perciti Trideitæ: *Amen* reſpondere noluerunt.

b Caluiniſtæ cum Trideitis non conueniunt.

Vtinam per omnia, & in omnibus Patrum auctoritate ſe vinci paterentur Caluiniſtæ, certè enim omnis controuerſia ſopiretur, dicente Synodo Lateranenſi prima, Secretario, ſeu conſultatione V. Dogmata, & Sermones Sanctarum Patrum vno corde, & ore vnanimiter, ac conſonanter omnes firmamus: nihil addentes, nihil ſubtrahentes ex his, quæ ab ipſis tradita ſunt nobis: ſicq; credimus, ſicut Patres crediderunt, ita prædicamus quomodo docuerunt. Ad horum auctoritatem confugiendum, tanquam ad Eccleſiæ Catholicæ conſenſum irrefragabilem.

Anno eodem 9. Iulij habitum eſt colloquium Pariſiis [c], vbi inter Claudium de Sainctes, & Vigoræum Catholicos, ex vna parte, & præcipuos Miniſtellos Caluinianos ex alia diſputatum eſt. Primò à Catholicis quæſitum eſt, qui libri in Canone haberentur, quibus reſponſum eſt, omnes in auctoritatem recipi debere nullo excepto, qui hucuſque pro Canonicis vniuerſaliter recepti ſunt (quamuis Caluiniſtæ aliter ſentiant.) Interrogati rurſus de quæſtione, vnde petendus ſit ſenſus Scripturarum. Reſponſum eſt, ex priuata cuiuſque reuelatione Spiritus ſancti petendum. Et cùm vrgerentur Scripturæ locis, vbi reprehenduntur ij, qui viſiones cordis ſui ſequuntur, variis diuerticulis elabebantur. Propoſito deinde articulo de Diuina Euchariſtia potiùs de omnipotentia Dei, ſiniſtrè audire voluerunt, quàm præſentiam Chriſti Domini in illa fateri, & tot diſcordes ſententias protulêre, vt quidam Sambucæus nomine, Gallico libro edito ſcripſerit Methodum conciliandi diſcordes de Cœna ſententias, qui liber impreſſus eſt anno 1571. Vbi pariter multa contra Dei omnipotentiam eſt debacchatus. Sed idem poſtea dicitur hanc blaſphemiam cum toto Caluiniſmo abiuraſſe.

c Pariſiis Catholici cum hæreticis diſputant.

Sed ex auctoritate Eccleſiæ, quinam libri pro Canonicis ſint habendi, habetur ex Concil. Laod. cap. 59. Florentin & Tridentin. &c. & vnde ſit petendus ſenſus Scripturarum, habetur ex 6. Synodo cap. 19. Si ad Scripturas (ait) pertinens controuerſia aliqua excitata fuerit, non eam aliter interpretentur Epiſcopi, quàm quomodo Eccleſiæ Luminaria, & Doctores ſuis ſcriptis expoſuerunt. Vide Conc. Trident. ſeſſ. 4.

Anno

ANNO DOM.

a Londini in Anglia coram Regina Elizabeth Catholici cum Caluiniſtis diſputant.

Auno eodem,ſub Regina Elizabetha Londini[a] in Anglia habita eſt diſputario Catholicorum cum Caluinicolis.Sed Miniſtrorum fremitu,& nobilium poteſtare Catholici preſſi audiri non potuetunt, nec inchoata verba perficete. Demum loquendi facultate impetrara, impiorum ota obruraucrunt; proptet quod eiecti ſunt Catholici à colloquio,Miniſtellis accitis,etiam ediris de ea re libellis Pæana falsò occinentibus.Is aurem diſputationis fructus extitit,quod tunc exularc multi coacti ſunt Chriſti Confeſſores,inter quos recenſentur Alanus, poſtea S.R.E. Cardinalis, Nicolaus Sanderus, Thomas Stapletonus fortiſſimi, & inuictiſſimi athletæ,& DD. ſapientiſſimi.

b Collationes beneficiorũ non ſeruata Conc. Trid. forma nullæ.

Damnat quaſcunque collationes[b] Eccleſiatum Patochialium, non ſeruata fotma Concilij Trident.hactenus factas, vel de cætero faciendas. Conſtirut. *In conferendis*. 1567.

c Ciuitates,& loca S.R.E.non alienentur,nec infeudentur.

Prohibitio alieriandi[c],& infeudandi ciuitates,& loca S.R.E.vel de eotum alienationibus,& infcudationibus tractandi,quouis prætextu, etiam cuidentis vtilitatis. Conſtit. *Admonet*. Hæc prohibitio ab omnibus ſucceſſoribus confirmara ſuit initio Pontificatus. Et iterum ampliata fuit à Clem. VIII. in Conſt. *Ad Romani*. Qui Clemens huic Bullæ Ducarum Ferrariæ mox ad Sedem Apoſtolicam deuolutum, cum ſuis reditibus ſubiccit in alia Conſt. *Sanctiſſimus*.

d Spoliorum nomine quæ veniant.

Spoliorum[d] nomine ad R. Cameram Apoſt. ſpectantium,non veniunt ornamenta,& paramenta Eccleſiarum, nec ſupellectilia domeſtica. Neque bona Clericorum, qui beneficia, aut penſiones non excedentes ſummam ducatorum 30. habuetunt.Conſt.*Romani Pontificis*.

e Taurorum agitatio prohibetur.

Prohibet agitationem taurorum[e],aliarúmque ferarum,beſtiarum,cum annullatione vototum, & iuramentorum deſuper adhibitorum. Conſtitut. *De ſalute gregis*.

f Caluiniſtæ,& Trideitæ in Tranſyluania diſputãt.

Hoc anno inter Caluinicolas, & Trideitas in Tranſyluania[f] habita eſt diſputatio Vetadienſis.Illi Patrum ſententias allegabant,hi reſpuebant,addentes,ſi Patrum auctoritas ab illis admitteretur, conſequenter ſeptem Sacramentorum numerum admittendum eſſe,Imagines, Cœlibatum, omnéſque Eccleſiæ tradiriones. Sed Ptincipis fauore freti Caluinicolis ſilentium impoſuêre, & pro ſuo libito acta colloquij deſcripſerunt, etiam editis libtis contra Sanctiſſimam Trinitatem.

g Breuiarij Romani reſtituti approbatio.

Breuiarij[g] Romani,ad pſallendum hotas Canonicas ex Decreto ſacri Concilij Tridenr. reſtituti approbatio, cum prohibitione vſus aliorum Breuiariorum, præterquàm à primæua inſtiturione Ordinis à Sede Apoſtolica, vel à conſuetudine ſupra annôs ducentum approbatorum. Conſt. *Quod à nobis*. 1568.

h Lutherani inter ſe diuiſi,conciliationem quæritant.

Hoc anno Aldeburgenſis Conuentus celebrarus eſt à Luthericolis[h],vt inter ſe (diuiſi in *molles*,& *rigidos*)conciliari poſſent. Adeo autem intet ſe diſſecti erant,vt bi Lurherum Chriſto, & Paulo æquarent, illi verò, nec culici æquandum putarent.Sed inuicem ſe motdentibus,& lacetantibus peior ſciſſura in Luthetaniſmo facta eſt.

i Proteſtantes potiùs Mahumetani,quàm Catholici volunt eſſe.

Anno eodem,in dominiis Gerau, Graitz Conuentus Proteſtantium[i] quorundam habitus eſt: ibi Auguſtanam Confeſſionem oblatam Carolo V. vocauerunt cothurnum, vtrique pedi aptum. Alij à Lutheri Carechiſmis diſcedunt: Nouæque Conſtirutiones ibidem cuduntur, & inter cæteras, vr in collectis non concludarut: *Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum*, ſed hoc modo: cum Mahumetanis ſentientes,qui Chriſtum ſeruum Dei non Deum prædicant, *Per fidelem ſeruum tuum Chriſtum*.

Anno codem, Sendomiriæ conuenienres Caluinicolæ, cum Trideitis Syncreriſmum ita conſarcinatum ex putidis næniis effecerunt, vt Oedipo interprete opus ſit; vt intelligi nequeat, neque de quibus loquuntur, neque de quibus affirmant. Talem confeſſionem melius Lutheticolæ ſentientes, edito libello poſtea damnarunt eo prætexru, quod Caluini ſententiam in illa non reprobaſſent.

k Nefandum ſcelus prohibetur.

In Conſt. *Horrendum ſcelus*.ſtatuit contra quoſcunque Clericos,tam ſæculares[k] quàm regulares,nefandi criminis reos. 1569.

l Roſarij Capellas, & ſodalitia Generalis Prædicatorum erigit.

Facultas erigendi Capellas[l] Roſarij, ſit ſolummodo Magiſtri Generalis Ordin.

S.Domi-

ANNO DOM.

S. Dominici, & ab eo deputatorum. Conſtitutione, *Inter deſiderabilia*.

Coſmus Medices [a] Reipublicæ Florentinæ Dux, eiúſque ſucceſſores Magni Duces Hetruriæ creantur. Conſt. *Rom. Pontifex*. Talis autem creatio non præiudicat iuriſdictioni S. R. Eccleſiæ, nec Imper. Regum, &c. Ibidem §. *Salua nihilominùs*.

a Coſmus Medices Magnus Dux Hetruriæ.

Eodem anno 1569 Catol. Borrhomæus, Card. & Archiepiſcopus Mediolani celebrat CONCILIVM [b] MEDIOLANENSE II. ad mores.

b Conc. Mediolan.

Eodem anno data Conſtitut. *Cùm onus.* decernit, quòd cenſus imponi debet ſupra re immobili, fructifera, & certis confinibus deſignata. Et in pecunia numerata, in actu celebrationis inſtrumenti: ſoluuntúrque in fine, & non anticipata, obligationes ad caſus fortuitos extra naturam contractus nullæ ſint. Pacta impedientia facultatem alienandi rem cenſuatam, ſint illicita. In re cenſuali vendenda, Dominus cenſus præferatur, ad quod vide Gregorium XIII. Conſtitut. 25. Pacta, quòd debitor cenſus ob moroſitatem aliquam damnum incurrat, nulla ſint. Cenſus augeri, vel creari non poſſint ſuper fructibus cenſus. Pacta continentia ſolutiones eorum, ad quæ aliquis non tenetur, inualida ſint. Cenſus perit pro rata rei peremptæ, vel infructuoſæ effectæ: extingui poteſt quandocunque pro eodem pretio facta intimatione per duos menſes ante. Repeti tamen ab inuito non poteſt. Contractúſque aliter celebrati, fœneratirij ſint. Pretium cenſus ſemel conſtitutum minui, & augeri non debet. Hæc Conſtitutio ligat quoad cenſus contrahendos.

Item, data Conſtitutione, quæ incipit: *Si de protegendis.* ſtatuit contra offendentes, ſiue impedientes perſonas Inquiſitoris, bonaque diripientes, & carceres frangentes: eorúmque complices, & fautores, vt excommunicationi latæ ſententiæ priuati officij, & beneficij ac dignitatis incurrant, & vt relinquantur in poteſtate Curiæ ſæcularis, quæ de illis pœnas ſumant, quæ damnatis primo capite dictæ legis per conſtitutiones legitimas irrogantur, bonis, rebúſque omnibus fiſci iuribus applicatis: vti etiam de damnatis hæreticis per ſanctiones Canonicas conſtitutum: eorum filij paterna fama ſubiecti, omnis cuiuſque hæreditatis, ſucceſſionis, & propinquorum, & extraneorum penitus ſint incapaces. Delinquentes præfati claras tantummodo probationes in contrarium adducere poſſint. Epiſcoporum tamen cauſæ Rom. Pont. reſeruantur. Intercedentes pro præfatis delinquentibus hæreſis pœnas incurrunt. Reuelantes huiuſmodi delicta, impunitatem conſequuntur.

Vide Conſt. 3. Gregor. IX. Conſt. 3. Innoc. IV. Conſt. 10. Alex. IV. Conſt. 12. Iul. III. Item de priuilegiis Inquiſitorum Clem. VIII. Conſt. 36.

1570. Approbat Pontifex hoc anno Miſſale [c] Romanum ex Concilio Tridentino reformatum. Conſt. *Quo primùm tempore.*

c Miſſalis Rom. approbatio.

Prohibet diſputationem [d] in publicis prædicationibus de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut de vulgari ſermone ſcribendi, vel dictandi. Conſt. *Super ſpeculam.*

d De Conceptione B. Virg. non diſputetur publicè.

Hoc anno Caluinicolæ cum Trideiſtis Albæiuliæ conuenientes, diſputationem ineunt. Trideitæ ab horrendis blaſphemiis non deſiſtebant, contra Chriſtum Dominum inſurgentes, inter quas illa inſignis: quod Chriſto iam quietè, & pacificè degente, non oportet expectare, quod ab illo iuuemur, tantùm dum inter nos fuit, nobis viam ſalutis oſtendiſſe; vnde à Caluinianis acerrimè perſtricti ſunt. Iidem poſtea anno 1578. quemdam Dauid in Chriſtum inſanientem in carcerem coniiciunt, qui nolens illum, vt Redemptorem agnoſcere, eidémque inſultando, quod ſeipſum ſaluare non potuiſſet, antequam à carnifice vita illi eriperetur, infœlicem animam exhalauit.

e Trideitæ impiè de Chriſto plura ſentiunt: ita vt à Caluiniſtis perſtricti ſint.

1571. Extinguit Ordinem Fratrum [e] Humiliatorum. Conſt. *Quemadmodum.* ſtatuit, vt Epiſcopi Regni Siciliæ quotannis inuentarium actorum criminalium, conficere, & cuſtodire teneantur. Conſt. *Muneris noſtri.*

f Ordo Humiliatorũ extinguitur.

Approbat Officium [f] B. Virginis nuper reformatum. Conſtitut. *Superni omnipotentis.*

g Officium B. Virginis approbatur.

Declarat, quòd Religio Clericorum Regularium Societatis [g] IESV eſt verè de Ordinibus Mendicantibus. Conſt. *Dum indefeſſa.*

h Ieſuitarum ſocietas eſt verè de Mendicantibus.

a *Regulares ad confeſſiones admittendi, etiam graduati, examinentur.*

Regulares [a] cuiuſcunque Ordinis, etiam Mendicantes, lectores, aut in Theologia graduati, non poſſint ſæcularium confeſſiones audire, niſi fuerint ab Ordinario, præuio examine approbati. Conſt. *Romani Pontificis.*

DE VICTORIA NAVALI BREVIS HISTORIA.

b *Victoria naualis.*

c *Pius V. Philippus II. & Reſpublica Veneta ſancto fœdere iuncti.*

Hoc eodem anno 1571. ingens victoria [b] naualis de Turcarum claſſe à Chriſtianis teporara eſt in prima Dominica Octobris quando ſancto fœdere iuncti ſunt Summus Pontifex Pius V. [c] Philippus II. Hiſpaniarum Rex, & Reſpublica Veneta. Quæ, quia illuſtriſſima fuit, breuiter eius hiſtoriam indicare non grauabor.

d *Card. Alexandrinus Legatus à latere.*

e *Hippolitus Aldebādrinus poſtea Clem. VIII.*

f *Ioannes Bernardinus Grandopolus auctoris Auunculus laudatus.*

Conſiderans igitur Beatiſſimus Pontifex Pius V. damna plurima, quæ contra Chriſtianam Rempublicam à nefario Turca inflicta fuerant, & quæ infligere parabat, Legatum à latere Fratrem Michaëlem [d] Cardinalem Alexandrinum ſuum ex ſorore Nepotem elegit, & cui inter cæteros viros, qui eum ad talem Legationem comitarentur, duos præcipuè coniunxit, nempe Hippolitum Cardinalem [e] Aldebrandinum, & qui poſtea Clemens Pontifex VIII. fuit, & Ioannem [f] Bernardinum Grandopolum, Epiſcopum Litterenſem à Coriolano Calabrum, Auunculum meum, cuius ſpectata virtus, integritas, prudentia, & in agibilibus ſumma dexteritas, Vrbi, & Orbi tunc nota erat. Cardinalis ergo Legationis officio quàm prudentiſſimè fungens, Philippum II. Regem ad hanc prouinciam ſubeundam induxit: cum quo etiam Reſpublica Veneta coniuncta eſt. Huiuſmodi ergo fœdere facto, D. Ioannes [g] Auſtriacus Caroli V. (licèt illegitimus) filius in totius exercitus Ducem electus eſt. Qui die 16. Septembr. anni 1571. è ciuitate Meſſana [h] ſoluens cum ingenti Claſſe, Cephaloniam peruenit, vbi omnia, quæ ad id neceſſaria erant, diſpoſuit. Erāt [i] autem ducentæ & nouem triremes Chriſtianorum, ſex inſuper magna nauigia, & quadraginta ex aliis communibus. Ex quibus Catholicus Rex Philippus ſtipendiis ſuis ſuſtentabat triremes octoginta vnam, cum multis aliis communibus nauigiis. Quarum quindecim erant triremes Hiſpaniæ, triginta Neapolitanæ, decem Siculæ, tres Genuenſes, vndecim Andreæ De Auria, quatuor Lomellini, quatuor Negronis, duæ Georgij Grimaldi, duæ Stephani Marini, vna Saurini, tres Equitum S. Ioannis, tres Ducis Sabaudiæ, duodecim Summi Pontificis, in quibus etiam contribuebat Dux Florentiæ: centum, & nouem Venetiarum, cum ſex magnis nauigiis, quæ vulgò (*Galeazze*) dicuntur.

g *D. Ioannes Auſtriacus Dux exercitus.*

h *Meſſana è ciuitate ſoluit.*

i *Triremium Chriſtianorum numerus.*

k *Ioannes Auſtr. ſuos ad pugnam hortatur.*

l *Turcica Claſſis primo ſecundo vento, poſtea reflante venerat.*

Die igitur Dominica ſeptima Octobris propè ſinum Corinthiacum, cùm Claſſem inimicam noſtri proſpexiſſent, fuſis priùs precibus ad Dominum, & dato ſigno, ſuam ſtationem, & aciem ſingulæ triremes obtinuerunt. Mox inuictus Princeps [k] Ioannes Auſtriacus quoddam conſcendit nauigiolum, & præferens Vexillum cum imagine Crucifixi, cœpit animare exercitum ſuum, huc, atque illuc diſcurrens, vt paratiores eſſent ad præliandum, quamuis ex ſeipſis animati eſſent ſatis, & paratiſſimi ad ſanguinem ſuum pro Chriſto fundendum. Rediens poſtmodum ad Principem triremem ſuam, eduxit magnum Vexillum in altum, in quo erat imago Crucifixi, & ad pedes eius poſita erant inſignia Summi Pontificis, ad quarum inſignium dexteram erant inſignia Catholici Regis, & ad ſiniſtram inſignia Venetiana. Interim verò appropinquabat Claſſis Turcica [l], primùm quidem ſecundo vento, ſed poſtmodum reflantes experiens ventos, paulò tardius, contractis velis accedebat remigans.

m *Triremium Chriſtianorum diſpoſitio.*

Itaque hoc modo Chriſtianæ triremes [m] ſuis quæq; locis, & ſtationibus opportunè collocatæ ſunt. Princeps triremis ad dexteram, triremem habebat Principem Summi Pontificis, cui præſidebat Marcus Antonius Columna: ad ſiniſtram verò, triremem Principem Venetianam habebat, cui præſidebat Sebaſtianus Venerius. Ad latus Pontificiæ triremis Principis, erat triremis Ducis Sabaudiæ cum D. Leni, & D. Principe de Vrbino. Ad latus verò Venetianæ Principis, erat Genuenſis, cum ſuo Generali Hectore Spinola: vbi etiam erat Princeps Parmenſis. Aderat etiam claudēs huiuſmodi alas, Princeps triremis Equitū S. Ioannis

Digitized by Google

ANNO DOM 1571.

cui præſidebat Frater Petrus Iuſtinianus: ad ſiniſtram verò huius erat triremis Lomellina, in qua erat Paulus Iordanus Vrſinus. Ad ſubſidium autem Principis triremis Auſtriacę aderat patrocinatuta triremis, tum triremes ſocias ſuas habentes, quæ erant ſeptuaginta. Porrò in dextro cornu conſtitutus erat etiam Andreas de Auria cum quinquaginta triremibus: Auguſtinus Barbarigus aderat in ſiniſtro cornu, qui erat Prouiſor generalis Venetianus, cum aliis 50. tritremibus. Ante verò præcedebant ſex magna nauigia, triplici diſtincta ordine, vt ſuis tormentis bellicis, quibus munitiſſima erant, pugnarent primùm, & interrumperent longè exercitum, antequàm cum ipſis triremibus confligarentur. Denique Marchio S. Crucis aderat cum triremibus triginta, & vna poſt principia, ſeu in triariorum loco. Cæterùm erant in vniuerſo exercitu octo [a] millia militum Hiſpanorum, duodecim millia militum aliorum Italiæ: & denique tria millia aliorum militum ſpontaneorum, variarum nationum, præter alios ordinarios milites qui reperiebantur in ſingulis triremibus.

a Militum Chriſtianorum numerus.

In oppoſito verò Turcarum [b] exercitu, erant ducentæ, & triginta triremes, & ſeptuaginta magna nauigia: milites numero centum viginti millia. Diſpoſitus autem erat Turcarum exercitus in figuram ſemicirculi, ſiue dimidiæ Lunæ. In cornu dextro aderat Mahometes Rex, Gubernator Corinthiacus: in ſiniſtro Aluchus Alinus Gubernator Algerij, habens quiſque 60. triremes. In medio autem, poſitus erat Alinus Præfectus cum centum triremibus. Cæterùm, inuictus Auſtriacus mandauerat ipſi nauclero triremis ſuæ, vt diligenter contueretur Principem triremem Turcicam, & rectà ad eam contenderet. Ex alia verò parte, Præfectus Turcicæ Claſſis conſtituerat, ne torméta bellica vlla ratione detonarét, priuſquàm appropinquaſſent ipſi Chriſtianorum exercitui, & cominùs præliari poſſent: verùm tamen coacti ſunt Turcæ, huiuſmodi intentum ſuum mutare: nam magna illa nauigia Chriſtianorum, quæ præibant, vbi tormentis ſuis bellicis ad copias Turcàrum ſe poſſe pertingere viderunt; ſtatim cœperunt globos ſuos contra Turcas tranſmittere, & mirabili quodam animo, vehementia, & celeritate.

b Turcicarum triremium & militum numerus.

Auſtriaca triremis, primùm tormenta ſua [c] ſoluere cœpit; adeò vt vix dimidiatam tormentorũ bellicorum partem exoneraſſent Turcæ, cùm iam ſe obrutos viderunt impetu, fulgure, & tonitruo Chriſtiani exercitus. Tam vehemens autem fuit pugna, primùm quidem inter duas Principes [d] triremes vtriuſque exercitus, vt modò hæc, modò illa victa videretur. Nam in Turcica trireme erant in ſubſidio ſeptem triremes, & duo magna nauigia, quæ ſemper milites ſuppeditabant animoſos, & bellicoſos. In Principe autem Chriſtiana, erat flos ipſe militiæ: erant etiam acies ipſæ ordinatiſſimè diſpoſitæ: nam in vna aderant centum milites exercitatiſſimi, & veterani: in alia item acie, 25. non minùs exercitatiſſimi: item in alia alij 25. robuſtiſſimi: & reliqui denique in ſuis ſtationibus ſinguli verſabantur.

c Pugna, & conflictus.

d Pugna inter Principes triremes.

Denique inuictus Auſtriacus, & ſui, cùm animosè incendiſſent in Principem Turcarum triremem, ſed tamen repulſi fuiſſent: duraſſétque conflictus ipſe per ſpatium ſeſquihoræ; tandem, animoſiores facti Chriſtiani, ſequentes Heroëm [e] virum Lopozium Fiquera, ingreſſi ſunt in triremem Principem Turcicam, & eam obtinuerunt, interficientes ipſum Alinum Pręfectum, & eos, qui cum eo erant: inſuper etiam impiiſſimum, & abominabile Mahometicum vexillum proſtrauerũt, erecto Chriſtianorum vexillo ibidem, atque pleno ore cum iucunditate, & iubilo Victoriam [f] perſonare cœperunt, vt hoc modo, qui præliabantur cæteri Turcæ, exanimarentur, & Chriſtiani omnes animarentur dulci victoriæ nomine in earum aures influente: gratiáſque maximas [g] pro tam ſingulari beneficio Deo Optimo Maximo omnes egerunt. Cæterùm, cùm adhuc Turcica quædam triremis inſoleſcere vellet, & Hiſpanicam Principem triremem inuadere, animosè quidem & viriliter à M. Antonio Columna ſuperata, & capta eſt, ſicut alias multas cœperat præſidio Pontificiæ Principis triremis. Cuncti verò Principes alij, mira etiam fecerunt: ſicut & Princeps Venetianæ triremis, quæ adeò heroicè ſe geſſit, vt vix poſſit pro dignitate explicari.

e Chriſtiani milites Principem triremem ingreſſi, eam obtinent.

f Victoriam clamant omnes Chriſtiani.

g Deo gratias agunt.

Denique vidẽs Aluchus Alinus ipſe, quòd res Turcicæ deſperatæ eſſent, vt iam victoriam reportaſſent Chriſtiani, cum paucis quibuſdã triremibus, quæ eũ ſecutę

ſunt,fugam arripuit.Interim verò Princeps triremis Equitum S. Ioannis in cornu dextro,cùm impares vires repetiſſet, poſtquam ſtrenuiſſimè certauit, randem ſuperata eſt. Duæ verò reliquæ, quæ ſupererant,triremes, videntes quantam crudelitatem Turcæ exercuiſſent in principe ſua trireme, tam ſtrenuè ſe geſſerunt, vt cùm viciſſent tres triremes cum quibus pugnabant, omnes Turcas,qui in eis erant,gladio interimerent. Ipſe etiam Princeps Auſtriacus cùm vidiſſet triremes Siculas ſubſidio indigere,validiſſima manu ad eas accurrit, ita aduerſarios oppugnans,vt eos ad fugam cogeret,atque compelleret.

a Chriſtiani mortui.

b Turcæ occiſi.

c Triremes Turcicæ captæ.

Cæterùm, ex Chriſtianis [a], in huiuſmodi nauali conflictu interierunt quatuor millia militum: inter quos erant nonnulli perilluſtres viri, qui ſtrenuè ſe geſſerunt in ipſo prælio. Ex Turcis [b] autem occiſi ſunt viginti millia, inter quos fuerunt ducenti Principes viri, & trecenti Gubernatores prouinciarum, & 160. Duces: in captiuitatem autem redacti ſunt duo millia. Porrò Chriſtianorum captiui libertate donati ſunt duodecim millia ex variis nationibus. Item, centum [c] & ſexaginta triremes reportarunt Chriſtiani, & duodecim magna nauigia: triginta autem triremes ſubmerſæ ſunt, & quàm plurima etiam alia ſpolia reportàrunt Chriſtiani: inter quæ fuerunt multa inſignia Turcica, & denique præcipuum vexillum Magni Turcæ. Et quoniam ponto nox atra incumbebat,& procelloſus quidam turbo imminebat, Chriſtianæ copiæ ad proximum portum, vt ibi feſſi milites refici, & recreari poſſent, ſe recipere ſtatuerunt: vt deinceps ad domandam magis,ac proſtrandam Turcicam potentiam vlterius progredi valerent. Sed cùm hyems intraret, & vulnerati eſſent multi: Ioannes Auſtriacus ex ipſo conflictu, poſt partam victoriam immortalem, non ſine maximo emolumento Chriſtianæ Reipublicæ, & nominis Chriſtiani gloria, & reputatione redire decreuit.

d Victoriam hanc dum Pont. oraret, vidit.

e Dies feſtus inſtituitur.

f Victoria ſimilis nunquã à Chriſtianis parta eſt.

Præfatam victoriam ipſe Summus Pontifex Pius V. dum eſſet in [d] oratione, vidit,& circumſtantibus aliquibus dixit: *Deo gratias,qui nobis dedit victoriam, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Accepto autem nuncio de ipſa victoria,publicę indictæ ſunt preces, & gratiarum actiones: quin & feſtum [e] ſub titulo S. Mariæ de Victoria inſtitutum eſt à Gregor. XIII. Et meritò quidem, nam nunquam alia ſimilis [f] contra infideles Victoria à Chriſtianis parta eſt. Vtinam, & in futurum, eundem euentum Chriſtiani milites contra Turcas,& hæreticos ſemper habeant.

g Elizabetham Angliæ Reginã excommunicat.

h Societas cum Turcis damnanda.

Hic etiam Pontifex,data Conſt.quæ incipit: *Regnans in excelſis.* Elizabetham [g] Anglorum Reginam Catholicis infeſtam, anathematizauit, Regníque ius ab ea ademit. Perfecit, vt Carolus IX. Francorum Rex, decretum Aurelianenſe de libertate Religionis aboleret. Societatem Franci [h] Regis cum Turcarum Rege damnauit, eam Franciæ labem dictitans. Chriſtianis Principibus aduerſus Solimanum Hungariæ imminentem, Cæſarem pecuniã iuuit.

i Imperator Pontificis denunciatione perterritus, nefarium diploma reuocat.

k Sigiſmundus Poloniæ Rex decretum de tolerandis Caluiniſtis reſcidit.

Interea Maximilianus Cæſar Confeſſionem Auguſtanam à Lutheri diſcipulis conflatam, proceribus, & Auſtriæ nobilibus conceſſerat. Sed Pij Pontificis denunciatione [i] perterritus,nefarium diploma reuocauit. Ferunt Cæſarem dixiſſe, viſum ſibi loquente Legato Pontificis, Pium flagellum intentantem. Sigiſmundus quoque Poloniæ Rex decretum [k] de Caluinianis & Auguſtanæ ſectatoribus tolerandis, Pio auctore reſcidit.

Hoc anno Rupellæ Synodus celebrata eſt, Beza Præſidente. Ibi tractatum eſt de Eccleſiarum inſtaurandarum ratione,ſed ſub prætextu Religionis in Regis,& Catholicorum perniciem machinati ſunt.

l Pius V. obiit.

Pius autem V. hoc anno obiit [l] Romæ ad 1. Maij,& ſepultus fuit in Baſilica S. 1572.
Petri: & inde tranſlatus eſt ad Baſilicam S.Mariæ Maioris,vbi & miraculis coruſcat. Vacat Sedes vſque ad diem 13. Maij.

m Gregor. eligitur.

GREGORIVS XIII. [m] Italus ex ciuitate Bononiæ,Hugo antea dictus,Chriſtophori de Boncompagnis filius,S.R.E. Presbyter Cardinalis, tit.S.Sixti die 13. Maij Romæ Summus Pontifex omnium conſenſu eligitur. Hic Pontifex miſericordia in pauperes,& in conſtruendis Seminariis, & Collegiis, aliiſque locis piis, mirè reſplenduit. Multáque vtilia ſtatuit.

n Agnus Dei non pingantur.

Prohibet ne depingantur [n], ſiue minientur, aut venales proponantur Agnus Dei à Pontifice benedicti. Conſtitut. *Omni certè.* Confirmat Conſtitut. Pij V. de

non

Anno Dom.

non alienandis [a], & infeudandis Terris, & locis S. R. Eccleſiæ. Conſtitut. *Inter cætera.*

a *Bona Eccleſ. Rom. non alienentur.*

Inſtituit Militiam [b] S. Mauritij Martyris, ſub regula Ciſtercienſi, ac ſub regimine Emanuelis Philiberti Sabaudiæ Ducis, ſuorúmque ſucceſſorum, qui dictæ militiæ Magni Magiſtri perpetuò ſint. Conſt. *Chriſtiani populi.* Huic Militiæ poſtea idem Pont. vniuit aliam militiam S. Lazari Hieroſolymitani, vt in Conſtitutione, *Pro commiſſa.*

b *Militia S. Mauritij inſtituitur.*

Inſtituit prætereà hoc anno Collegium Presbyterorum Societatis IESV, vniuerſitatíſque Studij generalis, diuerſarum ſcientiarum, bonarúmque Artium, in Oppido Pontis Monſonij Metenſis Diœceſis in Lotharingia, cum redituum aſſignatione, priuilegiorúmque conceſſione. Conſt. *In ſupereminenti* Dat. Romæ anno 1572.

Hoc anno Bernenſis Synodus habita eſt, vbi manifeſta conſpiratio aduerſus Carbolicos [c] eſt deſignata, ſtatuentes, vt nulla Principibus relinquatur poteſtas, leges eorum violentur, ima ſummis miſceantur. De qua re legatur Alanus in reſponſione ad perſecutores Anglos.

c *Bernenſes contra Catholicos plura ſtatuunt.*

1573. CONCILIVM [d] MEDSOLANENSE III. ſub Carolo Borrhomæo, ad mores Eccleſiæ reſtituendos.

d *Conc. Mediol.*

Concedit Papa, vt omnibus liceat in quacunque die infra Octauam [e] Sanctiſsimi Corporis Chriſti, proceſſionem ſolemniter facere, in honorem ſuæ feſtiuitatis. Conſtit. *Cùm interdum.*

e *Proceſſiones infra octauam Corporis Chriſti omnes poſſunt facere.*

Inſtituit feſtiuitatem [f] ſub inuocatione Roſarij B. Mariæ Virginis prima Dominica die menſis Octobris, in Eccleſiis, vel Capellis Roſarij duplici maiori officio celebrandæ, pro gratiarum actione de victoria die 7. d. menſis Octob. parta contra Turcas. Conſt. *Monet Apoſtolus.*

f *Feſtiuitas inſtituitur in memoriam victoriæ naualis.*

Inſtituit Collegium Germanicum [g] in vrbe pro Scholaribus nationis Germanicę, piè ibidem educandis, & inſtituendis, cum aſſignatione annui reditus. Conſt. *Poſtquàm Deo.*

g *Collegium Germanicum erigitur.*

Hoc anno Cracouiæ (vt alia Conuenticula à diuerſis Miniſtellis celebrata ibidem omittantur) habitus eſt Conuentus inſaniſſimorum Miniſtrorum Trinitariorum præſidente Georgio Dauid, teſte Cromero in ſuis Dial. loquens de colloquio Cacangelicorum Cracouienſium. Ibi S. Trinitatem [h] Satanici homines Deam fatuam, nudam meretricem, hydram, infernalem Cerberum, idolum Sabinenſe, Chananæorum ſimulachrum appellare auſi ſunt. O miram Dei patientiam! ad inferos talem ſuperbiam illicò non detrahentem.

h *Trinitarij impiè de ſanctiſsima Trinitate ſentiunt.*

Eodem Sathanico Spiritu Arius ſua Thalia ſotadica ad riſum captandum contra ſanctiſsimam Trinitatem debacchatus eſt, Sacrum hoc myſterium obſcœnè pertractans, ex Athanaſ. Orat. contra Arianos qui meritas pœnas luit, ſicut & Georgius Dauid, cuius corpus flammis cum ſcriptis exuſtum eſt. Ex Surio anno 1556.

Anno eodem alia Synodus Cracouiæ celebrata eſt. Decretum ibi hæreſes [i] tolerandas; potiùs de pace ciuium, quàm Dei curandum. Sed & leges ab iiſdem Miniſtellis exploſas iterum cudunt. Pax inter Symmiſtas, & Collegas maledictis non diſſoluenda mandatur. Prodiit deinde libellus editus ab iis Simiis laruatis inſcriptus: *Acta & concluſiones Synodi generalis Cracouienſis ad Regem Henricum.* Poſt hanc epiſtolam ſequitur conſenſus mutuus (ſic enim illum attitularunt) de Religionis Chriſtianæ Capitibus inter Eccleſias maioris, minoríſque Poloniæ, Lithuaniæ, Ruſſiæ, & Samogitiæ: quæ iuxta Confeſſionem Auguſtanam Fratrum Vvaldenſium, vt vocant, & Confeſſionem Helueticam, aliquo modo à ſe diſſentire videbantur, factus in Synodo Sendomirienſi anno 1570. decima quarta Aprilis. In hac decretum eſt, vt Miniſtri prædictarum Synagogarum conciones, & Sacramenta miniſtrent, & ea forma diſpenſent, & ritu conſueto in iiſdem illorum cœtibus, cuius fuerint confeſſionis. Et quoties miniſter cœtus alicuius, alterum cœtum adit cuiuſcunque ſit Confeſſionis, iuxta illam prædicet, & miniſtret. Præterea, vt miniſtrum catechiſmum auditoréſque partis, vel cœtus vnius, pars altera, nulla vel ratione, vel occaſione abſtrahat.

i *Cracouiæ plura impia ſtatuuntur.*

In Synodo Vladiſlauienſi 1563. iampridem multis articulis ingluuiem,

& crapulam prohibuere; ſed maiora incrementa ex prohibitione ſuſcepit. Alia Conuenticula, teſte Reſcio, habita ſunt Poloniæ multis in locis, vt Petricouiæ, Piczouiæ, Rakouu, Leuartoun, in quibus teſte quoque Czechouio Anabaptiſta, apud Reſcium, à pleriſque ita diſceſſum eſt, vt vnuſquiſque, quod ſibi videbatur, ſequeretur. In Lauartouu duo Conuentus ſunt habiti, in quibus Caluiniſtæ cum Anabaptiſtis diſputarent. Quibus recuſantibus, Anabaptiſtæ triumphum cecinêre.

In quodam colloquio his locis habito Nicolaus Sturmius auſus eſt aſſerere, in Chriſto Domino ſolam diuinam naturam eſſe Pontificem, Sacerdotem, ac proinde Patre minorem. Sed è regione ſe opponente altero Sectario Stancaro Mantuano, dicente eſſe mediatorem ſecundùm humanam naturam, à Polonis miſſus eſt ad Geneuenſes, & Tigurinos pro deciſione controuerſiæ, & deciſum eſt eſſe mediatorem ſecundùm vtramque. Cui deciſioni Stancarus acquieſcere noluit. Miſſum eſt etiam ad Mahumetanos à quodam nobili, pro decreto, & cæremoniis circumciſionis.

Non inſultent Hæretici (ait S. Auguſtinus de Symbol. cap. 5.) per partes conciſi, non ſe extollant, qui dicunt, Ecce hîc eſt Chriſtus, ecce illic, qui dicit; ecce hîc, ecce illic ad partes inducit. Vnitatem promiſit Deus, Reges in vnum collecti ſunt, non per ſchiſmata diſſipati ſunt. Nunc ergo, vt dicit Sanctus Iuſtinus quæſtione 4. ad Orthodoxos, cùm damnent hæretici alij alios, ob opinionum diſſenſiones, perſpicuum eſt omnes horum hæreſes occaſionem habuiſſe ex ambitione, & mutua inuidia hæreſiarcharum, propter quam cauſam lupi graues ab Apoſtolo nominati ſunt: imò fidem noſtram dum ſibi aduerſantur affirmant.

a *Inquiſitores contra omnes non Sacerdotes celebrantes.*

Dat iuriſdictionem Inquiſitoribus [a], in eos, qui ad ordinem Presbyteratus minimè promoti, Miſſas celebrant, & Pœnitentiæ Sacramentum miniſtrant. Conſt. *Officij noſtri.* Hoc idem præſupponunt Paulus IV. Sixtus V. atque Clem. VIII. dum Inquiſitores huiuſmodi reos, præuia degradatione, Curiæ ſæculari tradendos eſſe decreuerunt. Conſt. Clem. *Etſi aliàs.* 1574.

b *Pro gratia, vel iuſtitia apud Sedem Apoſt. nihil detur.*

Confirmat, & extendit Conſt. Bonif. VIII. editã contra dantes aliquid, vel promittentes, vel recipientes, pro obtinenda gratia [b], vel iuſtitia apud Sedem Apoſtolicam. Conſt. *Ab ipſo Pontificatus.*

c *Mulieres Monaſteria virorum non ingrediantur.*

Reuocat licentias, & indulta quibuſcunque mulieribus [c] conceſſa ingrediendi Monaſteria cuiuſcunque Ordinis Regularium. Conſtitutione, *Vbi gratiæ, & indulta.* 1575.

Inſtituit etiam hoc anno Congregationem Clericorum ſæcularium de Oratorio nuncupatæ, in Eccleſia Beatæ Mariæ in Vallicella de Vrbe. Conſtitut. *Copioſus.*

Huius Congregationis Presbyteri, ex indulto Sixti V. ſub die 5. Septem. 1586. per dimidium horæ ante auroram, & poſt meridiem Miſſas celebrare: & à Vicario Papæ ad Confeſſiones audiendas, præuio examine in vrbe approbati, extra eam, abſque alio examine, illas audire valent. Ordinationes autem, & Inſtituta dictæ Congregationis approbauit, & nonnulla indulta eidem largitus eſt Paul. V. in ſua Conſt. quæ incipit: *Chriſti fidelium.*

d *Confeſſores cruciatæ neminem ab hæreſi abſoluere poſſunt.*

Quòd Confeſſores [d] in vim priuilegiorum Cruciatæ ſanctæ eligendi neminem ab incurſu, & lapſu in hæreſim abſoluere poſſint. Conſtitutione, *Officij noſtri.* 1576.

e *Conc. Mediol.*

Hoc eodem anno MEDIOLANENSE [e] CONCILIVM IV. celebratur ſub Carolo Borthomæo Archiepiſcopo, ad mores.

Eodem anno Rodulphus Maximiliani II. Imperatoris filius in Imperatorem eligitur.

f *Collegium Græcorum in Vrbe.*

Inſtituit Collegium [f] Græcorum in Vrbe, pro Scholaribus Nationis Græcæ piè alendis, & inſtruendis, cum annuorum redituum aſſignatione. Conſtit. *In Apoſtolicæ Sedis.* 1577.

g *Spolia Regularium vagantium Cameræ ſunt Apoſtolicæ.*

Declarat, quòd ſpolia [g] Regularium extra clauſtra vagantium, ſpectant ad Reuer. Cameram Apoſt. iuxta Conſt. Pauli III. & aliorum prædeceſſorum. Conſt. *Officij noſtri.*

Hoc anno Synodus Vilnenſis habita eſt, in qua Volanus ſtuduit conciliare

Calui

ANNO DOM. Caluiniſtas cum Lutheranis, vnde & librum compoſuit, in quo Concilijs, & Patribus pluſquam Caluiniſtæ ſolent, tribuit. Quod ægrè ferentes, libellum edidere, facultatem omnibus [a] credere, quod libebat.

Sed vnum eſt, & certum, ex Tertull. lib. de Præſcript. inſtitutum à Chriſto, quod credere omni modo debeant nationes.

a *Libertas credendi ad libitum vnicuique datur.*

1578. Anno 1578. Diſputatio Londini habita eſt inter Anglicanæ Synagogæ miniſtros Caluinianos, [b] & Puritanos ex vna parte, & illuſtrem ætatis noſtræ Martyrem Edmundum Campianum Societatis Ieſu, quæ durauit ab hora octaua ad vndecimam, & ab hora ſecunda poſtmeridiana iterum reaſſumpta, & vſque ad quintam producta. Illis conditionibus diſputare voluerunt Hæretici, vt Campianum tantum reſpondere, nullo autem modo interrogare fas eſſet, & Antagoniſtæ eorum fuere Decanus Eccleſiæ S. Pauli Beleus, & Witakerus, qui ſcriptum contra Campianum poſtea edidit, quod diligenter à Ioanne Duræo refutatum eſt. Ab illo igitur victi, [c] amplius cum nullo Catholico diſputaturos conſilio inter ſe inito, decreuerunt, & Campianum ſannis, & cachinationibus exufflantes, quem ratione vincere nequiuerunt, ad extremum in cauſa fuerunt, vt patibulo, cum alijs Orthodoxis adiudicaretur. Sic glorioſus ille Martyr vbi priùs decem rationes oblati certaminis edidiſſet pro cauſa fidei, ſanguine illam pariter obſignauit.

b *Caluiniſtæ & Puritani cum Edmundo Societatis Ieſu diſputant Londini.*

c *Ab Edmundo victi, amplius diſputare cum Catholicis renuunt.*

Sed non ſunt nouæ Hæreticorum ſtrophæ in diſputando cum Catholicis, vt patet ex diſputatione S. Petri cum Simone apud Clem. Baſilij Ancyr. cum Phot. apud Epi. lib. 3. t. 1. S. Bernard. cum Abailardo, Athanaſij cum Ario, & Auguſtini cum Felice, Paſcentio, Emerito, &c.

Anno eodem à Caluinicolis, [d] & Anabaptiſtis facta eſt Synodus, vbi Caluinicolæ ſe filios eſſe Abrahæ facere volebant. Anabaptiſtæ verò filios adulteræ. Sed contra eos Anabaptiſtæ inſurrexerunt ad hominem arguendo, dicentes: Si in Papatu omnia corrupta cur non Baptiſmus? Si omnia, cur non doctrina de Deo? &c. quibus non aliter reſponderunt illi, niſi his argumentis opportuno tempore ſatisfacturos, vnde ab Anabaptiſtis pæana cantatum eſt. In eadem Synodo cum iiſdem Caluinicolis Trideitæ diſputarunt. Farnouius pariter dimidia hora contra Spiritum ſanctum è ſuggeſtu linguam acuit, Sarnicio illi ſe opponente. Cumque ad auctoritates Scripturæ depromendas ventum eſſet, tanta varietas editionum in medium adducta eſt, iſto editionem L X X. citante, illo Syram, iſto Hebræam, illo Chaldaicam, vt clamoribus omnia complerentur, vt muto Dei Verbo lites de præcipuis Religionis capitibus componi non potuerint.

d *Caluiniſtæ & Anabaptiſtæ diſputant.*

1579. Inſtituit collegium [e] Anglicanum in Vrbe pro ſcholaribus Nationis Angliæ piè ibi educandis, & inſtruendis, cum annuorum redditum aſſignatione. Conſt. *Quoniam.*

e *Collegium Anglicanum in Vrbe.*

Inſtituit Archiconfraternitatem Pietatis [f] carceratorum in Vrbe, ad eos viſitandos, conſolandos, & adiuuandos. Conſt. *Pij patris.*

f *Archicōfraternitas Pietatis pro carceratis viſitandis.*

Hoc eodem anno CONCILIVM MEDIOLANENSE V. celebratur ſub eodem Carolo Borrhomæo ad idem.

1581. Medici [g] Hebræi, vel infideles, ad curandos Chriſtianos infirmos non admittantur. Et Medici omnes ſeruent Conſtitutionem Pij V. in monendis infirmis ad confeſſionem peccatorum. Conſt. *Aliàs.*

g *Medici infideles ad curandos infirmos Chriſtianos non admittitur.*

Hoc tempore reformatum eſt [h] Calendarium iuſſu ipſius ſummi Pontificis Gregorij, vnde & *Calendarij Gregoriani* nomen accepit. Conſtit. *Inter grauiſſimas.*

h *Calendarium Gregorianum reformatum.*

1582. Extendit Papa Concilij Tridentini prohibitionem de Duellis ad duella [i] priuatim commiſſa. Conſt. *Ad tollendam.*

i *Duella priuata non fiat.*

Eodem anno facta eſt reformatio anni, ab ea retractis decem diebus, & datum eſt cunctis Calendarium Gregorianum.

1583. Declarat præcedentiam [k] ſeruandam inter Ordines Mendicantes, & inter Confraternitates laicorum in proceſſionibus: ſcilicet, vt iuxta fundationem Eccleſiarum, ſeu domorum ſeruetur præcedentia. Conſtit. *Expoſcit paſtoralis.*

k *Præcedentia inter regulares & confraternitates ſeruanda.*

1584. Inſtituit Collegium [l] Maronitarum ad piè, & Catholicè, bonis artibus, Chriſtianiſque moribus, & doctrina inſtruendos in Vrbe. Conſt. *Humana ſic ferunt.*

l *Collegium Maronitarū.*

ANNO DOM.

ficio celebretur. Conſt. *Intemerata.* Id etiam Hiſpaniarum Eccleſiis Gregor. XIII. antea conceſſerat.

Sed huius feſti inſtitutio [a] apud Græcos antiquior eſt, vt conſtat ex Menologio *die 2. Nou.* & ex Conſtitut. Emanuelis Conſtantinopolitani Imp. de feriis, quam habet Theodorus Balſamo *in Nomocanone Photij tit. 7. cap. 29.* & extant ſermones S. Gregorij Nyſſeni, S. Germani Epiſcopi Conſtantinopolitani & Gregorij Epiſcopi Nicomedienſis apud Surium *die 21. Nou.* Certè apud Græcos Eccleſiaſtica traditio eſt, Beatiſſimam Virginem tertio ſuæ ætatis anno in Templo à parentibus eſſe à Deo oblatam, & ibi vſque ad 14. annum vixiſſe. Fuiſſéque morem, vt aliquæ viduæ, qualis fuit Anna Propheτiſſa, de qua *Luc. 2.* & puellæ virgines in templo, Deo offerrentur, vt ibi in ieiuniis, & orationibus, pſalmis, canticis, & aliis piis operibus vitam agerent: ac puellæ virgines, ſi vellent, Deo nuberent. Beatiſſima igitur Maria Virgo, vitam egit in templo, donec 14. ætatis ſuæ anno, diuino conſilio tradita eſt in matrimonium Ioſepho. Euodius ſecundus à Petro Epiſcopus Antiochenus apud Nicephorum, teſtatur, Virginem Mariam, cùm trium annorum eſſet, à parentibus in templo præſentatam fuiſſe. Ex Euodio, cæteri Græcorum hanc traditionem acceperunt. Apud Latinos in Gallicanis Eccleſiis cœpit coli hic feſtus dies tempore Caroli V. Francorum Regis anno ſalut. 1475. de qua re extare dicitur eiuſdem Regis epiſtola ad Nicolaum Epiſcopum Altiſiodorenſem, quam citat Galeſinus *in Annotation. ad Martyrolög. Vſuardi.*

a *Præſentationis huius feſti inſtitutio quando.*

Hoc anno habitum eſt Colloquiũ Montisbelgardenſe inter Bezam, [b] & Smidellinum. Ille dicebat corpus Chriſti tantùm eſſe in cœlo, nequaquam in terris. Iſte verò vbiquitatem defendebat; in qua diſputatione portentoſa vocabula inuenta ſunt, diſtinctus ſiquidem eſt vſus Cœnæ in *Oralem, Naturalem, Sacramentalem:* organicum, omnimaieſtaticum (nomina hîc inuenta) ſimiliter, moles immateriata, illocalitas, omnipræſentia. Ibidem Concionem habuit Beza de prædeſtinationis arcano adeò impudenter negans liberum [c] arbitrium, vt Manichæos ſuperarit. Eodémque tempore, vt triumphum de Smidellino reportaſſe monſtraret, Theſes multorum Miniſtrorum charactere ſubſcriptos, aduerſus eumdem in lucem diuulgauit.

b *Beza & Smidellinus diſputant.*

c *Beza liberum arbitrii negat.*

Anno eodem trecentum Miniſtri Poſnaniæ Conuentum egerunt, vt fidei profeſſionem ederent in omnibus, & per omnia conformem. Verùm tanto in Papam odio flagrabant, tantóque propriæ ſententiæ amore tenebantur, vt id efficere non potuerint.

1586. Inſtituit Sixtus Archiconfraternitatem [d] Chordigerorum S. Franciſci, chordam per Fratres eius Ordinis geſtari ſolitam, deuotè deferentium, cum Indulgentiarum elargitione ampliſſima. Conſt. *Ex ſuperna.*

d *Chordigerorum Archiconfraternitas erigitur.*

Contra exercentes artem Aſtrologiæ iudiciariæ, & alia quæcunque diuinationum genera libróſque tales tenentes, vel legentes, ſtatuit Conſtitut. quæ incipit: *Cœli & terra.* in qua tales ab Ordinariis, & ab Inquiſitoribus ſeuerè coërceri mandat.

Lauretanum [e] Oppidum in Piceno in Ciuitatem ſublimat, eiúſque collegiatam Eccleſiam in Cathedralem, & Epiſcopalem erigit. Conſtitut. *Pro excellenti.*

e *Lauretanum oppidum in Ciuitatem ſublimatur.*

Approbat Congregationem Clericorum Regularium [f] Miniſtrantium infirmis, &c. Conſtit. *Ex omnibus.* Iſta Congregatio, ſuam Regulam conſtituit, quam confirmauit, & priuilegia conceſſit Gregor. XIV. Conſt. *Illius.* Et eam poſtea declarauit, & reformauit Clemens VIII. Conſt. *Superna.*

f *Miniſtri infirmorum approbantur.*

Confirmat Conſtitutionem Pij V. de non infeudandis, [g] & alienandis Caſtris, & loca S.R.E. Conſt. *Quanta Apoſtolicæ Sedis.*

g *Bona Eccleſ. Rom. non alienentur.*

Statuit, vt Eremitæ S. Romualdi [h] Montis Coronæ, Ordin. Camaldulenſis ſub regula S. Benedicti, alterius Ordinis Religioſos recipere poſſint. Ipſi verò ad alium etiam Eremi Camaldulenſis tranſire nequeant. Conſt. *Ea eſt.*

h *Camald. Montis coronæ quoſcunque religioſos recipere poſſunt.*

Damnat contractus [i] Societatis, ſecuritatem capitalis, aut certam reſponſionem, aut aliter vſurariam prauitatem continentium. Conſtitut. *Deteſtabilis.*

i *Contractus ſocietatis vſurarij.*

Præſcri

ANNO DOM.

a Cardinalium creandorum numerus, ordo, ætas, qualitas.

b Coniugio per eunuchos & ſpadones contracta nulla.

Præſcribit in creandis Cardinalibus [a] numerum, ordinem, ætatem, & qualitatem. Conſt. *Poſtquam verus ille.*

Damnat coniugia [b] per Eunuchos, & ſpadones contracta, & contrahenda. Conſt. *Cùm frequenter.* 1587.

Hoc anno habitum eſt Colloquium Genadenſe à quibuſdam Miniſtris pro ſectarum concordia, hoc eſt, quomodo ex monſtris Lutheraniſmi, Caluiniſmi, Minotaurum efficerent. At dum ſcinderentur in contrarias factiones defendente Magiſtratu Lutherum, plebe Caluinum, eò deuentum eſt, vt ſui dogmatis quiſque auctor eſſet, & credendi norma, & regula.

c Illegitimi, criminoſi, aut ære alieno grauati ad Religionem non recipiantur.

Prohibet vt non recipiantur ad habitum, vel profeſſionem, cuiuſcunque Ordinis regularis, homines illegitimi, [c] criminoſi, aut ære alieno, reddendiſue rationibus obnoxij. Conſt. *Cum de omnibus.* 1588.

Hanc bullam moderauit quoad illegitimos Gregor. XIV. Conſtitut. *Circumſpecta.* Et quoad nullitatem profeſſionis moderauit Clem. VIII. Conſt. *In ſuprema.*

d S. Bon. inter ſanctos Eccl. Dei Doctores adſcribitur.

Adſcribit S. Bonauenturam [d] à Balneoregio inter egregios, ſanctóſque Catholicæ Eccleſiæ Doctores, cum Indulgentiis pro eius feſtiuitate die 14. Iulij celebranda. Conſt. *Triumphantis.*

e S. Didaci canonizatio.

Canonizat S. Didacum [e] Confeſſorem, Ord. Fratrum Min. S. Franciſci de Obſeruantia profeſſorem. Conſt. *Rex Regum.*

f Contra procurantes abortum.

Contra abortum [f] quouis modo procurantes, aut ſterilitatis potiones dantes, vel ſumentes, eíſque auxilium, conſilium, ſiue conſenſum pręſtantes. Conſt. *Effrenatam.* Hæc bulla in duabus eius partibus moderata fuit à Gregor. XIV. Conſt. *Sedes.*

g Contra Clericos malè, vel ſimoniacè promotos.

Contra Clericos [g] malè promotos, aut ſimoniacè, & Epiſcopos, & alios in Ordinum collatione peccantes. Conſt. *Sanctum.* Contra hos malè promotos habes etiam Conſtit. Pij II. *Cùm ex.* Hæc autem bulla ad terminos ſacrorum Canonum, & dictæ Conſtitut. Pij II. & Concil. Trident. (præterquàm quoad ſimoniacè promotos, & promouentes) reducta fuit à Clem. VIII. Conſt. *Romanum.*

h Inſana hæreſis.

Hoc anno Synodus Vilnenſis habita eſt Vilnæ, vbi decretum eſt; Patrem, [h] Filium, & Spiritum ſanctum adorandum non autem Trinitatem. In quodam alio conuenticulo, vt teſtatur Cechouicius ab vtraque parte, pro ineunda concordia diſputatum eſt, quæ cùm perfici non poſſet, concluſum eſt, vt vnuſquiſque ſequeretur viſiones cordis ſui.

In alio Colloquio cùm nobiles exprobrarent Miniſtris ſe neſcire quid crederent, eis reſponſum eſt, quòd quamdiu domini ſunt in cœtu, nullus erit ordo. Quibus iidem reluctarunt dicentes: Quamdiu nos iſti ſcholares docebunt, errabimus. Verùm alij ſic concordiam ineundam putarunt, ſi diſſimulatis erroribus res iſta obliuioni mandaretur.

i Henric. III. Rex Gal. à fratre Dom. occiſus.

k Henricus IV. poſt benedictionem, & abſolutionem à Papa pluries expetitam, & habitam ſuccedit.

Hoc anno Henricus III. Gallorum [i] Rex dum in obſidione Lutetiæ Pariſiorum eſſet, à quodam fratre Dominicano cultro vulneratus interiit. Cui Henricus IV. ſucceſſit, qui tamen (cùm eſſet hæreticus), donec à Papa Clem. VIII. benedictionem [k] pluries expetitam obtinuiſſet, nunquam à Catholicis Principibus Galliæ acceptatus fuit. 1589.

Vnde pro hac re Clemens VIII. præuiis per multos dies publicis precibus Romæ indictis, ipſum per Procuratorem in Porticu S. Petri abſoluit: deinde Cardinalem Alexandrum de Medicis (& qui poſtea Papa, & Leo XI. fuit) tanquam Apoſtolicæ Sedis Legatum, Lutetiam miſit, vbi ipſum Henricum ſolemniter à vinculo excommunicationis liberauit. Inter multa verò præclarè geſta, præcepit Henricus præfatus (ſuperatis prius omnibus Hæreticorum perfidiis) & edicto dato ſtatuit, vt cultus diuinus, [l] & Catholicæ Romanæ Eccleſiæ vſus in omnibus dirionis ſuæ locis, quæ ab Hæreticis Caluiniſtis poſſidebantur, reſtitueretur: ita factum eſt, vt infinita quaſi loca, quæ in manibus hæreticorum per multos annos fuerant, in poteſtatem Catholicorum deuenirent, & in eis Miſſæ ſacrificium, reædificatis prius ſacrorum locorum ruinis ab impiis Caluiniſtis patratis, celebraretur: tolerato [m] nihilominus in præfatis locis tantùm ad tempus, & ad maiorem

l Henricus IV. reſtituit Miſſam in multis locis ab Hæreticis poſſeſſis.

m Henricus tolerat ad tempus Caluiniſtarū prætenſam Religionem.

turba

ANNO DOM.

turbationem vitandam, prætenſæ Caluiniſtarum Religionis vſu.

Henricus aurem IV. anno 1594. à quodam [a] iuuene Ieſuitarum diſcipulo, cultro in ore vulneratur: hinc factum eſt, vt & iuuenis ille viuens in partes diſciſſus ſit, & Ieſuitæ ipſi è Galliis [b] expulſi. Licèt poſtea, elapſis aliquibus annis ab eodem Rege ad ſummi Pontificis Clem. VIII. inſtanriam, fuerint [c] reuocati. Qui denique die 14. Maij anni 1612. dum per ciuitatem Lutetiæ ſine ſoliro comiratu in curru incedit, à quodam incognito, gladio [d] percuſſus, ſtatim interiit.

a *Henricus cultro in ore percutitur.*

b *Ieſuitæ è Galliis expelluntur.*

c *Ieſuitæ reuocantur.*

d *Henricus cultro percuſſus interijt.*

Henrico præfato Ludouicus XIII. [e] filius ſuus primogenitus ſuccedit, & qui modò fœlix viuit, & regnat: & qui in tenera adhuc ætate, fidem Carholicam Romanam & profitetur, & tuetur: & contra Hæreticos ipſos ſibi rebelles dimicat, cum futurorum fœlicium euentuum, pro fide Catholica, magna expectarione.

e *Ludou. XIII. filius ſuccedit, & plura digna contra hæreticos rebelles facit.*

Hoc anno Synodus alia VILNENSIS facta eſt Babylonicæ confuſioni aſſimilis. Decretum ibi eſt, vt Miniſtri profiterentur Confeſſionem Sandomirienſem, nempe vt de Trinitate rectè ſentirent, in prædicatione tamen à Trinitatis voce abſtinerent. In Sacramento inſuper Euchariſtiæ non vtantur forma Catechiſmi Vilnen. vt Seminarium erigatur pro filiis Miniſtrorum, qui parentibus in miniſterio ſuccedere poſſint. Ne illegitimos filios baptizent.

Anno eodem habita eſt diſputatio BADENSIS inrer Piſtorium ad Eccleſiam reuerſum, & Smidellinum, Hedbrandum, & Gelarchium. Propoſiris autem theſibus, quibus vera Eccleſiæ definitio probabatur, diſputari cœptum eſt ex Scripturis in forma ſyllogiſtica, quam cùm Smidellinus reiicere conaretur, illam retinere coactus eſt, ſuomet teſtimonio deſumpto ex libro contra Suuenkfeldium deſcripto, & potius colloquium interrumpere voluit, quàm dialecticis repagulis loquacitatem detinere, & non poruit contra propriam ſententiam non eructare conſcientia tamen reclamante, dicendo diſputationes ab Apoſtolo interdictas.

Anno eodem habita eſt diſputario LAVINGENSIS de bonorum [f] operum neceſſitate, inter Catholicos, & Cacangelicos. Cúmque illi tali ſyllogiſmo perſtringerentur. Omne quod eſt neceſſarium Chriſtiano, vt perueniat ad terminum, neceſſarium eſt ad ſalutem. Sed ex D. Paulo opera bona ſunt huiuſmodi, dicente: Ipſius factura ſumus creati in bonis operibus, vt in illis ambulemus. Extra chorum ſaltarunt, dicendo: Bona opera non eſſe neceſſaria ad ſalutem, tanquam ſalutis cauſas, ſed tanquam merira, vel effectus fidei: adiungendo bona opera non ad eum finem fieri, vt ſalutem conſequamur; ſed quia ex præcepto tenemur illa facere. Contra inſtatum eſt. Ergo neque fides neceſſaria eſt, quia præcepta eſt. Et reſpondentibus, quòd alia ratio eſt de fide, quia fides non eſt opus. Replicatum eſt oſtenſo Chriſti teſtimonio, qui Ioan. 6. dixit: Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum.

f *Catholici cum Cacangelicis de operum neceſſitate diſputant.*

1590. Hoc anno die 20. Aug. è viuis [g] ſublatus eſt Sixtus V. anno ſuæ ætatis 70. receptis prius de more, Eccleſiæ Sacramentis. Vixit in Pontificatu annos quinque, m. 4. d. 3. Sepultus eſt in Vaticano: tranſlatus poſtea in Baſilicam S. Mariæ Maioris. Vacat tum Sedes dies 18.

g *Sixtus V. obiit.*

VRBANVS VII. [h] in demortui locum ſoeceſſit. Hic antea Ioannes Baptiſta Caſtaneus Romanus, olim Roſſanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, poſtea apud Philippum II. Nuncius: deinde Cardinalis; vltimò ad Pontificatus apicem, die 15. Sept. aſſumptus, ſolùm dies 12. vixit: & ſtatim viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt. Sepelitur in Vaticano. Vacauit Sedes menſes duos, dies nouem.

h *Vrban. VII. ſuccedit, & ſtatim moritur.*

GREGORIVS XIV. Vrbano ſucceſſit die 15. Decembr. Huius Pontificis nomen antè, Nicolaus Sfondratus, è ciuitate Mediolani, Franciſci de Sfondratis filius, S. R. E. Presbyter Card. tit. S. Cæciliæ Romæ Summus Pontifex pronunciatur.

i *Gregor. XIV. eligitur.*

Hoc eodem anno 1590. confirmat conſtitutionem Pij V. de non alternandis, [k] & infeudandis Terris, & locis S. Rom. Eccleſiæ. Conſtit. *Romanus Pontifex.*

k *Bona S. R. E. non alienentur.*

Hoc anno alia Synodus VILNENSIS habira eſt menſe Maio. Ibi ſtatutum

eſt,

eſt,vt ſine exceptione perſonarum obſeruarentur decreta Synodi præcedentis, nouæque Conſtitutiones ordinatæ ſunt,videlicet,vt Catechiſtæ pœnes miniſtros habitent, & quamdiu Catechiſtæ ſunt, non concedatur illis diſpenſatio Sacramentorum,nec quemquam matrimonio copulare.Vt Miniſter diſtribuens Cœnam,nec ſumens,ab officio ſuſpendatur.Vt editiones librorum ſub deputatorum cenſura in lucem prodeant.

a *Moderat Conſt.Sixt.V. de receptione Nouitiorū.*

Moderat [a] duas Conſtitutiones Sixti V.ſuper receptione Nouitiorum illegitimorum ad Ordines Regulares.Conſt.*Circumſpector.* 1591.

Damnat ſponſiones, ſeu excommiſſas, ſuper vita, morte,& futura electione Summi Romani Pontificis,ac promotionibus S.R.E.Cardinalium.Conſtitut.*Cogit nos.*

b *Immunitas Eccleſiaſtica ſeruāda,niſi in certis caſibus.*

Et quia Pius V.& Sixtus V.certis caſibus [b] permiſit,extrahi ab Eccleſiis criminoſos. Sed ſæcularium Principum Miniſtri dicta facultate abuſi ſunt;ideo Gregorius huiuſmodi facultates reuocat, & immunitatem Eccleſiarum obſeruari præcipit. Niſi tales fugientes ad Eccleſiam fuerint publici latrones, viarúmque graſſatores,qui itinera frequentata,vel publicas ſtratas obſident:aut qui proditoriè proximum ſuum occiderint, aut aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei. Conſt. *Cùm aliàs.* Vide pro hoc etiam diſpoſitionem Concil.Trid.*ſeſſ.*25.*c.*20.& Conſt. Io. XXII. *Ex parte.*

c *Moderat Conſt. editam à Six.V.contra abortum procurantes.*

Moderat [c] etiam Conſtitutionem à Sixto V.editam contra abortum quouis modo procurantes, & eorum complices: auferendo ab ea excommunicationis cenſuram:in reliquo verò,eam Conſtitutionem ad terminos iuris communis reducit.Conſtit.*Sedes Apoſtolica.*

d *Biretum rubrum Cardinalibus Regularibus concedit.*

Concedit vſum bireti [d] rubri S.R.E.Cardd.ex Ordinibus Regularium aſſumptis.Conſt.*Sanctiſſimus.*nam antea nigrum geſtabant.

e *Capucium,habitum Capucinorum, vel alium ei conſimilem nemo deferre poteſt.*

Statuit,vt nec Fratres Reformati Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci,neq; alij Religioſi,Capucium,[e] & habitum Capucinorum,vel alium ei conſimilem deferre poſſint.Conſt.*Beati Franciſci.*

Approbat Regulam Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium infirmis.Conſtit.*Illius,qui.*

f *Greg.moritur.*

Hæc & alia,cùm laudabiliter egiſſet Gregorius,obiit [f] Romæ die 15. Octob. huius anni 1591.& ſepultus fuit in Baſilica S.Petri.Vacauit Sedes vſque ad diem 30.Octobris.

g *Innoc. creatur, ſed & ipſe breui diē ſuum clauſit.*

INNOCENTIVS IX. [g] Italus,ex ciuitate Bononia,Io.Antonius antea dictus,Antonij de Facchinettis filius,S.R.E.presbyter Card.tit. SS. Quatuor coronatorum, Romæ die 30. Octob. huius anni 1591.creatur.Sed de hoc cùm multa digna omnes ſperarent, breui circulo diem clauſit extremum: nam poſt duos menſes è viuis ſublatus eſt,die ſcilicet 30. Decemb. & ſepultus fuit in Vaticano. Vacauit Sedes m.1.& d.1.

Hoc anno Wirtembergæ multi Paſtores (ex Ianſonio in Mercurio Gallobelgico,*tom.*1.*lib.*4.*pag.*272.) & ſuperintēdentes Lutheranicæ ſectæ conuenerunt,vt vnam fidei communem regulam conderent, articulos controuerſos definirent, normámque generalem in rebus Eccleſiaſticis componerent, quam deinceps in Ducatu Saxoniæ in concionibus, & rerum Eccleſiaſticarum adminiſtratione ſequerentur.

h *Clem.PP.eligitur.*

CLEMENS VIII. [h] die 30.Ianuarij huius anni 1592. ad Petri cathedram aſſumptus eſt: Hippolitus antea dictus,natione Florentinus, genere verò Aldobrandinus. Hic inter Henricum IV. Galliarum Regem, & Carolum Emanuelem Sabaudiæ Ducem,pacem conciliauit.Ferrariam recuperauit. Vbi cùm eſſet, Reginam Margheritam de Auſtria Regi Philippo III. per Procuratorem deſponſauit.Multos ad Cardinalatus honorem euexit:inter cæteros verò vnus fuit Frater Anſelmus [i] Marzatus Monopolitanus ex noſtra Capuccinorum familia primus, qui tali honore donatus eſſet, & qui in Religione fuerat Magiſter meus. 1592.

i *Fr.Anſelmus Monopolitanus primus Capucinorum ad Cardinalatus honorem euectus.*

k *Eccleſiæ Sacramentum in itinere Ferrariam pergens,ſemper præuium habuit:quod & prædeceſſores etiam ſeruarunt.*

Idem Pontifex dum Româ Ferrariam pergeret, auguſtiſſimum Euchariſtiæ [k] Sacramentum præuium ſemper habuit. Quod etiam ſui prædeceſſores, quando extra Romam iter peragebant,fecerunt: vt ex ſubiectis exemplis patet.

Paulus

Anno Dom. 1592.

Paulus III. [a] anno Dom. 1535. tertia menſis Sept. dum ab Vrbe diſceſſit,
Peruſiam verſus proficiſcens, vt ciuitatem ipſam à ſeditione liberaret: in eo itine-
re ſacroſanctum viaticum ante ſe ſolemniter aſportandum curauit. Blaſ. de Cæ-
ſena *in ſuo Diario.*

Idem Paulus [b] anno Dom. 1538. die verò 23. Martij ab Vrbe diſceſſit, Placen-
tiam verſus, & Nicæam Prouinciæ vrbem vſque profectus, vt Carolum V. Imp.
& Franciſcum Francorum Regem eò accerſitos, alloqueretur, ad pacem inter
eos componendam, necnon ad Nauale bellum in Turcas excitandum, ingenti
claſſe hoſtibus maximè formidabili, comparata: necnon & pro Concilio genera-
li celebrando; ſemper in itinere Sacramentum præuium habuit. Blaſ. de Cæſena *in
ſuo Diario.*

Clemens VII. [c] die 9. Sept. 1533. ab Vrbe diſceſſit, Nicæam, & Maſſiliam
vſque, cum auguſtiſſimo Viatico, ante ipſum ſolemniter delato, profectus eſt.
Blaſ. *vbi ſupra.*

Idem Clemens [d] Bononiam proficiſcens die 18. Nou. 1532. cum ſacroſancta
hoſtia præuia ab Vrbe diſceſſit, vt Carolum V. Imp. Viennâ ab obſidione Turci-
ca liberatâ in Italiam venientem, pro Italiæ pace, & tranquillitate componenda,
alloqueretur. Blaſius *vbi ſupra.*

Idem Pontifex dum Româ Bononiam [e] pergeret ad Carolum V. Imp. coro-
nandum anno 1529. die 7. Octob. Sacramentum Euchariſtiæ ante ſe ſolemniter
aſportandum curauit. Paulus Iouius *lib. 27. hiſtor.* Surius *de rebus geſtis.*

Leo X. [f] die prima Octob. 1515. dum Placentiam, & Bononiam vſque profi-
ciſceretur, id cum præuio Sacramento facit. Pariſ. Craſſus *tom. 4.*

Iulius II. coràm ſe non ſemel ſacroſanctum Viaticum in itinere ſolenniter
aſportandum curaſſe, in Diariis cæremoniarum inuenitur. Pariſ. Craſ. *tom. 2.*

Alex. VI. [g] die 22. Iulij 1494. ab Vrbe diſcedens, & Vicouarum pergens,
coràm ipſo Sacramentum ſuper Achineam delatum fuit. Brocard. *tom. 2.*

Pius II [h] anno 1464. Mantuam pergens, ſanctiſſimum Eccleſiæ Sacramen-
tum præcedentem habuit: ſic enim de tali re legitur: His Arcula iungebatur
aurea, equo albo vecta, & multis luminaribus circundata, in qua condita fuit
Euchariſtia, id eſt, Hoſtia Saluatoris ſacrata, & ſericum deſuper vmbracu-
lum.

Eundem ritum ſeruauit etiam Pſeudopontifex Benedictus XIII. [i] vt impetum
hominum in itinere ſibi inſtantem coërcere, ac reprimere poſſet: & etiam, vt Ma-
ieſtatem Pontificiam ſe verè habere oſtenderet, ſacratiſſimum, ſcilicet Chriſti
corpus ante ſe aſportandum curauit, circa annum Dom. 1407.

Gregor. XI. [k] ab Vrbe Roma Anagniam proficiſcens, hoſtiam vnam con-
ſecratam ante ſe in itinere deferendam, ſuis manibus in pixide aſſeruauit poſt
Miſſæ celebrationem anno Dom. 1376.

Idem quoque fecit Stephanus III. [l] Franciam pergens, vide ſupra in an-
no 752.

Idem quoque de prædeceſſoribus ſentiendum eſt: licèt non ſemper publicè, &
cum ſolemnitate id fecerint: ſæpè enim in pectore ad collum alligata burſa, Sa-
cramentum geſtabant. Sicut & antiquitus id faciebant cuncti Epiſcopi [m] quan-
do extra ſuam ciuitatem iter peragebant: Vt de ſancto Birino Dorceſtenſi Epi-
ſcopo, ab Honorio I. Papa in Britanniam ad prædicandum miſſo legitur. *Vide ſu-
pra anno Dom. 635.*

Archiepiſcopus quoque Beneuentanus [n] dum ſuam diœceſim viſitaret, ſacra-
tiſſimum ſacramentum publicè ante ſe deferre ſolebat. Quæ ſanè conſuetudo
ad Pauli II. vſque tempora illic durauit, vt manuſcriptus Codex in Archiepiſco-
pio Beneuentano aſſeruatus teſtatur. Sic & de S. Tarſicio anno Dom. 255. & de
Satyro fratre S. Ambroſij.

Cui ritui aliqua ex parte ſimile eſt, quod à Frācorum [o] Regibus obſeruari olim
legimus: dum enim ad prælia proficiſcerentur, vt legitur apud Guilielmum Du-
randum, & Gregor. Turon. ſacras reliquias ſibi præferendas curabant: præſertim
verò S. Martini cappā. Vnde poſtea, locus, in quo talis cappa ſeruabatur, Cappel-
la [p]: Cuſtodes quoq;, qui eā ſeruabāt, Cappellani [q] dicebantur. Quæ nomēclatura

a *Paulus III. itidem Nicæam pergens.*

b *Paulus III. Peruſiam proficiſcens.*

c *Clem. VII. Nicæam pergens.*

d *Idem Clemens Bononiā petens.*

e *Idem Clem. etiam verſus Bononiam.*

f *Leo X. verſus Placentiam, & Bonon.*

g *Alex. VI. verſus Vicouarum.*

h *Pius II. Mantuam petens.*

i *Pſeudopapa Benedict. XIII.*

k *Gregor. XI. Anagniam proficiſcens.*

l *Stephan. III. in Gallias ſe transferens.*

m *Epiſcopi olim ſecum in itinere, ſed in pectore, ſacramētum in burſa clauſum portabant.*

n *Beneuentanus Archiepiſcopus vſque ad nouiſſima tempora Sacramentum habuit præuium in Viſitatione diœceſis.*

o *Reges Gallorū ad prælium incedētes reliquias Sanctorum, præcipuè S. Martini cappam præferri curabant.*

p *Cappella dicta eſt qui cappa S. Martini ibi aſſeruabatur.*

q *Cappellani cuſtodes illius cappellæ dicebantur.*

vſque nunc etiam perſeuerat. Clemens ergo VIII. ſic in itioere Sacramentum præuium habens, ritum antiquum ſeruauit.

Hic Pontifex multa ſtatuit.

Comprobat Conſtitutionem Pij V. ab Innocentio IX. declaratam, de non alienandis,[a] & infeudandis ciuitatibus, & locis S.R.E. Conſt. *Ad Romani.* Dat. Romæ in monte Quirinali, die 26. Iunij 1592.

a *Bona Rom. Eccleſiæ nõ alienanda.*

Indicit Viſitationem [b] omnium Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorum Piorum Almæ Vrbis. Conſt. *Speculatores.*

b *Viſitatio generalis indicitur.*

Confirmat, declarat, & extendit Conſtitutiones Apoſtolicas, & Conc. Trid. contra pugnãtes[c] in duello publicè, vel priuatim: Mittentéſque, ſcribẽtes, aut diuulgãtes chartulas prouocatorias, eorúmq; fautores, & cõplices. Cõſt. *Illius vices.*

c *In duello pugnantes damnantur.*

Inſtituit Orationes [d] Quadraginta horarum, alternatim, & iugiter habendas, in Eccleſiis, & Piis locis Almæ Vrbis, ad præſcriptam Eccleſiarum, & temporis diſtributionem, cum indulgentiarum conceſſione. Conſt. *Graues.* Continuationem huiuſmodi Orationis præcepit Paulus V. die 10. Maij. 1606. & Greg. XV. & vſque hodie perſeuerat.

d *Oratio 40. horarum inducitur per omnes Eccleſias.*

Hoc anno habita eſt (ex eodem Ianſonio pag. 451.) Viſitatio Saxonica, vbi Saxones, vt Caluinianos explođerent, eos damnarunt, quòd in Euchariſtia nuda ſigna, & ſymbola corporis Chriſti dicerent, & figuraliter verba conſecrationis intelligerent. Et Chriſtum ſola fide aſcendente iu Cœlum, non ore ſuſcipi. Similiter eoſdem damnarunt in articulis circa perſonam Chriſti, de Baptiſmo, Prædeſtinatione, & Præſcienria, de quibus idem Ianſonius legendus eſt.

Contra Hebræos tenentes, legentéſque libros [e] Thalmudi, & alios hactenus damnatos, aut blaſphemias, & contumelias in Deum, & ſanctos continentes. Conſt. *Cum Hebræorum.* 1593.

e *Libri Thalmudici non legantur.*

Hoc anno Clerus Sueuicus, ex Ianſonio in ſuo Mercur. Gallobelgico anno 1593. Cal Decembris, articulos quoſdam ſua conſultatione formatos, Regi Poloniæ exhibuit. In tertio articulo ſic ſupplicarunt. Nullum alterius præterquàm Auguſtanæ (vt inquiunt) Religionis, quocunque illa nomine appelletur, exercitium, ſiue in magnis, ſiue in paruis Conuenticulis admittatur, multò minùs in Scholis, & Eccleſiis. In quarto articulo, quòd Rex quamdiu in eo Regno commorari voluerit decem tantùm Pontificios Sacerdotes, (prout ipſe in Conſtitutionibus Calmarienſibus promiſit,) atque inter illos Ieſuitam, aut Apoſtatam Sueuum, nullum ob graues cauſas admittat. In quinto, vt nec indigenæ, nec alienigenæ ipſorum ſectæ, ad vllum officium Eccleſiaſticum, vel ſæculare recipiendum admitterentur, & nemini liceret de ipſorum Religione, vel publicè loqui, vel ſcribere, nec iuuentutem pellicere ad ſcholas Ieſuitarum, aut Caluiniſtarum. In nono, vt quidam docti, & pij adoleſcentes in Germanicis Academiis Auguſtanam Confeſſionem profitentibus, publicis expenſis alerentur, ipſorúmque perſonæ, & bona eſſent immunia à Vectigalibus. Sed tentãte Rege Catholicam Religionem ſolam in eo Regno, aut ſaltem eum alia liberam introducere, id efficere nun potens, decreuit, ne alia quàm Auguſtana Confeſſio coleretur, nec cuiquam Magiſtratus daretur, qui eam non profiteretur.

Canonizat S. Hiacynthum [f] Polonum, profeſſorem Ord. Prædicatorum. Conſt. *Benedictus Pater.* 1594.

f *S. Hiacynthus canonizatur.*

Interdicit Regularibus [g] omnibus largitionem munerum, Conſt. *Religioſa Congregationes.*

g *Largitio munerum regularibus interdicta.*

Hoc anno habitum eſt colloquium in Academia Wittemberg. ex eodem, inter Hunnium defendentem ſuum de Prædeſtinatione [h] tractatum approbatum à Polycarpo Leyſero, & Salomone Geſnero, & inter Samuelem Huberum, eundem tractatum approbare recuſantem. Sub determinatis iudicibus, vtraque pars ſuam ſententiam expreſſit. Protulit Huberus Prædeſtinationem ad omne genus humanum ſe extendere Hunnius ad electos coarctabat.

h *De Prædeſtinatione diſputatio.*

Omnes homines Turcas etiam, & Iudæos, & Ethnicos per Chriſti iuſtificationem iuſtificatos eſſe dicebat Huberus, negabat Hunnius. Omnes homines priuſquàm ad regnum Chriſti perueniant, gratiam Dei, iuſtitiam Chriſti, & ſalutem habere dicebat Huberus, negabat Hunnius. Impiòs ſuſcipientes Baptiſmum io

pecca

ANNO DOM. 1594. peccati mortalis affectu, ex ſola Prædeſtinatione Dei verè, & tealiter iuſtificatos, dicebat Huberus, negabat Hunnius.

Omnes, qui in externo cœtu Eecleſiæ ſunt, ſanctificatos eſſe, & renouatos dicebat Huberus, contradicebat Hunnius. Lutherum reuocaſſe ſententiam de ſeruo arbitrio ſuſtinebat Huberus, negabat Hunnius. Hunnius cum ſuis è ſacra Scriptura, & libro concordiæ ſuam ſententiam probaturos offerebant. Huberus ſenſum Theologorum Vuittembergenſiũ, Lipſienſium, & Ienenſium appellauit. Cumque Doctores Vuittembergenſes, nempe Iacobus Hebrandus, Stephanus Gelarcus, Iacobus Hafentreſperus, Ioannes Magirus, Lucas Oſiander, Vuilhielmus Holderus, Andræas Oſiander, Felix Dabembachius, re perpenſa Huberum damnaſſent, vt etiam fecerunt Lipſienſes, & Ienenſes. Sed appellante Hubero ad Ducẽ Saxoniæ, iudices ad vtramque partem audiendam deſignati ſunt, interim Hubero ſilentium indictum. Ægrè tamen id tulit Huberus conquerens aduerſariorum conatu ſibi interdictam ſuam de Prædeſtinatione ſententiam. Sed cum Salomoni Geſnero mandatum eſſet loco Huberi concionari, ſuggeſtum priùs aſcendit, aduerſarios ſugillans, atque proſcindens, vocans eos Sacramentarios, & Caluiniſtas. Tandem proteſtatus eſt diſertis verbis, ſe in vltimas terras deportari potiùs malle, quàm ab opinione ſua reſilire.

Hoc modo vt ſcripſit Auguſt. de verbis Domini, ſerm. 11. diuiſi ſunt aduerſum ſe, & omnes pertinent ad regnum diaboli. Hæc illis prodeſt, quod aliqua dogmata Catholica profiteantur, nam qui vni articulo fidem abrogat, omnes negat, & talis fides, quæ aliquibus articulis aſſentit, non Chriſtiana eſt, ſed humana, & ciuilis.

Anno eodem, vt dicit Ianſonius, quidam ſectarij in quibuſdam Prouinciis Belgicis, inſtituerunt modum celebrãdi [a] matrimonia, vt loco Sacerdotis Notarius aſſiſteret, vt primò conſenſum, & propoſitum exploraret eorum, qui matrimonio iungendi erant, quo habito, mox Notarius reſpondebat: Cùm Dominis Cõmiſſariis nullum legitimum impedimentum occurrerit, & æquum ſit, vt negotium veſtrum promoueatur, Dominus Deus propoſitum quod dedit vobis confirmet. Secundò vt coniunctis dexteris ſponſi, & ſponſæ Notarius ſponſum alloquatur his verbis: *Profiteris hic coram Deo, & Magiſtratu, te accipere N. hic adſtantem in vxorem tuam legitimam, & polliceris ei, te nunquam deſerturum, ſed amorem ei, & fidem exhibiturum, & fidem ei matrimonialem conſeruaturum, omniáque facturum ſecundùm præſcriptum Euangelij?* Cumque hæc omnia promitteret ſponſus, ſicut vice verſa etiam & ſponſa. Mox Notarius benedicendo, hanc formulam verborum proferebat. *Pater miſericordiarum, qui vos per ſuam gratiam ad ſanctum hunc ſtatum matrimonialem vocauit, deuinciat vos ſincera dilectione, & fide coniugali, detque vobis ſuam benedictionem.* Hic modus celebrandi matrimonia quibuſdam Magiſtratibus, & Ordinibus Belgicis placuit. Curia in templum, Magiſtratu in Eccleſiam, Secretario, vel Notario in Sacerdotem commutato.

a *Modus nouus celebrandi matrimonia ab hæreticis inuentus.*

Anno ſimiliter 1594. Cùm Huberus Profeſſor Vuittembergenſis tumore diſciplinæ inflatus, tanquam aliis ſcientiâ ſuperior, (vt ſcripſit de Encratitarum Principe Tatiano Nicephor. *lib. 4. hiſt. Eccl. cap. 4.*) abſurdam de Prædeſtinatione ſententiam, quam ad reprobos extendebat, promulgaſſet: Silentium illi indictum eſt, ſed propter auctoritatem, quam habebat apud Saxones, & neceſſitudinem cum Cancellario, omnibus modis laboratum eſt, vt ſuam de Prædeſtinatione ſententiam moderaretur, vt *prædeſtinationis* vocabulum, quod ad reprobos etiam extendebat, largo modo ſumeret. Illo renuente, Dux Vuilhielmus Fridericus electoratus Saxoniæ adminiſtrator, Colloquium Torgauiæ inſtituit 26. Auguſt. vt cõtrouerſia iſta finiretur, vocãdo Ægidium Hunnium è Vuittemberga, & Georgium Mullerum, Ienâ, alioſq; Theologaſtros. Sed cùm in diſputatione iſta pertinax inuentus eſſet Huberus, Saxoniâ cedere iubetur, cum familia, & bonis ſuis.

1595. Approbat Indicem [b] librorum prohibitorum à Pio IV. iam confirmatum & nuper ſuppletum. Conſt. *Sacroſanctum.*

b *Index librorum prohibitorum approbatur.*

Hoc Anno ex eodem publicè comitia in Suecia habita ſunt. Ibi Pſeudoepiſcopi vmbra territi, & à Rege Catholico ſibi metuentes, decreuerunt omnes Sacerdotes, & Religioſes ſpacio ſex dierum excedere. Regi inſuper ſcripſerunt, vt ante Pentecoſten in Sueciam reuerteretur, proteſtantes ni fecerit, ſe ad nouam

ANNO DOM.

electionem progreſſuros. Eo conſilio id factum eſt, vt multos Catholicos illius Regni omni ſacrificio, & Sacramentis, & cibo ſpirituali, corporali relicto, expoliarent. *Sed hæc eſt hæretica fraus antequam Prouinciis potiantur, ſidem donum Dei eſſe iactare: nemini propter Religionem perſecutionem inferendam. Vnicuiq; libertatem conſcientiæ permittendam. At vbi peſtifera ſecta iecerint fundamenta, videas in Catholicos conſpirare, imò & omnes, qui non ſunt ſua ſecta perſequi, mulctare, in carcerem conijcere, etiam vita exſpoliare.*

Lege Auguſtinum Donatiſtarum perſequutionem recenſentem, epiſt. 122. 161. & 166. Familiare namq; eſt hæreticis, cùm non poſſint veritatem ratione euertere, armis vindicare, vt patet non ſolùm de Donatiſtis, ſed etiam Arianis, Neſtorianis, Albigenſibus.

a *Regulares vagantes & delinquentes.*

Contra vagantes Regulares extra clauſtra [a] notoriè delinquentes. Conſt. *Suſcepti muneris.* 1596.

b *Moderatur Bullã Sixti V. contra Clericos malè promotos.*

Moderatur [b] bullam Sixti V. contra Clericos malè promotos, & eos promouentes editam, cum præſeruatione pœnarum ibidem, ſimoniacè ordinatis, & ordinantibus inflictorum. Conſt. *Romanum.*

c *Itali extra Italiam nõ habitent vbi Catholicæ religionis vſus non exiſtit.*

Vt Itali [c] extra Italiam, non habitent in locis, vbi liber, & publicus cultus, ſiue vſus Catholicæ Religionis non exiſtat. Conſtitut. *Cùm ſicut non ſine magno.*

d *Conc. Aquileienſe.*

Hoc eodem anno celebratum eſt CONCILIVM [d] AQVILEIENSE.

e *Philippus II. Hiſpaniarum Rex moritur.*

Hoc anno Philippus II. [e] Hiſpaniarum Rex, poſt multas contra Turcas, & Hæreticos in terra, maríque partas victorias: poſt recuperatum, vi armorum, Portugalliæ Regnum è manibus D. Antonij intruſi: poſt domitam Flandriam ope Alexandri Ducis Parmenſis: poſt plurima Regna in Indiis Orientalibus acquiſita: fidémque Catholicam Romanam in eis propagatam, gloriâ elatus, & de obedientia, reuerentiáque erga S.R. Eccleſiam bene meritus, è viuis diſceſſit. 1598.

f *Philippus III. ſuccedit.*

g *Mauros ex Hiſpania eiecit.*

Philippus III. [f] ſuus filius ſucceſſit, qui ſicut & Regnorum, ita & virtutum tãti Patris hæres factus, auitam fidem Catholicam vbique profitens, præter multa, iterum Flandriam, ope Ambroſij Spinolæ Genuenſis domuit: Maurósque [g] ad numerum ducentorum millium ex Hiſpania expulit, anteceſſores ſuos imitatus: nam Philippus II. Iudæos ex omni ditione ſua eiecit: & antea Ferdinandus Hiſpaniarum itidem Rex, cognomento *Catholicus*, ab omnibus ſuis Regnis Iudæos, & Saracenos profligauit.

h *Conc. Tolet. ſtatuit, ne Hiſpaniarum Reges non Catholicos permittant in ſuis ditionibus.*

Quæ omnia conſonant ſatis iis, quæ in *can.* 3. Conc. Tolet. V. [h] ſtatuuntur: vbi ſic legitur: *Sanctum Concilium ſimul cum cõſenſu Chriſtianiſſimi Principis* (Chintiliani ſcilicet) *ſuorumq; Optimatum, illuſtriumq; virorum, hanc promulgamus Deo placituram ſententiam, vt quiſquis ſuccedẽtium temporum Regni ſortitus fuerit apicem, nõ ante conſcendat regiam Sedem, quàm inter reliqua cõditionum Sacramenta pollicitus fuerit, nullũ nõ Catholicum permittere in ſuo Regno degere. Si verò poſtquã ad Regni gubernacula acceſſerit, ipſe temerator huius extiterit promiſſi; ſit anathema, maranatha in cõſpectu ſempiterni Dei, & pabulum efficiatur ignis æterni. Similiter & omnes, qui cum eo cõſenſerint.*

i *Philippus III. moritur.*

k *Philippus IV. ſuccedit.*

Verùm, hoc anno 1621. die vltima Martij etiam ipſe Philippus III. [i] viam vniuerſæ carnis ingreſſus, Philippum IV. filium ſuum primogenitum ſucceſſorem, & hæredem reliquit, qui auitam fidem & mores etiam imitatus, magnam de ſe expectationem cunctis ingenerat.

l *Iubilæum indicitur Anni ſancti.*

Indicit Clemens Papa hoc anno Iubilæum [l] pro anno 1600. quo Anni ſancti conceditur plenaria remiſſio peccatorum, viſitantibus Baſilicas SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum, ac S. Ioan. Lateran. & B. Mariæ Maioris de Vrbe; & ſuſpenſio aliarum indulgentiarum durante dicto Anno ſancto. Conſt. *Annus Domini placabilis.* 1599.

m *In Indiis ſoli filij illius Prouinciæ ad Prælaturas aſſumi debent.*

Quòd in partibus Indiarum in Ordine Fratrum Minorum Ord. S. Franciſci de Obſeruantia, non poſſint aſſumi [m] ad munus Prouincialatus, & aliorum officiorum, niſi filij, & incorporati in illis Prouinciis. Conſt. *His quæ.* 1600.

n *Collegium Scoticum in Vrbe.*

Inſtituit Collegium ſcholarium [n] nationis Scoticæ in Vrbe, piè in orthodoxa fide, bonarum artium ſtudiis inſtruẽdorum, cum redituum aſſignatione. Conſt. *In ſupremo.*

o *S. Raymundi canonizatio.*

Canonizat S. Raymundum [o] Barcinonenſem Ord S. Dominici. Conſt. *Romana Catholica.* 1601.

p *Moderatur Cõſt. Six. V.*

Moderatur [p] Conſtitutionẽ Sixti V. quo ad nullitatẽ profeſſionis emittendæ à

Nouitiis

ANNO DOM.

Nouitiis Regularibus,& reducit eam ad terminos iuris communis: cum præſeruatione tamen pœnarum contra ſuperiores, qui non ſeruata forma eis tradita, eos receperint. Conſt. *In ſuprema.*

1602. Declarat,non licere per litteras,ſeu internuncium Confeſſario abſenti,peccata ſacramentaliter confiteri,& ab eodem abſente,abſolutionem obtinere. Et prohibet hanc propoſitionem docendi,defendendi,&c.prout ſequitur.

Sanctiſſimus D.N.Clemens Papa VIII.&c. Auditis votis Patrum Theologorum,& re cum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis Dominis Cardd.contra hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus,maturè ac diligenter conſideratâ.

§. 1. *Hanc propoſitionem, ſcilicet, licere per litteras,* [a] *ſeu internuntium confeſſario abſenti,peccata ſacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere, ad minus vti falſam,temerariam,& ſcandaloſam,damnauit, ac prohibuit. §.2. Præcepitq; ne deinceps iſta propoſitio publicis,* [b] *priuatisq; lectionibus,concionibus,& congreſſibus doceatur,néve vnquam,tanquam aliquo caſu probabilis defendatur,imprimatur,aut ad praxim quouis modo deducatur. Quòd ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam diſputatiuè tractauerit, (niſi forſan impugnando) vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit; præter excommunicationem* [c] *latæ ſententiæ quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacunq; etiam dignitate fulgente,etiam S.R.E. Maiori Pœnitentiario, niſi à pro tempore exiſtente Romano Pontifice abſolui,aliis etiam pœnis arbitrio infligendis,ſubiaceat.*

a *Doctrina quòd liceat per nuncium confiteri, aut per litteras,falſa,temeraria, & ſcandaloſa eſt,& vt talis damnatur.*

b *Talis doctrina non poteſt amplius doceri, neq; publicè,neque priuatè.*

c *Contra facientes in excommunicationem latæ ſententiæ incidunt, & aliis pœnis mulctantur.*

In generali Congregatione S. Romanæ, & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali,die 20.menſis Iunij 1602.

Quintilianus Adrianus Not.

Anno à Natiuitate Domini 1602. Indict. 15. die verò 19. menſis Iulij, Pont. ſanctiſſ.in Chriſto Patris,& D.N. D.Clementis diuina prouidentia Papæ VIII. anno 2. ſupradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, Cancell Apoſt.& aciei Campi Floræ,vt moris eſt per me Catherinum Menandi Apoſt.Curſ.

Gaſpar de Boniſpedibus Mag.Curſ.

Prohibet, & damnat Opera Caroli [d] Molinæi hæretici, & reuocat licentiam illa legendi,& retinendi,quibuſcunque etiam à ſupremis Inquiſitoribus conceſſam:& cum inhibitione, ne cuiquam de cætero à ſummo Pontifice concedatur. Conſt. *Apoſt.Sedis auctoritas.*

d *Caroli Molinæi opera damnantur.*

1603. Innouat Conſtitutionem Pauli IV. contra negantes [e] Trinitatem:aut Diuinitatem Ieſu Chriſti: vel eius Conceptionem de Spiritu ſancto: vel mortem pro noſtra redemptione: aut Virginitatem B. Mariæ Virginis. Conſt. *Dominici gregis.* Aliáque multa conſtituit.

e *Contra negantes Trinitatem.*

Hoc anno prædicantes Palatini congregati in nouam doctrinæ formulam, contra Academiam Heidelbergenſem, conſpirarunt (Apud Cudſemium,*lib. de Deſperata Caluini cauſa*)ea eſt forma decreti:Commune,& hactenus,inquiunt,vſu potius,quàm veritate receptum,tritúmq; dogma de vera,& reali corporis Chriſti communione,& præſentia, quod Academici Doctores noſtri in ſcholis tradunt, atque defendunt,licèt fidei ſolius medio,& inſtrumento,non modò periculoſum eſt,ſed planè falſum.Nobis itaque,& Zuinglij ſpiritui viſum eſt,certas conſcribere concionandi formulas,& phraſes, quibus in poſterum ſit vtendum, & quibus voculis,& terminis abſtinendum, vt falsò hactenus tradita corporis præſentia,quæ tantùm in Cœlis eſt, à Cœna exterminetur.

Hæc impij aduerſus Tranſubſtantiationis dogma prædicatum,nõ in angulis,ſed in Conc. Lateranen. Florentin.& Trident.locis ſup.cit. In æternum permanentem veritatem, quam non poterunt debellare inferorum portæ.

Anno eodem menſe Octobri habitum eſt à Miniſtris Gallicis nationale Concilium Vapinci in Delphinatu,præſidente Daniele Chamerio Montilinienſi Miniſtro (ex Gaulterio, & Ludouico Richeomo.)Ibi decretum eſt inter cætera, baptiſmum [f] infantis baptizati à Proponẽte, nondum habente Miniſterij vocationẽ nullum eſſe,& iterandũ.Ibi pariter ſtatutum eſt monendũ, ac rogandũ nõ nemi-

f *De baptiſmo ab hæreticis ſtatuitur.*

nem miniſtrum, ne ſuarum nouitate, ac diuerſitate opinionum, turbare pergat Eccleſias. Ad hæc ab Academiis Anglicanis, Scoticis, Geneuenſi, Leydenſi, Baſileenſi, aliiſque poſtulandum, vt ipſis aggregarentur, & ſuas operas conſociarent.

Sed baptiſmum à laico datum in neceßitate, verum eſſe baptiſmum, tradit egregiè Auguſt. lib 2. contra epiſtolam Parm. cap. 13. Concil. Florent. in inſtruct. Arm. In eorum verò, quòd reprimuntur quærentes nouitate dogmatum ſuorum Eccleſias perturbare, dum eorum Miniſtromachia deprehenditur, Eccleſiaſtica Hierarchia exaltatur. Verè enim à veritate coactus ſeipſum condemnans, & ſuos Symmiſtas Lutherus ſcripſit: Mendacia certius dignoſcere non potes, niſi quando ſibimetipſis contraria ſunt: à Deo enim ita ordinatum eſt, vt impij ſemper ſeipſos confundant, & quòd mendacia non conſonent, ſed ſemper contra ſemetipſa teſtentur. Hæc ille, lib. de votis Monaſt.

Anno 1603. & 1604. Habita eſt Synodus Anglicana, & collario Hamptoncu- 1603.
tiana, vbi 141. Canones conſtituti ſunt. (ex Gretzeto *lib. de demonſtr. dogmatum Ec-* 1604.
cleſiæ, & Gaultero *in 17. ſæculo ab anno 1600. titul. de Antipuritanis*) qui aliis Nouatoribus Germanis, Belgis, Puritanis, genuflexionum, & aliarum cæremoniarum, [a] necnon & Sacramentorum hoſtibus contrariantur. Statutum eſt ſiquidem, cùm cœnam adminiſtrant, neminem ſcienter eiuſdem participẽ faciant, qui in genua non fuerit inclinatus. Ordinarunt conſecrationem Epiſcoporum, Presbyterorũ, Diaconorum, Cõfirmationem, Auricularem confeſſionem. Similiter ſignũ Crucis in Baptiſmi adminiſtratione, geniculationem, ad auditionem nominis Ieſu, Vigilias, Quatuor tẽpora, Feſta, Litanias, ſuperpelliceum pileum quadratum, cucullium, & capucium retin enda. Adfuit & Rex anno 1604. in ſecunda die collationis Hamptoncurianæ, in qua Puritani à ſua cauſa ceciderunt, & cum ſuis propoſitionibus damnati. Et eadem collationis die ipſe Rex Synodo præſidens, dixit, ſe nondum vidiſſe Biblia vlla in linguam Anglicanam rectè conuerſa, ſe autem omnium peſſima iudicare Biblia Genenenſia, ſtatuens, vt alia ederetur verſio, purior abſque margine, quandoquidem Bibliorum Geneuenſium notas inuenerat, admodum partiales, falſas, ſeditioſas, nimiúmque redolentes animæ periculoſas, & peruerſiſſimas machinationes.

a Contra Eccleſiæ traditas antiquas cærimonias.

Denique hoc anno 1605. die 3. Martij moritur [b] Clemens, & ſepelitur in Va- 1605.
ticano. Sedit in Pontificatu an. 13. m. 1. & 4. diebus. Vacat Sedes dies 29.

b Clemens PP. obiit.

Leo XI. [c] eodem anno, prima die Aprilis creatus fuit, antea Alexander vocatus, natione Florentinus, ex familia Medicea: qui tam immatura morte præuentus, ſpes omnium deluſit: vixit enim in Põtificatu ſolùm 26. dies. Et mortuus, ſepultus fuit in Vaticano. Vacauit Sedes dies 29.

c Leo XI. creatur, & ſta- [illegible]

Pavlvs V. [d] Romanus, Camillus antea dictus, Marci Antonij de Burghe- 1605.
ſiis filius, S.R.E. presbyter Card. tit. S. Chryſogoni, Romæ die 15. Maij huius anni 1605. in Pontificem electus eſt.

d Paulus V. [illegible]

Multa in ſuo Pontificatu decreuit.

Indicit Iubilæum [e] ad diuinam opem pro ſalutari Eccleſiæ Catholicæ regimine, & præſentibus neceſſitatibus implorandam. Conſt. *Quod in omni vita.*

e Iubilæum indicit.

Confirmat Conſtitutionem Pij V. de Ciuitatibus, Terris, & locis S.R.E. [f] non infeudandis. Conſt. *Inter cætera.*

f Bona R. E. non alienan[illegible]

Clerici Regulares Congregationis Miniſtrantium [g] infirmis, ad quoſcunque 1606.
alios, etiam Carthuſianorum Ordines, & Religiones migrare nequeant, abſque Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali. Conſt. *Romanum decet.*

g Miniſtri infirmorum Clerici ad nullam aliam religionẽ ſine Sedis Apoſtolicæ licentia ſpeciali ingredi poſſunt.

Reuocat facultates ſuperiores [h] quorumcunque Ordinum, & Religioſorum, quoquomodo cõceſſarum, cognoſcendi cauſas ſuorum ſubditorum, ad officium S. Inquiſitionis quomodolibet pertinentes. Conſt. *Romanus Pontifex.*

h Superiores religionum in cauſis S. Inquiſitionis non ſe immiſceant.

Eodem anno idem Pontifex Venetis interdicit.

Hoc anno Veneti Pontifici & Eccleſiæ reconciliantur. 1607.

Canonizat S. Franciſcam [i] Romanam, fundatricem Monaſterij Turris ſpeculorum, Conſt. *Cæleſtis aquæ flumen.*

i Canonizatio S. Frãciſcæ Romanæ.

Fratres Capuccini [k] ſunt verè Fratres Minores S. Franciſci, eiúſque filij, & eorum Conſtitutiones eiuſdem S. Franciſci Regulæ conſentaneæ ſunt. Conſt. *Eccleſiæ militantis regimini.*

k Fratres Capuccini ſunt verè Fratres Minores S. Franciſci.

Statuit vt in ſtudijs Regularium, [l] etiam habeantur Magiſtri, qui linguam He-

l Lingua Hebr. Græc. Lat. Arab. doceatur in ſtudiis regularium.

braicam,

ANNO DOM. braicam, Græcam, Latinam, & Arabicam doceant. Conſtit. *Apoſtolicæ ſeruitutis onere.* Huiuſmodi Magiſtros in ſtudiis generalibus teneri iuſſit etiam Clem. V. vt *in Clem. de magiſtris.*

1609. Hoc anno habitum eſt colloquium Francofurtenſe, inter quoſdam Caluinianæ ſectæ miniſtros, & R.P.F. Coſmam Morelles Ordinis Prædicarorũ in Vniuerſitate Coloněſi Magiſtrum, & Apoſtolicæ Sedis Inquiſitorem meritiſſimum. Caluiniani erant Iſaac Genius, Miniſter Belgicæ nationis, Clemens Boeſius nationis Gallicæ, Iſaac miniſter ſynagogæ Belgicæ Hanouienſis: inter ipſos erant anteſignani quidam Heidelbergenſis, alter Geneuenſis, tertius Apoſtata quidam qui nuper tanquam palea de horreo dominico auolarat. Qui Catholicam Religionem propugnabant erat Fr. Coſmas Morelles. Propoſitis ibi legibus, & conditionibus diſputandi [a] inter collocutores, diſputatus eſt articulus ille, Num bonis operibus mereamur vitam æternam. Et Caluinianis negantibus, Orthodoxo Fr. Coſma affirmante, & ex ſcripturis, & argumentis ad hominem ex multis locis Caluini, affirmatiuam partem probante, aduerſarij victi ſunt. Lege colloquium Francofurtenſe per eundem Fr. Coſmam editum anno 1615. a *De bonis operibus ab hæreticis cum Catholicis diſputatio.*

Sed verè ex peruerſis iſtis opinionibus hæretici, ſatis, ſuperque ſeſe idololatras demonſtrarunt falſa fingendo dogmata, quæ colerẽt vera, quæ venerari debebant eliminando. Sic ſcripſit S. Baſil. in cap. 2. Iſa. Qui falſo de Deo concepere opiniones, intellectualem quandam in ſeipſis idololatriam comminiſcentes, & exiſtimant ſubſiſtere, quæ nuſquam ſunt. Proinde hi ſe obnoxios reddunt maledictioni, quæ dicit: Maledictus homo omnis qui fecerit ſculptile, & conflatile, abominationem Domino opus manuum artificis, & poſuerit illud in occulto. Hæc ille.

1610. Canonizat S. Carolum [b] Borrhomæum Card. & Archiepiſcopum Mediolanenſem. Conſt. *Vnigenitus.* cui actioni nos quoque interfuimus. b *Canonizatio S. Caroli Borrhomæi.*

1612. Reuocat omnes licentias, Monaſteria [c] Monialium ingrediendi, aut cum eis conuerſandi, mulieribus hactenus conceſſarum. Conſt. *Monialium.* Apoſtolicam benedictionem ad Petrum Patriarcham [d] Maronitarum Antiochenum: facultatémque ei tribuit, omnes Catholicos Maronitas benedicendi. Conſt. *Quoniam fraternitatis tuæ nomine.* c *Mulieres monaſteria Monialium non ingrediantur.* d *Maronitarum Patriarcha Antiochiæ cum Papa communicat.*

Hoc anno Matthias Vngariæ, & Bohemiæ Rex in Imperatorem eligitur.

1616. Hoc anno innouat conſtitutiones à Sixto IV. & Pio V. de Conceptione B. Virginis editas, imponítque maiores pœnas in transgreſſores, à locorum ordinariis, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus puniendos: his verbis:

Paulus Papa Quintus
Ad perpetuam rei memoriam.

Regis pacifici, quanquam nullo noſtro merito diuina diſpenſatione vices gerentes in terris, ex muneris noſtri debito, pacis, & concordiæ inter Chriſti Fideles, præſertim Eccleſiaſticas perſonas, quæ aliis in viam pacis dirigendis, & in vnitate Spiritus continendis ſunt prapoſitæ conſeruationi ſedulò inuigilare cupientes, ea, quæ à prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ad ſcandalorum ſemina tollenda ſalubriter conſtituta ſunt cùm hoſtis antiqui inſidiis, qui ab initio diſsidia ſerere cœpit, minimè obſeruari, aut variis modis eludi dignoſcuntur, vt inuiolata ſeruentur, opportunis remediis, quantum cum Domino poſſumus, prouidemus.

§. Olim ſiquidem per fœlicis recordationis Sixtum Papam [e] Quartum prædeceſſorem noſtrum accepto, quòd nonnulli diuerſorum Ordinum Prædicatores, in ſuis ſermonibus ad populum publicè per diuerſas Ciuitates, & terras affirmare non erubuerant, & quotidie prædicare non ceſſabant, omnes illos qui tenebant, aut aſſerebant Glorioſam, & Immaculatam Dei Genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos, eiuſdemq; immaculatæ conceptionis Officium celebrantes, audientéſque ſermones illorum, qui eam ſine huiuſmodi macula conceptam eſſe affirmabant, grauiter peccare: ſed & prædictis prædicationibus non contenti, confectos ſuper eiſdem ſuis aſſertionibus libros [f], in publicum ediderant, ex quorum aſſertionibus, & prædicationibus non leuia ſcandala in mentibus fidelium exorta erant, & maiora meritò exoriri

e *Sixtus IV. conſtitutionem edidit contra affirmantes, hæreticum eſſe, aut peccatum mortale credere, vel tenere Beatã M. Virginem in ſua conceptione à peccati originalis macula præſeruatã fuiſſe, vel non fuiſſe, cùm nondum id eſſet à Sede Apoſtolica, & Romana Eccleſia deciſum.*
f *Hanc conſt. Sixti IV. vide in cap. 2. de reliq. & vener. Sanctorum inter Extrauag. conciones.*

ANNO DOM. 1616.

formidabantur in dies, idem Sixtus prædeceſſor huiuſmodi temerariis auſibus, & peruerſis aſſertionibus, & ſcandaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poterant, obuiare volens, huiuſmodi aſſertiones Prædicatorum eorumdem, & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent, aut tenerent eamdem Dei Genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſeruatam fuiſſe, propterea alicuius hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare, aut huiuſmodi officium Conceptionis celebrantes, ſeu huiuſmodi ſermones audientes alicuius peccati reatum incurrere, vtpote falſas, & erroneas, & à veritate penitus alienas, editóſque deſuper libros prædictos id continentes, quoad hoc reprobauit, & damnauit, ac ſtatuit, & ordinauit, quòd prædicatores verbi Dei, & quicunque alij cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut ordinis, & conditionis eſſent, qui auſu temerario præſumerent in eorum ſermonibus ad populum, ſeu aliàs quomodolibet affirmare, huiuſmodi ſic per eum improbatas, & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrerent, à qua ab alio, quàm à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, nequirent abſolutionis beneficium obtinere. Similiq; pœna, & cenſuris ſubiecit eos, qui auſi eſſent aſſerere contrariam opinionem, tenentes videlicet Glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen, vel peccatum incurrere mortale, cùm nondum id eſſet à Romana Eccleſia, & Apoſtolica Sede deciſum.

a Eam innouauit Conc. Trid. ſeſſ. 5. de peccat. orig. in fin.

b Pius V. prohibuit de hoc articulo in popularibus concionibus diſputari, vulgari ſermone ſcribi vel dictari, vt in eius Conſt. 114. ſuper ſpecialẽ ſup. lib. 2. fol. 322.

§. 2. Hanc verò Sixti prædeceſſoris Conſtitutionem Oecumenica Tridentina [a] *Synodus poſtea innouauit.*

§. 3. Ac deinde ſimilis recordationis Pius Papa [b] *Quintus etiam prædeceſſor noſter, ſtatuit, ordinauit, & mandauit, quatenus nemo cuiuſcunque ordinis, vel dignitatis exiſteret, in popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua virorum, & mulierum multitudo conuenire ſolet, de huiuſmodi controuerſia alterutra parte diſputare rationibus, vel Doctorum auctoritate, aſſerendo propriam ſententiam, & contrariam refellendo, vel impugnando, aut de hac ipſa quæſtione cuiuſuis pietatis, aut neceſſitatis prætextu vulgari ſermone ſcribere, vel dictare præſumeret, qui contra faceret ſuſpenſionis pœnam à diuinis, abſque noua declaratione, ipſo facto incurreret, ſi modò eſſet in ſacris conſtitutus, & quocunque præterea gradu, ſiue dignitate, vel adminiſtratione fungeretur, illis omnibus foret ipſo iure priuatus, & ad eadem vel ſimilia munera obtinenda, vel obeunda perpetuæ inhabilitatis cenſuræ, ipſo etiam facto obnoxius foret: ſuper quibus, niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente diſpenſari, ſiue abſolui non poſſet: & nihilominùs aliis pœnis, ſi opus foret, à proprio Prælato pro delicti menſura infligendis ſubiectus eſſet, prout ſubiecit.*

c Sed ſolammodò in Academiis, & Capitulis, vbi nulla ſcandali occaſio ſubeſſet, permiſit.

§. 4. Cæterùm quandiu per Apoſtolicam Sedem altera pars diffinita non eſſet, oppoſitáque ſententia condemnata, liceret viris Doctis in publica Academia [c] *diſputationibus, ſiue generalium, aut prouincialium Capitolorum, vel vbi aliàs intereſſent, qui rem capere poſſent, nec ſcandali vlla ſubeſſet occaſio, de illa quæſtione diſſerere, & argumentis vtramlibet partem aſſerere, vel impugnare. Dum tamen neutra veluti erronea prædicaretur: ſeruarentúrque illa omnia, quæ à dicto Sixto prædeceſſore ſtatuta ſunt, quorum ſingula etiam quantùm ad alias pœnas duxit innouanda, & innouauit, prout in Sixti, & Pij prædeceſſorum litteris deſuper confectis plenius continetur.*

d Quia tamen ſupra prædicta ſic vt ſupra ſtatuta nouæ quæſtiones exortæ ſunt.

e Hic Pontifex prædictas Sixti IV. & Pij V. conſtitutiones innouat, & inuiolabiliter obſeruari præcipit.

§. 5. Verùm licèt hæc prouidè ſtatuta ſint, nihilominus, ſicut accepimus, nonnulli in diuerſis Chriſtiani Orbis partibus, interminatis quæſtionibus nimis intenti diſſenſionum huiuſmodi iampridem Eccleſiæ diſciplinæ vigore reciſa germina coaleſcere procurant, indéque contentiones [d] *, rixæ, non ſine Dei offenſa, & ſcandalo plurimorum exortæ ſunt, & grauiores in dies, ne exoriantur, periculum eſt, niſi à nobis opportunè prouideatur.*

§. 6. Quamobrem Motu proprio [e] *, non ad alicuius nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, Conſtitutionum Sixti, & Pij prædeceſſorum huiuſmodi veriores tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, eaſdem conſtitutiones Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & etiam quoad earum pœnas quaſcunque etiam abſolutionis reſeruationem innouamus, & inuiolabiliter ab omnibus, etiam Regularibus cuiuſcunque ordinis, & inſtituti, & aliis quibuſcunque tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus perſonis, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiam ſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſario facienda mentio,*

obſer

obſeruari præcipimus, & mandamus, donec à Romana Apoſtolica Sede huiuſmodi controuerſia fuerit diffinita.

§. 7. *Ac præterea ſi quis quouis modo contrauenerit, præter ſupradictarum Conſtitutionum pœnas reſpectiuè* [a] *ipſo facto incurrendas, etiam concionandi, publicè legendi, ſeu docendi, & interpretandi facultate ac voce actiua, & paſſiua in quibuſcunque electionibus, eo ipſo abſque alia declaratione priuatus exiſtat, necnon ad concionandi, & publicè legendi, docendi, & interpretandi perpetuæ inhabilitatis pœnas, ſimiliter ipſo facto incurrat, abſque alia declaratione à quibus non niſi à nobis ipſis, vel ſucceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pariter abſolui, ſeu ſuper iis diſpenſari poßit, & nihilominus aliis pœnis noſtro, & eorumdem Romanorum Pontificum ſucceſſorum noſtrorum arbitrio infligendis, ſubiiciatur, prout eum ſubiicimus per præſentes.*

a Tranſgreſſoribus pœnas auget.

§. 8. *Et contra huiuſmodi tranſgreſſores* [b], *etiam Regulares cuiuſuis ordinis, & inſtituti, etiam quomodolibet exẽptos, & alias quaſcunque Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cuiuſcũque ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ quàm ſæcularis, vt præfertur, tam Epiſcopi, & Prælati ſuperiores, aliiq́; ordinarij locorum quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & inquirant, atque in eos ſeuerè animaduertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, & inquirendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iiſdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impertimur, eóſque, vt præfertur, procedere, & inquirere, & punire præcipimus, & mandamus.*

b Et contra eos, Epiſcopis, &c. ac hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus facultatem procedendi tribuit.

§. 9. *Non obſtantibus* [c] *omnibus iis, & ſingulis, quæ tam Sixtus, quàm Pius prædeceſſores prædicti in litteris ſuis huiuſmodi, voluerunt non obſtare. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenore præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreßis, & ad verbum inſertis habentes; hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque.*

c Contrariis derogat.

§. 10. *Et ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poßit, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quòd præſentes litteræ* [d], *ſeu illarum exempla ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixa, omnes ita artent, & afficiant, perinde, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.*

d Publicationem Romæ factam vbique ligare decernit.

§. 11. *Quódque præſentium tranſumptis* [e], *etiam impreßis, manu Notarij publici ſubſcripſit, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.*

e Tranſumptis credi iubet.

Datum [f] *Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die ſexta Iulij, Anno milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto, Pontificatus noſtri anno duodecimo.*

f Dat. P. A. die 6. Iulij.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu milleſimo ſexcenteſimo decimo ſexto, indictione decimaquinta, die verò nona Menſis Iulij, Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Diui Pauli Diuina prouidentia Papæ V. Anno duodecimo retroſcripta litteræ Apoſtolicæ, & affixæ, & publicatæ [g] *fuerunt ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, per me Auguſtinum Bracherium Curſorem.*

g Publicatio.

SILVERIVS PONTIROLVS Mag. Curſor.

1617. Hoc anno pro immaculata Virginis [h] Conceptione decretum datum eſt, prout ſequitur.

h Conceptionis immaculatæ Decretum ex S. D. N. Pauli V. præcepto.

Fer. V. die 31. Aug. anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti 1617. in generali Congregatione S. R. E. & vniuerſalis Inquiſitionis habita in Palatio Apoſtolico in monte Quirinali coram S. D. Noſtro Paulo, diuina prouidentia Papa Quinto.

Sanctißimus D. Noſter, poſt longam, & maturam diſcußionem, auditis votis Illuſtrißimorum, & Reuerendißimorum Cardinalium contra hæreticam prauitatem generalium Inquiſitorum, re accuratè, ac diligenter perpenſa, proinde conſiderans, quòd quam-

nis in conſtitutione fœlic. record. Sixti IV. ſuper conceptione Beatiſſimæ Virginis Mariæ, pro ſubmouendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, à S. Tridentina Synodo innouata: & deinde in alia conſtitutione Sanctiſſ. Pij V. ſuper eadem re, quas ſimiliter ſanctitas ſua innouauit, cum quibuſdã prouiſionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obſeruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtrámque partem, quòd ſcilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur. Nihilominus, ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Chriſtiano cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones.

a Reſolutio.

Propterea volens [a] huiuſmodi ſcandala, ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præſentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & aliis quibuſcunque, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis: etiam ſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda, vt in poſterum, donec articulus huiuſmodi à S. Sede Apoſtolica fuerit definitus vel per ſanctitatem ſuam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeat in publicis [b] concionibus, lectionibus, concluſionibus, & aliis quibuſcunque actibus publicis aſſerere, quòd B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali. Contra [c] facientes autem, eadem ſanctitas ſua voluit, & declarauit, ſubiacere deberi, & ſubiici cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis conſtitutionibus ſuorum prædeceſſorum, & ſua, ipſo facto incurrenda. Per huiuſmodi tamen prouiſionem [d] Sanctitas ſua non intendit reprobare alteram opinionem: nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præterquàm quoad ſupradicta diſpoſita.

b In publicis concionibus, lectionibus, concluſionibus, actibus non aſſeratur, B. Virginem conceptam fuiſſe in peccato originali.

c Contrafacientes pœnis ſubiacent.

d Cautio.

e Aſſerentes in publicis conc. lect. concluſ. actib. B. Virginem non contraxiſſe orig. peccatum, alteram opinionem non impugnent.

Vlterius, ſub eiſdem cenſuris [e], & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet, quòd non fuerit concepta in peccato originali, in prædictis publicis actionibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent.

Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ conſtitutiones firmæ, & illæſæ remaneant, & exactè obſeruentur, perinde, ac ſi præſens decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit, vbicunque inuiolabiliter obſeruari: non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiuſmodi tranſgreſſores, etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcunque Eccleſiaſticas, & ſæculares perſonas, cuiuſcunque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, tam Epiſcopi, quàm Prælati ſuperiores, aliiq; Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet, liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coercendi, ac puniendi.

Voluit demùm, ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, quòd præſens Decretum, ſeu illius exemplar, ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, perinde ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent. Quóque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa.

ANDREAS DE PECTINIS S R. & vniuerſalis
Inquiſitionis Notarius.

Hoc anno in Imperatorem electus eſt Ferdinandus II. de Auſtria. 1617.

Hic Pontifex, cùm multos Cardinales creaſſet, hoc anno, die 29. Iulij creauit 1620.
ſolum sereniſſimum Ferdinandum [f] de Auſtria, Philippi III. Hiſpaniarum Regis Catholici filium tertium genitum: qui licèt decennis, non ſolùm ad Cardinalatum, verùm & ad Archiepiſcopatum Toletanum habendum, coadiutore tamen,

f Ferdinandus Philippi III. Hiſp. Reg ad Cardinalatum promouetur.

ANNO DOM 1620. Pro Epiſcopalibus functionibus peragendis, ei adhibito, diſpenſatus eſt. Merita enim auita tum ſui Patris, tum reliquorum ſuorum prædeceſſorum, de Eccleſia benemeritorum, hæc & alia indulta promerentur.

Hoc anno, cùm hæretici [a] in Germania ab Imperatore ſe rebellaſſent, Pragenſes etiam, Comitem Palatinum ſibi in Regem elegiſſent, poſt multos conflictus tandem, Deo auxiliante proſtrati, fugati, & humiliati ſunt: Maximiliano Duce Bauariæ præcipuè pecunia, militibus ad triginta millia, & perſona ſua ipſa id procurante, & agente. Sed præſtat id ex ipſomet duce audire, qui Paulum Papam V. de hac re certiorem faciens, ſic loquitur.

a *Hæretici ab Imp. ſe rebellans in Germania, ſed reprimuntur, & ſuperantur.*

Beatiſſime [b] *in Chriſto Pater, & Domine Clementiſſime.*

b *Maximiliani Ducis Bauariæ epiſtola ad Papam Paulum V. de victoria parta.*

Poſt humillima beatiſſimorum pedum oſcula. Reſpexit tandem Deus Opt. Max. Eccleſiam ſuam, eiuſq; hoſtes debellauit, & fregit illuſtri ſanè victoria, quæ iure merito, Victoria Dei vocatur. Ego quidem, & veni, & vidi, pugnæq; præſens fui, ſed vicit Optimus Deus, cui omnem Victoriæ titulum gratiſsima mente ex ſolido adſcribo. Verè manus Domini nobiſcum fuit, quæ hoſtem tam potentem eo loco tam munito ſe opponentem deuicit. Nec ſine ſingulari Dei prouidentia factum videtur, quòd cum hoſte congreſsi ſimus ipſo Sanctorum Omnium octauo die, qui idem fuit cum Dominica 22. poſt Pentecoſt. qua Euangelium, ritu Romano perlegitur (Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.) *Reddidit ſanè Palatinus Elector, quamuis inuitus, qui vbi cædem ſui exercitus accepit, vnà cum coniuge, Pragâ ceſsit, & vel hoc ipſo Catholicum agmen viciſſe profeſſus: in qua Dei Victoria (vt appellamus) quædam prorſus admiranda hæc fuerunt. Hoſtis erat numeroſus, nec veterani militis robore carebat: hunc locus etiam ipſe audacem fecit: nam in monte Vrbi Pragenſi contiguo, inſtructiſsimam contra nos aciem direxit: & quamuis ego cum exercitu, tota penè nocte iter fecerim, eo ſolo fine, vt hoſtem aſſequi, & cum eo confligere liceret: conflictus tamen iſte initio admodum iniquus videbatur, & impar, cùm hoſtis in opportuniſsimo loco, nec minùs munito, facilè in nos pugnam ſint ſortiti. Videbatur quidem noſter exercitus ſub initium nonnihil trepidare; ſed mox reaſſumptis animis, ea celeritate irruit in hoſtes, vt eos breui è monte profligarit: tormenta etiam maiora occuparit, omnibus aduerſariis, aut cæſis, aut in fugam actis; ita diſperſi, fugati, fuſi, cæſi hoſtes ad internecionem: nec priùs deſtiterunt noſtri, dum fuga diſsipatos, ad ipſam vſque Vrbem inſequuti, varia in eos cæde graſſantur, eóque cæſorum numerus excreuit, vt plura millia inter quatuor iterum numerentur: cùm à parte noſtra vix centum deſiderati, plures tamen læſi ſint. Præter tot ex hoſtium numero cæſos aliquot centeni capti, inter eos Principis Anhaltini filius natu maximus, qui & grauiter læſus, & duo comites, plurimi nobiles, & Capitanei. In eadem hac pugna præter centum Vexilla, decem quoque maiora currilia tormenta hoſtibus ſunt erepta. Vngari, multis iam eorum proſtratis, vt fuga ſe ſeruarent, in Moldao flumen ſeſe præcipitarunt tranaturi; ſed mille circiter in aquis interiiſſe dicuntur. Et quidem pugna ad horam tenuit, die (vt dictum eſt) Omnium Sanctorum octaua, qui ſe de hoſtibus ſuis inſigniter ſunt vlti. Die ſequenti, qui fuit nonus Nouembris, & Dedicatio Baſilicæ Saluatoris, Ciuitas Praga deditias ad me miſit litteras, ſe in Cæſaris poteſtatem poſthac futuram: altero ab hoc die, tam vetus, quàm noua Vrbs Praga (eſt enim hæc tripartita ciuitas) obedientiam Imperatori, ſine exceptione omni promiſerunt: hodie quoque Regni Bohemiæ Status, Comites, Barones, & Nobiles, crimen publicè deprecati, mihi nomine Cæſaris, nouum homagium præſtiterunt, & confœderationibus omnibus, tam cum Regno Vngariæ, quàm cum aliis initis, renunciauerunt: ipſaq; confœderationum inſtrumenta ad manus meas tradiderunt. Ita hoc anno (Deo ſoli laus) Auſtria ſuperior omnis Cæſari ſubiecta, inferior tranquilla, & ab hoſte liberata: complures Bohemiæ, tam Vrbes, quàm Arces captæ: ante Pragam hoſtilis exercitus profligatus: Praga occupata, & Status Regni Bohemiæ in Imperatoris fidem, & obſequium redacti. Hæc Sanctitati veſtræ compendio narrari, ſimúlque Eccleſiæ Catholicæ Romanæ gratulari par erat. Sanctitati veſtræ ſubmiſsè, ac plurimùm me commendo, ſimúlque ad pedum oſculum reuerenter ſubmitto. Pragæ 12. Nou. 1620.*

Deuotiſſimus, & obſeqoentiſſimus filius, & ſeruus, MAXIMILIANVS.

Reſponſum

Anno Dom.

a Pauli Papæ V. ad Maximilianum reſponſio.

Reſponſum [a] Sanctiſſimi D. Papæ Pauli V. ad ipſum Maximilianum, Dilecto filio nobili viro Maximiliano Duci Bauariæ, Paulus Papa Quintus.

Dilecte fili, nobilis vir, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Fœliciſſimum, & ſupra quam dici poteſt, nobis, & vniuerſæ Chriſtianæ Reipublicæ, optatiſſimum Pragenſis victoriæ nuncium attulerunt, litteræ nobilitatis tuæ, quam quidem victoriam, vt de immẽſa Dei potentia, & benignitate, necnon ſingulari tua virtute, eximiáque prudentia confidentes, non dubia ſpe præſagiebamus, ita nunc de ea tam copioſè, támque mirabiliter parta; immortales ei, qui facit mirabilia magna ſolus, gratias agere non deſiſtimus. Tibi verò in viſceribus Ieſu Chriſti vnice dilecte fili, totius Eccleſiæ nomine, cui immeritò præſidemus, ex intimis præcordiis gratulamur, quòd nimirum, res adeò præclaras, tam fortiter, tam breui tempore geſſeris, vt quemadmodum ſcribis, veneris, videris, & Deo Duce viceris perfidos Chriſti hoſtes, & Romano Imperio rebelles. Laudet, fili, vſque ad mortem anima mea Dominum, quoniam adiutor, & protector factus eſt nobis. Equidem nobilitatis tuæ litteris lectis, toto ſpiritu in Domino exultantes, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Maioris continuò petiimus: ibíque humiliter proſtrati cum lachrymis, de ſummo accepto beneficio, debitas cùm auctori bonorum omnium Deo, tùm eius ſanctiſſimæ Matri gratias egimus, Matri miſericordiarum, & Reginæ Sanctorum omnium, in quorum ſolemnitatis octauo die victoriam diuinitùs tibi delatam fuiſſe ſcribis: vt minimè dubitandum ſit, quin tibi, pro gloria Dei ſtrenuè dimicanti, huiuſmodi cœleſtis exercitus, auxilium illa die præſens adfuerit. Ad huius porrò beneficij magnitudinem, quàm grato poſſumus animo proſequendum, ſolemnes indiximus in hac vrbe ſupplicationes ab Eccleſia S. Mariæ, quam appellant, ſupra Mineruã, ad Eccleſiã S. Mariæ de Anima, ad quam nos venientes, ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium omnipotenti Deo in gratiarum actionem obtulimus. Nullum certè erit tempus, quo collati eximij doni memoria ex animo noſtro deleatur, quin ſemper in dies magis, magíſque vigebit, ſicut & noſtris tuæ illuſtris virtutis, tuorúmque geſtorum immenſa gloria, perpetuò nobis ante oculos verſabitur, omnibúſque conſequens ætas meritis illam laudibus celebrare non deſiſtet: nec eſt, quòd aliquo pacto vereamur, ne iſta tua virtus vnquam defatigetur; quin firmiter ſperare debemus, eam ex ipſis pro Chriſti, atque ipſius Eccleſiæ honore, fœliciter ſuſceptis laboribus, maiores quotidie vires eſſe accepturam, déque Chriſtiana Republica maiori etiam, ſi fieri poſſet, conatu, optimè promoueri nunquam ceſſaturam. Quo ſanè fiet, vt antiqua Bauariæ familiæ decora, tuis egregiis factis in dies exornentur, & cumulentur, & ipſe temporalis, atque etiam æternæ fœlicitatis ampliſſimum præmium, ab eo, qui eſt liberaliſſimus remunerator, conſequeris. Nos certè, tantùm nobilitati tuæ merita tribuimus, vt quæ vnquam à vobis, atque ab hac ſancta Sede in te, tuámque familiam officia proficiſci poterunt, ea ſemper vobis parata fore pro certo habeas, velimus. Interim Nobilitati tuæ à Domino ſecunda omnia optamus, & precamur, & iterum paterna noſtra benedictione toto cordis affectu benedicimus. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem 3. Decemb. 1620. Pontificatus noſtri anno 16.

b Paulus V. Papa ex humanis decedit.

Hoc eodem anno cùm die 29. Ianuarij ex humanis [b] ſublatus eſſet Paulus Papa V. & iuſtis ei ſolutis, in eius locum ſuffectus eſt die 9. Februarij 1621.

c Gregorius XV. ſtatim eligitur.

GREGORIVS XV. [c] Alexander Ludouiſius antea vocatus, patria Bononienſis. Qui primò Collateralis, poſtea Rotæ Auditor factus eſt: deinde, cùm Philippus III. Hiſpaniarum Rex, & Carolus Emanuël Sabaudiæ Dux ſimul bellum agerent, ad eorum differentias componendas, à Papa Paulo V. Nuncius miſſus, & prudentiſſimè ſe gerens, rem difficillimam ad optatum finem perduxiſſet, galero rubeo ab eodem Pontifice decoratus, eidem defuncto ſucceſſit. Qui ſtatim in ſui Pontificatus initio, Iubilæum [d] pleniſſimum indixit, pro pace, & vnione Chriſtianorum Principum: tum præcipuè ad diuinum auxilium pro ſuo bono regimine impetrandum: quod etiam ſui prædeceſſores Paulus V. Clemens VIII. Sixtus V. & alij pariter fecerunt.

d Iubilæum pleniſſimum indicit.

e Pro Capuccinis ad Regem Congi ſcribit.

Hic die 19. Martij, pro noſtris Capuccinis [e] ad Regem Congi à Paulo V. deſtinatis, dedit ſequentes litteras.

Cariſſi

ANNO DOM. 1621.

Cariſſimo in Chriſto filio noſtro Aluaro Regi Congi Illuſtri,

GREGORIVS PAPA XV.

CARISSIME [a] *in Chriſto fili noſter, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Sanctæ memoriæ Paulus Papa V. antequam ad æternam in cœlu requiem à Domino vocaretur, vt Maieſtatis tuæ maximè pio deſiderio, ac petitioni annueret ſimúlque ſaluti animarum iſtius ampliſſimi Regni tui, & vicinarum regionum prouideret, iam iſtuc deſtinauerat huius diuini operis miniſtros religioſos Dei ſeruos ex familia S. Franciſci, quos Capuccinos appellamus. Verùm dum hi ad longam nauigationem ſe præparant, & opportunum ſoluendi in Africam tempus opperiuntur, ſublatus è viuis eſt Paulus. Quare tanti momenti negotium, quod ſummopere ipſe cupierat, perfectum videre non potuit. Nos itaque, qui in eius locum, licèt meritis valde impares, Deo auctore ſucceſſimus: quique Maieſtatem tuam paterno prorſus animi affectu in caritate Chriſti complectimur, pro ea, quâ excellis verè regia pietate, Catholicæ Religionis Zelo, & in hanc Apoſtolicam B. Petri Sedem obſeruantia, huiuſmodi Capuccinorum aduentum maturandum, diligenter curauimus. Hi ergo nunc cum noſtra benedictione ad Maieſtatem tuam veniunt, quorum quidem fructum diuina adiutrice gratia vberrimum futurum ſperamus. Quod verò ad Maieſtatem tuam pertinet, non dubitamus, te iſtos Dei ſeruos tam ardenter* [b] *à te expetitos benignè excepturum; & regia tua auctoritate omni ſtudio ſemper protecturum: cùm præſertim non aliam ob cauſam tam longum, ac laborioſum iter iuſſu noſtro ſuſceperint, niſi vt in animarum ſalutem procurandam, omnes ſuas vires, & vitam etiam ipſam, ſi caſus venerit, libentiſſimè impendant, atque ita Dei gloriæ ſeruiant, & tuo ſimul deſiderio ſatisfaciant. Certè, quicquid Maieſtas tua in operarios cœleſtis Patrisfamilias beneficij contulerit, tanquam ſibi ipſi collatum idem Dominus terrenis, æternisque bonis compenſabit: quæ bona nos Maieſtati tuæ à Domino enixè precamur: & iterum Apoſtolicam noſtram benedictionem tibi ex animo impartimur. Datum Romæ apud S. Petrum die 19. Martij 1621. Pont. noſtri anno primo.*

a Summi Pont. epiſtola ad Regem Congi, quis Capuccinos expetierat.

b Capuccini à Rege Congi ardenter expetiti.

Hoc anno Othomanus Turcarum Rex iuuenis ferocis ingenij ingentes copias armat, ſupra centum millia militum ducit: eo exercitu inſtructus, Poloniæ fines ingreditur: ſed magna ſuorum cæde, Sigiſmundi III. Poloniæ Regis ſtrenua virtute depellitur. Placet pro hoc epiſtolam vnam ex Caſtris Polonorum ſub die 9. & 10. Sept. datam huius anni 1621. hîc ponere, quæ ſic habet.

Turcarum Imperator, & Magnus Tartarorum Cham cum ſexcentis Barbarorum millibus in Muldauia propè Caſtra noſtrorum die 3. Septembris, caſtrametati ſunt. Quo die arrogans Turca irritatus Coſacchorum excurſionibus, iubet ſuis belli Ductoribus caſtra noſtrorum perfringere, in eiſque ſuperbè ſe pranſurum cras determinat: parent illi ſubitò, conſiliúmque belli vocant, cui viſum eſt caſtra noſtrorum Coſacchorum ſuis caſtris oppoſita primò aggredi, ſummóque mane 4. Septembr. in caſtra Coſacchorum violenter procurrit: acris inſtituitur pugna, fortiter à Coſacchis impetus ſuſtinetur, à quibus quatuor vicibus reiecti cum magna ſuorum, & noſtrorum paucorum nece, turpi fugæ ſe dedêre, quos noſtri Coſacchi vſque ad Caſtra Turcarum Imperatoris inſequuti, multos papiliones accepêre, tormentorum bellicorum rotas diſſecuêre, plurimáque ex eis ad ſua caſtra aſportauêre, & ſi tetra nox, & pulueres excitati non interceſſiſſent, ſine dubio victoriam obtinuiſſemus. Talis enim ardor noſtrorum ad pugnandum fuit, vt ne quid fugientibus Othomanis ſua celeritate ad ſua caſtra profugiendi tempus daretur, quorum aberrantium ad ripas fluminis Pruth multa millia, quod ſe tranatare poſſe crediderant, trucidauimus. Hoc infelici ſucceſſu primo perterritus Othomanus, caſtra retro mouit ad ſex milliaria; creberrimis tamen incurſionibus nos laceſſebat, cum ſuorum innumerabili internecione, quem ſua

aduerſa fortuna ita rabidum reddidit, vt ſuos aliquot principales Baſſas & Palatinum Moldauiæ Radulium, qui ſibi in tribus horis, ſe caſtris noſtrorum potiri debere promittebant, capite plecti mandauerit. Dum hæc à noſtris fortiter & proſperè agerentur, multi Turcarum ad caſtra noſtrorum fame, & noſtrâ fauente, ſuáque aduerſa fortuna compulſi profugiebant.

Hoc die nihil vtrinque geſtum eſt.

Die 6. Septemb. furioſus Turca ſine mora vniuerſum exercitum in campum educit, ſummáque vi, & numero Caſtra noſtrorum vndique adoritur, vbi tribus horis in fumo, pulueribúſque excitatis, tantummodò fragor tormentorum bellicorum audiebatur, fuit obſeruatum, Turcam his proximis diebus pluſquàm vndecies mille ictus in noſtrum Campum vndequaque exploſiſſe, mille quatuor centum globis ferreis in Campo Coſachorum repertis, à quibus tamen nihil notabilis damni in caſtris noſtrorum factum eſſe, quis non niſi mirabili defenſioni Diuinæ adſcribat?

Dúmque iam Caſtra noſtrorum vix impetum occæcatæ multitudinis ſufferre, & penè periclitari viderentur, iuſſit Generalis noſter ſuis ſexcentis equitibus haſtatis, iuſſit etiam Illuſtriſſimo D. Vilnenſi, D. Poloſchi, & D. Rudomino, & Illuſtriſſimo Domino Inciſorum dapum Regiarum cum ipſorum centuriis Haſtatorum in aciem progredi, qui generoſo animo dextram partem exercitus Ottomanici adorti, ſtrenuè rem gerere, fractis haſtis incæperunt.

Confeſtim circumducimur numeroſiſſimis Turcarum phalangibus, iam planè abſorpti, iam nec à ſuis videri poſſumus, cùm ex omni parte toto exercitu inimico circumducimur, ſagittis plena omnia, eiulatibus, fragoribus, fumo, pulueribus aëra obſcurantur, terram ſanguinatam Barbarorum cadaueribus coopertam cruentati proſpectauimus, molémque totius exercitus inimici animoſè ſuſtinemus.

Hic perfidi Othomani robur noſtrum, & fortunam admirati, armis, & animis ſuſpenſi circumſtetère: cúmque per conſternata Turcarum cadauera, rectà ad ſuos reditus non daretur, ſiniſtram ſui exercitus partem aggreſſi, denſiſſimas eorum cohortes de Campo fugauimus, cum parua noſtrorum perditione. Nox ſuperueniens maiórem inimicorum ſtragem tunc diremiſit. Ad noſtros reſecta Barbarorum capita, frameis infixa portantes victorioſi redijmus. Admirandum id ſanè fuit, quòd eo die tantus timor Barbaros perterruit, vt tam pauca noſtrorum manus vniuerſum exercitum Turcarum, non ſolùm è caſtris propriis, verùm etiam ex acie perpulerit, cùm nec iam ſe defendentes, ſed vltrò proiectis ſuis frameis ſubſiſtentes, noſtrorum manibus, & gladiis, ſuas ſubmitterent ceruices.

Hoc in conflictu de noſtris principalioribus deſiderati D. Karniſchi, D. Paſſorithi & quidam alij: de vulgaribus numerum mille non exceſſit. Ex Coſacchis etiam aliquot centenaria fortiter interière. D. verò Poloſchi enormiter vulneratus, iacet moribundus.

Die ſeptima Septembris pauidus ſiluit Turca, ſuáque ita conſtrinxit caſtra, vt quæ prius tres colles occuparent, modò pauco ſpatio continerentur.

Die octaua Septembris Generalis noſter vniuerſum exercitum ordinatum in aciem eduxit, dúmque integro die prælium expectaremus, nullus ex caſtris Turcarum comparuit.

Die nona Septembris pauidus ſiluit Turca, ſummo mane caſtra Coſacchorum inuadit, ab eiſque animoſè retruditur, iterum, atque iterum cum ſuo exercitu ingenti excitato clamore proruit. Suſtinent aliquantum tantam molem impauidi Coſacchi, quos ita periclitantes Generalis noſter peditibus Germanis, & Polonis auxiliatur, viribúſque coniunctis, exercitum Ottomanicum reprimunt, iámque de ordine D. Generalis noſtri Haſtatorum equitum Cohortes in aciem conflictura progrediebantur, cùm ecce, ijs conſpectis, Turca quantocyus ad caſtra ſua regreditur: noſtri verò non impigri exinde animoſiores effecti, hoſtem inſequimur, eúmque ad ſua Caſtra, honoris cauſa comitabamur, quo die tantam Barbarorum occiſionem fecimus, vt ij campi cadaueribus tantùm cooperti conſpicerentur.

Relatum habemus ex Turcarum exercitu his conflictibus ad centum millia cecidiſſe. Eo die nox, & immenſi pulueres, nobis victoriam ſequi præripuère. Certè in

hiſce

ANNO DOM.

hiſce prælijs ſingularem Dei omnipotentis gratiam habuimus. Quis enim aliquando crederet, vt tam parua noſtrorum manus ſine vllius Principis Chriſtiani debito auxilio vim tam numeroſi exercitus Othomanici, cuius vires omnes alij Orbis Principes contremiſcunt, ſuſtinere deberet? Videbatur Deipara Virgo ſemper aſſociata Sanctorum multitudine, nobis pugnantibus ſuperſtetiſſe. Sed iam ecce claſſica ſonant, calamo hoc protecto, armis accincti in aciem progredimur. Die 10. ex Caſtris Polonorum ad flumen Nieſter.

Poſtea verò ex litteris Varſouiæ ſub die 24. Septemb. habitum eſt, Polonos victoriam completam de Turcis reportaſſe. Et denique quòd Turca conditiones pacis acceperit, prout Sigiſmundo Regi ipſi Turcæ dare placuit.

Eodem anno, die 21. Iulij idem Pontifex creauit in Cardinalem LVCIVM [a] Sanſeuerinum cum totius Collegij Cardinalium exultatione: eius enim ſpectata virtus Vrbi, & Orbi nota, ſemper hoc honore eum fecit quàm digniſſimum, ſiue vtriuſque Signaturæ [b] Referendarium, ſiue Archiepiſcopum primò Roſſani, poſtea Salerni, (in quarum Eccleſiarum moderatione, & aſſidua reſidentia, alter S. Carolus Borrhomæus eſt habitus) ſiue apud Archiducem Albertum de Auſtria in Belgio Nuncium pro ſanctiſſimo Domino Papa agentem conſideres.

a *Lucius Sanſeuerinus Cardinalis creatur.*

b *Lucij Sanſeuerini ante Cardinalatum munera.*

Hic, ſicut anteceſſores [c] Biſiniani Principes habuit; ita & eiuſdem Principatus poſſeſſorem vidit ſuum ex fratre Nepotem D. Aloyſium Sanſeuerinum, [d] virum omni virtute, tum animi, tum corporis conſpicuum. De quo multa laude digna dicerem, ni Breuiarium conſcriberem, eiúſque innatam modeſtiam lædere pertimeſcerem.

c *Luc. Sanſeuer. anteceſſores, & ſucceſſores Principes Biſiniani habet.*

d *D. Aloyſius Sanſeuerinus Biſiniani Princeps laudatus.*

Die 20. Septembr. Summus Pontifex Gregorius XV. data conſtitutione, quæ incipit, *Sanctiſſimus*, præcipit vt Iudicum [e] Conſeruatorum electio, & nominatio fiat ſolùm ex illis, qui ad id in Concilijs Prouincialibus, aut diœceſanis electi, aut deſignati ſint. Et quod coram ipſis regulares tantùm paſſiuè, non autem actiuè conueniri debeant. Et quòd extra Ciuitates, ſeu Diœceſes, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere non præſumant.

e *Iudices Conſeruatores quando, & quomodo eligendi. Regulares coràm ipſis paſſiuè tantùm, non autem actiuè agere poſſunt.*

Die 16. Octob. data Conſtitut. quæ incipit: *In Apoſtolica Sedis.* confirmat priuilegia Congregationis Clericorum Regularium [f] Theatinorum nuncupatorum.

f *Theatinorum priuilegia confirmat.*

Die 15. Nou. data Conſt. quæ incipit: *Æterni Patris:* dum Romanorum Pontificum [g] electionem per ſecreta ſuffragia celebrandam fore ſancit, libera eligentium vota reddit.

g *Pontificum electionem per ſecreta ſuffragia faciendam ſtatuit.*

Die 24 Nouemb. data Conſtit. quæ incipit: *Ex iniuncto:* inſtituit Vicarium [h] Generalem pro Fratribus Diſcalceatis Ordin. Min. Regularis Obſeruantiæ Hiſpaniarum, & Indiarum: nonnulláque alia circa eorumdem Fratrum bonum regimen ſtatuit.

h *Vicarium Generalem pro Diſcalceatis Hiſpaniæ inſtituit.*

Eodem die idem decernit pro Fratribus [i] Reformatis, data Conſt. quæ incipit pariter: *Ex iniuncto.*

i *Idem pro Fratribus Reformatis.*

Die 4. Decemb. data Bulla, quæ incipit: *In ſupereminenti*: poteſtatem facit, vt inſtituatur Collegium [k] Fratrum Minorum Conuentualium S. Franciſci, in Conuentu S. Laurentij maioris Ciuitatis Neapolitanæ, ſub patrocinio immaculatæ Conceptionis B. Virginis, & S. Bonauenturæ.

k *Collegium ſub patrocinio immaculatæ conceptionis, & S. Bonau. inſtitui concedit.*

Die 9. Decemb. dato Breui, quod incipit: *Ex iniuncto*: mandat Ordinariis locorum Regnorum [l] Hiſpaniæ, Franciæ, aliorum Regnorum & Prouinciarum Italiæ, ne aliis quibuſuis Religioſis cuiuſcunque Ordinis, Societatis, & inſtituti Regularibus ſub quouis prætextu in poſterum, nomen, vel habitum Fratrum Capuccinorum ſibi vendicare, vel vſurpare permittant.

l *Prohibet ne quis nomē, vel habitum Capuccinorum ſumere præſumat.*

1621. Eſpernionus Dux cum exercitu in Benearnos [m] perfidos & rebellantes adit, exeunte Aprili, iuſſu Ludouici XIII. Galliarum Regis & minus quindecim diebus fugatis perduellibus, Forceo etiam nuper eius Prouinciæ Rectore & Duce exacto, vniuerſam prouinciam regiæ iuriſdictioni ſubegit, qua compoſita Catholicæ religioni annos quinquaginta exulanti ſuus eſt redditus locus; Inſtituto in eam quoque tem Patrum Societatis IESV regio apud Palenſes Collegio.

m *Benearnos ſub regiam ditionem omnes traducti.*

n *Inſtitutum Regium Societatis Ieſu Collegium apud Palenſes in Benearniam.*

Ludouicus XIII. Galliarum Rex Chriſtianiſſimus, poſt intentata frequenter & fruſtra in perduelles edicta, quod ex Iuliodunenſis & Rupellani Conciliabuli ſuis Decretis pergerent toto penè regno tumultuari, mediocri eum exercitu Lutetiâ egreſſus ab ineunte Maio ad ineuntem Decembrem, pleriſque Regni peragratis regionibus, amplius ſexaginta quinque firma [a] oppida; munitáſve arces præter aliquot inſulas, aut recepit deditione, aut terrore extorſit, aut vi cœpit ex perduellium manibus, quorum deleuit nonnulla, pleraque mœnibus exuit, cætera firmis ſibi aſſeruit præſidiis, in ordinem coactis perduellium capitibus.

a Perduellibus Hugonotis erepta amplius ſexaginta quinque oppida ſemeſtri regia expeditione.

b Cardinalis Guiſius, Dux Maiennæus, Termæus, bello aduerſus rebelles Francos intereunt.

Sed non ſine aliqua principum virorum clade: de perduellibus triumpharunt arma Regia: Cardinalis [b] Guiſius dum fortiter inſtat perduellibus, ad Sanctum Ioannem Dangelium obſeſſis lætiferum contraxit morbum, eóque paucis diebus conficitur apud Santones, multis editis tota ægrotatione ac ipſo in obitu regiæ pietatis argumentis. Maiennæus Dux, Guiſij Cardinalis frater patruelis, vniuerſæ perduellium & Hugonotorum Nationi impensè formidabilis, poſt diſcuſſos rebellium turbines, tota fermè Aquitania cui præerat, dum obſeſſos Montalbanos caſtris regiis vrget acriter, vehementérque premit, maioris ſelopi plaga ictus occumbit. Termæus è Bellagardæorum inclyta gente, Gallicanorum equitum longè clariſſimus ad Cleriacenſium obſeſſorum mœnia fortiſſimè dimicans lethalem accepit plagam ex qua paulo poſt ſacris religioſè ſumptis interiit.

c Tres Soles viſi ſunt.

Hoc anno in menſe Februarij viſi ſunt tres [c] Soles in meridie: duo 1622
ſcilicet collaterales Soles, ſed parui, tanquam duo oculi conſpiciebantur.

d Quinque ſancti ſimul vna die canonizati ſunt.

Die 12. Martij Summus Pontifex quinque [d] Sanctos ſimul & eodem die in Sanctorum album retulit, nempe S. Iſidorum Hiſpanum: S. Ignatium Loyolam Religionis Ieſuitarum fundatorem: S. Philippum Nigrum, qui Congregationis Oratorij & ipſe fundator extitit: S. Thereſiam: & S. Franciſcum Xauerium.

e Decretum pro B. Virginis Conceptione.

Die 24. Maij pro immaculatæ Virginis [e] Conceptione ſtatuitur, prout ſequitur.

Feria

ANNO DOM. 1622.

Feria III. Die 24. Maij Anno à Natiuitate D. N. Ieſu Chriſti MDCXXII.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico in Monte Quirinali coram S.D.N.D. GREGORIO Diuina prouidentia Papa XV. ac Ill.^mis & R.^mis DD. S.R.E. Cardd. aduerſus hæreticam prauitatem Inquiſitoribus Generalibus à Sancta Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis.

SANCTISSIMVS D.N. auditis votis Illuſtriſſimorum & Reuerendiſſimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum Decretum aliàs editum à fœl.rec.Paulo V.eius Prędeceſſore tenoris ſequentis, videlicet

Sanctiſsimus Dominus Noſter poſt longam, & maturam diſcuſsionem auditis votis Illuſtriſsimorum & Reuerendiſsimorum DD. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum re accuratè, ac diligenter perpenſa prouidè conſiderans, quòd quamuis in Conſtitutione fœl.rec. SIXTI IV. ſuper CONCEPTIONE Beatiſsimæ Virginis MARIAE pro ſubmouendis inter Chriſti fideles ſcandalis, rixis, & contentionibus edita, à Sancta Tridentina ſynodo innouata, & deinde in alia Conſtitutione San. me. PII V. ſuper eadem re, quas ſimiliter Sanctitas ſua innouauit cum quibuſdam prouiſionibus, & adiectionibus pœnarum pro efficaciori earum obſeruatione, relinquatur vnicuique libera facultas tenendi, & etiam aſſerendi vtramque partem, quòd ſcilicet fuerit, vel non fuerit concepta cum peccato originali, dum tamen neutra, veluti erronea, aut hæretica damnetur, nihilominus ex occaſione aſſertionis affirmatiuæ in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & actibus publicis, quòd eadem Beatiſsima Virgo fuerit cum peccato originali concepta, oriuntur in populo Chriſtiano, cum magna Dei offenſa, ſcandala, iurgia, & diſſenſiones. Propterea volens huiuſmodi ſcandalis ex debito ſui muneris prouidere, decreuit, & præcepit, ac præſentis Decreti virtute mandat, & præcipit omnibus, & ſingulis cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus, & aliis quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus, perſonis cuiuſuis conditionis, ſtatus, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm ſæcularis, etiã ſi ſpecialis, ſpecifica, & indiuidua earum eſſet neceſſariò mentio facienda, vt in poſterum, donec articulus huiuſmodi à Sancta Sede Apoſtolica fuerit diſſinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis Concionibus, Lectionibus, Concluſionibus, & aliis quibuſcumque actibus publicis aſſerere, quòd eadem Beatiſsima Virgo fuerit cõcepta cum peccato originali; Contrafacientes autem eadem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus ſuorum Prædeceſſorum, & ſua ipſo facto incurrendis: Per huiuſmodi tamen prouiſionem Sanctit as Sua non intendit reprobare alteram opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperitur, præterquam quoad ſupra diſpoſita. Vlterius ſub eiſdem cenſuris, & pœnis mandans, quòd negatiuam opinionem, videlicet quòd non fuerit concepta cum peccato originali, in prædictis publicis actibus aſſerentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, ſeu tractent. Inſuper voluit, & expreſsè mandauit, vt extra hos caſus expreſſos publicorum actuum, in reliquis omnibus ſupradictæ Conſtitutiones firmæ, & illaſæ remaneant, & exactè obſeruentur perinde, ac ſi præſens Decretum non emanaſſet. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte ſupradictis Conſtitutionibus, & aliis omnibus in contrarium facientibus, &c.

Hoc ſuo præſenti DECRETO ex eiuſdem cauſis euitanda ſcandala, diſſenſiones, atque diſcordias in Populo Chriſtiano, quæ pari ratione oriri poſſunt, &, vt accepit, in aliquibus Regionibus iam ortæ ſunt ex ſermonibus priuatis occaſione aſſertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliauit etiam ad priuata colloquia,

& ſcripta, mandans, & præcipiens omnibus, & ſingulis ſupradictis, ne de cætero, donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in ſermonibus, & ſcriptis priuatis audeant aſſerere, quòd eadem Beatiſſima Virgo fuerit concepta cum peccato Originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, ſeu tractare, exceptis tamen, quibus à Sancta Sede Apoſtolica fuerit ſuper hoc ſpecialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorſus præiudicium inferre, eam relinquens in eiſdem ſtatu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in ſupradicto fœl.record. Pauli V. & hoc ſuo Decreto diſpoſita; Eadémq; Sanctitas Sua voluit, & expreſsè mandauit, vt in reliquis omnibus, vbi huiuſmodi Decretis non aduerſantur, Conſtitutiones Sixti IV. Alexandri VI. & Pij V. ac Pauli V. eius Prædeceſſorum ſuper Conceptione Beatiſſimæ Virginis firmæ, & illibatæ remaneant, ac exactè obſeruentur, perinde, ac ſi huiuſmodi Decretum non emanaſſet. Et inſuper eadem Sanctitas Sua cum Sancta Romana Eccleſia de Beatiſſimæ Virginis Conceptione Feſtum ſolemniter, & Officium celebret, omnibus, & ſingulis Perſonis Eccleſiaſticis, tam Sæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publicè, quàm priuatim, non alio, quàm Conceptionis nomine vti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit ſubiacere debere, & ſubiecit cenſuris, & pœnis contentis in ſupradictis Conſtitutionibus, ac præfato Decreto ſuorum Prædeceſſorum ipſo facto incurrendum. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuiolabiliter obſeruari, non obſtantibus in hac parte Conſtitutionibus ſuprascriptis, Decreto præfato Pauli V. conſuetudinibus etiam immemorabilibus, nec non omnibus, & ſingulis, quæ Prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, ac aliis quibuſcumque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obſeruatione, & executione præſentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quòd contra huiuſmodi tranſgreſſores etiam Regulares cuiuſuis Ordinis, & Inſtituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quaſcumque Eccleſiaſticas, & Sæculares perſonas cuiuſcumque ſtatus, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Eccleſiaſticæ, quàm Sæcularis, tam Epiſcopi, & Prælati Superiores, aliique Ordinarij locorum, quàm hæreticæ prauitatis, vbique locorum deputati Inquiſitores procedant, & in eos ſeuerè animaduertant, tribuens eis, & eorum cuilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eoſdem tranſgreſſores procedendi, ac pœnis coërcendi, & puniendi. Voluit demum, ne præmiſſorum ignorantia à quoquam prætendi poſſit, quod præſens Decretum, ſeu illius exempla ad Valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixa omnes ita arctent, & afficiant, perinde, ac ſi vnicuique perſonaliter intimata fuiſſent; quódque præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Andreas de Pettinis Sancta Romana & vniuerſalis Inquiſitionis Not.

Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo, ſexcenteſimo vigeſimo ſecundo Indict. v. die verò ſecunda menſis Iunij Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto Patris, & D.N. D. GREGORII diuina prouidentia Papæ XV. anno eius ſecundo ſupradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Braudimartem Latinum S. D. N. Papæ Curſ.

Octauius Spada Mag. Curſ.

ROMÆ Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.
M. DCXXII.

Sub

Anno Dom. 1622.

Alia plura digna deſiderantur in dies de hoc Summo Pontifice, qui hodie viuit,& fœlix regnat.

Sub annum 1622. Additio poſt Conſtitutionem pro Conceptione B. Mariæ Virginis.

Eodem anno die 2. Iunij, Conſtantinopoli [a] Iannizetorum militia contra Sultanum Oſman Turcarum Imperatorem magno impetu tumultuata, ipſum depoſuit: & Sultanum Muſtafam, ipſius depoſiti auunculum, ſed ab eo dira cuſtodia maceratum, in Imperatorem acclamarunt. Qui ſtatim ſic adepto Imperio, ipſum depoſitum carceri tradidit,& ſtrangulari iuſſit: idémque etiam de omnibus eiuſdem Oſmani filiis fieri mandauit, ne de eius reliquiis aliquid ſupeſſit ſuper terram. Caſus [b] memorabilis, & qui exitium præfert magnæ familiæ Ottomanæ, quæ per tot annorum centurias tot ciuitates, Prouincias, Regnáque ſibi ſubiecerat: quíque Potentatibus cunctis formidandus euaſerat. Nam qui mudò Turcicum regit Imperium, licèt eiuſdem Ottomanæ familiæ ſit; eſt tamẽ grandæuæ ætatis, & valetudine adeò infirma, vt filius procreare minimè poſſe, qui eum norunt, affirment. Vtinam Deus totum Turcicum Imperium ſubuertat. Hic tamen Imperator Turcicus paulò poſt, ſiue ſenio confectus, ſiue ſqualore & pedore carceris exhauſtus non diu crudelitatis ſuæ præmio gauiſus, vitam cum morte commutauit.

> a Iannizzerorum militia contra Turcarum Imper. tumultuat, ipſumque deponit.

> b Caſus memorabilis, & miſerabilis pro Ottomana familia, quæ finem habere oſtendit.

Ludouicus XIII. Rex Galliarum tumultuantibus iterum rebellibus Hugonotis ad ſecunda æſtiua obeunda digreſſus Lutetiâ Sobiſæi & Rupellanorum numeroſas copias in finibus Pictonum & Armoricorum concidit, Rouianum maritimum oppidum,& cæteras Santonicas oras, arces, à Rupellanis occupatas recipit, inde reuerſus ad Aquitanica [c] rebellia oppida Cleriacum, Tonninſium, Sanctam Fidem, & alia plæraque diuerſa debellat, ſeditioſiſſima quæque delet, cætera præſidiario milite firmat, totam denique Aquitaniam, in qua plurimum valuerunt perduelles, ſuæ ditioni vindicat, ex Aquitania exercitum traducit ad Arecomicos, Monpellierio circumſeſſa oppida plæraque expugnat, mox munitiſſimam rebellium arcem Monpellierium obſidet, ad deditionem adigit, atque vnà Nemauſenſes, Caſtrenſes,& Vſetenſes, quibus deditis id aſſequitur, vt toto regno reliquæ ſint rebellium arces duæ [d] dumtaxat, Montalbanus, & Rupella, quarum hæc ab Sueſſonio Comite terra obſidetur, mari à Duce Guiſio: apud Monpellierium autem fortiſſimè dimicantes, occubuere inter cætera Gallicanos milites fulmina Dux Fronſalius,& Dominus Zamet.

> c Secunda expeditio Ludouici XIII. in rebelles Hugonotas.

> d Præter Rupellam, & Montalbanum erepta Hugonotis oppida omnia Galliæ quæ occuparant.

Dum Rex Galliæ perduellibus Hugonotis Monpellierium, & cæteras vrbes Arecomicas extorquet, Dux Guiſius, cum Rupellanis [e] nauali prælio congreſſus decem eorum armatas naues ſummergit, viginti quaſſatas in oram allidit ac ſpoliat, reliquam turbam pœnitus diſſipat. Comes Sueſſonius extructo ad Rupellæ mœnia ingenti aggere trium millium armatorum capaci ac munitiſſimo, intima vrbis ædificia tormentis pergit diſturbare, vrbiſque portum ac naualia dinexa tex alio maritimo aggere, ſeu nauali ponte.

> e Rebelles Rupellani prælio nauali à Duce Guiſio vincuntur, à Comite Sueſſonio aggeribus premuntur, & tormentis diu vexantur.

Dux Deſdiguierus [f] Gratianopoli Caluinum eiurat, dum Rex Ludouicus cum Caſtris ſedet ad Monpellierium, eiuranti adfuerunt deſtinati à Rege D. de Crequi eiurantis Gener, Dominus D'Alincourt Prouinciæ Lugdunenſis adminiſtrator, & Dominus Scamundæus Regiorum ordinum Turquati Equites, qui eum mox ab eiuratione inaugurarent Regij ordinis facto torque ac ipſius Regis verbis eumdem Franciæ Coneſtabilem ſalutarent.

> f Dux Deſdiguierius Caluinum eiurat, Galliæ ordinis Eques inauguratus Galliæ Coneſtabilis creatur.

Rex Galliarum pacatis apud Tectoſſages rebus omnibus Rhodano impoſitas vtraque ripa vrbes, aliáſque interiores nonnullas à Maſſilia Lugdunum vſque luſtrat ex itinere, ac ſtabiliendæ tranquillitatis idonea quædam capita edicit, præſenſque exequenda curat.

Ineunte Decembri Princeps idem [g] Regio apparatu Lugdunum inuehitur, propenſiſſima erga Regem ſtudia Dominus D'Alincourt ſua exhortatione, ac

> g Rex Galliarum munificentiſſimo apparatu Lugdunum inuehitur.

exemplo ſic accenderat, ita vt exquiſita ſolertia in magnificentiſſimam celebritatem omnia deſignauerat, ac curauerat eximia ſedulitas, vt ad Regificæ tranſuectionis ſummam dignitatem ſumptuoſius, elegantius, auguſtius, nihil potuerit vel optari, vel excogitari.

FINIS.

Tardè ab Authore tranſmiſſa, hoc loco inſerere placuit, ne Lector iis defraudetur.

Additio ad annum 309.

a Equitum Aureatorum Angelicorum origo.

Hoc tempore initium habuit Ordo Equitum [a] Aureatorum Angelicorum Conſtantinianorum hoc pacto. Cùm Conſtantino Imperatori contra Maxentium dimicaturo Crux ardens, & lucens è cœlo apparuiſſet, illa voce per Angelos efformata: IN HOC SIGNO VINCES: refert Naucleꝛus grauis hiſtoricus, quòd parta victoria, voluit Imperator, vt Crucis ſignum in Labaris, & vexillis impreſſum, & depictum, necnon & in armis ſculptum: & inſuper vt ab omnibus ſuis Baronibus in veſtimentis contextum, ſeu diſcoopertum geſtaretur. Prætereà, cùm Romani eidem Conſtantino ſtatuam quandam dedicaſſent: iuſſit ipſe Imperator, vt manui illius ſtatuæ Crux adderetur: vt ſic cunctis palàm faceret, ſe victoriam illam contra Maxentium virtute Crucis reportaſſe. Cuius quidem Imperatoris ſucceſſores deinde hunc Equitum Ordinem vſque ad vltimum Conſtantinopolitanum Imperatorem ſemper conſeruarunt. Rebus poſtea Græcorum à Turcis ſubuerſis, Conſtantinopolique ciuitate in inimicorum fidei manibus redacta, licèt Imperij ſplendor ceſſauerit; Ordo tamen Equeſtris in ſanguine familiæ, & progeniei Conſtantini, minimè extinctus fuit: auita enim eius auctoritas, & Ordo vixit ſemper in familia Angela, Comnena nuncupata, vt teſtatur Raphaël Volaterranus, Pius II. Zonaras, & Nicephorus Gregoras *in ſuis hiſtoriis*: & viuit hodie in perſona excellentiſſimi D. Ioan. Andreæ Angeli Macedoniæ Principis ratione ſucceſſionis ſanguinis, actione hæreditaria, & geniture. Confirmatus eſt hic Ordo [b] ab antiquis Imperatoribus in præfata familia Angela, quæ vltimum habuit Alexium. Deinde à Summis Pontificibus Calixto III. Pio II. Sixto IV. Innocent. VIII. Leone X. Paulo III. Iulio III. Pio IV. & Pio V. his progenitoribus, & ipſi, ſuiſque ſucceſſoribus conceſſum reperitur, prout diplomata, quæ extant, teſtantur.

b Confirmatio huius Ordinis ab Impp. & Sum. Pont.

Additio ad annum 454.

Epiſtola S. Leonis Papæ ad Martianum Auguſtum, in qua Regulam Equitum Conſtantinianorum confirmat.

LEO Epiſcopus Martiano Auguſto. Non poſſum ſatis admirari veſtram pietatem, & amorē erga Catholicæ fidei profeſſores glorioſiſſime Imperator. Summa itaque lætitia accepi veſtras, & ſtrenui Principis Alexij Angeli litteras, quibus expoſcitis, vt auctoritatem Apoſtolicam adiungam Regulæ Baſilij [c] Sanctiſſimæ vitæ Epiſcopi Cæſareæ quam præſcripſit militibus fratribus Conſtantinianis, qui Crucis rubræ ſtigmate firmantur à vobis, & à Principe Alexio ipſorum Fratrum ſupremo Moderatore. Regulam ipſam Chriſtianæ, & moralis doctrinæ plenam agnoui, & confirmaui [d], eámque hiſce adiunctam, & mea manu ſignatam tranſmitto, vt veſtri eſt deſiderij. Illud à vobis inſtanter peto, vt ipſos milites fratres meo nomine hortemini [e], ne à tanto opere, & votis obedientiæ, coniugalis caſtitatis, & militaris diſciplinæ deſiſtant; ſed continua vigilantia viuere ſtudeant iuxta

c Equites Conſtantiniani Regulam à S. Baſilio acceperunt.

d Leo Papa Equitum horum Regulam confirmat.

e Leo Papa Equites hortatur ad Regulæ obſeruantiam.

dictam

dictam Regulam, & præcipuè ij, qui in Cœnobiis degunt, mulieres non introducant, à ſcandaliſq; caueant: profeſſam vitæ ſobrietatem conſeruantes. Deus huic optimè incepto operi faueat, & iſtum numerum Chriſtianæ Religionis defenſorum augere dignetur, voſq; incolumem ſeruare. Datum Romæ 13. Kal. Auguſt. Aëtio, & Studio viris Clariſſimis Conſſ.

Hæ litteræ fuerunt déſumptæ ex Archiuio Romanæ Curiæ ex regiſtris Vlloç ſcriptoris.

Hæc Religio primùm fuit donata priuilegiis à Leone Auguſto anno Domini 457. Conſtantino & Ruffo VV. C.C. Coſſ. qui fuit Leonis Papæ 18. ipſius autem Cæſaris 1. 6 Kal. Martij.

Sub annum 1537. additio.

Hoc anno [a] primordia Religionis Societatis IESV, quam vulgo Ieſuitarum appellant, iacta fuere ab Ignatio Loyola, Nauarræo. Qui aſcitis ſibi ſociis Petro Fabro [b] Allobroge, Franciſco Xauerio Nauarro, Iacobo Lainez Seguntino, Alfonſo Salmeroue Toletano, Nicolao Bobadilla Palentino, Simone Roderico Luſitano, Claudio Iaio Gebennenſe, Ioanne Codurio Allobroge, Paſchaſio Broëto Ricardo, non ſolùm per Italiam, & per cæteras Europæ Prouincias verbum Dei diſſeminarunt, verùm & Franciſco Xauerio [c] ſimul cum aliis ſociis in Indias miſſo, gentibus illis in tenebris infidelitatis, & in regione vmbræ mortis ſedentibus, magnam fidei lucem attulere anno Dom. 1540. Huius Religionis [d] inſtitutum eſt non ſolùm ſaluti & perfectioni propriæ incumbere, ſed proximum iuuare in omnibus: & propterea non ſolùm in ſuggeſtu concionando, verùm & in confeſſionibus audiendis, & in erudienda iuuentute, & in cæteris pietatis operibus libenter deſudant.

a *Ieſuitarum origo.*

b *Ignatius, & ſocij qui Ieſuitarum Religionem fundarunt.*

c *Franciſcus Xauerius in Indias miſſus.*

d *Ieſuitarum Religionis inſtitutum.*

Pater autem Ignatius [e] ſocietate ſua per multos annos bene inſtituta, multíſque exantlatis laboribus; tandem anno 1556. fer. 6. pridie Cal. ſextilis, ætatis ſuæ anno quinto & ſexageſimo, à fundatæ ſocietatis decimo ſexto, terram cum cœlo commutauit. A Gregorio poſtea XV. Summo Pontifice hoc anno 1622. die 12. Martij ſimul cum B. Franciſco [f] Xauerio in Sanctorum numerum relatus, vt infra ſub anno 1622. dicemus.

e *Ignatius moritur.*

f *Ignatius & Franciſcus Xauerius in Sanctorum numerum ſcribuntur.*

Sublato ex humanis B. Ignatio, Iacobus Lainez [g] Seguntinus eidem in moderanda Religione ſucceſſit eodem anno 1556. Hic in Concilio Tridentino pro Sancta Sede, & pro Eccleſiæ Romanæ auctoritate tuenda præclarè ſe geſſit. Deinde ſua Religione bene adminiſtrata, è vita diſceſſit anno 1564. 14. Calend. Februarij.

g *Iacobus Lainez ſecundus Generalis.*

Huic Franciſcus Borgia [h] nobilis Hiſpanus ſuffectus eſt anno 1565. die 2. Iulij. Qui poſtea die vltima Septembris deceſſit anni 1572.

h *Franciſcus Borgia tertius Generalis.*

Eucrardus Mercurianus [i] in Generalem electus eſt die 27. April. anni 1573. ſed diem clauſit extremum vltima Iulij in ſero, anno 1580.

i *Eucrardus Mercurianus tertius Generalis.*

Claudius Aquauiua [k] Nobilis Neapolitanus ſupremum locum in Religione adeptus eſt die 19. Februarij 1581. Hic magnæ prudentiæ fuit, magnámque æſtimationem apud omnes Principes obtinuit, ſanctiſque Legibus ſuam Religionem optimè decorauit. Qui tandem vita functus eſt die vltima Ianuarij 1615.

k *Claudius Aquauiua quartus Generalis.*

Mutius Vitelleſchius [l] nobilis Romanus prædeceſſori ſucceſſit die 15. Nou. 1615. Hic exantlatis omnibus laboribus, obtinuit tandem vt à Summo Pontifice Gregorio XV. hoc anno die 12. Martij B. Ignatius fundator, & B. Franciſcus Xauerius ſocius in Sanctorum album ſint relati. De huius Generalis virtute multa dicerem, ni quia adhuc viuit, eius innatam modeſtiam offenderem.

l *Mutius Vitelleſchius quintus Generalis.*

Laus Deo, Beatæ Mariæ, & Beato Patri Franciſco.

APPENDIX CONCLVSIONVM DOCTRINÆ SACRI CONCILII TRIDENTINI ORDINE ALphabetico digeſtarum.

A.

ABBATES, & quicunque exempti in quocumque loco conferre non poſſunt primam Tonſuram, vel Ordines minores, niſi ſuis ſubditis Regularibus: Item nec ipſi, nec Capitula, vel Collegia litteras dimiſſorias concedant Sæcularibus Clericis, vt ab aliis ordinentur; pertinet enim hoc ad Epiſcopum Diœceſanum: Non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 10. de Reform.*

Abbatiſſa, vel Superior non præſit duobus Monaſteriis, ſed vnum intra ſex menſes reſignet, alioquin ſtatim vacant, & quâ ætate ſit eligenda, *ſeſſ. 25. cap. 7. de Regular. & Monial.*

Abſoluere poteſt Epiſcopus per ſe aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſcientiæ, & gratis quoſcunque ſibi ſubditos in ſua Diœceſi à quibuſcunque caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, impoſita pœnitentia ſalutari: Item & à peccato hæreſis per ſe ipſum tantùm, non per Vicarium, *ſeſſ. 24. cap. 6. de Reform.*

Abſolutio peccatorum data à non habente poteſtatem ordinariam, vel delegatam in abſoluendo eſt nulla, ſunt enim caſus reſeruati. *ſeſſ. 14. cap. 7. de caſibus reſeru.*

Acceſſus, aut regreſſus ad beneficia Eccleſiaſtica, nulli etiam Cardinali concedantur, & conceſſi non extendantur, vel transferantur, *ſeſſ. 25. cap. 7. de Reform.*

Adam poſt tranſgreſſionem mandati Dei amiſiſſe ſanctitatem & iuſtitiam, in qua erat, & per hanc offenſam incurriſſe iram Dei & mortem, quam comminatus fuerat Deus, & captiuitatem ſub poteſtate Diaboli; & totum Adam per illam offenſam ſecundùm corpus, & animam in deterius eſſe commutatum, qui non confitetur anathema ſit, *ſeſſ. 5. Decret. de peccato.*

Adam in præuaricatione ſibi ſoli nocuiſſe, & non propagini, & ſibi ſoli perdidiſſe ſanctitatem, vel iuſtitiam non nobis, aut ignotum illum per peccatum tantùm mortem, aut pœnas corporis transfudiſſe in genus humanum, non autem peccatum, qui aſſerit anathema eſt, *ſeſſ. 5.*

Adminiſtrator ſiue ſæcularis, ſiue Eccleſiaſticus fabricæ Eccleſiæ etiam Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, Eleemoſynæ, Montis Pietatis, vel locorum piorum ſingulis annis reddat rationem Ordinario, niſi ſecus cautum eſſet in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ fabricæ: verùm ſi ex conſuetudine, vel priuilegio, vel conſtitutione loci ratio eſſet reddenda, deputatis ad id tunc cum his adhibeatur etiam Ordinarius, aliter liberatio facta de adminiſtratione eſt nulla, *ſeſſ. 22. cap. 9. de Reformat.*

Affinitas ex fornicatione dirimens matrimonium, non dirimit niſi in primo,

& ſe

& ſecundo gradu, *ſeſſ. 24.cap. 4.de Reformat.Matrim.*

Appellare non licet ab interlocutoria Epiſcopi, vel eius Vicarij Generalis in ſpiritualibus quocumque grauamine in cauſis viſitationis, correctionis, habilitatis, vel inhabilitatis etiam in criminalibus. Et Epiſcopus, & Vicarius procedat ad vlteriora, non obſtante inhibitione facta à Iudice appellationis, vel aliquo alio in contrarium, excepto tamen quod huiuſmodi grauamen poſt diffinitiuam ſententiam non poſſet reparari, vel non poſſet appellari de ipſa diffinitiua; tunc enim ſtandum eſt canonibus antiquis, *ſeſſ.13.à cap. 1. de Reformat.*

Appellatione interpoſita ad Legatos, Nuncios Apoſtolicos, Patriarchas, Primates, & Metropolitanos in quacunque cauſa ipſi tenentur ſeruare formam Sacrarum Conſtitutionum, præſertim Innocentij III. Non obſtantibus, &c. aliter omnia ſecuta ſunt ipſo iure nulla, *ſeſſ.22.cap.7.de Reformat.*

Archidiaconi, qui ſunt oculi Epiſcopi, ſint magiſtri in Theologia, vel Doctores, vel licentiati à Iure Canonico, *ſeſſ 24.cap. 12.de Reform.*

Attritio communiter concepta ex turpitudine peccati, vel metu pœnæ ſi eſt cum ſpe veniæ ſine voluntate peccandi eſt donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti mouentis non adhuc inhabitantis, quo pœnitens adiutus viam ſibi ad iuſtitiam parat, & non facit hominem hypocritam, vel peccatorem, & licèt ſine Sacramento non ſufficiat, tamen diſponit ad impetrandam gratiam in Sacramento, & gratia Sacramenti non confertur abſque bono motu ſuſcipientis, & contritio non eſt extorta, *ſeſſ. 14.cap. 4. de Contrit.*

Auctoritas Sedi Apoſtolicæ remanet immunis in Concilio Trident. *ſuper Decretis 25.cap 21. de Reformat.*

B.

BAptiſmi Sacramento in forma Eccleſiæ ritè collato tam adultis quàm paruulis applicari meritum Ieſu Chriſti qui negat eſt anathema, *ſeſſ. 5. Decret de peccato orig. §. ſi quis hoc.*

Baptizandos paruulos recentes ab vteris matrum etiam à baptizatis parentibus ortos, qui negat aut dicit eos baptizari in remiſſionem peccatorum, ſed nihil haberi peccati originalis ex Adam, quod ſit expiandum Baptiſmo ad vitam æternam, Anathema eſt. *ſeſſ.5.vbi ſupra.*

Baptiſmate collata gratia Ieſu Chriſti reatum originalis peccati remiſſi, qui negat aut aſſerit, non tolli totum id quod habet veram, & propriam rationem peccati, ſed tantùm radi, aut non imputari eſt anathema, *ſeſſ.5.vbi ſupra.*

Benedictio coniugum eſt danda à proprio Parocho, vel de eius, vel de Ordinarij licentia, & quicunque etiam regularis præſumpſerit ſine licentia coniungere matrimonio, vel benedicere ſponſos alterius Parochiæ eſt ſuſpenſus donec ab Ordinario Parochi, qui debebat benedicere, vel à quo danda erit benedictio, abſoluatur, non obſtante conſuetudine, vel priuilegio, *ſeſſ.20.cap.1.de Reformat. Matrim.*

Beneficiorum, vel præbendarum fructus percipiant publicè legentes Scripturam, vel ſtudentes ſacræ Scripturæ, vel abſentes ob priuilegia in iure communi iam conceſſa, *ſeſſ. 5.cap. 1. de Reformat.*

Beneficia Eccleſiaſtica inferiora præſertim curata dentur dignis & habilibus, & qui poſſint reſidere, & per ſe ipſos curam exercere, aliter collatio irritetur, & collator incurrat pœnas Concilij Lugdunenſis, de Præbend. c.graue nimis. *ſeſſ. 7.cap. 3.de Reform.*

Beneficia plura curata, vel incompatibilia quocumque nomine, & titulo, qui recipere, vel retinere præſumpſerit, eſt priuatus beneficiis ipſo iure. *ſeſſ. 7.cap.4. de Reform.*

Beneficiarios prædictos Ordinarius compellat oſtendere diſpenſationem, aliàs procedat in ipſos ſecundùm Conc. Lugdun. *c.Ordinarij de offic. ordin in 5.* & prouideat de Vicario idoneo, cùm congrua portione fructuum, non obſtante quocumque priuilegio. *ſeſſ.7.cap. 5. de Reformat.*

Beneficia curata Eccleſiis vel piis locis perpetuò vnita ab Ordinariis ſingulis

annis viſitentur, & prouideatur bene pro cura animarum, *ſeſſ.7. cap. 7. de Reformat.*

Beneficia conſueta prouideri Regularibus profeſſis in titulum ſi vacauerit, conferantur tantùm Religioſis illius Ordinis, vel his, qui teneantur ſuſcipere habitum omnino, & profeſſionem, *ſeſſ.14. cap. 10. de Reformat.*

Beneficia etiam ordinatus obtineat ante 14. annum, *ſeſſ. 23. cap. 6. de Reformat.*

Beneficia curata ſuſcipientes infra duos menſes, à die poſſeſſionis profiteantur publicè fidem, & iurent obedientiam Romanæ Eccleſiæ in manibus Epiſcopi, vel eo impedito Vicarij, vel Officialis. Qui verò habent Canonicatum, vel dignitatem in Eccleſiis Cathedralibus idem faciant coram Epiſcopo, vel in Capitulo, alioquin prædicti omnes fructus non faciant ſuos, nec illis poſſeſſio ſuffragetur, *ſeſſ.24. cap.12. de Reformat.*

Beneficia etiam ſimplicia non poſſunt plura eidem Cardinali conferri, quod ſi vnum non ſufficiat ad ſuſtinendum honeſtè eius vitam, cui confertur, licèt aliud ſufficiens, quod ſit ſimplex conferre, & vtrumque perſonalem reſidentiam non requirat, *ſeſſ.24. cap. 17. de Reformat.*

Beneficiorum conditiones, & onera poſita in fundatione non mutentur, & ſi in prouiſione eorum qualitatibus ſubtrahatur, facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur, *ſeſſ.25. cap. 5. de Reformat.*

Beneficiarij hoſpitalitas pauperum commendatur, *ſeſſ.25. cap. 8. de Reformat.*

Beneficia libera quæcúnque per occaſionem vnita Iuri patronatus, ſi effectus non eſt ſecutus, vel ſi in poſterum vniantur, vnio ſit ſubreptitia, & vnita cum vacáuerint, libera, vt antea conferantur, *ſeſſ.25. cap.9. de Reformat.*

Beneficia ſæcularia curata non conuertantur in ſimplicia aſſignato Vicario perpetuo cum penſione, ſed vbi iam cura animarum fuit tranſlata in Vicarium perpetuum ſi non fuerit aſſignata Vicario congrua portio fructuum, aſſignatur intra annum poſt Conc. Trident. quod ſi non fiat, vel ſi fieri non poſſit, ſtatim ac vacauerit beneficium ſuſcipiat curam animarum, vt priùs, & ceſſet nomen Vicarij, *ſeſſ.25. cap. 16. de Reformat.*

Bona, Iuriſdictiones, cenſus, iura feudalia, & emphytheotica, fructus emolumẽta, & quaſcumque obuentiones, quæ in Miniſtrorum, vel pauperum neceſſitates conuerti debent, qui ſiue Clericus, ſiue Laicus, etiam Rex, vel Imperator, vel per alios vi, vel timore incuſſo, ſeu per ſuppoſitas perſonas Clericorum, vel Laicorum quacunque arte, vel quæſito colore in proprios vſus conuertere, vel vſurpare præſumpſerit, vel impedire ne percipiantur, ab his, ad quos iure pertinent, eſt excommunicatus donec reſtituat in integrum, & deinde obtineat abſolutionem à Romano Pontifice, & ſi erat Patronus eiuſdem Eccleſiæ vltra dictas pœnas, eſt priuatus iure Patronatus, & Clericus conſentiens, vel cooperans ad hoc eiſdem pœnis ſubiaceat, & ſit priuatus quibuſcunque beneficiis, & inhabilis ad alia beneficia, & poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem ſuſpendatur ab executione Ordinum ad arbitrium Ordinarij, *ſeſſione 22. cap. 11. de Reformat.*

C.

CAPITVLVM, Sede vacante, eligat vnum, vel plures Canonicos diligentes pro rebus & prouentibus Eccleſiæ, qui reddet rationem, ad quem pertinebit ſimpliciter intra octo dies à morte Epiſcopi eligat, vel confirmet Vicarium ad minus Doctorem, vel licentiatũ in Iure Canonico, vel in quantũ fieri poteſt idoneum, ſi ſecus factũ fuerit, tunc deputet Metropolitanus, & ſi Eccleſia eſt Metropolitana, & Capitulum negligens, tunc deputet Epiſcopus antiquior ex ſuffraganeis, ſi eſt exempta, tunc propinquior Epiſcopus conſtituat Oeconomum, & Vicarium, & ſuccedens Epiſcopus promotus rationem exigat ab Oeconomo, Vicario, & ab omnibus Officialibus, in his, quæ ad ipſum ſpectant, & ſi deliquerunt puniat eos, licèt fuerint liberati à Capitulo. Item eidem Epiſcopo Capitulum reddat rationem de ſcripturis Eccleſiæ, ſi quas Capitulum habuerit, *ſeſſ. 24. cap. 16. de Reformat.*

Capituli

Capituli iuriſdictio, poteſtas, bonorum adminiſtratio relinquantur ſaluæ, & intactæ, exceptis quibuſdam caſibus, quos vide in v. Epiſcopus, *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. *de Reformat.*

Cardinales electiſſimi aſciſcantur, & in quantum fieri poteſt ex omni natione, & eiſdem qualitatibus, quibus & Epiſcopis, *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat.*

Caſtigare, corrigere, & viſitare poteſt Epiſcopus, vt delegatus, quotieſcunque opus erit, etiam extra viſitationem quoſcunque ſæculares Clericos qualitercunque exemptos, quia aliàs eſſent ſuæ iuriſdictionis de exceſſibus, criminibus, & delictis, non obſtantibus quibuſcunque exemptibus, concordns, &c. quæ ſuos auctores tantùm ligant, quæ non ſolùm Clericis, ſed nec eorum conſanguineis, & familiaribus poſſunt ſuffragari intuitu exemptionis, *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *de Reformat.*

Catechiſmum vulgari lingua à Parochis explicari populis curent Epiſcopi, & inter Miſſarum ſolemnia, aut Diuinorum celebrationem explicent monita ſalutaria, ſine quæſtionibus, *ſeſſ.* 24. *cap.* 7. *de Reformat.*

Catechumeni ante Baptiſmum cùm petunt fidem præſtantem vitam æternam ab Eccleſia petunt fidem viuam, in charitate & ſpe, qua accepta iubentur ſeruare ſtolam immaculatam, id eſt, iuſtitiam Chriſtianam, *ſeſſ.* 6. *cap.* 7. *cùm ſit iuſtificatus.*

Cauſæ exemptorum examinentur ſecundùm conſtitutionem Innocentij IV. & in cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium Clerici, vel Regulares degentes extra Monaſterium conueniant coram Ordinariis, vt delegatis, & compellantur ſoluere, non obſtantibus, &c. *ſeſſ.* 7. *cap.* 14. *de Reformat.*

Cauſæ Epiſcoporum referantur ad Summum Pontificem, ac per ipſum terminentur, *ſeſſ.* 13. *cap.* 8. *de Reformat.*

Cauſæ omnes pertinentes ad forum Eccleſiaſticum, & beneficiales in prima inſtantia cognoſcantur coram Ordinariis locorum, & terminentur infra biennium à die motæ litis, quo tranſacto poſſunt cauſam transferre ad Iudices ſuperiores competentes, qui cauſam in ſtatu quo eſt, quàm primùm terminari curent, nec aliis committantur, vel auocentur, vel appellationes interponantur per Superiores, niſi eius grauamen reparari nequeat à definitiua ſententia, vel ab habente vim definitiuam, excipiuntur tamen cauſæ, quæ de iure ſunt tractandæ apud Papam, vel quas Papa vrgente cauſa iudicat per ſpeciale reſcriptum, ſubſcriptum manu propria auocandas, &c. Item cauſæ criminales, vel Matrimoniales non tractentur apud inferiores Epiſcopos, ſed apud Epiſcopum, & ſi lis oriatur inter Epiſcopum, & inferiores de cognitione cauſæ, & pars pauper ratem probet coram Epiſcopo, non cogatur litigare de cauſa Matrimoniali, nec in ſecunda vel tertia inſtantia extra Prouinciam, niſi altera pars alimenta, & expenſas litis ſubminiſtret. Item Legati Gubernatores Eccleſiaſtici, & alij non impediant Epiſcopos in his cauſis, nec contra Perſonas Eccleſiaſticas agant, niſi requiſito Epiſcopo & eo negligente, aliter acta ſint nulla, & teneantur ad reſtitutionem damni illati partibus. Item ſi quis ob biennij lapſum, & in caſibus à iure permiſſis recurrit ad alium Iudicem, vel appellat, priùs admoneat Epiſcopum, vt inſtruat ſi vult Iudicem appellationis, & etiam ſuis expenſis ad illum Iudicem transferat acta ab Epiſcopo facta, & ſi appellatus actis vtitur, ſoluat dimidiam partem expenſarum, niſi aliter eſſet conſuetudo Regionis. Item Notarius accepta competenti mercede teneatur ſtatim dare copiam ſcripturarum ad ſummum intra menſem. Item ſi Notarius fraudulenter differat dare copiam ſuſpendatur ab adminiſtratione Officij arbitrio Ordinarij, & teneatur ad dupli pœnam quanti ea lis fuerit quæ diuidatur inter appellationem, & pauperes loci. Et ſi Iudex eſt conſcius, vel particeps moræ teneatur eodem modo ad pœnam dupli, non obſtantibus, &c. *ſeſſ.* 24. *cap.* 20. *de Reformat.*

Cauſæ criminales grauiores, etiam hæreſis contra Epiſcopos dignæ priuatione, vel depoſitione, cognoſcantur tantùm à Papa, & ſi extra vrbem eſſent neceſſariè tractandæ non committãtur niſi Metropolitano, aut Epiſcopis à Papa deputandis, quæ commiſſio fit ſpecialis, & manu Pontificis ſignata, & tantùm contineat, vt ſumant facti inſtructionem, proceſſum conficiant, & Romã tranſmittant, & Papæ reſeruatur ſententia diffinitiua, & ſuper hoc innouãtur

Decreta ſub Iulio III. & Innocentio III. Item curæ Minores Criminales Epiſcoporum cognoſcantur,& terminentur in Concilio Prouinciali tantùm,vel deputandis per Concilium Prouinciale, *ſeſſ. 24. cap. 5. de Reformat.*

Celebrare debent Sacerdotes ſaltem diebus Dominicis,& feſtis ſolemnibus, & curati ſæpius pro ſuo officio, *ſeſſ. 23.cap. 14. de Reformat.*

Cenſuræ non ſolùm Papales, ſed etiam Epiſcopales, mandante Epiſcopo in Eccleſiis Regularium publicentur, & ab his ſeruentur, *ſeſſ.25. cap. 52. de Regular. & Monial.*

Cenſuris indetentum, ſi per annum in illis inſorduerit, procedi poteſt tanquam in ſuſpectum de hæreſi, *ſeſſ. 25.cap.3.de Reform.*

Clauſuram Monialium diligenter procurent reſtitui, vel conſeruari Epiſcopi ſub cenſuris, & pœnis poſtpoſita appellatione,inuocato, ſi opus eſt,auxilio brachij ſæculari ſub pœna excommunicationis, *ſeſſ. 25.cap. 5. de Regular. & Monial.*

Clericorum circa vitam, honeſtatem, cultum, doctrinam, ſimiliter de luxu, comeſſationibus, choreis, aleis, luſibus,ac quibuſcunque criminibus, & ſæcularibus negotiis fugiendis,ſtatuta ſalubriter à Conciliis, & à Summis Pontificibus ſancita de nouo renouantur, ſimul ea quæ ſtatuit Concilium Tridentinum ſunt obſeruanda eiſdem pœnis Conciliorum,& Pontificum,& maioribus imponendis,arbitrio Ordinarij,non obſtante conſuetudine, &c. *ſeſſ. 22. cap. 1. de Reformat.*

Clericus peregrinus,ſine commendatitiis litteris Ordinarij ſui non admittatur ab Epiſcopo ad diuina,vel ſacra celebranda, *ſeſſ.23. cap. 16. de Reformat.*

Clerici ne concubinas, vel alias mulieres, de quibus ſuſpicio haberi poſſit in domo, vel extrà detineant, nec audeant habere conſuetudinem cum his, alioquin puniantur pœnis Canonum. Qui ſi primò à Superioribus moniti non abſtineant ipſo facto ſint priuati tertia parte fructuum, beneficiorum, vel penſionum,applicandorum fabricæ Eccleſiæ, vel locis piis ad iudicium Epiſcopi: ſi ſecundò admoniti non obediant, ſint priuati omnibus fructibus ſumptis, & etiam ſuſpenſi ab adminiſtratione beneficij ad arbitrium Epiſcopi. Si tertiò ſuſpenſi non obediant, priuentur perpetuò beneficiis, & Officiis Eccleſiaſticis, & illis inhabiles, & indigni honoribus reddantur, donec poſt manifeſtam emendationem, eorum Superiores iudicauerint diſpenſandum; & ſi poſtea quartò reincidere in idem auſi fuerint, excommunicentur, nec contra prædicta valeat appellatio, vel exemptio, & horum cognitio ſolùm ad Epiſcopos pertineat, qui procedant ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſed ſola facti veritate inſpecta. Clerici non beneficiati concubinarij puniantur ſecundùm qualitatem delicti, & contumaciam, carcere, ſuſpenſione ab Ordine, inhabilitate ad beneficia, & aliis pœnis, *ſeſſione 25. capite 14. de Reformatione.*

Coadiutoriæ cum ſucceſſione nulli concedantur, & quando vrgens neceſſitas, vel euidens vtilitas poſtularet, vt Prælato detur coadiutor, non detur cum ſucceſſione niſi cauſa ſit cognita Papæ, & eſſe in illo qualitates debitas certum ſit, aliter conceſſiones habeantur ſubreptitiæ, *ſeſſione 25. capite 7. de Reformat.*

Cogentes virginem, vel quamlibet mulierem inuitam, exceptis conuertitis ingredi Religionem vel habitum Religionis ſumere,vel profeſſionem emittere, exceptis caſibus permiſſis in iure,excommunicantur,& qui ad id conſilium,auxilium,vel fauorem dederit,& qui ſcienter præſentiam,vel conſenſum, vel auctoritatem interpoſuerit,ſimiliter impedientes eaſdem virgines,vel mulieres ab ingreſſu vel voto Religionis ſine iuſta cauſa,excommunicantur, *ſeſſ.25.cap.58.de Regular.& Monial.*

Cognatio ſpiritualis tantùm contrahitur inter baptizatũ,Patrem, & Matrem baptizati,& ſuſcipientem à baptiſmo,qui ſit vnus,vel vna,vel ad ſummum vnus, & vna: ſimiliter inter baptizantem & baptizatum, & baptizati Patrem,& Matrem,& ideò Parochus diligenter petat quos volunt,vt ſuſcipiant infantes,& eos ſcribat in libro,moneatque quam cognationem contraxerunt, ſecus eius negli-

Digitized by Google

gentia puniatur, *ſeſſ.24.cap.2.de Reformat Matrim.*

Cognatio ex Confirmatione eſt ſicut cognatio in Baptiſmate,& iiſdem perſonis, *ſeſſ.24.cap.2.de Reformat. Matrim.*

Communio ſub vtraque ſpecie non obligat de iure Diuino laicos, vel Clericos non conficientes Sacrificium, *ſeſſ.21.cap. 1.Laicos, & Clericos non confic.*

Communicantes ſub vna ſpecie totum, & integrum Chriſtum,& Sacramentum ſumunt,nec defraudantur aliqua gratia neceſſaria ad ſalutem, *ſeſſ.21.cap. 3. totum & integrum Chriſtum.*

Commutatio vltimæ volontatis ex iuſta, & neceſſaria cauſa non executioni mandatur,niſi Epiſcopus ſummariè,& extra iudicium cognoſcat non fuiſſe tacitam veritatem,vel falſitatem narratam in precibus, *ſeſſ 22.cap.6.de Reformat.*

Concilium generale à Papa ſolo poteſt indici.In Bulla indict. Conc. Trident. à Paulo III. emanata.

Concilium Tridentinum tractat omnia negotia,ſecundùm Canones, & Generales Synodos nihil immutando, & ſic intelliguntur verba Decreti de celebrando Concilio, *ſeſſ.* 17. quæ eſt prima ſub Pio IV. *ſeſſ 24. cap. 21. de Reform.*

Concilio Prouinciali,qui de iure,vel conſuetudine interſunt recipiant Concilium Tridentinum quam primum ſpondeant obedientiam Summo Pontifici, & deteſtentur hæreſes damnatas. Idem faciant promouendi in Patriarchas, Primates,Epiſcopos,Archiepiſcopos cùm interfuerint in prima Synodo Prouinciali,quod ſi quis renuerit Epiſcopi Comprouinciales abſtineant ab eius communione, & ſtatim admoneant Summum Pontificem ſub pœna Diuinæ indignationis. Idem faciant Eccleſiaſtica beneficia habituri, & venturi in primam Synodum Prouincialem, *ſeſſ.25.cap. 2. de Reformat.*

Concilij Canones inuiolabiliter ſeruentur,nec in his diſpenſetur, niſi in caſu vrgentis neceſſitatis cauſa cognita cum maturitate, & gratis, aliter diſpenſatio facta habeatur ſubreptitia, *ſeſſ. 24. c. 58. de Reform.*

Concilio in recipiendo, vel explicando, vel declarando, vel augendo, Summus Pontifex prout melius iudicauerit prouideat, *ſeſſ. 25. cap. 26.*

Concilij confirmatio petitur à Summo Pontifice, *ſeſſ. 25. in fin.*

Concionentur Epiſcopi,& Prælati Eccleſiarum per ſe, & ſi ſunt legitimè impediti, aſſumant ad hoc alios idoneos, quod ſi complere contempſerint, ſubiaceant diſtrictæ vltioni. Similiter omnes curam animarum habentes, vt Archipresbyteri, Parochiales, &c. per ſe, vel ſi impediti per alios idoneos diebus Dominicis, & feſtis ſolemnibus, doceant ſuos doctrinam Chriſtianam, & neceſſaria ad ſalutem, & mores ſimplici ſermone pro captu illorum. Quod ſi facere negligant Epiſcopus admoneat, ſi reuera ſunt in ſua Diœceſi, non obſtante quacumque alia exemptione,& quod ſunt annexi Monaſterio exempto extra ſuam Diœceſim,ac ſi admoniti non doceant poſt tres menſes cogantur cenſuris, vel ad arbitrium Epiſcopi, & ſi expedierit dando ex fructibus beneficiis honeſtam mercedem idoneo,qui hoc faciat,donec principalis doceat: ſi Parochiales Eccleſiæ ſunt annexæ Monaſteriis in nulla Diœceſi exiſtentibus, tunc Abbates negligentes compellantur à Metropolitanis,tanquam à delegatis,& horum executio nullo modo impediatur,donec fuerit deciſum à Competente Iudice, *ſeſſ. 5. cap.2. de Reformat.*

Concionatori quocumque modo exempto etiam Regulati in ſua, vel non ſua Eccleſia ſeminanti errores,vel ſcandala in Populum,Epiſcopus vt delegatus, interdicat concionem,quod ſi hæreſes prædicauerit,procedat in eum ſecundùm iura, & loci conſuetudinem: curet tamen ne Prædicator falſo, vel calumnioſè vexetur,ita vt iuſtè de Epiſcopo conqueratur, *ſeſſ.5.cap.2.ſuprà eod.§. ſi verò.*

Concionari non ſinant Epiſcopi Regulares nomine, ſed viuentes extra Clauſtra, & obedientiam, nec Presbyteros ſæculares niſi ſint noti, & probati doctrina, & moribus aliter conſulant Sedem Apoſtolicam, *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reform. § Caueant.*

Concionentur nullo modo,nec per ſe, nec per alios Quæſtores, eleemoſinarij: & contrafacientes arceantur ab Epiſcopis opportunis remediis, *ſeſſ. 5.cap.2. vbi ſupra. §. Quæſtores.*

Concupiſcentia,& fomes poſt baptiſmum remaneant ad agonem,& cum gratia Dei ad victoriam,nec nocere poſſunt niſi conſentientibus,& appellatur peccatum,non quia in renatis verè,& propriè ſit peccatum, ſed quia ſunt ex pacto, & inclinant ad peccatum; & qui contrarium ſentit,eſt anathema,*ſeſſ. 5.Decret de peccato orig. §. ſi quis per ſenſum.*

Concubinarios, ſiue ſolutos, ſiue vſurarios, ſi ter admoniti concubinas non abiiciant,& abſtineant,excommunicet Ordinarius, à quo non abſoluantur, niſi reipſa obediant: & ſi neglecta cenſura in concubinatu per annum perſeuerent ab Ordinario ſeuerè pro qualitate criminis procedatur. Item mulieres quaſuis publicè concubinarias ter admonitas, ſi non reſipiſcant grauiter puniat; & ſi oportuerit eiiciat extra oppidum,vel Diœceſim,inuocato,ſi opus eſt,brachio ſeculari, ſtantibus pœnis dictis contra Concubinarios, *ſeſſ. 24. cap.8.de Reformat. Matrim.*

Confeſſio integra omnium peccatorum mortalium,etiam mentalium in ſpecie,& quantum poteſt ſingillatim poſt diligens examen eſt de iure Diuino omnibus lapſis poſt Baptiſmum, vt Sacerdos Chriſti Iudex rectè iudicet, & æquas pœnas imponat,quod ſi ſcienter aliquid retinent, nihil Diuinæ bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt. Vnde circumſtantiæ, quæ ſpeciem peccati mutant, omnes ſunt dicendæ in Confeſſione: nec ſatis eſt dicere ſe peccaſſe in fratrem,ſicut impium eſt dicere Confeſſionem huiuſmodi eſſe impoſſibilem,aut carnificinam,quia facto diligenti examine,ſi confitetur mortalia,& circumſtantia,quæ recordatur,ſatis eſt,quæ verò non recordatur in Confeſſione incluſa intelliguntur.Peccata verò venialia,licèr verè,& vtiliter, & circa præſumptionem confiteamur; tamen ſine peccato poſſumus eã tacere cum multis aliis remediis expientur: & licèr in Confeſſione ſit difficultas, & verecundia, tamen multa commoda tum ſequuntur, *ſeſſ. 14. cap. 5. de Confeſſ.*

Confeſſio occulta ſoli Sacerdoti,non eſt ſub præcepto Diuino, nec conſultè prohiberetur præcepto humano: tamen pro ſui humiliatione, & Eccleſiæ ædificatione poſſet ſe quis publicè confiteri. Et Concil. Lateran. non præcepit ſimpliciter Confeſſionem, ſed ſemel in anno ſaltem confiteri, *ſeſſ. 54.c. 5.de Confeſſ.*

Cõfeſſionis Miniſter eſt Epiſcopus vel Sacerdos,etiamſi ſit in peccato mortali, modò habeat intentionem actus iudicialis;tenet ſi adſit contritio pœnitentis, *ſeſſ. 14. cap. 6.de Miniſt.huius Sacramenti.*

Confeſſiones Sæcularium etiam Sacerdotum audiat nullus Ordinatus etiam Regularis,neque ad id reputetur idoneus,habeat beneficium Parochiale, vel ab Epiſcopo iudicetur idoneus per examen, ſi opus eſt, & ſic obtineat approbationem,quæ debet eſſe gratis:non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 15.de Reformat.*

Coniuges hortatur, vt ante benedictionem Sacerdotalem in Templo datam non cohabitent,*ſeſſ.24. cap. 1. de Reformat. Matrim.*

Coniuges antequam contrahant,vel triduo antequam conſument matrimonium,hortatur,vt confiteantur & communicent,*ſeſſ.24.cap.1.de Reformat. Matrim.*

Conſecratio Præfecti,& Cardinales Eccleſiarum Cathedralium, vel Superiorum,ſi intra tres menſes non fiat,fructus perceptos reſtituant, & ſi poſtea neglexerint eam fieri intra totidem menſes ipſo iure ſint priuati Eccleſiis. Conſecratio ſi facienda ſit extra Curiam Romanam celebretur in Eccleſia ad quam promouetur, vel in Prouincia ſi commodè fieri poteſt, *ſeſſione 23. cap. 2. de Reformat.*

Conſecrationis munus intra tempus ſtatutum ſuſcipiant promoti ad Eccleſias maiores,& prorogationes conceſſæ non iuuent vltra ſex menſes, *ſeſſ.7.cap.9. de Reformat.*

Conſeruatoriæ litteræ, quocumque prætextu, vel quibuſcunque cauſis conceſſis nulli etiam ſi ſit Capitulum ſuffragetur,quia coram ſuo Ordinario, vel Superiori in cauſis criminalibus,vel mixtis accuſari, conueniri, & contra eum inquiri,& procedi poſſit, vel quo minus in iuribus ei competentibus, ex ceſſione liberè valeat apud Iudicem Ordinarium conueniri. Item in ciuilibus cauſis, ſi ipſe eſt actor, non poteſt trahere aliquem ad iudicium apud ſuos conſeruatores: Si eſt reus, & conſeruator ab eo electus eſt ſuſpectus actori, vel

inter conſeruatorem, & Ordinarium controuerſia, vel competentia iuriſdictionis oriatur non procedatur in cauſa donec per arbitros iuridicè electos, ſit iudicatum de ſuſpicione & iuriſdictione. Item litteræ conſeruatoriæ non proſint familiaribus, niſi tantùm duobus proptiis eius ſumptibus. Item hæ litteræ conſeruatoriæ, non conſtituunt electum tribunal, & vltra quinquennium non habent vim, item in cauſis mercedum, & miſerabilium non habent vim, & exempti poſſunt conuenire coram Ordinariis. Item vniuerſitates, & collegia Doctorum, vel Scholarium, & loca Regularia, & Hoſpitalia, actu hoſpitantia, & horum omnium perſonæ ſunt omnino exemptæ, & non comprehenduntur in Canone Concilij, *ſeſſ.* 54. *cap.* 5. *de Reformat.*

Contritio eſt animi dolor, & deteſtatio de peccato commiſſo cum propoſito non peccandi de cætero: quare ſolùm continet ceſſationem à peccato, & propoſitum nouæ vitæ, *ſeſſ.* 14. *cap.* 4. *de Contrit.*

Culpam non dimitti à Deo niſi tota pœna condonetur dicere eſt error, *ſeſſ.* 14. *cap.* 8 *de ſatisfact. neceſſ. & fruct.*

Curam animarum gerentes in Monaſteriis, ſeu domibus virorum, vel mulierum, ſi non ſint de familia illorum locutum ſubſint ordinario illius Diœceſis, in his quæ pertinent ad dictam curam, nec ibi aliqui deputentur etiam amouibiles ad nutum, niſi de conſenſu eiuſdem, & præuio examine per eum, vel eius Vicarium, excipitur tantùm Monaſterium Cluniacenſium, & alia in quibus Abbates, &c. Sedem principalem Ordinariam habent, & habent iuriſdictionem Epiſcopalem, & temporalem in Parochos, & Parochianos, ſaluo tamen iure Epiſcoporum, qui maiorem in prædicta loca, vel perſonas iuriſdictionem exercent, *ſeſſ.* 25. *cap.* 11. *de Regular. & Monial.*

D.

DECIMÆ integrè ſoluantur iis, quibus de iure debentur: & qui eas ſubtrahunt, vel impediunt, excommunicentur: nec ante reſtitutionem abſoluantur, *ſeſſ.* 25. *de Reformat. cap.* 12.

Degradare ſolemniter, & actualiter Epiſcopus poteſt per ſeipſum Clericũ in Sacris, etiam Presbyterũ abſque aliis Epiſcopis requiſitis. ſecundùm Canones, adhibitis tamen totidem Abbatibus ſibi aſſiſtentibus vſum mitræ, & baculi ex priuilegio habentibus, ſi commodè reperiuntur in Diœceſi: alioquin adhibeat alias perſonas poſitas in dignitate Eccleſiaſtica ætate graues, ſcientia commendabiles. Condemnare verò, & deponere verbaliter Clericum poteſt, etiam Vicarius generalis in ſpiritualibus, *ſeſſ.* 13. *cap.* 4. *de Reformat.*

Dignitates Curatæ non dentur niſi attingentibus 25. annum, qui ſit verſatus in ordine Clericali, & doctrina neceſſaria pro ſuo officio, & commendatus in moribus.

Dignitates non curatæ ſint 22. annorũ, vel Clerici idonei, & in ordine requiſito pro dignitate, Canonicatu, vel portione, vel in tali ætate, vt infra tempus ſtatutum à Concilio poſſit ordinari, & in Cathedralibus omnes ſint ſacris: & vbi eſt conſuetudo, plures ſint Presbyteri, alioquin Epiſcopus cum Capitulo ſtatuat, qui debeant eſſe Presbyteri, qui Diaconi, & qui Subdiaconi: dummodò dimidia pars ad minus ſint Presbyteri. Item dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis hortatur, vt dentur Doctoribus, vel licentiatis in Theologia, vel iure Canonico. Item tales non abſint ab Eccleſiis vltra tres menſes, vno minus, ſi ſeruitiũ requiritur. Contra facientes priuentur, primo anno dimidia parte fructuum: ſequenti anno ſi contrauenerint, priuentur omnibus fructibus, creſcente contumacia procedatur contra eos ſecundùm Canones. Item diſtributiones dandas intereſſentibus horis non habeant. Item per ſe ſeruiant Diuinis officiis, & non per ſubſtitutos, & aſſiſtant Epiſcopo exercenti Pontificalia. Item veſtiant decenter: abſtineant ab illicitis, & venationibus, choreis, tabernis, luſibus, *ſeſſ.* 24. *de Reform. cap.* 12.

Dimiſſorias litteras ordinandi, Capitulum Sede vacante, infra annũ nulli cõcedat, niſi auctatus quis fuerit occaſione beneficij recepti, vel recipiẽdi: & Capitulũ cõtrauenieſ ſit interdictũ: ordinatus in minorib. nõ gaudeat Clericali priui-

legio,in maioribus ſit ſuſpenſus ab executione Ordinum ipſo iure ad beneplacitum futuri Prælati. *ſeſſ.7. de Reform. cap.* 10.

Dimiſſorias litteras qui obtinet à ſuccedentibus Epiſcopo loco Capituli Sede vacante,ſubiacet eiſdem pœnis,quibus ille,qui impetrat eas à Capitulo Sede vacante,*ſeſſ.7.c.*10.& concedentes eas contra formam Conc.Trid.per annum ſunt ſuſpenſi ab officio,& beneficio,*ſeſſ.*23.*cap.* 10.*de Reform.*

Diſpenſationes ſi extra Curiam Romanam ſint committendæ,committantur Ordinario eas impetrantis.Quæ verò gratiosè conceduntur, non ſortiantur effectum,niſi ab Ordinario vt delegato, ſummariè cognoſcatur expreſſas preces non eſſe ſubreptitias,vel obreptitias,*ſeſſ.*22.*cap.* 5. *de Reformat.*

Diſpenſare poteſt Epiſcopus cum promotis per ſaltum,ſi non miniſtrauerint, *ſeſſ.*23.*cap.* 14. *de Reform.*

Diſpenſare poteſt Epiſcopus in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus,excepta ea,quæ oritur ex homicidio voluntario,vel ducta ad forum contentioſum,*ſeſſ.*24. *cap.* 16. *de Reformat.*

Diſtributiones aſſignandas pro ſuo arbitrio Epiſcopus,vt delegatus diuidat ex tertia parte fructuum,& prouentuum omnium dignitatum,perſonatuum, & officiorum in Eccleſiis Cathedralibus,vel Collegiatis exiſtentium:ita tamen,quod eas obtinentes,ſi perſonaliter non adimplent ſeruitium Eccleſiæ eo die amittant diſtributionem diei illius, non acquirendo quoquo modo dominium illius diſtributionis,ſed applicetur vel fabricæ Eccleſiæ, ſi indiget, vel piis locis arbitrio ordinarij, & creſcente contumacia procedatur contra eos.

Quod ſi aliquis in dignitate tali ex iure,vel conſuetudine non debeat ſeruire illis Cathedralibus,vel collegiatis Eccleſiis,ſed extra ciuitatem in diœceſi curare animas;tunc pro tempore, quo incurata Eccleſia reſidet, vel miniſtrat, habeat diſtributiones tanquam præſens,& inſeruiens Cathedralibus, vel collegiatis. Sed hæc ſunt ſeruanda in Eccleſiis, vbi non eſt conſuetudo, vel ſtatutum, vt dictæ dignitates non ſeruientes, aliquid amittant, quod ad tertiam partem fructuum, vel prouentuum aſcendat: non obſtantibus conſuetudinibus, exemptionibus, conſtitutionibus, & iteratis, & confirmatis, *ſeſſ.* 22. *capite* 3. *de Reformat.*

Doceantur populi ab Epiſcopis, vel his,qui curam docendi habent, interceſſionem,& inuocationem Sanctorum,honorem Reliquiarum,& legitimum vſum imaginum: & quia Sancti regnantes cum Chriſto orant Deum pro hominibus; quare bonum eſt eos inuocare ob beneficia impetranda à Deo per Ieſum Chriſtum: & qui oppoſitum dicunt, impiè ſentiunt. Item eorum corpora eſſe veneranda,per quæ multa beneficia nobis præſtantur:& contrarium dicentes damnantur.Item quòd Chriſti & Sanctorum Imagines ſunt colendę in Templis,non quòd in ipſis ſit Diuinitas,ſed quia repræſentant protótypa: & ſic per eas Chriſtum,& Sanctos adoramus,quorum illæ ſimilitudines referunt. Adde, quod picturis rudes docentur myſteria fidei,recordantur beneficiorum,& miraculorum, & excitantur ad pietatem,& imitationem.Et qui his contraria docet, eſt anathema,*ſeſſ.* 25. *de inuocat. venerat. &c.*

Duelli locum concedentes Principes ſunt excommunicati,& locum vbi duellum concedunt,amittunt,qui acquiritur directis Dominis.Duello pugnantes,& Patrini,ſunt excommunicati, cum præſcriptione ſuorum bonorum; & pœna perpetuæ infamiæ, & vt homicidæ puniantur: & qui in duello moriuntur, careant perpetuò ſepultura Eccleſiaſtica. Conſiliantes, ſuadentes, ſpectatores, excommunicentur,*ſeſſ.* 25. *cap.* 19. *de Reformat.*

E.

ECCLESIAS Cathedrales, vel Metropolitanas duas nemo habeat, *ſeſſ.* 7. *cap.* 2. *de Reformat.*

Eccleſiæ ſi ſint lapſæ,vel vetuſtate labantur,& ob inopiam nequeat inſtaurari, Epiſcopus,vt delegatus, poteſt tràſferre beneficia ſimplicia,vel Iuris patronatus, vocatis his quorum intereſt in matrices, ſeu alias Eccleſias eorundem locorum,

ſiue

ſiue vicinorum pro ſuo arbitrio. Er in eiſdem Eccleſiis erigat altaria, vel cappellas, ſub eadem inuocatione; vel träſferat in iam erecta altaria, vel cappellas cum omnibus emolumentis, & omnibus, quæ prius erant. Item Patriarchales Eccleſias, etiam ſi ſint iuriſpatronatus, collapſas, curet refici ex prouentibus, & fructibus quocunque modo ad Eccleſiam pertinentibus. Vel cogat patronos ſi habent fructus ex his, vel in defectum Parochianos; quòd ſi nimia egeſtate omnes laborant transferat eas ad matrices, vel viciniores Eccleſias, & erecta ibi Cruce, poſſunt loca prophanare non ad ſordidos vſus, *ſeſſ.21.c.4. de Reformat.*

Editio Scripturæ authentica eſt illa vetus Vulgata, & longo ſæculorum vſu in Eccleſia probata, quam nemo audeat, vel præſumat reiicere. *ſeſſ.4. decr. de Edit. & vſu ſacr.*

Electiones quorumcumque Abbatum, Generalium, Abbatiſſarúmve temporalium, fiant per vota ſecreta, ita vt nunquam publicentur eligentium nomina: nec licet alicui cõſtituere, vel ſupplere ſuffragia abſentium: alioquin electio ſit irrita: & electus, qui ſic eligi permiſit, ſit inhabilis ad omnia officia Religionis, *ſeſſ. 25.c.6. de Regular. & Montal.*

Eligenda Abbatiſſa, vel Superior quocumque nomine dicta, non minor ſit annis 40. & quæ poſt profeſſionem 8. annis laudabiliter vixerit: & ſi talis in eodem Monaſterio non reperiatur, ſumatur alia ex alio Monaſterio eiuſdem Ordinis: quod ſi ſit incommodum, eligatur ex eodem Monaſterio vna, quæ trigeſimum annum excedat, & quinque ſaltem annis in Monaſterio rectè vixerit, conſentiente Epiſcopo, vel Superiore. *ſeſſ.25.c.7. de Regular. & Montal.*

Epiſcopatus tenues examinet Concilium Prouinciale vocatis his, quorum intereſt, & conficiant inſtrumentum, quod ad Papam tranſmittant, qui prouideat, vel vniendo, vel augendo: conferent interim alia ſimplicia beneficia. Parochiales verò Eccleſias tenues Epiſcopus prouideat per vnionem beneficiorum non regularium: quòd ſi non poteſt, aſſignet primitias, vel decimas, vel collectas, vel meliori rationi, vt decenter prouideatur neceſſitati Eccleſiæ. *ſeſſ.24.c.13. de Reform.*

Epiſcopi corrigant Clericos, & Regulares degentes extra Monaſteria, ſi delinquant, *ſeſſ.6.c.3. de Reformat.*

Epiſcopus, vel Rector Eccleſiarum Cathedralium eligatur legitimus, maturus, grauis, doctus, *ſeſſ.7.c.1. de Reformat.*

Epiſcopi ſint paſtores, & non percuſſores, & benignè potius ſe gerant erga ſuos ſubditos, *ſeſſ.13.c.1. de Reform.*

Epiſcopus non vtatur, vt perſonaliter compareat, etiam ſi procedat ex officio per inquiſitionem, ſeu denunciationem, vel quouis modo, excepta cauſa, qua veniret priuandus, ſeu deponendus, *ſeſſ 13.c.6. de Refor.*

Epiſcopi, qui ex priuilegio poſſunt aliorum ſubditos punire, non procedant in Clericos ſibi non ſubditos, præſertim in Sacris poſitos, quorumuis atrocium criminum reos, niſi cum interuentu proprij Epiſcopi, aut perſonæ ab illo deputatæ, ſi ipſe non reſideat apud Eccleſiam: aliter proceſſus, & acta non habeant vim, *ſeſſ.14.c.8. de Refor.*

Epiſcopus gratis debet ordinare, *ſeſſ.21.c.1. de Reformat.*

Epiſcopus antequam aſſumatur ad Cathedralem Eccleſiam non ſolùm ſit præditus natalibus, ætate, moribus, & vita, & aliis requiſitis à Canonibus, ſed antea ſit conſtitutus in ſacro Ordine, vel ſpatio ſex menſium poſſit conſtitui: ſit promotus in Vniuerſitate ſtudiorum, Magiſter, vel Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, vel oſtendatur idoneus ad alios docendos teſtimonio publico alicuius Academiæ: ſi fuerit Religionis habeat fidem ſimilem à Superioribus ſuæ Religionis: & ſi eius notitia nulla, vel recens notitia fuerit, harum rerum inſtructio à Sedis Apoſtolicæ Legatis, vel Nunciis Prouinciarum, vel eius Ordinario, vel eo deficiente à vicinioribus Ordinis ſumatur, & omnes, à quibus ſumitur inſtructio, vel iuſtificatio, fideliter, & gratis teneantur referre: & hoc ſub grauamine conſcientiæ, & pœnis à Superioribus imponendis, *ſeſſione 22. cap.2. de Reformat.*

Epiſcopus eligatur ſine reſpectu humano, qui ſit ex legitimo matrimonio natus, vita, ætate, doctrina, & aliis qualitatibus præditus, & approbatus examine de-

Digitized by Google

terminaro à Synodo Prouinciali habenda per Metropolitanum,& approbanda à Papà: quod examen reducatur in inſtrumentum publicum , & mittatur Romam ad Summum Pont. vt illud quatuor Cardinales videant,& approbent,& ſubſcribant, & vnus Cardinalis deferat in Conſiſtorium , vt in ſequenti Conſiſtorio inducatur,niſi aliter Papæ videatur, *ſeſſ. 24. c. 1. de Reform.*

Epiſcopi Cõprouinciales non compellantur inuitè accedere ad Metropolitanam Eccleſiam , non obſtante quacunque conſuetudine , *ſeßione 24. cap. 2. de Reformat.*

Epiſcopus, vel Superior , qui præeſt electioni,non ingrediatur clauſtra Monaſterij,ſed per cancellos feneſtræ vota excipiat, *ſeßione 25. cap. 7. de Regular. & Monial.*

Epiſcopi,Cardinales,& beneficiati Eccleſiaſtici ita mores ſuos componant, vt detur aliis exemplum frugalitatis,modeſtiæ,continentiæ,& humilitatis: ſint contenti honeſta ſupellectili , & menſa,& frugali victu, & in tota eorum domo non ſit,quod non præ ſe ferat ſimplicitatem, Dei zelum, & contemptum vanitatum: nec parentes,vel domeſticos augeant reditibus Eccleſiaſticis , ſed eos ſcilicet, vt pauperes iuuent,non diſtrahendo , vel diſſipando bona Eccleſiaſtica : imò erga eos deponant humanos affectus, *ſeſſ. 25. c. 1. de Reform.*

Epiſcopis tribuatur honor conueniens dignitati, tum in Choro,tum in Capitulo,tum in Proceſſionibus,& aliis actibus publicis, vt detur prima Sedes, & locus,quem elegerint,& præcipua auctoritas rerum agendarum , *ſeßione 25. c. 6. de Reformat.*

Epiſcopi ſi Capitulo proponant rem , non ſpectantem ad ſuum , vel ſuorum commodum,ipſi conuocent Capitulum, vota exquirant,& iuxta ea concludant: & abſente Epiſcopo , illi de Capitulo , ad quos de iure,vel conſuetudine ſpectat, idem faciant, *ſeſſ. 25. c. 6. de Reformat.*

Epiſcopis ſubiiciantur in cauſis Eccleſiaſticis omnes, qui non obtinent dignitatem,vel non ſunt de Capitulo. Vniuerſitatem ſtudiorum generalium,& eorum perſonis priuilegia remaneant immutata , ſimiliter & priuilegia Epiſcoporum in Eccleſiis,in quibus ipſi,vel eorum Vicarij habent maiorem auctoritatem,ſiue ex conſuetudine,ſiue ex conſtitutionibus,ſiue concordiis,ſiue quocunque alio iure, *ſeſſ. 25. c. 6. de Reformat.*

Epiſcopi non ſeruiant , nec loco cedant ſæcularibus , ſed vbicunque ſeruent ſuam dignitatem , quos Principes honorent , *ſeßione 25. capite 17. de Reformat.*

Epiſcopi concubinarij,vel habitantes cum ſuſpectis mulieribus , ſi admoniti à Synodo Prouinciali, non deſiſtant,ſint ſuſpenſi : & ſi perſeuerauerint,deferantur ad ſummum Pont. ab eadem Synodo , qui in eos animaduertat pro qualitate criminis, *ſeſſ. 25. c. 14. de Reformat.*

Euchariſtiæ doctrina non aliter credenda,& prædicanda, quàm vt docet Concilium Tridentinum in Decretis , *ſeſſ. 13. verſ. de ſanctißimo Euchariſtia Sacramento.*

In Euchariſtiæ Sacramento peracta conſecratione, ſub ſpeciebus verus Chriſtus Deus,& homo verè, realiter , & ſubſtantialiter continetur Sacramentaliter, qui ſemper in Cœlis aſſidet ad dexteram Patris ſecundùm modum naturalem exiſtendi, *ſeſſ. 13. c. 1. de reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Euchariſtiæ Sacramentum fuit inſtitutum à Chriſto iam morituro , in quo eſt pignus amoris memoriale memorabilium , vt recordemur ſui,& annunciemus ſuam mortem,donec veniat ad iudicandum. Eſt etiam cibus ſpiritualis animæ, alens,& confortans virtutes. Eſt antidotum , quo liberamur à quotidianis culpis, & præſeruamur à mortalibus: eſt pignus futuræ gloriæ,& ſignum corporis myſtici, *ſeſſ. 13. c. 2.*

Euchariſtia eſt ſignum rei ſacræ, & forma viſibilis gratiæ inuiſibilis, ſicut reliqua Sacramenta habent vim ſacrificandi tantùm in vſu: ſed Euchariſtia continet Sanctitatis Auctorem ante vſum,quia ſtatim poſt conſecrationem ſub ſpeciebus panis eſt verum corpus ex vi verborum. Anima verò , vel diuinitas per concomitantiam: & ſub ſpeciebus vini eſt ſanguis ex vi verborum: ſed corpus , anima,

& di

& diuinitas per concomitantiam : quare totus, & integer Chriſtus eſt ſub qualibet ſpecie,& ſub qualibet parte cuiuſuis ſpeciei, *ſeſſ.13.cap.3. de Euchariſtia Sacramento.*

In Euchariſtiæ Sacramento fit conuerſio , quæ dicitur Tranſſubſtantiatio totius ſubſtantiæ panis,in ſubſtantiam corporis Chriſti, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, *ſeſſ.13.cap.4.de Tranſſubſtantiatione.*

Euchariſtiæ Sacramentũ eſt adorandum cultu latriæ,qui Deo debetur , & peculiari die feſto celebrandum,& ducendum per vias publicas,in ſignum gratitudinis,*ſeſſ.13.c.5.de cultu,& venerat.*

Euchariſtiæ Sacramentum eſt aſſeruandum , & deferendum ad infirmos, *ſeſſ.13.c.6.de aſſeruat.Sacr.*

Euchariſtia antequam ſumatur,probet ſeipſum homo,id eſt, conſcius mortalis,licèt ſit contritus,non accedat, niſi præmiſſa Sacramentali Confeſſione, licèt ſit Sacerdos celebrans ex officio. Quòd ſi deſit copia Confeſſoris , & neceſſitate vrgente,Sacerdos ſine præuia Confeſſione celebrauerit, quamprimùm confiteatur,*ſeſſ.13.c.7.de præparat,quæ adhibenda eſt,&c.*

Euchariſtiæ vſus triplex. Primò Sacramentaliter tantùm,quo peccatores communicant. Secundò,ſpiritualiter tantùm,quo iuſti communicant in voto. Tertiò, Sacramentaliter,& ſpiritualiter ſimul,& eſt quo iuſti in voto,& Sacramentaliter communicant in Sacramentali communione. Laïci à Sacerdotibus accipiant: Sacerdotes verò ſeipſos communicent, ſecundùm traditionem Apoſtolorum , *ſeſſ.13.c.8.de vſu admiſſ.*

Euchariſtia quoad vſum calicis an concedenda ſit laïcis,vel alicui Nationi relinquitur à Concilio determinandum à Summo Pont. *ſeſſ.22.in fin. Decr. ſuper peti.&c.*

Euchariſtia apud Moniales non ſeruetur intra chorum , vel ſepta Monaſterij,ſed in publica Eccleſia,*ſeſſ.25.c.10.de Regular.& Monial.*

Examinandos idoneos pro Eccleſia Curata Epiſcopus,vel qui habet iuſpatronatus intra decem dies, vel aliud tempus ab Epiſcopo deputandum, cum deputandis examinatoribus , nominet : poſſunt tamen & aliqui idonei à quolibet nominari. Imo ſi mos eſt, poſſent per edictum publicum vocari. Tranſacto præſcripto tempore, examinentur deſcripti ab Epiſcopo, vel eo impedito ab eius Vicario,& tribus examinatoribus:& ſi vota ſint paria, vel ſingularia, accedat Epiſcopus cui magis placet.

Item examinatores ſingulis annis proponantur ſex in diœceſana Synodo , & approbentur , licèt Epiſcopus pro examine eligat tres ex illis ſex , & ſint Doctores,vel Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, ſiue Clerici, ſiue Regulares, vel Sæculares , & iurent ſe examinaturos poſtpoſita humana affectione : nec aliquid ſimoniacum accipiant:aliter amittant beneficia, quæ habent, & fiant inhabiles ad alia. Et de his,ſi opus eſt, reddant rationem coram Synodo Prouinciali, & puniantur. Examine peracto informent Epiſcopum, qui aptiorem eligat : cui, & non alteri fiat collatio ab Epiſcopo,vel ab habente iuſpatronatus. Si verò iuſpatronatus eſt laïcorum, præſentatus à patrono,examinetur : & ſi ſit idoneus, ei conferatur,nec impediat quæuis appellatio. Et ſi aliter fiat,prouiſio eſt ſubreptitia,non obſtantibus, &c. Item ſi reditus ſint tenues, vel tumultus timeatur, Ordinarius cum deputatis, hac forma omiſſa priuatim examinare poteſt. Item Synodus prouincialis addere,vel diminuere ex hoc examine,vt iudicauerit, *ſeſſ.24. c.18.de Reformat.*

Excommunicatur dicens , primò hominem poſſe iuſtificari ſine gratia Chriſti. Secundò,gratiã dari,vt homo faciliùs iuſtè viuat. Tertiò ſine auxilio Spiritus ſancti,hominem poſſe credere,ſperare,amare,pœnitere,vt iuſtificetur. Quartò, liberum arbitrium in iuſtificatione ſe habere merè paſſiuè. Quintò,vel poſt peccatum fuiſſe amiſſum. Sextò, hominem non facere poſſe mala opera , ſed Deus facit per ſe, & propriè. Septimò, omnia opera ante iuſtificationem fuiſſe peccata:& quod qui vehementius nititur ſe diſponere,grauius peccat. Octauò,metum gehennæ , quo abſtinemus à peccatis,eſſe peccatum. Nonò,ſola fide hominem iuſtificari. Decimò,hominem ſine iuſtitia Chriſti , vel per eam ipſam formaliter

nos

mos iuſtificari. Vndecimò, Vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola remiſſione, excluſa gratia, vel gratiam eſſe tantùm fauorem Dei. Duodecimò, vel ſola fiducia, vel fidem iuſtificantem eſſe fiduciam. Tertiodecimò, vel neceſſariò requiri, vt credat indubitanter peccata eſſe remiſſa. Quartodecimò, vel hac fide iuſtificari, vel perfici. Quintodecimò, vel iuſtificatum tenere debere ſe eſſe prædeſtinatum. Sextodecimò, ſi dicit ſe infallibiliter perſeueraturum. Decimoſeptimò, vel iuſtitiam prædeſtinatis ad vitam dari tantùm. Decimooctauò, Præcepta Dei impoſſibilia. Decimononò, vel tantùm precipi fidẽ in Euãgelio, reliqua verò eſſe indifferentia. Vigeſimò, iuſtum non teneri ad obſeruantiam, ſed ad credulitatem præceptorum. Vigeſimò primò, Chriſtum fuiſſe datum, vt credamus, non vt operemur. Vigeſimò ſecundò, Iuſtum poſſe perſeuerare in iuſtitia ſine auxilio Dei. Vigeſimotertiò, vel cum eo non poſſe peccare, & gratiam amittere, aut poſſe omnia peccata, etiam venialia vitare. Vigeſimoquartò, iuſtitiam non augeri per bona opera, vt per cauſam, ſed quod ſint fructus, & ſigna. Vigeſimoquintò, iuſtum in omni opere bono peccare venialiter, vel mortaliter ad damnationem: ſed non damnari, quia Deo non imputat. Vigeſimoſextò, iuſtum per opera bona in gratia non debere ſperare gloriam. Vigeſimoſeptimò, peccatum non eſſe mortale, niſi infidelitatis: vel non niſi in eo iuſtitiam amitti. Vigeſimooctauò, gratia per peccatum amiſſa, ſimul & fidem ſemper amitti: aut fidem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, & non facere Chriſtianum. Vigeſimononò, lapſum non poſſe ſurgere: vel ſola fide ſine pœnitentia ſurgere. Trigeſimò, cuilibet remiſſo peccato, non remanere aliquam pœnam temporalem purgandam. Trigeſimoprimò, iuſtum peccare, ſi operatur ob gloriam. Trigeſimoſecundò, bona opera, ita eſſe dona Dei, vt non ſint merita hominis, & non mereri augmentum gratiæ, & vitam æternam. Trigeſimotertiò, Hac doctrina Concilij derogari gloriæ Dei, & meritis Chriſti. *ſeſſ. 6. can. 1. vſque ad vltimum de Iuſtificat.*

Excommunicatur qui dicit, Sacramenta Nouæ legis eſſe plura, vel pauciora ſeptem, vel non omnia inſtituta à Chriſto, vel aliquod horum non eſſe propriè Sacramentum. Secundò, non differre à veteribus, niſi vt cærimoniæ. Tertiò, vel vnum non eſſe dignius alio. Quartò, eſſe ſuperflua ad ſalutem, ſed ſatis eſſe fidem. Quintò, vel ſolùm eſſe inſtituta ad fidem nutriendam. Sextò, vel non conferre gratiam, quam ſignificant non ponentibus obicem. Septimò, vel non ſemper, & omnibus dari gratiam, quantum eſt ex parte Dei, licèt rectè ſumantur. Octauò, vel non ex opere operato, ſed per ſolam fidem diuinæ promiſſionis. Nonò, in tribus irreiterabilibus non imprimi characterem in anima. Decimò, omnes Chriſtianos poſſe ea adminiſtrare. Vndecimò, in Miniſtris dum conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem. Duodecimò, Miniſtrum peccatorem non conficere, vel conferre gratiam cum omnibus requiſitis. Tertiodecimò, Ritus receptos in Eccleſia in ſolemni adminiſtratione poſſe contemni, & omitti pro libito, aut mutari à quocunque paſtore Eccleſiæ, *ſeſſ. 7 à can. 1. vſque ad 13. de Sacram.*

Excommunicatur qui dicit, Baptiſmum Ioannis habuiſſe eandem vim cum Baptiſmo Chriſti. 2. Non eſſe neceſſariam aquam veram, & naturalem. 3. In Eccleſia Romana non eſſe veram doctrinam de Baptiſmo. 4. Baptiſmum datum ab hæreticis cum forma, & intentione non eſſe Baptiſmum. 5. Non eſſe neceſſariũ ad ſalutem. 6. Baptizatum non poſſe amittere gratiam, niſi diſcredat. 7. Vel non teneri ad ſeruandam legem Chriſti, ſed tantùm ad credendum. 8. Vel non teneri ad ſeruanda præcepta Eccleſiæ niſi ſua ſponte illis ſubmittere ſe voluerit. 9. Vel cum voto facta in Baptiſmo eſſe irrita, niſi denuo renouentur. 10. Peccata omnia poſt Baptiſmum facta dimitti, vel fieri venialia ſola recordatione, & fide Baptiſmi. 11. Baptizandum eſſe, qui negauit fidem apud infideles. 12. Vel neminem baptizandum, niſi in ætate Chriſti, vel mortis periculo. 13. Paruulos non baptizandos in fide Eccleſiæ, ſed in annis diſcretionis rebaptizandos. 14. Vel adultos interrogandos, an ratificent promiſſa à Patrinis: quòd ſi nolint, non caſtigandos, ſed relinquendos priuatos vſu Sacramentorum, *ſeßione 7. à can. 1. &c. de Baptiſmo.*

Excommunicatur qui dicit confirmationem non eſſe ſacramentum, ſed otio-

ſam cæremoniam, & olim fuiſſe catecheſim quandam. 2. Vel eſſe blaſphemos, qui attribuunt aliquam veritatem ſacro Chriſmati. 3. Vel miniſtrum ordinarium non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemuis ſimplicem ſacerdotem, *ſeſſ. 7. à can. 1. &c. de Confirmat.*

Excommunicatur qui dicit in Euchariſtia non eſſe totum Chriſtum, id eſt, corpus, & ſanguinem cum anima, & Diuinitate verè, realiter, & ſubſtantialiter. 2. Non fieri tranſſubſtantiationem, ſed cum corpore Chriſti remanere ſubſtantiam panis. 3. Sub vnaquaque ſpecie, & facta ſeparatione, ſub ſingulis particulis cuiuſque ſpeciei non eſſe totum Chriſtum. 4. Peracta conſecratione non eſſe, vel remanere corpus Domini, niſi in vſu dum ſumitur, non ante vel poſt. 5. Præcipuum fructum eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea non alios fructus peruenire. 6. In Sacramento non eſſe adorandum Chriſtum cultu latriæ, & externo: nec diem feſtum particularem celebrandum de eo: nec in proceſſionibus circumgeſtandum, nec publicè exponendum, vt adoretur à populo: & adoratores eſſe idololatras. 7. Non eſſe conſeruandum in Sacrario, ſed facta conſecratione diſtribuendum aſtantibus, nec infirmis honorificè deferendum. 8. Chriſtum in Euchariſtia ſpecialiter tantùm, & non ſacramentaliter, & realiter manducari. 9. Vel non teneri fideles in annis diſcretionis communicare in Paſchate. 10. Non licere celebranti ſeipſum communicare. 11. Solam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad communicandum: imò & quantumuis contritum de mortali habita copia Confeſſoris, non debere confiteri: quare excommunicatur qui hoc docet, prædicat, pertinaciter aſſerit, ſeu publicè diſputando præſumit defendere, *ſeſſione 13. à can. 1. &c. de ſacroſancta Euchariſtiæ Sacramento.*

Excommunicatur qui dicit, Pœnitentiam non eſſe propriè Sacramentum à Chriſto inſtitutum pro lapſis poſt baptiſmum. 2. Vel eſſe idem cum Baptiſmo, & non eſſe ſecundam tabulam. 3. Verba Chriſti Matth. 16. *Quæcumque ſolueritis:* & Ioannis 20. *Quorum remiſeritis peccata*, &c. non loqui de Sacramento Pœnitentiæ, ſed de auctoritate prædicandi. 4. Partes Pœnitentiæ non eſſe illos tres actus, ſed duos, terrorem, & fidem. 5. Attritionem non eſſe verum, & vtilem dolorem, ſed facere hypocritam. 6. Confeſſionem ſacramentalem non eſſe de iure Diuino, vel ſecretò confiteri ſoli Sacerdori eſſe inuentum humanum, alienum ab inſtitutione Chriſti. 7. Non neceſſariò confitenda omnia, & ſingula mortalia, quæ poſt examen recordatur, etiam occulta: & circumſtantias mutantes ſpeciem peccati: aut non licere confiteri venialia. 8. Omnium peccatorum confeſſionem eſſe impoſſibilem, & inuentum humanum: vel non teneri omnes vtriuſque ſexus ſemel in anno. 9. Abſolutionem ſacramentalem Sacerdoris non eſſe actum iudicialem: vel non requiri confeſſionem pœnitentis, vt Sacerdos abſoluat. 10. Sacerdotem in peccato mortali non habere poteſtatem ligandi, & ſoluendi: vel non ſolos Sacerdotes eſſe miniſtros, ſed omnes fideles. 11. Epiſcopum non habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam. 12. Totam pœnam ſimul cum culpa ſemper à Deo remitti, nec requiri ſatisfactionem propter fidem. 13. Pœnam temporalem non ſatisfieri tribulationibus à Deo miſſis patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, vel ſponte ſuſceptis, vt piis operibus. 14. Satisfactiones, quibus pœnitentes redimunt peccata, per Ieſum Chriſtum, non eſſe cultum Dei. 15. Claues Eccleſiæ eſſe tantùm ad ſoluendum, non ad ligandum; ideo pœnas iniunctas eſſe confines clauium. *ſeſſ. 14. à can. 1. &c. de Pœnit. Sacrament.*

Excommunicatur qui dicit, extremam Vnctionem non eſſe verè Sacramentum à Chriſto inſtitutum, à B. Iacobo promulgatum. 2. Non conferre gratiam, nec remittere peccata, vel alleuiare infirmum. 3. Ritum Eccleſiæ Romanæ circa vnctionem repugnare ſententiæ Iacobi 4. Presbyterum, quem dicit D. Iacob. non eſſe Sacerdotem ab Epiſcopo iure ordinatum, ſed ætate ſeniorem in quauis communitate, *ſeſſ. 14. à can. 1. &c. de Sacr. extr. Vnct.*

Excommunicatur dicens, de neceſſitate ſalutis omnes fideles eſſe communicandos ſub vtraque ſpecie. 2. Aut Eccleſiam erraſſe, vel non iuſta de cauſa ordinaſſe extra ſacrificium ſub vna ſpecie panis eſſe communicandum. 3. Non

integrum Chriſtum cum gratiis ſub vna ſpecie ſumi. 4. Paruulis ante annos diſcretionis neceſſariam Euchariſtiam, *ſeſſione 21. à can. 1. de commun. ſub vtraque ſpecie.*

Excommunicatur qui dicit, in Miſſa non offerti Deo vetum, & proptium ſacrificium: vel quod offerri, eſt nobis Chriſtum dari ad manducandum. 2. Chriſtum illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem, non inſtituiſſe Apoſtolos Sacerdotes: aut ordinaſſe, vt ipſi vel alij Sacerdotes offerant corpus, & ſanguinem ſuum. 3. Miſſæ ſacrificium eſſe tantùm laudis, aut gratiarum actionis, vel commemotationis, & non propitiationum: vel ſolùm prodeſſe ſumenti: vel non debere offerri pro viuis, & defunctis, pto peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus. 4. Aut per hoc derogari, vel blaſphemiam irrogari ſacrificio Chriſti in Cruce peracto. 5. Impoſturam eſſe Miſſas celebrare in honorem Sanctorum, vel pto illorum interceſſione. 6. Canonem Miſſæ errotem continere. 7. Cæremonias, veſtes, & externa ſigna eſſe irritabilia impietatis. 8. Miſſam, in qua ſolus Sacerdos communicat, eſſe illicitam. 9. Ritum Eccleſiæ, quo ſubmiſſa voce pars Canonis dicitur, & verba conſecrationis, damnandum eſſe: aut debere Miſſam celebrari tantùm lingua vulgari: aut aquam non miſcendam vino, quia eſt contra inſtitutionem Chriſti, *ſeſſione 22. à canone 1. de ſacrificio Miſſa.*

Excommunicatur qui dicit in Nouo Teſtamento non eſſe Sacerdotium viſibile, & externum: vel non eſſe poteſtatem conſecrandi, & offerendi corpus, & ſanguinem Chriſti, & peccata remittendi, & retinendi; ſed eſſe tantùm officium prædicandi Euangelium, & qui non prædicant, non eſſe Sacerdotes. 2. In Eccleſia non eſſe alios ordines præter Sacerdotium. 3. Ordinem, vel ordinationem eſſe inuentum humanum, aut tantùm eſſe ritum eligendi Miniſterij, & non Sacramentum. 4. Per Ordinem non dari Spiritum ſanctum, vel non imprimi characterem: vel presbyterum rurſus fieri poſſe laïcum. 5. Vnctionem & alias cæremonias in Ordine eſſe contemnendas. 6. In Eccleſia eſſe Hierarchiam ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris diuinitùs inſtiturum. 7. Epiſcopos non eſſe ſuperiores presbyteris, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi, vel eſſe communem cum aliis presbyteris: vel Ordines ab illis collatos ſine conſenſu, aut vocatione populi, vel poteſtatis ſæcularis, eſſe irritos: ſed legitimos eſſe miniſtros, qui non ſunt miſſi à poteſtate canonica, & Eccleſiaſtica. 8. Epiſcopos auctoritate Papæ aſſumptos, non eſſe legitimos, ſed figmentum humanum, *ſeſſ. 23. à can. 1. &c. de Sacramento Ordinis.*

Excommunicatur qui dicit Matrimonium non eſſe vnum ex ſeptem Sacramentis à Chriſto inſtitutum: nec conferre gratiam. 2. Licere Chriſtianis ſimul multas vxores habere: & hoc nulla lege diuina eſſe prohibitum. 3. Tantùm gradus conſanguinitatis, & affinitatis in Leuitico expreſſos impedire contrahēdum, & dirimere contractum, nec Eccleſiam poſſe in his diſpenſare, vel alios impedientes, & dirimentes conſtituere. 4. Eccleſiam non potuiſſe conſtituere impedimenta dirimentia, vel in hoc erraſſe. 5. Diſſolui poſſe matrimonij vinculum ob hæreſim, vel moleſtam cohabitationem, vel affectatam abſentiam à coniuge. 6. Matrimonium ratum non conſumatum, non dirimi per ſolemnem profeſſionem religionis. 7. Ob adulterium matrimonium diſſolui, & poſſe aliam duci ſine fornicatione. 8. Eccleſiam non poſſe facere ſeparationem quoad thorum ad certum, vel incertum tempus. 9. Clericos, vel alios ſub voto caſtitatis poſſe ducere vxorem. 10. Non eſſe melius manere in ſtatu virginitatis, vel cœlibatus, quàm matrimonij. 11. Prohibitionem nuptiarum certis temporibus eſſe tyrannicam; vel damnare benedictionem & cæremonias matrimonij, *ſeſſ. 24. à can. 1. &c. de Sacr. Matrim.*

Excommunicatio ad finem reuelationis, vel pro rebus deperditis, vel ſubtractis, non decernatur, niſi ab Epiſcopo, & ex re non vulgari, & cauſa per eundem magna maturitate, & diligenter examinata, à qua moueatur, & non ab auctoritate cuiuſcunque ſæcularis, *ſeſſ. 25. c. 3. de Reformat.*

Excommunicationem ferri prohibere: vel latam reuocari mandare, prætextu quod non fuerit iuxta mandatum Conc. Trid. nulli ſæculari licet, *ſ. 25. c. 3. de Refor.*

Executores piarum diſpoſitionum tam in vltima voluntate, quàm inter viuos in caſibus à iure conceſſis, ſunt Epiſcopi tanquam delegati, *ſeſſ. 22. cap. 8. de Reform.*

Expectatiuæ gratiæ, vel mentales reſernationes, vel gratiæ ad vacatura nulli dentur, nec conceſſæ amplius valeant, *ſeſſ. 24. c. 19*

F.

FEſta Sanctorum, & viſitationes reliquiarum non fiant cum comeſſationibus, & ebrietatibus, ita vt in his nihil prophanum, nihil inhoneſtum appareat, curet Epiſcopus, *ſeſſione 25. de Inuoc. venerat. & reliq. Sanct. §. Illud verò.*

Feſti dies præcepti ab Epiſcopo in ſua Diœceſi ſeruentur ab omnibus exemptis, etiam Regularibus, *ſeſſ. 25. c. 12. de Regular & Monial.*

Fides, quę facit membrum viuum, eſt, quæ per charitatem operatur: & in Chriſto neque Circumciſio, neque præputium aliquid valet: Sed hæc fides, *ſeſſ. 6. cap. 7. de Iuſtificat.*

Fides dicitur iuſtificare, quia eſt radix & fundamentum iuſtificationis, *ſeſſ. 6. cap 8. quomodo intellig. imp. fid.*

Fide ſola non fit quis hæres, niſi Chriſto compatiatur, *ſeſſione 6. c. 11. de obſeru. mandat.*

Fides ſine pœnitentia non præſtat remiſſionem peccatorum, *ſeſſ. 6. can. 13. de Iuſtificat.*

Filij illegitimi Clericorum non habeant quodcunque beneficium in Eccleſiis, in quibus parentes habent, vel habuerunt beneficium: nec in dictis Eccleſiis miniſtrent, vel habeant penſiones in beneficiis, quæ habēt, vel habuerunt parentes: & ſuper his diſpenſatio ſubreptitia cenſeatur: & reciprocæ reſignationes beneficiorum in fauorem filiorum, cenſeantur eſſe in fraudem huius Canonis: nec collationes ſecutæ ſuffragentur filiis Clericorum, *ſeſſ. 25. cap. 15. de Reform.*

G.

GRatia amittitur quolibet peccato mortali, non autem fides, niſi infidelitate, & ſic fidelis peccator excluditur à Regno Dei, *ſeſſ. 6. c. 15. quolib. peccat. mortal. amit. quæ, &c.*

Gratia, & veritas Chriſti ſemper præcedit, comitatur, & ſubſequitur bona opera iuſtificari, quæ merentur vitam æternam ſuo tempore, ſi decedat in gratia, *ſeſſ. 6. c. 16. de fructu Iuſtificat.*

Gratia ſubreptitia, vel obreptitia falſis precibus obtenta ſuper abſolutione publici criminis vel delicti, de quo Epiſcopus inquirere cœperat, vel remiſſione pœnæ ad quam criminoſus per Epiſcopum condemnatus erat, cognoſcetur ſummariè ab Epiſcopo, tanquam delegato: & poſtquam legitimè conſtiterit fuiſſe obtentum per falſi narrationem, vel per veri taciturnitatem, eam non admittat, *ſeſſ. 13. c. 5.*

H.

HOmicida voluntarius per induſtrias, vel inſidias eſt perpetuò inhabilis ad Ordines, & ad beneficia Eccleſiaſtica, etiam non curata. Sed ſi fuit caſualis, vel vi vim mortiferam expellendo, ita vt iure diſpenſatio requiratur ad Ordines, vel beneficia, ſeu dignitates, committatur loci Ordinario, aut ex cauſa Metropolitano, ſeu viciniori Epiſcopo, qui non niſi cauſa cognita, & probatis precibus narratis, nec aliàs diſpenſari poſſit, *ſeſſ. 14. c. 7. de Reform.*

Hortantur omnes, vt de propriis bonis ſubueniant Prælatis in tenuioribus Eccleſiis, ad dignitatem tuendam, *ſeſſione 25. cap. 12. de Reform.*

Hoſpitalarij tenentur in conſcientia ad fructus perceptos contra inſtitutionem hoſpitalis ſine remiſſione, vel compoſitione, *ſeſſione 25. capite 8. de Reform.*

Hoſpitalium, & ſimilium locorum adminiſtratio, vel gubernatio non detur vni,& eidem perſonæ vltra triennium,niſi in fundatione tantùm reperiatur, non obſtante,&c. *ſeſſ.25.c.8.de Reform.*

Hoſpitalia à ſuis fideliter,& diligenter gubernentur iuxta Conc. Viennenſe:& hoc curent Ordinarij,non obſtantibus,&c.*ſeſſ.7.c.15.de Reformat.*

Hoſpitale, vel alia pia loca erecta ad vſum pauperum, vel peregrinorum, vel ſenum, vel infirmorum, qui obtinent in commendam, vel alium titulum quomodocunque teneantur ſub præcepto adminiſtrare onus, & hoſpitalitatem ex fructibus ad id deputatis. Et ſi non ſint in illo loco huiuſmodi miſerabiles perſonæ, vel perpaucæ ſint, Ordinarius eligat duos peritiores de Capitulo, & de eorum conſenſu transferat fructus in alium pium vſum pro loco, & tempore vtiliorem,qui proximior ſit fini inſtitutionis hoſpitalium:niſi aliter pro tali euentu fuerit prouiſum in fundatione eorum: quia tunc debet Epiſcopus curare, vt hoc fiat. Quòd ſi fieri non poteſt,vt ſuprà prouideat. Et ſi prædicti Curatores,vel Beneficiarij non ſubiecti Regularibus teſormatis non faciunt quod debent,poſſunt compelli per cenſuras, & alia iuris remedia. Immò poſſunt à cura deponi in perpetuum,& alij eligantur ab his,ad quos ſpectat, non obſtantibus, &c. *ſeſſ.25. c.8.de Reform.*

I.

INdulgentiæ, & gratiæ ſpirituales ab Ordinario per duos de Capitulo debitis temporibus publicentur populis:eleemoſynas verò, & ablata charitatis ſubſidia colligant ſine mercede aliqua, *ſeſſ.21.c.9.de Reform.*

Indulgentias à Papa conceſſas publicare poſſunt Religioſi ſine licentia Ordinarij,ſed non poſſunt publicare,ſi ſunt conceſſæ ſibi ipſis, vt declaratum eſt.

Indulgentias eſſe inutiles,vel concedi non poſſe in Eccleſia qui dixerit eſt excommunicatus,*ſeſſione 25.poſt Decret.de Indulg.in fine ferè Concilij.*

Indulgentiæ non nimis facilè concedantur, ne eneruetur diſciplina Eccleſiaſtica,circa quas praui quæſtus aboleantur,& cęteri abuſus ab Epiſcopis colligantur,& in prima Synodo Prouinciali referantur,vt admoneatur Summus Pont.& prouideat,*ſeſſ.25.Decr.de Indulg.vbi ſup.*

Imagines falſi dogmatis, vel quæ rudibus ſint periculoſi erroris occaſio, non ſtatuantur,*ſeſſ.25.initio de Inuocat.vener.& reliq.*

Imago aliqua inſolita nullibi ponenda ſine approbatione Epiſcopi, quam approbabit conſilio Theologorum, & piorum: & in dubiis conſular Metropolit. Conc.Prouinciale,& Summum Pont. *ſeſſ.25.initio vbi ſup.*

Immunitas & libertas Eccleſiaſtica innouatur: pro qua ſeruanda exhortantur Principes ſæculares,*ſeſſ.25.c.20.de Reform.*

Impedimentum iuſtitiæ publicæ honeſtatis,ſi ſponſalia non ſunt valida,tollatur:ſi ſunt valida,non excedat primum gradum,*ſeſſ.24.c.3.de Reform.*

Ingredi Monaſteria nemini liceat,ſub pœna excommunicationis,ſine licentia in ſcriptis obtenta ab Epiſcopo,vel Superiori,& in caſibus neceſſariis,*ſeſſ.25. c.5. de Regular. & Monial.*

Interdictos à ſuo Prælato quacunque ex cauſa,etiam ob occultum crimen,ne aſcendat ad altiores Ordines, vel ſuſpenſus ab Ordine,gradu, vel dignitate Eccleſiaſtica non poterit promoueri,quacunque obtenta licentia, contra voluntatem Prælati,*ſeſſ.14.c.1.de Reform.*

Iudex ad quem appellatur ab Epiſcopo in criminalibus, non procedat ad liberationem niſi viſis actis primæ inſtantiæ, qui petat ab eo, à quo eſt appellatum:qui ſi intra triginta dies non dat ea gratis; tum Iudex terminet litem, vt iuſtitia ſuaſerit,abſque illis actibus, *ſeſſ.13.c.3.de Reform.*

Iudex Eccleſiaſticus in cauſis ciuilibus,vel criminalibus,ſi propria auctoritate poſſit fieri executio realis, vel perſonalis, abſtineat à cenſuris Eccleſiaſticis tum in procedendo, tum in definiendo: ſed mulctet,ſi ita videbitur,pœna pecuniaria applicanda locis piis, ibi exiſtentibus poſt executionem, ſeu perceptionē pignorũ, vel diſtrictionem perſonarũ, vel per priuationē beneficiorũ, vel per alia

iuris temedia. Sed ſi executio realis, vel perſonalis hac ratione fieri non poteſt, & in criminalibus, ſi facilè fieri non poteſt, vnde ſequitur contumacia; præter alias pœnas pro ſuo arbitrio, excommunicet, præcedente tamen trina monitione ſi delicti qualitas id poſtulet, *ſeſſ. 25. c. 3. de Reformat.*

Iudices, quibus cauſæ Eccleſiaſticæ erunt delegandæ, ſint Perſonæ dignæ iuxta conſtitutionem Boniſac. 8. eligendæ in Conciliis Prouincialibus, vel Diœceſanis: vel in qualibet diœceſi ſint ſaltem quatuor, vel plures perſonæ probatæ: & ſi vna moriatur, Ordinarius cum conſilio Capituli, in eius locum eligat aliam vſque ad futuram Synodum: & harum perſonarum deſignationem factam, Epiſcopi ſtatim mittant ad Summum Pontificem. Et ſi delegationes aliis perſonis per has committuntur, habeantur ſubreptitiæ, *ſeſſione 25. cap. 10. de Reformat.*

Iuriſdictiones Eccleſiaſticas, vel facultates nominandi Vicarios in ſpiritualibus non licet locare: & litteræ obtentæ ſuper hoc, habeantur ſubreptitiæ, *ſeſſ. 25. c. 10.*

Ius patronatus nemo poteſt impetrare, niſi Eccleſiaſticum beneficium, vel cappellam de nouo fundauerit, & conſtruxerit, vel erectam, & non ſufficienter dotatam de propriis patrimonialibus bonis competenter dotauerit, inſtitutio talis reſeruatur ſoli Epiſcopo, *ſeſſ. 14. c. 12.*

Iuſpatronatus, ſeu titulus beneficiorum Eccleſiaſticorum debet eſſe ex fundatione, vel dotatione, & hoc oſtendatur ex authētico inſtrumento, & aliis iure requiſitis, vel ex multiplicatis præſentationibus à tempore immemorabili ſecundùm iuris diſpoſitionem: ſed quando tale ius præſumeretur potius vſurpatum, quàm quæſitum; exactior probatio requiritur quàm immemorabile tempus, vt ſunt præſentationes continuatæ per quinquaginta annos, quæ ſint ſortitæ effectum cum authenticis ſcripturis. Reliqui patronatus vtcunque conceſſi, ſint irriti, & illorum beneficia Eccleſiaſtica tanquam libera conferantur à collatoribus, exceptis illis, quæ ſunt ſuper Cathedrales Eccleſias, vel quæ ſpectant ad Imperatores, Reges, & ſupremos Principes, iura imperij habentes, & quæ ſunt in fauorem ſtudiorum generalium, *ſeſſ. 25. c. 9. de Reform.*

Iuſtificari viribus naturæ, vel legis nemo poterat: & omnes ſunt filij iræ ob peccatum iræ, *ſeſſione 6. cap. 1. de natural. leg. ad Iuſtificat.* ſed ſolùm in ſanguine Chriſti. *cap. 2. de diſpen. & myſt.* & non niſi cui communicatur meritum paſſionis, licèt pro omnibus mortuus ſit, *capite 3. qui per Chriſtum iuſtific.*

Iuſtificatio eſt tranſlatio à ſtatu, in quo naſcitur filius primi Adam in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Chriſtum: quæ tranſlatio poſt Euangelium promulgatum ſine lauacro regenerationis, ſaltem in voto, fieri non poteſt, *ſeſſ. 6. c. 4.*

Iuſtificationis principium in adultis eſt à gratia præueniente, id eſt, à vocatione, cui liberè aſſentiendo, & cooperando diſponitur peccator. Vnde homo poteſt gratiam abiicere, ſed ſine gratia non poteſt conuertere ſe, *ſeſſ. 6. c. 5. de neceſſ. præparat.*

Iuſtificandus præparatur quando excitatus, & adiutus à gratia, concipiendo fidem per auditum liberè mouetur in Deum, credens vera eſſe reuelata diuinitùs, & promiſſa: & impium iuſtificare per gratiam redemptionis Chriſti, & vtiliter concuſſus timore Diuinæ iuſtitiæ ob ſua peccata, conuertit ſe ad conſiderandam Diuinam miſericordiam, & in ſpem erigitur, fidens Deum propitium ſibi fore per Chriſtum, quem incipit amare, vt fontem omnis iuſtitiæ, & mouetur aduerſus peccata cum aliquo odio, & deteſtatione, quæ eſt pœnitentia requiſita ante Baptiſmum: tandem proponit baptizari, & inchoare nouam vitam, & ſeruare diuina mandata, & poſt hanc diſpoſitionem ſequitur iuſtificatio impij, *ſeſſ. 6. mod. præparat.*

Iuſtificatio non eſt ſola remiſſio peccati, ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, ex inimico amicus, *ſeſſ. 6. c. 7. quid ſit Iuſtif.*

Iuſtificationis cauſæ ſunt iſtæ. Fioalis eſt gloria Dei, & Chriſti, & vita æterna. Efficiens eſt miſericors Deus, qui gratis ſanctificat. Meritoria eſt Chriſtus paſſus. Inſtrumentalis eſt Baptiſmus, qui eſt Sacramentum fidei. Formalis eſt iuſtitia Dei, oon qua ipſe eſt iuſtus, ſed qua nos iuſtos facit, & qua non modò reputamur, ſed verè nominamur, & ſumus recipieotes in oobis iuſtitiam quiſque ſuam ſecundùm menſuram Spiritus ſancti prout vult per paſſionem Chriſti, & ſecundùm propriam cuiuſque diſpoſitionem, & præparationem, *ſeſſ. 6.c.7.vbi ſuprà.*

Iuſtificatus per Chriſtum cum remiſſione peccatorum accipit infuſam fidem, ſpem, & charitatem, & ſtatim auditur: ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata, *ſeſſ. 6.c.7.quid ſit Iuſtificat.*

Iuſtificamur gratis, quia nihil eorum, quæ præcedunt iuſtificationem, meretur gratiam, ſiue opera, ſiue fides ſint, *ſeſſione 6. cap. 8. quomodo intellig.imp.*

Iuſtificatus, bonis operibus proficieodo, magis iuſtificatur, & creſcit in veritate, *ſeſſ.6.c.10.de accept.*

Iuſtificatus debet ſeruare præcepta diuina, & hæc præcepta non ſunt impoſſibilia, *ſeſſ.6.c.11.de obſeru.mandat.&c.*

Iuſtificatus, per venialia non amittit gratiam, quia Deus non deſerit, niſi ab eo priùs deſeratur, *ſeſſ.6.c.11.de obſeru.mandat.*

Iuſtificatus ſi peccat mortaliter, amittit gratiam: ſed eam poteſt recuperare per Sacramentum Pœnitentiæ, *ſeſſione 6. capite 14. de Lapſ. & eorum reparat.*

Iuſtitia propria noſtra non ſtatuitur propria tanquam ex nobis: neque repudiatur iuſtitia Dei, quæ dicitur noſtra, quia per eam nobis inhærentem iuſtificamur: ſed eſt Dei, quia à Deo nobis impeditur per meritum Chriſti, *ſeſſione 6. capite 16. de..... Iuſtificat.*

L.

Librorum probatio danda eſt in ſcriptis, vt authentica appareat in fronte libri, & detur gratis ſimul cum examine, *ſeſſione 4. Decret. de edit. & vſu Sacr.libr.*

Libros Noui, & Veteris Teſtamenti eoumeratos à Concilio Tridentino, qui iotegros cum omnibus ſuis partibus, prout conſueuerunt legi in Eccleſia Catholica, & habentur io veteri Vulgata Editiooe Latina, non ſuſcipit pro Sacris & Canonicis, eſt excommunicatus, *ſeſſione 4.Decr.de Canon.Scrip.*

Libros de rebus ſacris ſine nomine auctoris nullus imprimat, vel imprimere faciat: & illos non vendat, vel apud ſe retineat, niſi priùs ſint examinati, & approbati ab Ordinario ſub pœna excommunicationis, & pecuniæ poſitæ in Canone Concilij Lateran. *ſeſſ.4.Decr.de edit.& vſu Sacr.libr.*

Libros ſcriptos communicans, vel vulgans ante examen, & approbationem, ſubiiciatur pœnis, quibus & impreſſores, & eos habentes, vel legentes, niſi prodant auctores, pro auctoribus habeantur, *ſeſſ.4.vbi ſup.*

Lis poſt appellationem à ſententia Epiſcopi, vel eius Vicarij Geoeralis in ſpiritualibus, quando appellatio habet locum, ſi à Sede Apoſtolica ſit committenda, committatur Metropolitano, vel eius Vicario Generali in ſpiritualibus: quòd ſi ſit ſuſpectus, vel diſtet vltra duas dictas legales, vel ab eo ſit appellatum, committatur vni ex vicinioribus Epiſcopis, vel illorum Vicariis, non autem inferioribus iudicibos, *ſeſſ.13.c.2.de Refor.*

Locationes rerum Eccleſiaſticarum factæ anticipata ſolutione, oon valent in præiudicium ſucceſſorum: nec tales locationes coofirmentur. Similiter locationes earumdem rerum factæ ad longum tempus, ſi Synodus Prouincialis, vel ab ea deputandi iudicauerint eſſe in damnum Eccleſiæ vel, contra Canonicas ſanctiooes, ſunt irritæ per Concilium Tridentinum, *ſeſſione 25. capite 11. de Reformat.*

M.

MAria Virgo non comprehenditur à Concil. Trident. cùm agit de peccato originali,ſed renouat vt obſeruandas Conſtitutiones Sixti IV. *ſeſſ.5.Decr. de pecc.orig.in fine.*

Matrimonium fiat præmiſſis tribus denunciationibus à Parocho continuis tribus diebus feſtis inter Miſſarum ſolemnia publicè: & poſtea Parocho, vel alio Sacerdote de licentia Parochi, vel Ordinarij, & duobus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur. Quòd ſi probabiliter timetur, matrimonium malitioſè impediri, ſatis vna denunciatio, vel nulla. Deindeante conſumationem matrimonij fiant denunciationes in Eccleſia niſi aliter Ordinarius expedire iudicauerit. Et qui aliàs contrahit, matrimonium eſt nullum, & puniatur ab Ordinario cum Parocho, vel teſte, qui interfuerunt huiuſmodi contractui non in facie Eccleſiæ celebrato, *ſeſſ.24.c.1.de Reform.Matr.*

Matrimonij cæremoniæ, ſi quæ piæ ſunt vltra prædictas, in aliquibus Prouinciis teneantur, *ſeſſ.24.c.1.de Reform.Matr.*

Matrimonij decretum replicetur ſæpiùs in Eccleſia prout expedire videbitur, *ſeſſ.24.c.1.de Refor.Matr.*

Matrimonium contrahens ſcienter intra gradus prohibitos, ſeparetur, & careat ſpe diſpenſationis, & multò magis qui contractum conſumat. Si verò ignoranter:ſed neglexerit ſolemnitates requiſitas, eiſdem ſubiaceat pœnis. Si autem ignoranter, & adhibitis ſolemnitatibus; faciliùs cum eo,& gratis diſpenſari poterit, *ſeſſ.24.c.5.de Reform.Matr.*

Matrimonio contrahendo vel nulla,vel rarò detur diſpenſatio,& ex cauſa, & gratis. In ſecundo gradu nunquam niſi inter magnos Principes, & ob publicam cauſam, *ſeſſ.24.c.5.de Reform.Matr.*

Matrimonio qui iunguntur, non coniungantur à Parocho, niſi poſt diligentem inquiſitionem de licentia Ordinarij, *ſeſſione 24. cap. 7. de Reformat. Matrim.*

Matrimonium qui non liberè contrahere cogit, excommunicatur, *ſeſſ.24.c.9. de Reform.Matrim.*

Miracula noua, vel nouæ reliquiæ non ſunt admittendæ, niſi Epiſcopus cum Concilio Theologorum, & piorum approbet:& in dubiis conſulat Metropolitanum,Concilium Prouinciale,& Summum Pont. *ſeſſ.25. de Inuocat.Venerat. & Reliq.*

Miſſæ ſacrificiũ eſt incruentum, in quo offertur idem Chriſtus, qui ſe pro nobis obtulit in Crucem cruentam, & quo placatur Deus, & diſpoſiti gratiam inueniunt, & fructum cruenti. Et offertur non ſolùm pro pœnis, & neceſſitatibus viuorum,ſed pro defunctis in Chriſto non plenè purgatis, *ſeſſione 22.cap.2. de Sacrific.Miſſa.*

Miſſæ in honorem Sanctorum non eſt ſacrificium oblatum Sanctis, ſed ſoli Deo,tanquam gratias agens Sacerdos pro victoriis datis, vt Sancti pro nobis intercedere dignentur in Cœlis,quorum memoriam agimus in terris, *ſeſſ.22.c.3.de Sacrific.Miſſa.*

Miſſæ Canon eſt totus ſanctus, & conſtat ex Diuinis verbis, Apoſtolorum traditionibus, ac Pontificum piis inſtitutionibus, *ſeſſione 22. cap. 4. de Sacrific. Miſſa.*

Miſſæ cæremoniæ variæ,veſtes, thura, & id genus, ſunt ab Apoſtolica Traditione, & quibus vtitur Eccleſia, quo Majeſtas tanti ſacrificij commendetur, & mentes fidelium per ad inuiſibilia excitentur, *ſeſſione 22. cap. 5. de Sacrificio Miſſa.*

Miſſæ ſingulæ,& ſi non communicent aſtantes, licèt hoc optandum eſſet, tamen etſi ſolus Sacerdos communicat,ſunt probatæ, & laudatæ, & dicuntur eſſe communes,tum quia populus ſpiritualiter communicat, tum quia publicus miniſter non pro ſe ſolùm, ſed pro omnibus, qui ad Chriſti corpus myſticum pertinent,celebret, *ſeſſ.22.c.6.de Sacrific.Miſſa.*

Miſſæ ſacrificio aquam vino debent miniſtri miſcere, *ſeſſ.22.c.7.de Sacr.Miſſ.*

Miſſa non debet celebrari lingua vulgari,ſed Latina: tamen mandatur Paſtoribus, & Curatis, vt frequenter, ſaltem diebus feſtis, & Dominicis,inter celebrationem Miſſarum,vel per ſe,vel per alium aliquid ex his,quæ in Miſſa leguntur,exponant:& præcipuè aliquod myſterium huius ſacrificij, *ſeſſ.22. c.8. de Sacr. Miſſa.*

A Miſſæ ſacrificio Epiſcopus omnino tollere curet ea, quæ ſapiunt auaritiam, irreuerentiam, quæ ſæpè eſt cum impietate,& ſuperſtitione. Quæ ad auaritiam pertinent,ſunt,v.g.conditiones mercedum,pacta, quicquid datur pro Miſſis nouis celebrandis, importunæ, & illiberales eleemoſynarum exactiones, potius quàm poſtulationes,& aliæ huiuſmodi. Circa irreuerentiam interdicit,ne vagus, & ignotus Sacerdos celebret in ſua Diœceſi, nec publicè, & notoriè criminoſus altari miniſtret,vel ſacris interſit: nec celebretur à ſæcularibus, vel Regularibus in domibus extra Eccleſiam, vel Oratoria ad id dicata ab Epiſcopis deſignanda, & viſitanda: & niſi qui interſint ſint decenter compoſiti, & reuerenti habitu. In Eccleſiis non permittant muſicas, vbi ſiue organo, ſiue cantu, laſciuum vel impurum aliquid miſcetur. Similiter ſæculares actiones, vana, & prophana colloquia,deambulationes,ſtrepitus,clamores.Circa ſuperſtitiones prohibeat ſub pœnis ne celebrent aliis,quàm debitis horis:nec adhibeant alios ritus, cæremonias, vel preces in Miſſa præter approbatas, & frequenti, & laudabili vſu retentas ab Eccleſia:remoueant certum numerum candelarum, vel certarum Miſſarum:doceant populum quis fructus huius ſacrificij:quem etiam admoneant,vt frequentent ſuas Parochias,ſaltem diebus Dominicis,& maioribus feſtis. Hæc omnia,& quæcunque alia, quæ pertinere viſa fuerint, Epiſcopus, vt delegatus, prohibeat, mandet, corrigat, ſtatuat, compellàrque populum illa obſeruare cenſuris Eccleſiaſticis,& aliis pœnis arbitrariis:non obſtantibus, &c. *ſeſſ.22. in Decr.de obſeru. & vitand.in celebrat. Miſſ.*

Miſſas obligatas pro defunctis, ſi in aliquo loco excreuerint in magnum numerum, vel eleemoſynæ tenues fuerint, ita vt ſatisfieri non poſſit obligationi; Epiſcopus in Synodo Diœceſana,& Abbates,& Generales Ordinum in ſuis Capitulis Generalibus moderentur,vel ſtatuant, prout in conſcientia iudicauerint, ad maiorem Dei honorem,& vtilitatem Eccleſiæ: ita tamen,vt ſemper fiat commemoratio Defunctorum,qui legarunt,*ſeſſ.25.c.4.de Reformat.*

Monaſteria, & ſimilia loca non erigantur ſine licentia Epiſcopi illius Diœceſis, & non plures alant, niſi quot poſſunt, ſiue viuant ex reditibus, ſiue ex eleemoſynis,*ſeſſ.25.cap.3. de Regular & Monial.*

Monaſteriorum Moniales extra mœnia vrbis,ſi ita expedire videbitur, curent Epiſcòpi,vel Superiores transferre intra vrbem, & cogant ſub cenſuris, *ſeſſ.25.c. 5.de Regular.& Monial.*

Monaſteria,quæ non ſubſunt Epiſcopo, vel Ordinis Regularibus, Viſitatoribus, ſed ſub immediata protectione Sedis Apoſtolicæ redigantur in Congregatione quolibet triennio, & deputent certos Regulares, qui deliberent de Congregationibus erigendis. Quòd ſi non fecerint,faciat Metropolitanus illius Prouinciæ.Et ſi Monaſteria non ſufficiunt ad congregationem, conuocet Monaſteria aliarum Prouinciarum. Quòd ſi prædicta exequi non curauerint, inſtante Metropolitano ſubdantur Epiſcopo illius Diœceſis, in qua ſunt, *ſeſſ. 25.cap.8. de Regul. & Monial.*

Monaſteria Monialiũ,quæ erant ſub Sede Apoſtolica,immediatè ſint ſub Epiſcopo: ſed quæ reguntur à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus,vt ſunt relinquuntur,*ſeſſ.25.c.9.de Regular.& Monial.*

Monaſteria, quæ ſunt Ordinum capita, viſitentur etiam, *ſeſſione 25. cap. 20. de Regular.*

Monaſteria Abbatiæ,Prioratus,& Præpoſituræ Regularium,non niſi Regularibus profeſſis conferantur: & in prouiſione exprimatur qualitas nominationis, alioquin eſt nulla,*ſeſſ.25.c.21.de Regular.& Monial.*

Moniales poſt profeſſionem non egrediantur è Monaſterio, quocunque prætextu,niſi ex legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, *ſeſſ.25.cap.5.de Regular. & Monial.*

Moniales

Moniales admoneantur, vt ſaltem ſingulis menſibus confiteantur, & communicent: & ab Epiſcopo,& Superiore præter Ordinarium offeratur extraordinarius Confeſſarius bis, vel ter in anno: qui audire debeat omnium confeſſiones, *ſeſſ. 25. cap. 10. de Regular. & Monial.*

in Mortis articulo quilibet Sacerdos quemlibet pœnitentem à quolibet caſu, vel cenſura poteſt abſoluere, *ſeſſ. 14. de caſ. reſeru.*

N.

NOTARIVM etiam auctoritate Apoſtolica, vel imperiali creatum, poteſt Epiſcopus vel delegatus examinare; & ſi non inuenerit idoneum, vel quomodocumque in officio delinquentem poteſt perpetuò, vel ad tempus prohibere vſum officij eius in negotiis, litibus, & cauſis Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus: & appellatio eius non ſuſpendit interdictionem Ordinarij, *ſeſſ. 22. cap. 10. de Reformat.*

Nouitiis exiſtentibus in probatione, ex eorum bonis nihil detur Monaſteriis, præter victum, & veſtitum: alioquin dantes & recipientes ſint excommunicati: & diſcedentibus Nouitiis reſtituantur omnia quæ ſua erant: & ad id compellat Epiſcopus, ſi opus erit, per cenſuras, *ſeſſione 25. cap. 16. de Regular & Monial.*

Nuptiæ prohibentur ab Aduentu Chriſti vſque ad diem Epiphaniæ: & à Feria 4. Cinerum, vſque ad Octauam Paſchæ: in aliis temporibus celebrentur cum modeſtia & honeſtate, idque curet Epiſcopus, *ſeſſ. 24. cap. 10. de Reformat. Matrim.*

O.

OFFICII Diuini cæremonias, tempus, &c. determinet Synodus Prouincialis, *ſeſſ. 24. c. 12. in fine, de Reformat.*

Operanti benè in gratia, & ſperanti in Deo, proponenda eſt vita æterna, *ſeſſ. 6. cap. 16. de fruct. Iuſtificat.*

Operibus noſtris, licèt multum tribuatur, tamen non eſt in illis confidendum, vel gloriandum, & non in Domino, qui dona ſua facit eſſe merita noſtra, ponendo ante oculos noſtros, ſicut eius bonitatem, ſic & iudicium, *ſeſſ. 6. cap. 16. vt ſuprà.*

Oratoribus Principum nullum præiudicium factum eſt in Concilio Trident. *ſeſſ. 25 de Orator.*

Ordinare, vel Pontificalia exercere non licet Epiſcopo in alterius Diœceſi ſine expreſſa licentia Ordinarij, cum qua licentia tantùm poteſt ordinare perſonas ſubiectas illi Ordinario, aliter ſuſpenditur Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ordinatus ab executione Ordinis, ipſo iure, *ſeſſ. 6. cap. 5. de Reformat.*

Ordinandus à non ſuo Epiſcopo vi facultatis, habeat legitimam cauſam, cur non à ſuo ordinetur, expreſſam in litteris, & tunc ordinabitur ab Epiſcopo in ſua Diœceſi reſidente, vel pro eo Pontificalia exercente, præuio diligenti examine, *ſeſſ. 7. capite 11. de Reformat.* Verbi Concilij ſunt hæc: facultates de non promouendo, præterquam in caſibus à iure expreſſis conceſſæ ad annum tantùm ſuffragentur.

Ordinare Epiſcopi titulares alterius ſubditum aliquo Ordine, etiam prima Tonſura, non poſſunt ſine expreſſa licentia, vel litteris dimiſſoriis ſui Prælati, quocumque prætextu priuilegij, vel Communialitatis ſuæ: & ſi reſederit in loco nullius Diœceſis, vel exempto, vel aliquo Monaſterio cuiuſuis Ordinis, conueniens Epiſcopus, per annum ab exercitio Pontificalium, & ſic Ordinatus ab exercitio Ordinum ſic ſuſcriptorum, donec ſuo Prælato viſum fuerit, ipſo iure ſunt ſuſpenſi, *ſeſſ. 14. cap. 2. de Reform.*

Ordinantes Epiſcopi, & eorum Miniſtri pro collatione Ordinis, etiam prima Tonſura, nec pro litteris dimiſſoriis, vel teſtimonialibus, vel ſigillo, vel alia cauſa aliquid etiam ſponte oblatum accipiant directè, vel indirectè: aliàs incurrant

ipſo facto pœnas iuris. Verùm Notarij ſi non habent ſalarium conſtitutumpro officio exercendo,& non viget conſuetudo nihil accipiendi, tantùm decimam partem aurei poſſunt accipere pro his dimiſſoriis, vel pro teſtimonialibus, *ſeſſ. 21. cap. 1. de Reform.*

Ordinetur in Sacris nullus Clericus ſæcularis, vel alius idoneus, niſi conſtet, eum poſſidere pacificè beneficium Eccleſiaſticum ſufficiens honeſtè ad victum: quod non poteſt reſignare, niſi facta mentione, quod fuerit ad titulum illius ordinatus,& habeat aliud, de quo honeſtè viuere poſſit, aliàs reſignatio eſt nulla. Cum patrimonio verò, vel penſione ſufficientibus verè obtentis, non poſſunt ordinari, niſi pro neceſſitate, vel commoditate Eccleſiæ ad iudicium Epiſcopi, donec aliunde habeant, vnde viuant, vel beneficium ſufficiens, ſub pœna Canonum, *ſeſſ.* 21. *cap. 2. de Reformat.*

Ordine Subdiaconatus, qui non eſt inſignitus, & eſt mancipatus officiis Diuinis in Eccleſia Cathedrali, vel Collegiata ſæculari, vel Regulari non habet vocem in Capitulo illius Eccleſiæ, nec habere poteſt. Ordinari etiam tenetur ordine requiſito ad ſuum officium, vel obligationem infra annum ceſſante iuſto impedimento, qui habent dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones,& quæuis beneficia obtinent in tali Eccleſia, quibus ſunt onera annexa, vt dicant Miſſam, Euangelium, Epiſtolam, &c. aliter incurrant pœnas Concilij Vienneniſis: & cogunt Epiſcopi, dictos Ordines & officia per ſeipſos exercere diebus ſtatutis, ſub grauioribus pœnis arbitrariis, & deinceps prouiſio facta in non habentes ætatem, & alias habilitates, eſt irrita, *ſeſſione 22. capite 4. de Reformat.*

Ordines Miniſtrorum plures,& diuerſi debuerunt eſſe, qui Sacerdotio ex officio maiori cum veneratione deſeruirent, & ſi quis in Clericali cenſura eſt, aſcendat per Minores ad Maiores ordines: nam ſcriptura de Sacerdote, & Diacono meminit, & principio Eccleſiæ fuerunt in vſu nomina,& officia Subdiaconi, Acolyti, Exorciſtæ, Lectoris,& Oſtiarij *ſeſſ. 23. cap. 2. de doctr. S. Ord.*

Ordo eſt Sacramentum Eccleſiæ conſtans ſignis,& verbis exterioribus, conferens gratiam, *ſeſſ. 23. cap. 3. vbi ſupra.*

Ordo imprimit characterem indelebilem, & ſemel ritè ordinatus non poteſt fieri laicus, licèt Verbi Dei miniſterium non exerceat,& habet aliam poteſtatem quàm temporariam: nec omnes fideles ſunt Sacerdotes, aut habent parem poteſtatem ſpiritualem inter ſe: ſed primi in hac hierarchia Sacerdotali ſuccedẽtes Apoſtolis, ſunt Epiſcopi, qui ſunt Superiores Presbyteris. Sacramentum Confirmationis cõferunt: Miniſtros Eccleſiæ ordinant, & multa alia poſſunt quæ non poſſunt conſtitui in inferioribus ordinibus. Item in ordinatione Epiſcoporum, Sacerdotum,& cæterorum Ordinum non requiritur neceſſariò conſenſus, vocatio, vel auctoritas populi, Magiſtratus, aut cuiuſuis poteſtatis ſæcularis: imò qui tantùm à populo, vel Magiſtratu, vel ſæculari poteſtate ſunt vocati, & inſtituti ad hæc miniſteria exercenda, vel propria temeritate ea ſibi ſumunt, non ſunt miniſtri Eccleſiæ, ſed fures, & latrones non intrantes per oſtium, *ſeſſione 23. capite 4. vbi ſupra.*

Ordines Epiſcopus per ſeipſum conferat, ſi verò infirmatur, non mittat ſubditos ſuos ad alios, niſi examinatos, & probatos, *ſeſſ. 23. cap. 3. de Reformat.*

Ordinandus in minoribus habeat bonum teſtimonium à Parocho, & à Magiſtro Scholæ. Ordinandus verò in ſingulis Maioribus, ante menſem adeat Epiſcopum, qui Parocho, vel alteri committat, qui nomine, & deſiderio ordinandi publicè in Eccleſia propoſitis, de eius natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & litteras teſtimoniales continentes factam inquiſitionem quàm primùm ad Epiſcopum mittat, *ſeſſ. 23. cap. 5. de Reformat.*

Ordinandi vocentur Fer. 4. ad Ciuitatem, vel quando Epiſcopo videbitur: quos, vocatis viris peritis, & doctis in Scriptura, vel Canonibus, examinet ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem, *ſeſſ. 23. cap. 7. de Reformat.*

Ordinationeſ Sacrorum Ordinum celebrent publicè in Eccleſia Cathedrali

ſtaturis à iure temporibus, vocatis, & præſentibus Canonicis Eccleſiæ. Si verò in alio loco Diœceſis dentur, adeatur Eccleſia dignior, in quantum fieri poterit, & præſente Choro loci. Item vnuſquiſque à proprio ordinetur, nec permittatur ab alio ordinari, niſi mores & probitas, teſtimonio ſui Ordinarij commendentur. Si ſecus fiat, ordinans ſit ſuſpenſus à Collatione Ordinum per annum, & ordinatus ſit ſuſpenſus ab executione Ordinum ſuſceptorum ad arbitrium Ordinarij, *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de Reformat.*

Ordinare Epiſcopus ſuum familiarem non ſubditum non poteſt, niſi per triennium fuerit ſecum commoratus, & re ipſa ſine fraude beneficium conferat, *ſeſſ.* 23. *cap.* 9. *de Reformat.*

Ordines Minores non conferantur niſi intelligenti ſaltem linguam Latinam, & per temporum interſtitia, niſi aliter Epiſcopo magis expedire videatur. Item ordinati ſe exerceant in munere Ordinis in Eccleſia, cui adſcripti ſunt, niſi ob ſtudia abſint, & ſperetur de eo talis ſcientia, vt ſit futurus dignus maiori ordine. Item non promoueantur ad ſacros Ordines, niſi poſt annum à ſuſceptione vltimi Ordinis minoris, niſi neceſſitas, vel vtilitas Eccleſiæ aliud expoſcat iudicio Epiſcopi, *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. *de Reformat.*

Ordinandus Subdiaconus non eſt ante 22. annum ætatis ſuæ: Diaconus ante 23. Presbyter ante 25. & ſint digni, quorum probata vita ſenectus ſit, *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. *de Reformat.*

Ordinentur Subdiaconi, & Diaconi, ſi habeant bonum teſtimonium: & in minoribus Ordinibus ſint probati, & inſtructi in his, & neceſſariis ad Ordinem exercendum, & ſperent ſe poſſe continere. Inſeruiant Eccleſiis, quibus ſunt adſcripti; ſciántque maximè decere, ſi ſaltem diebus Dominicis, & ſolemnibus, cùm altari miniſtrauerint, ſacram communionem perceperint. Item Subdiaconus, niſi verſatus per annum in ſuo officio non ordinetur Diaconus, niſi aliter Epiſcopo videatur. Item duo Ordines ſacri eodem die, etiam Regularibus non conferantur: non obſtantibus, *ſeſſ.* 23. *cap.* 13. *de Reformat.*

Ordinandus Presbyter ſit probatæ vitæ, & exercitatus per annum in Diaconatu, niſi Epiſcopus aliter iudicet ob neceſſitatem, vel vtilitatem Eccleſiæ; & examinetur, an ſit idoneus ad docendum neceſſaria ad ſalutem, & miniſtranda Sacramenta, *ſeſſ.* 23. *cap.* 14. *de Reformat.*

Ordinetur nullus qui non adſcribatur pio loco, & pro eius neceſſitate, vel vtilitate aſſumatur, cui etiam inſeruiat, & non vagetur: quem locum ſi inconſulto Epiſcopo relinquit, interdicatur & exercitium Sacrorum, *ſeſſ.* 23. *cap.* 16. *de Reformat.*

Ordinum miniſteria ab eiſdem ordinatis exerceatur, idq; in quantum fieri poteſt, curent Prælati in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Parochialibus: & ſi aliunde non habeant, aſſignentur ad id reditus beneficij ſimplicis, vel fabricæ Eccleſiæ, pro ſtipendiis ſeruientium, quibus ſi negligentes ſunt, ab Ordinario poſſunt priuari in totum, vel ex parte. Item Ordinum Minorum miniſteriis, ſi non ſunt Clerici cælibes, poſſunt admitti coniugati bonæ vitæ, non bigami, idonei in habitu, & tonſura Clericali, *ſeſſ.* 23. *cap.* 17. *de Reformat.*

Originale peccatum vnum propagine, non imitatione transfuſum omnibus, ineſt cuique proprium. Qui dixerit per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium tolli, quàm per meritum vnius mediatoris Chriſti, eſt anathema, *ſeſſ.* 5. *Decret de peccato orig.*

P.

PAROCHIANO non habenti certum populum, Epiſcopus aſſignet certum populum, & vbi non ſunt Parochiæ, quàm primùm conſtituat, *ſeſſ.* 24. *cap.* 13. *de Reformatione.*

Parochus habeat librum, in quo coniugum, & teſtium nomina, diem, & locum contracti matrimonij ſcribat, & diligenter ſeruet, *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. Matrim.*

Parochis, vel Rectoribus imperitis Epiſcopus, vel delegatus deputet Vicarios

vel

vel coadiutores pro tempore, aſſignans partem fructuum pro ſufficienti victu, vel aliàs prouideat, remota quauis exemptione, vel appellatione: ſcandaloſos verò,& turpiter viuentes admoneat, deinde caſtiget: & ſi perſeuerent, beneficiis priuet iuxta Canones,non obſtante exemptione,vel appellatione, *ſeſſ.21.cap. 6. de Reformat.*

Parochos,Rectores,& alios,ad quos pertinet,cogat Epiſcopus,vt delegatus,vt ſibi tot Sacerdotes adiungat,quot ſunt neceſſarij ad miniſtranda Sacramenta, & ad Diuina officia. Item ſi Parochiani ſint multi, & diſtantes, & ſine magno incommodo,non poſſint vti Sacramentis,vel adeſſe Sacris,erigat nouas parochias, & aſſignet pro Sacerdotibus competentem portionem ex fructibus pertinentibus ad Eccleſiam matricem,*ſeſſ. 21. cap. 4.& 5. de Reformat.*

Patroni non ſe immiſceant in fructibus beneficij,ſed Rectores, & Beneficiati illos diſtribuant,*ſeſſ. 25.cap. 9. de Reformat.*

Patronus ſi iuſpatronatus vendat, vel diſtrahere præſumat,eſt excommunicatus,interdictus,& priuatus iure patronatus, *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformat.*

Patronus debet præſentare quem vult pro beneficio coram Epiſcopo loci Ordinario,ad quem pertineret prouiſio ceſſante priuilegio,aliàs præſentatio, & inſtitutio eſſent nullæ,*ſeſſ.25.cap. 9. de Reform.*

Paruuli ante vſum rationis non ligantur neceſſitate ſumendi Euchariſtiam, nec mos aliquorum antiquorum infantes communicantium pro more ſuo eſt damnandus,*ſeſſ.21.c. 4.Paruuli non obligantur ad comm.*

Peccare iuſtum in omni opere bono, ſaltem venialiter, vel mortaliter, vel etiam peccare in omni opere,ſi prius propter Deum, deinde propter mercedem operetur,qui dicit,hæreticus eſt,*ſeſſ.6. cap. 11. de obſeruat. Mandat.*

Peccata remitti, non eſt fiduciam, & certitudinem remiſſionis ſuorum peccatorum habere, vel dimiſſa eſſe: ſed remittuntur gratis Diuina miſericordia propter Chriſtum. Et iuſtificatus non oportet, vt ſtatuat apud ſemetipſum, ſe certò eſſe iuſtificatum, quaſi nemo iuſtificetur, niſi certò credat, ſe iuſtificatum, vel hac ſola fide perficiatur iuſtificatio, *ſeßione 6. cap. Contra inan. hæret. fid.*

Peccata venialia quotidiana non tollunt iuſtitiam, *ſeſſ. 6. capite 11. de obſeru. Mandat.*

Penſiones, vel reſeruationes fructuum non ponantur ſuper Cathedrales Eccleſias,quarum reditus eſt mille ducatorum: nec ſuper parochias,ſi reditus ſunt centum ducati annui ſecundùm verum valorem, *ſeſſ. 24. cap. 13. de Reformat.*

Perſeuerantiam abſolutam, & certam nemo ſibi promittat, ſed firmiter ſperet in Deum: & qui ſe exiſtimat ſtare, videat, ne cadat,*ſeſſ.6.cap. 13. de perſeuer. mun.*

Pœnitentia ſemper fuit neceſſaria ad gratiam conſequendam omnibus, qui peccato mortali ſe inquinarunt, v. g. vt abiecta, & emendata peruerſitate, tantùm deteſtarentur offenſionem Dei cum odio peccati, & pio dolore animi. Verum eſt, quod pœnitentia ante Aduentum Chriſti, imò,& poſt Aduentum eius, cuiquam antequam baptizetur, non eſt Sacramentum. Sed fuit inſtitutum Sacramentum poſt Reſurrectionem Chriſti, quando inſufflando dixit, *Accipite Spiritum Sanctum,quorum remiſeritis. Ioan. 20.& Matth.*18.Et qui negat ſaltem ſenſum horum verborum,eſt hæreticus, *ſeſſ. 14. cap.1.de Sacr.Pœnit.*

Pœnitentiæ Sacramentum differt à Sacramento Baptiſmi in materia, & forma,& in Miniſtro: quia Baptiſmi miniſter non eſt iudex, ſicut eſt pœnitentiæ magiſter. Præterea alius eſt Baptiſmi, & alius Pœnitentiæ fructus: nam per Baptiſmum Chriſtum induentes,noua prorſus in illo efficimur creatura, plenam, & integram omnium peccatorum remiſſionem conſequentes: ſed per pœnitentiam ad hanc nouitatem, & integritatem non peruenimus ſine magnis noſtris fletibus, & laboribus. Vnde meritò Pœnitentia dicitur laborioſum Baptiſma, *ſeſſ 14 cap.2. de differentia Sacr. Baptiſm. & Pœnit.*

Pœnitentiæ Sacramentum eſt neceſſarium ad ſalutem lapſis poſt Baptiſmum, ſicut Baptiſmus nondum regeneratis,*vbi ſuprà.*

Pœnitentiæ Sacramenti forma vniuerſaliter ſunt hæc verba: *Ego te abſoluo:* reliqua verò ſunt preces Eccleſiæ, non de neceſſitate Sacramenti, *ſeſſ. 14. cap. 3. de part. & fruct.*

Pœnitentiæ materia ſunt actus pœnitentis, contritio, confeſſio, & ſatisfactio requiſiti, ex inſtitutione Dei. Et damnantur qui dicunt, partes eſſe fidem, & inconcuſſum terrorem conſcientiæ, *ſeſſ. 14. cap. 3. ſup.*

Pœnitentiæ Sacramenti effectus eſt reconciliatio cum Deo: ſolet tamen conſequi pax, & ſerenitas conſcientiæ, & vehemens ſpiritus conſolatio in his, qui piè & deuotè eam percipiunt, *ſeſſ. 14 cap. 3. ſup.*

Pœnitentia à Confeſſario prudenti eſt iniungenda ſalutaris, & conueniens pro qualibet criminum, & pœnitentis facultate: quæ non ſolùm fit ad custodiam nouæ vitæ, & medicamentum infirmitatis: ſed ad vindictam præteritorum peccatorum, ne leuia pro grauibus iniungendo, fiat particeps peccatorum, *ſeſſ. 14. cap. 8. de ſatisf. neceſſ.*

Pœnitentiæ Sacramentum fuit inſtitutum à Chriſto pro lapſis à gratia baptizatis: & hæc continet non ſolùm ceſſationem à peccatis, & eorum deteſtationem, ſed etiam Sacerdotalem abſolutionem. Item & ſatisfactionem per opera pia, non pro pœna æterna, quæ in Sacramento cum culpa remittitur, ſed pro temporali, quæ in pœnitentia non tota ſemper remittitur, *ſeſſ. 6. cap. 14. de lapſ. & eorum repar.*

Pœnitentiam publicam errantibus publicè dare oportet: poteſt tamen Epiſcopus pœnitentiam publicam in ſecretam commutare, ſi ita expedire iudicauerit. Item in omnibus Eccleſiis etiam Cathedralibus, ſi commodè fieri poteſt, conſtituatur Pœnitentiarius ab Epiſcopo cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, qui ſit Magiſter, vel Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, annorum 40. Vel ſi quis aptior pro loco videatur: & hic dum in Eccleſia audit confeſſiones, præſens in Choro cenſeatur, *ſeſſ. 24. cap. 8. de Reformat.*

Portiones ſi non ſint, vel ita tenues, vt negligantur in Eccleſiis Cathedralibus, vel Collegiatis, Epiſcopus, vt delegatus, ſeparet tertiam partem fructuum, prouentuum, obuentionum, tum dignitatum, tum Canonicatuum, Perſonatuũ, portionum, & officiorum, & conuertat in diſtributiones quotidianas, & diuidat proportionaliter pro ſuo arbitrio inter dignitates obtinentes & intereſſentes diuinis officiis. Non obſtantibus quibuſcunque exceptis conſuetudinibus Eccleſiarum, in quibus non reſidentes, vel non ſeruientes, nihil vel minus tertia parte accipiunt. Item creſcente contumacia non ſeruientium, procedatur contra eos ſecundùm ius, *ſeſſ. 21. cap. 3. de Reformat.*

Poteſtatem habent Epiſcopi, vt delegati circa viſitationem, & correctionem morum ſubditorum ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi iuxta Canones, quæ iudicauerint expedire ad commendationem ſubditorum, vel vtilitatem Eccleſiæ: nec ſuorum mandatorum executionem impediat, aut ſuſpendat vlla exemptio, inhibitio, appellatio, vel querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam, *ſeſſ. 24. cap. 10. de Reformat.*

Præbendæ tenues, ſimul cum diſtributionibus, ſi non ſufficiant pro gradu, & qualitate Eccleſiæ, & perſonarum, Epiſcopus de conſenſu Capituli annectat beneficia ſimplicia non Regularia: vel aliquas ſupprimat de conſenſu patronorum, ſi de iure patronatus laicorum fuerit: & ſic reducendo præbendas ad pauciorem numerum, impinguentur, ita tamen vt cultus Diuinus, & dignitas Eccleſiaſtica non minuatur; non obſtantibus, *ſeſſione 24. capite 15. de Reformat.*

Præcedentias locorum in publicis proceſſionibus inter perſonas Eccleſiaſticas, & Regulares Epiſcopus componat, *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regular. & Monial.*

Præcepta Dei non ſunt impoſſibilia, quia Deus iubendo, monet facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat, vt poſſis, *ſeſſ. 6 cap. 11. de obſeruat. mandat.*

Prædeſtinatum certò ſe eſſe, nemo viuens præſumat ſtatuere, quaſi iuſtifica-

tus non poſſit amplius peccare: vel peccator certam ſibi promittat reſipiſcentiam: non enim fieri poteſt, niſi ex ſpeciali reuelatione, *ſeſſ. 6. cap. 12.*

Prædicatores in popularibus concionibus apud rudem plebem non dicant quæſtiones difficiliores, ſubtiliores, quæ non faciunt ad pietatem, & ædificationem: Idque curent Epiſcopi, nec permittant vulgari, & tractari incerta, quæ habent ſpeciem falſi: & prohibeant quæ ſpectant ad curioſitatem, vel ſuperſtitionem, vel turpe lucrum ſapiunt, *ſeſſ. 25. Decr. de Purgat.*

Prædicent Epiſcopi in ſua Eccleſia per ſe: vel ſi legitimè impediti ſint, per alios. In aliis autem Eccleſiis vbi videbitur expedire, per Parochos, vel ſi legitimè impediti fuerint, per alios deputandos ab Epiſcopo impenſis eorum, qui ſolent, vel tenentur: & hoc ſingulis feſtis. Tempore autem ieiuniorum, & Quadageſimæ, vel Aduentus quotidie, vel ter in hebdomada, Sacram Scripturam vel legem Diuinam annuncient. Item moneant populum, vt in quantum fieri poteſt, commodè in ſua Parochia Verbum Dei audiant. Item nullus ſiue ſæcularis, ſiue Regularis etiam in Eccleſia ſui Ordinis præſumat prædicare contradicente Epiſcopo, *ſeſſ. 24. cap. 4. de Reformat.*

Præfecta Monaſterij ante menſem admoneat Epiſcopum de profeſſione Virginum, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio ad libitum Epiſcopi, *ſeſſ. 25. cap. 17. de Regular. & Monial.*

Præſentati, vel nominati ad quæcunque beneficia Eccleſiaſtica à quocunque, & quocunque priuilegio, vel conſuetudine, non admittantur, niſi prius ab Ordinario loci examinati, & idonei reperti: nec appellatio iuuet, quo examen effugiat, exceptis tamen nominatis, & electis ab Vniuerſitatibus, & Collegiis generalium ſtudiorum, *ſeſſ. 7. cap. 13. de Reformat.*

Præſentatos à patronis Epiſcopus examinet, & non idoneos repellat, *ſeſſ. 25. cap. 9. de Reformat.*

Principibus ſæcularibus præcipitur ſub virtute obedientiæ, vt requiſiti interponant ſuum auxilium, & auctoritatem, cùm Epiſcopi, vel Regulares volunt reformare Monaſteria iuxta Concil. Tridentinum, *ſeſſ. 25. cap. 22. de Regular. & Monial.*

Priuilegia conceſſa, vel concedenda quocunque titulo honorario, etiam Capellanis Regiis, vel oblatis, vel adductis Monaſterio, vel Militiis, Hoſpitalitatibus, Collegiis, vel quocunque alio modo non derogent priuilegiis conceſſis à Concilio Tridentino Epiſcopis, vt delegatis, niſi actu ſeruiant prædictis locis, vel militiis, vel profeſſionem ſecundùm Regulam legitimè fecerint, de qua debet conſtare Ordinario, non obſtantibus, &c.

Priuilegia verò reſidentium in Curia Romana, vel familiarium Cardinalium, ſi habeant beneficia Eccleſiaſtica non faciant, quia ſubiiciuntur Ordinariis ratione dictorum beneficiorum; non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 24. cap. 11. de Reformat.*

Priuilegio fori Eccleſiaſtici nullus gaudeat, niſi habeat beneficium Eccleſiaſticum, vel deferens habitum, vel tonſuram, alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat: vel in ſeminario Clericorum, vel in Schola, vel in Vniuerſitate de licentia Epiſcopi verſetur quaſi in via ad maiores Ordines. In Clericis coniugaris ſeruetur conſtitutio Bonifacij IX. modò deputati ab Epiſcopo ſeruiant alicui Eccleſiæ in habitu, vel tonſura Clericali: non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 6. de Reformat.*

Proceſſiones, Sede vacante, publicè, & priuatim à Capitulo in Diœceſi fiant ad impetrandum bonum Paſtorem, *ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat.*

Proceſſionibus publicis vocati, compellantur venire omnes exempti, etiam Regulares, his exceptis, qui in ſtricta, & arcta clauſura perpetuò viuunt, *ſeſſ. 25. cap. 13. de Regular. & Monial.*

Profeſſio in Religione non fiat tam virorum, quàm mulierum ante 16. annum completum: & poſt annum probationis poſt habitum ſuſceptum: & ſi fit ante, profeſſio eſt nulla, neque aliquam inducit obligationem, *ſeſſ. 25. cap. 15. de Regul. & Monial.*

Profeſſioni admittant Superiores, quos habiles inuenerint, poſt annum

nouitia

nouitiatus, aut è Monaſterio eiiciantur, *ſeſſione* 25. *cap.* 16. *de Regular. & Monial.*

Prouiſiones, vt electio, præſentatio, nominatio, inſtitutio, confirmatio, collatio, ſeu admiſſio ad poſſeſſionem Eccleſiæ Cathedralis, vel beneficij, Canonicatus, vel præbendæ, vel partis prouentuum, vel diſtributionum, fiant ſine ſimoniaca conditione, deductione, ſolutione, promiſſione, compoſitione, vel lucro, vt dicunt, Turnorum: & Epiſcopi hæc, & huiuſmodi, quæ ad pios vſus non conuertuntur, & habent ſuſpicionem ſimoniæ, vel auaritiæ, fieri non permittant, ſub pœnis latis contra ſimoniacos in Canonibus: non obſtante conſuetudine, vel conſtitutionibus. Imò has Epiſcopus, vt delegatus examinet, *ſeſſ.* 24. *cap.* 14. *de Reformat.*

Purgatorium eſſe, & in eo deſtinari animas, quæ fidelium ſuffragiis, præcipuè Miſſæ ſacrificio iuuantur, ac de eo ſanam doctrinam prædicari, & credi à fidelibus curent Epiſcopi, *ſeſſ.* 25. *Decr. de Purg.*

Q.

QVARTA funeralium, quæ ante quadraginta annos erat ſolita perſolui Cathedrali, vel Parochiali Eccleſiæ, & deinde fuit conceſſa ex priuilegio aliis locis piis, poſt hac integrè ſoluatur Eccleſiæ Cathedrali, vel Prouinciali, *ſeſſ.* 25. *cap.* 13. *de Reformat.*

Quæſtorum nomen, & vſus à Chriſtianis tollatur, non obſtante, &c *ſeſſ.* 21. *cap.* 9. *de Reformat.*

R.

RAPTOR, & auxilium, conſilium, vel fauorem dantes ſunt ipſo iure excommunicati, infames, incapaces dignitatis: & ſi Clericus, cadit à ſuo gradu, & non poteſt habere raptam in vxorem, niſi ſeparetur, & libera eum velit: quam ſiue eam ducat, ſiue non, debet decenter dotare arbitrio Iudicis, *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de Reformat. Matrim.*

Regularibus omnibus præcipitur obſeruantia ſuæ profeſſionis, & votorum, tam in victu, quàm in veſtitu: idq; curent Superiores in Capitulis generalibus, & Prouincialibus, & viſitationibus, quas ſuis temporibus non prætermittant, *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de Regular. & Monial.*

Regularibus non licet tenere, vel poſſidere tanquam propria, vel nomine Conuentus bona mobilia, vel ſtabilia, quocunque modo ab eis acquiſita: ſed ea incorporentur Monaſteriis per Superiorem. Item non licet Superiori concedere bona ſtabilia, etiam ad vſumfructum, vel vſum, vel adminiſtrationem, vel commendam: ſed Officiales ad nutum Superioris amouibiles adminiſtrent: bona Monaſteriorum mobilia Superiores ita permittant, vt conuenit ſtatui paupertatis, & neceſſaria non denegentur, ſuperflua non permittantur. Quod ſi quis contra hæc proprietarius deprehenſus, vel conuictus fuerit, ſit priuatus voce actiua, & paſſiua, & per biennium ſubiaceat pœnis ſui Ordinis, *ſeſſione* 25. *cap.* 2. *de Regul. & Monial.*

Regularibus omnibus, exceptis Capuccinis, & Minoribus, qui de Obſeruantia dicuntur, conceditur habere in communi bona immobilia: & ſi his ſpoliati fuerint, denuò reſtituantur: & in Monaſteriis non alantur plures, quàm qui commodè ali poſſunt, ſiue ex reditibus, ſiue ex eleemoſynis viuant, *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de Regul. & Monial.*

Regularis nullus, quocunque prætextu ſine licentia ſui Superioris ſubiiciatur obſequio alicuius Prælati, Principis, vel communitatis, vel alterius perſonæ: & in hoc non ſuffragetur quodcunque priuilegium ab aliis ſuper id obtentum. Et ſi quis contra fecerit, puniatur à Superiore. Item Regulares non recedant à ſuis Conuentibus, etiam prætextu accedendi ad Superiores, niſi ab ipſis vocati, aut miſſi fuerint: & qui ſine mandato prædicto in ſcriptis obtento repertus fuerit ab Ordinariis locorum puniatur, tanquam deſertor ſui Inſtituti,

ſeſſione 25. cap. 4. de Regular. & Monial.

Regulares, qui à ſuis Superioribus ſtudendi cauſa mittuntur, in Conuentibus tantùm habitent: alioquin ab Ordinariis locorum contra eos procedatur, *ſeſſ. 25. cap. 4. de Regular. & Monial.*

Regularis degens in Monaſterio, ſi extra Monaſterium notoriè deliquit cum ſcandalo populi, à Superiore ſeuerè puniatur intra tempus præfixum ab Epiſcopo inſtante: qui certiorem faciat Epiſcopum de punitione: ſin minus priuetur officio à ſuo Superiore, & Epiſcopus delinquentem puniat, *ſeſſ. 25. cap. 14. de Regular. & Monialib.*

Regulares habitum non dimittant, nec cum habitu diſcedant ſine licentia Superiorum, etiam ſi per vim, & metum prætendant ſe ingreſſuros Religionem: vel ante debitam ætatem ſe profeſſos Religionem: aliàs non audiantur, niſi ſint in habitu, & intra quinquennium à die profeſſionis, & niſi cauſas quas prætendunt, adduxerint coram ſuo Superiore, & Ordinario. Si verò ſpontè habitum dimittant, non admittantur ad cauſam allegandam: ſed redire cogantur ad Monaſterium, & vt Apoſtatæ puniantur, *ſeſſ. 25. cap. 19. de Regular. & Monial.*

Regulari non datur licentia tranſeundi ad largiorem Religionem, nec ferendi occultè habitum ſuæ Religionis, *ſeſſ. 25. cap. 19. ſuprà.*

Regulares omnes tenentur ſeruare, quæ præcipiuntur à Concilio Tridentino. Sed qui ſub arctiori Regula viuunt, non innouantur, excepta facultate habêndi bona ſtabilia in communi, *ſeſſ. 25. cap. 22. de Regularib. & Monialib.*

Regulares ad imprimendos hos libros de rebus Sacris vltra examen, & approbationem Ordinarij debent habere licentiam ſuorum Superiorum, per quos debent recognoſci libri, iuxta inſtitutum Ordinis, *ſeſſ. 4. Decr. de edit. & vſu Sacr. Libr. §. ſed etiam.*

Regulares & Abbates in Monaſterijs, vbi commodè fieri poteſt, habeant lectionem Sacræ Scripturæ: & ſi Abbates ſint negligentes, Epiſcopus vt delegatus ad hoc compellat. Item in Conuentibus vbi commodè vigent ſtudia, legatur Scriptura à digniori electo per Capitulum generale, vel Prouinciale, ſed Epiſcopus hos lectores non examinet, *ſeſſ. 5. cap. 1. de Reformat.*

Regularis quilibet non prædicet in ſua Eccleſia niſi examinatus, & approbatus à ſuo Superiore de vita, moribus, & doctrina: & cum licentia Superioris antequam prædicet, debet ſe perſonaliter præſentare, & benedictionem petere ab Epiſcopo. In Eccleſiis verò non ſui Ordinis vltra licentiam Superioris requiritur licentia Epiſcopi, quam ipſe gratis concedat, *ſeſſ. 5. cap. 2. de Reformat.*

Regularis extra Monaſterium degens, ſi deliquerit, poteſt puniri, viſitari, corrigi ſecundùm Canones ab Ordinario vt delegato in hoc, *ſeſſ. 6. cap. 3. de Reformat.*

Regularis Superior non poteſt admittere quocunque priuilegio aliquem licèt Regularem ad habitum, & profeſſionem, niſi vt in ipſo Ordine ſub obedientia Superioris in clauſtro perpetuò maneat; & tranſlatus eſt incapax ad beneficia ſæcularia etiam curata, *ſeſſ. 14 cap. 11 de Reform.*

Regulares ſi ſint obſeruantes, eorum Superiorem admoneat Epiſcopus paternè, vt contineat ſubditos in officio obſeruantes: & ſi admonitus intra ſex menſes non viſitet, & corrigat; Epiſcopus vt delegatus, viſitet, & corrigat, iuxta eorum inſtituta, non obſtantibus, &c. Milites Hieroſolymitani vbi habent iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, non ſe interponant ordinariè, *ſeſſ. 22. cap. 8 de Reformat.*

Regulares non ordinentur in maioribus ante ætatem præſcriptam in Concilio Tridentino, nec ſine diligenti examine Epiſcopi: non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 23. cap. 12. de Reformat.*

Renunciatio, vel obligatio cauſa Religionis, etiam cum iuramento, & renunciatione fauoris Conc. Trid. facta ante profeſſionem non valet, niſi cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij per duos menſes ante profeſſionem fiat, & ſic non

ſortitur effectum, niſi ſequatur profeſſio, *ſeſſione 25. capite 16. de Regul. & Monial.*

Reſeruati Caſus grauiores ad Papam, vel ad Epiſcopum in ædificationem, & non in deſtructionem eſt conſonum Diuinæ auctoritati: & vim habent non ſolùm in externa politia, ſed etiam coram Deo, excepto mortis articulo, *ſeſſ. 24. cap. 7. de caſ. reſeru.*

Reſidentia tequiritur ab omnibus ſuperioribus maioribus curam animarum gerentibus, & ad hoc innouantur Canones antiqui, & inſuper quicunque à Patriarchali, Prouinciali, Metropolitana, ſeu Cathedrali Eccleſia ſibi quocunque titulo, & nomine commiſſa, ceſſantibus iuſtis cauſis, & legitimo impedimento, ſi ſex menſibus continuis extra ſuam Diœceſim morando abſuerit, ipſo iure incurrat pœnam quartæ partis fructuum vnius anni, fabricæ Eccleſiæ, & pauperibus loci per Superiorem Eccleſiaſticum applicandorum. Quod ſi per alios ſex menſes in huiuſmodi abſentia manſerit, amittat quattam partem fructuum applicandam eodem modo. Quod ſi contumacia creſcat, Metropolitanus ſuffraganeos, illum verò ſuffraganeus antiquior reſidens, ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ eo ipſo incurrenda admoneat Romanum Pont. per litteras, ſeu Nuncium infra ſex menſes: & Papa prouideat de Paſtoribus vtilioribus & animaduertat in contumacem, vt expedire iudicauerit, *ſeſſ. 6. cap. 1. de Reformat.*

Reſidere cogantur ab Ordinario remediis iuris opportunis inferiores Epiſcopis habentes beneficia Eccleſiaſtica exigentia perſonalem reſidentiam de iure, vel conſuetudine, prout expedire videbitur, conſideratis circunſtantiis. Nec vlli ſuffragentur indulta perpetua de non reſidendo, vel percipiendi fructus in abſentia. Indulgentia verò, & diſpenſationes temporaneæ ex iuſtis, & veris cauſis probandis ab Ordinario ſtent in ſuo robore: ſed tunc Epiſcopus, vt delegatus, prouideat delegando idoneum Vicarium cum aſſignatione commodæ partis fructuum pro cura animarum, & in hoc nulli ſuffragetur exemptio, vel priuilegium, *ſeſſ. 6. cap. 2. de Reformat.*

Reſidere tenentur Epiſcopi perſonaliter in ſua Diœceſi, vel Eccleſia, vbi teneantur fungi officio ſibi iniuncto, & omnes Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & reliqui, etiam Cardinales, qui præſunt Eccleſiis Cathedralibus, niſi excuſentur aliqua cauſa ex infraſcriptis, verbi gratia, Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, euidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas: & tunc talis cauſa eſt approbanda in ſcriptis à Papa, vel Metropolitano, vel eo abſente, à ſuffraganeo antiquiori Epiſcopo reſidente: qui etiam debet approbare cauſam abſentiæ Metropolitani, niſi cauſæ ſint notoriæ, & repentinæ propter munus aliquod, vel officium Reipublicæ adiunctum Epiſcopatibus, tunc enim non eſt opus id ſignificare Metropolitano. Item Metropolitanus cum Concilio Prouinciali debet iudicare de licentiis à ſe, vel à ſuffraganeo datis: neque abutatur iure: & vt errantes puniantur pœnis Canonicis. Item diſceſſuri, ita prouideant omnibus, vt detrimentum non patiantur. Item abeſſe à grege aliquantiſper, intelligitur ad ſummum per tres menſes, ſiue interpolatè, ſiue ſimul in anno, & id fiat ex æqua cauſa, & ſine detrimento gregis, & hoc relinquitur conſcientiæ diſcedentis. Item hortatur vt nullo modo abſit tempore Aduentus, Quadrageſimæ, Natiuitatis, Reſurrectionis, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, niſi ab Epiſcopali munere vocentur. Contrauenientes dictis, vltra pœnas ſub Paulo III. & peccato mortali non faciant ſtuctus ſuos pro rata, & hoc etiam in conſcientia, nulla declaratione ſecuta: ſed eos fructus vel ipſe, vel Superior Eccleſiaſticus applicet fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus loci, non obſtante quacunque conuentione, compoſitione, priuilegio, &c. ita vt nihil fructuum illi contingat. Eadem prædicta, quantum ad fructus, culpam, & pœnas dicuntur de Curatis inferioribus, vel quibuſcunque beneficiariis cum cura animarum: ita vt cauſam abſentiæ Epiſcopus approbet in ſcriptis, & relinquat Vicarium idoneum approbandum ab Ordinario cum debita mercedis aſſignatione. Nec abſint vltra duos menſes, niſi ex graui cauſa: & ſi cõtumaces citati per edictum perſonaliter non cõparent, eſt liberũ Ordinario eos cõpellere cenſuris Eccleſiaſticis, & ſequeſtratione cũ ſubtractione fructuũ, vſque ad priuationẽ: nõ obſtante quocũq; &c.

& oportet hæc publicari in Conciliis Prouincialibus, Capitularibus. *ſeſſ. 23. cap. 1. de Reformat.*

Reus appellans ab Epiſcopo, vel eius Vicario generali in cauſa criminali omnino producat acta p rimæ inſtantiæ coram Iudice, ad quem appellauit, ſine quibus Iudex non iudicet, *ſeſſ. 13. c. 3. de Reform.*

Romani Pontificis iudicio fiat, & publicetur Index Librorum prohibitorum, Catechiſmus, Miſſale, Breuiarium, &c. *ſeſſ. 25. cap. 24. de Reformat.*

S.

SAcerdotium in Eccleſia eſt viſibile, ſicut & Sacrificium, in quod vetus eſt tranſlatum, à Chriſto inſtitutum, & Apoſtolis, & ſucceſſoribus in Sacerdotio poteſtas conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi Corpus, & Sanguinem Chriſti, necnon & peccata remittendi, & retinendi tradita eſt, *ſeſſ. 23. cap. 1. de doctrin. Sacr. Ordin.*

Sacramentum circa d iſpenſationem Eccleſia perpetuò habuit, & habet poteſtatem, ſalua eorum ſubſtantia, ea ſtatuere, & mutare, quæ ſuſcipientium vtilitati, vel Sacrorum v enerationi pro locorum, & temporum varietate, expedire iudicauerit, *ſeſſ. 21. cap. 2. Eccl. pot. cir. diſpenſ. Sacr. Euch.*

Satisfactio noſtra pœnalis pro peccatis à nobis facta eſt per Chriſtum, coopetantem, & confortantem, cum quo omnia poſſumus: & ſic gloriatio noſtra eſt in Chriſto: nec minuitur, vel obſcuratur vis meriti Chriſti ex hoc, & operatur in nobis multos fructus, *ſeſſ. 14. cap. 8. de ſatisſ. neceſſ.*

Satisfactio fit non ſolùm pœnis ſponte à nobis ſumptis, aut à Confeſſario impoſitis, ſed temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, *ſeſſ. 14. c. 9. de oper. ſatisfact.*

Scripturam Sacram nemo audeat interpretari in rebus fidei, vel morum, contra ſenſum, quem tenuit, & tenet Eccleſia, vel contra vnanimem conſenſum Patrum, licèt interpretatio nunquam ſit in lucem edenda: & hoc intelligitur in rebus fidei, & morum. Et contraueniens declaretur ab Ordinario, & puniatur pœnis Iuris, *ſeſſ. 4. Decr. de edit. & vſu Sacr. Lib.*

Scripturæ verbis, vel ſententiis vtentes ad prophana, & ad ſcurrilia, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones, incantationes, diuinationes, ſortes, libellos famoſos, & ſimilia, ſunt puniendi arbitrio Epiſcopi, *ſeſſ. 4. Decr. de edit. & vſu Sacr. Libr.*

Scriptura Sacra eſt exponenda in Eccleſiis Metropolitanis, vel Cathedralibus in Ciuitate inſigni, vel populoſa, in eorum Collegiatis, in aliquo inſigni oppido, vbi Clerus numeroſus ſit, licèt ſit nullius Diœceſis. Quod ſi non fuerit, ſtipendium deputatum, præbenda prima vacatura quomodocunque prçterquàm ex cauſa reſignationis, cui aliud onus incompatibile non ſit adiunctum, intelligitur ipſo facto perpetuò conſtituta, & deputata ad ſolum vſum lectionis. Et ſi nulla eſt præbenda, aut ſufficiens, Ordinarius cum conſilio Capituli prouideat aſſignando fructus ſimplicis beneficij, ſupputatis tamen oneribus debitis eius, vel per contributionem Beneficiatorum ſuæ ciuitatis, vel Diœceſis, vel alia via commodiori, vt legatur Scriptura: ita tamen vt aliæ lectiones, & conſuetudines non prætermittantur. In Eccleſiis verò vbi ſunt tenues fructus, & eſt exigua Cleri & populi multitudo, ab Epiſcopo, cum conſilio Capituli eſt eligendus Magiſter, qui Clericos, & alios pauperes gratis Grammaticam doceat: cui dum legit, ſunt aſſignandi fructus Beneficij ſimplicis; ſeruato tamen debito obſequio Beneficij: vel merces ex menſa Capitulari, vel Capituli, vel alia via commoda perſoluatur. Verùm Epiſcopi prius examinent, & approbent Lectores in vita, moribus, & doctrina. Quid autem de Regularibus dicendum, Vide verbo Regulares, *ſeſſ. 5. cap. 1. de Reformat.*

Seminarium Eccleſiæ Cathedralis Metropolitanæ, & his ſuperiores, in loco ab Epiſcopo eligendo erigant, in quo alant, & religioſè educant, & Eccleſiaſticis diſciplinis inſtruãt certum puerorum numerum pro modo facultatum, & Diœceſis amplitudine, vel Prouinciæ, ſi in Diœceſi pueri non reperiãtur. Item in hoc

ſemi

ſeminario vel Collegio recipiantur qui ſint ad minus duodecim annorum, & legitimè, qui ſciant competenter legere, & ſcribere, & ſit ſpes quod inſeruierint diſciplinis Eccleſiaſticis. Item præcipuè eligantur filij pauperum: diuitum vero non excludantur, ſi ſuo ſumptu alantur, cum ſpe, quod Eccleſiæ inſeruient. Item Epiſcopus horum puerorum partem addicet ſeruitio Eccleſiæ, ſi opportunum videbitur: partim retinebit in Collegio erudiendos: & alios ſufficiat in locum eductorum. Item vtantur habitu, & tonſura Clericali: diſcant Grammaticam, Cantum, Computum Eccleſiaſticum, & alias bonas artes: Sacram Scripturam, libros Eccleſiaſticos, Homilias Sanctorum, formas Sacramentorum tradendorum, præſertim Confeſſionis ritus, & cæremonias. Item curet Epiſcopus, vt ſingulis diebus interſint Miſſæ, & ſaltem ſingulis menſibus confiteantur, & pro arbitrio Confeſſoris communicent: diebus feſtis inſeruiant Cathedrali, & alijs Eccleſiaſticis locis, & alia huiuſmodi, quę Epiſcopus cum duobus grauioribus, & ſenioribus Canonicis ab eo electis conſtituet, & vt ſemper obſeruentur, viſitādo curent. Itē Diſcolos, & incorrigibiles, ac ſeminatores malorum morum, acriter puniant, etiam expellēdo, ſi opus eſt, & cætera impedimēta auferāt. Itē reditus pro fabrica, vel præceptoribus, & iuuenibus alendis, ſi qui ſunt in Diœceſi pro alendis pueris, intelligantur applicari eo ipſo ſeminario. Item Epiſcopus cū conſenſu duorum de Capitulo, quorum vnum eliget Epiſcopus, alterum Capitulum, & duorum de Clero ciuitatis similiter electorum applicabit, & incorporabit huic ſeminario partem aliquam ex fructibus integris Menſæ Epiſcopalis, & Capituli, & quarumcunque dignitatum, perſonatuum, officiorum, præbendarum, portionum, Abbatiarum, & Prioratuum cuiuſcunque Ordinis, & Religionis, aut qualitatis, vel conditionis, & hoſpitalium, quæ dantur in titulum, vel adminiſtrationem, & Beneficiorum, ſiue Regularium, ſiue iuriſpatronatus, licèt ſint exempta, vel nullius Diœceſis, vel locis pijs exemptis annexa, vel ex fabricis Eccleſiarum, vel ex quibuſcunque alijs Eccleſiaſticis reditibus, & prouentibus etiam aliorum Collegiorum, vbi actu non diſcunt, vel docent ad commune bonum Eccleſiæ: ſunt enim hæc exempta: ſed ratione redituum, qui ſunt ſuperflui vltra conuenientem ſuſtentationem ſeminariorum, vel Scholarum: ſic etiam ſumant ex reditibus Monaſteriorum non mendicantium: ſic ex decimis pertinentibus ad laicos, vel milites, ex quibus ſubſidia Eccleſiaſtica ſolui ſolent, exceptis militibus Hieroſolymitanis. Hæc omnia applicantur ſine præiudicio cultus diuini, & obtinentium illa: & incorporatio in vacatione non poteſt vllo modo impediri. Item poſſeſſores ſoluant pro ſe, & pro penſionarijs, retinendo ſibi ratam. Item Epiſcopus id exigat cenſuris Eccleſiaſticis, & ſi opus eſt brachio ſæculari, non obſtantibus, &c. Item ſi ſeminarium dotaretur aliunde, Epiſcopus remittat pro rata, in totum, vel in partem ſoluentibus. Item Epiſcopus cum prædictis Canonicis ſingulis annis accipiat rationem horum redituum. Item Archiepiſcopus Epiſcopum negligentem in executione Seminarij, illum, & ſuperiores Synodus Prouincialis acriter puniat, & cogat. Item eos, ad quos ſpectat docere per ſe ipſos, ſi non ſint idonei per alios, cum mercede docebunt quæ Epiſcopus iudicabit expedire. Item ad Scholaſterios non ſumantur niſi Doctores, vel Magiſtri, vel Licentiati in Theologia, vel iure Canonico, & aliæ perſonæ idoneæ: aliter prouiſio ſit nulla, non obſtantibus, &c. Item ſi ob paupertatem non poteſt fieri in vna Diœceſi, fiat in vna Prouincia ſeminarium. Item poſſunt eſſe plura in vna Diœceſi dependentia à principali. Item difficultatibus, ſi quæ oriantur, Epiſcopus cum Canonicis prouideat, *ſeſſ. 23. cap. 18. de Reformat.*

Societas I E S V circa profeſſionem, & Nouitios non innouetur, *ſeſſ. 25. cap. 16. de Regular. & Monialib.*

Suffragia ſolita fieri in Eccleſia pro defunctis, curent Epiſcopi, vt fiant ritè, piè, & deuotè, & quæ ex fundationibus teſtatorum, vel alia ratione debentur, non fiant perfunctoriè, ſed à Miniſtris Eccleſiaſticis, vel alijs, qui hoc præſtare debent diligenter, & accuratè, *ſeſſ. 25. Decr. de Purg.*

Superiores non poſſunt relaxare quæ pertinent ad ſubſtantiam vitæ regularis, *ſeſſ. 25 cap. 1. de Regular. & Monial.*

Superioribus Regularibus, & Epiſcopis præcipitur, vt mandentur executioni quæ ſtatuta ſunt in Concil. Trident. pro Monaſteriis ſibi ſubiectis, quod ſi non faciant, ſuppleant Capitula, vel Prouincialia, vel Generalia. Si verò Capitula Generalia Regularium id non faciant, ſuppleant Concilia Prouincialia per deputationem aliorum eiuſdem Ordinis, *ſeſſione 25. cap. 22. de Regularib. & Monialib.*

Superſtitio omnis in inuocatione Sanctorum, veneratione Reliquiarum, & ſacro vſu Imaginum tollatur. Similiter omnis turpis quæſtus tollatur, & omnis laſciuia euitetur. Nec pingantur Imagines procaci venuſtate. Quod ſi quis dubius abuſus, vel difficilis ſit extirpandus, vel grauis quæſtio oriatur, Epiſcopus expectet ſententiam Metropolitani, & Concilij Prouincialis, ſed nihil nouum, vel hactenus inuſitatum decernat, niſi conſulto prius Summo Pont. *ſeſſ. 25. de Inuocat. & venera. Reliquiarum.*

Suſpendere poteſt Epiſcopus ordinatos ſuos Clericos, præſertim in Sacris, ſine ſuo præcedenti examine, & commendatitiis litteris, & quacunque auctoritate promotus, licet tanquam debiles probatos ab Ordinante, ſi non idoneos repererit ad adminiſtranda Sacramenta, & Diuina officia celebranda, ſuſpendere, inquam, ab exercitio Ordinum ad tempus ſibi viſum, & interdicere, ne miniſtrent in altari, vel aliquo Ordine, *ſeſſ. 14. c. 3. de Reformat.*

Symbolum fidei, quo vtitur S. Romana Eccleſia totidem verbis eſt exprimendum, quibus legitur in omnibus Eccleſiis, *ſeſſ. 3. Decr. de Symb. fid.*

Synodus Prouincialis ſaltem quolibet triennio cogatur à Metropolitano, vel eo impedito, ab antiquiori Epiſcopo, in quo conueniant omnes, qui de iure, vel conſuetudine debent intereſſe, niſi periculum imminens transfretandi impediat: & Epiſcopus qui non ſubiicitur alicui Archiepiſcopo, eligat aliquem Metropolitanum, cuius Synodo interſit, & eam obſeruare faciat. In reliquis tamen omnibus eſt exemptus. Item Synodus Diœceſana quotannis celebretur, & interſint etiam exempti, qui alioquin deberent intereſſe, & Generalibus Capitulis non ſubduntur. Accedant etiam omnes Curati Parochialium Eccleſiarum ſæcularium, ſub pœnis ſtatutis à Canonibus, *ſeſſione 24. capite 2. de Reformatione.*

T.

TESTES contra Epiſcopum in cauſa criminali, vel principali ad informationem, vel indicia, non recipiantur niſi ſint conteſtes bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ, & ſi depoſuerint aliquid odio, temeritate, aut cupiditate grauibus pœnis mulctentur, *ſeſſ. 13. c. 7. de Reformat.*

Theologiæ, vel ſacræ Scripturæ deputatum ſtipendium quodcunque, vel præbenda in Eccleſiis ab Ordinariis locorum, vel ab Epiſcopis, primatibus, &c. eſt conferendum perſonis idoneis, quæ poſſint per ſe ipſos explicare, alioquin prouiſio eſt nulla, *ſeſſ. 5. de Reformat.*

Tonſura prima non initietur niſi priùs confirmatus, & edoctus rudimenta fidei, ſciat legere, & ſcribere, & probabiliter putetur hoc ſumere, vt Deo ſeruiat, & non vt fugiat iudicium ſæculare, *ſeſſ. 23. capite 4. de Reform.*

Traditiones ad fidem, vel ad mores pertinentes tanquam vel oretenus à Chriſto, vel dictatæ à Spiritu ſancto, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſeruatæ pari affectu pietatis, & reuerentiæ ſuſcipiendæ, & venerandæ, & libri Noui, & Veteris Teſtamenti, & qui ſcienter eos contempſerit, eſt excommunicatus, *ſeſſ. 4. Decret. de Canon. Script.*

V.

VESTES Clericales honeſtas conuenientes Ordini, & dignitati congruentes ferre debent Eccleſiaſticæ perſonæ etiam exemptæ, ſi ſint in Sacris, vel habeant dignitates, perſonatus, officia, aut beneficia Eccleſiaſtica poſtquam fuerint moniti ab Epiſcopo etiam per edictum publicum, at ſi eos iuxta ordinatio-

nem

nem Epiſcopi non deſerant,coërceantur ſuſpenſione ab Ordinibus, officio, beneficio, fructibus, redditibus,prouentibus beneficiorum, & ſi ſemel correpti, denuò delinquant per priuationem officiorum, & beneficiorum debent coërceri, *ſeſſione 14. cap.6.de Reform.*

Vicarium vacante Eccleſia curata ſtatim Epiſcopus prouideat aſſignando competenter fructus, donec prouideatur de Rectore, *ſeſſione 24. cap. 18. de Reformat.*

Vicarius Epiſcopi, abſente Epiſcopo non admittatur ad res deliberandas in Capitulo,*ſeſſ.25.c.6.de Reformat.*

Virgines ante annum duodecimum habitum regularem non ſuſcipiant, & poſtea non amittant profeſſione, niſi prius Epiſcopus, vel eo impedito Vicarius, vel alius ab his,& eorum ſumptibus deputatus Virginis voluntatem explorauerint,An coacta,vel ſeducta, An ſciat quid agat, An idonea ſit pro Monaſterio illo,& Monaſterium ſit idoneum illi,*ſeſſ.25.c.17.de Regular.& Monial.*

Viſitati, corrigi, & commendari poſſunt Capitula maiorum Eccleſiarum, & eorum perſonæ ab Epiſcopo ſuo, vel aliis maioribus Prælatis per ſeipſos,vel aliis adiunctis, quibus illis videbitur iuxta Canones, toties, quoties non obſtantibus exceptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, concordiis, quæ obligant auctores non ſucceſſores,*ſeſſ.6.c.4.de Reformat.*

Viſitentur ſingulis annis ab Ordinariis locorum, & prouideantur iuris remediis,& reparentur,& non fraudentur obſequiis debitis, *ſeſſ.7.c.8.de Reformat.*

Viſitare debet Epiſcopus ſingulis annis omnia Monaſteria commendata, Abbatias,Prioratus, Præpoſituras, vbi non viget regularis obſeruantia, (ſi miniſtri Eccleſiarum Regularium ſunt ſæculares) ac etiam beneficia curata, & non curata Sæcularia,& Regularia,etiam militum Hieroſolymitanorum Eccleſiam curatam viſitet in his, quæ reſpiciunt curam animarum, & exercitium Sacramentorum per Bullam Pij Quinti, & etiam ſequeſtrari fructus ad reparandam Eccleſiam,vtcunque commendata,etiam exempta, & curet reſtaurari, & vt cura animarum ſi qua eſt,& alia diuina obſequia (id eſt,non noua ponenda, ſed antiqua ex conſuetudine, vel in fundatione) iure exerceantur, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 21.c.8.de Reform.*

Viſitent iure Epiſcopi, vt delegati Hoſpitalia, Collegia quæcunque, & Confraternitates laicorum,quas ſcholas,vel quocunque nomine vocent;non tamen quæ ſunt ſub immediata protectione Regum,ſine eorum licentia. Item eleemoſynas Montis pietatis, & charitatis, & pia loca omnia quocunque nomine vocentur,etiamſi earum cura pertineat ad laicos,& habeat priuilegia exemptionis, & tandem omnia, quæ ad Dei cultum, ſalutem animarum, pauperes ſuſtentandos ſunt inſtituta,viſitent, cognoſcant,exequantur, non obſtantibus, &c.*ſeſſ. 22.c.8.de Reformat.*

Viſitent Patriarchæ, Primates,Metropolitani, & Epiſcopi propriam Diœceſim per ſe, vel ſi legitimè impediti per viſitatorem ſingulis annis ſic non poſſunt ob epiſcopatus latitudinem vno anno ſaltem maiorem partem,& in biennio totam. Item Metropolitani non viſitent Eccleſias ſuorum Capitularium, niſi cognita cauſa, & probata in Concilio Prouinciali. Item Archidiaconi,& Diaconi, &c.ſoliti viſitare, viſitent per ſeipſos aſſumpto Notario de conſenſu Epiſcopi. Item viſitator à Capitulo deputàdus, vbi Capitulum ius habet approbatur prius ab Epiſcopo,poteſt tamen Epiſcopus, vel eo impedito eius Vicarius eaſdem Eccleſias viſitare. Item Archidiaconi,& his inferiores viſitantes infra menſem reddent rationes viſitationis Epiſcopo, & exhibeant depoſitiones teſtium, & integra acta, non obſtantibus, &c. Item viſitationis finis eſt ſana doctrina, & boni mores,ac fructus Viſitatorum. Ideo viſitatores ſint contenti modeſto equitatu, & famulitio, & viſitent quàm celeriter, licet cum magna diligentia,& caueant, ne ſint oneroſi alicui inutilibus ſumptibus.Item neque Viſitator, neque quis ex ſuis cauſa procurationis, viſitationis quicquam accipiant etiam teſtamentorum ad pios vſus, nec pecuniam, nec munus,nec quodcunque qualitercunque oblatum, non obeant exceptis victualibus pro ſe, & ſuis frugaliter,& moderatè pro neceſſitate temporis tantùm, & non vltra. Item licitum eſt viſitatis ſoluere con-

ſuetam, & taxatam pecuniam, vel miniſtrare virtualia, ſaluis ſemper conuentionibus antiquis cum monaſteriis, & aliis piis locis in Parochialibus. Item vbi non conſuetudo ſoluere pecuniam, vel victualia, nihil ſoluant. Item ſi quis in his caſibus aliquid plus accipit, reſtituat duplum intra menſem, ſubiaceat pœnis Concilij Lugdun. & aliis pœnis arbitrio Synodi Prouincialis, ſine ſpe veniæ. Item Patroni non ſe ingerant in adminiſtratione Sacramentorum, vel viſitatione ornamentorum, vel bonorum ſtabilium, vel prouentibus fabricarum niſi eis hoc competat, ex inſtitutione, vel fundatione, ſed Epiſcopi hoc faciant, & reditus fabricæ curent expendi in vſus magis neceſſarios, & vtiles, vt expedire videbuntur, *ſeſſ. 24. c. 3. de Reformat.*

Viſitentur Eccleſiæ ſæculares nullius Diœceſis ab Epiſcopo proximiori, & ſi id non conſter ab electo ſemel in Concilio Prouinciali à Prælato loci illius, & obſeruentur ſtatuta ſub Paulo III. & Pio IV. circa viſitationem Beneficiorum exemptorum, non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 24. c. 5. de Reform.*

Viſitent ex officio Abbates, & Superiores Ordinum Epiſcopis non ſubiecti Monaſteria etiam commendata, & Priorarus, in quæ habent legitimam iuriſdictionem, & pro his Monaſteriis non intelliguntur illa, quæ ſunt, *ſeſſ. 21. c. 8. de Reform. de Viſitat. Monaſt.* Commendatores ſuperiores horum Monaſteriorum tenentur hos viſitatores recipere, & eorum viſitationes exequi; & in his Monaſteriis priuilegia, & facultates ſint illæſæ, & eorum Superiores eligantur à Capitulis, vel à Viſitatoribus, *ſeſſ. 25. c. 20. de Reform.*

Viſitationis Decretum, de quo in *ſeſſ. 6. c.* 4. ſeruetur etiam quando Epiſcopus ex officio, vel ad petitionem alicuius procedit contra aliquem ex contentis in dicto Decreto: In hoc caſu etiam ſequentia ſunt ſeruanda. Primò, Capitulum in initio cuiuſlibet anni eligat duos ex Capitulo, de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius cauſam agat coram ſuo Notario ex propria domo, vel conſueto tribuuali. Secundò, vnum ſit vtriuſque votum, licèt alter poſſit Epiſcopo accedere. Tertiò, ſi ambo ſint diſcordes ab Epiſcopo, tunc intra ſex dies ſimul cum Epiſcopo eligant tertium, & ſi diſcordant in hac electione, res deuoluatur ad viciniorem Epiſcopum, & tunc articulus terminetur ſecundùm eam partem cum qua conuenit, aliter omnia ſint irrita. Quartò, in criminalibus incontinentibus, & atrocioribus, quæ depoſitionem, vel degradationem requirunt, ſi timetur fuga ne iudicium eludatur poteſt ſolus Epiſcopus in initio procedere ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem, ſeruato tamen in reliquis ordine præmiſſo, ſed ſemper habeatur ratio, vt delinquentes in loco detenti cuſtodiantur iuxta qualitatem delicti, & perſonæ, *ſeſſione 25. cap. 6. de Reform.*

Vita hominis non humano, ſed Dei iudicio eſt iudicanda. *ſeſſ. 6. cap. 16. de fruct. Iuſtif.*

Vnctio extrema eſt ſacramentum inſtitutum à Chriſto. Marc. 6. promulgata à D. Iacobo 5. cuius materia per traditionem Apoſtolicam, eſt oleum benedictum ab Epiſcopo: forma ſunt illa verba, Per iſtam vnctionem, &c. Effectus ſi eſt in peccatis dimitti, alleuiare, & confirmare animam infirmi excitando ſpem miſericordiæ Dei, & fiduciam, qua ſubleuatus facilius ſuffert incommoda infirmitatis, tentationibus Diaboli reſiſtit, & ſanitatem corporis, ſi animæ expedierit, conſequitur. Miniſter eſt Epiſcopus, vel Sacerdos ritè ordinatus, & eſt danda periculosè ægrotantibus, id eſt, qui videntur in exitu vitæ, quia vocatur ſacramentum euntium. Quod ſi conualuerint in alio caſu poteſt reiterari, & contemptus huius Sacramenti ſecundùm ritum Romanum eſt magnum ſcelus, *ſeſſ. 14. à cap. 1. de Extrema vnctione.*

Vniantur perpetuò nullo modo beneficia, ſeu portiones, vel Eccleſiæ vnius Diœceſis cum beneficio aut monaſterio, vel collegio, vel loco pio alterius Diœceſis, *ſeſſione 14. cap. 9. de Reform.*

Vniones perpetuas Eccleſiarum Parochialium, & Baptiſmalium, & Beneficiorum curatorum, & non curatorum, cum curatis ſine præiudicio tamen obtinentium in caſu paupertatis, vel in caſu à iure conceſſis, poteſt facere Epiſcopus vt delegatus, & tales vniones non poſſunt reuocari, vel infringi quocumque

modo

modo non obſtante reſeruatione, vel effectuatione Eccleſiæ, vel Beneficij, *ſeſ. 21. cap. 5. de Reformat.*

Vniones beneficiorum à 40. annis citra factæ ab Epiſcopo examinentur, ſi inuenerit ſubreptionem, vel obreptionem, ſeparentur Beneficia, & aliis conferantur, ſimiliter & patronatus acquiſitos in Eccleſiis liberis, vel Beneficiis, vel dignitatibus ſine euidenti vtilitate Beneficij, vel Eccleſiæ, reſtitoto tamen patronis eo, quod dederunt, *ſeſſ. 25. c. 3. de Reform.*

Vniones beneficiorum debent fieri cũ cauſis rationabilibus, legitimis, verificandis coram Ordinario loci, aliter præſumuntur ſubreptitiæ, & nullæ, niſi aliter à Sede Apoſtolica declaretur, *ſeſ. 7. c. 6. de Reform.*

Vnitæ Parochiæ ab Ordinario reuideantur, & nullo pacto vniantur cum Monaſteriis, Hoſpitalibus, Abbatiis, Præbendis, Eccleſiæ Cathedralis, &c. non obſtantibus, &c. *ſeſſ. 24. c. 13. de Reform.*

Vniuerſitates munificentia Principum inſtituant, vel reſtaurent, & lectionem ſacræ Scripturæ, *ſeſſione 5. cap. 1. de Reform.*

Vniuerſitatum Gubernatores, Viſitatores, Reformatores curent, vt recipiatur Concilium, & Magiſtri doceant quæ Catholicæ fidei ſunt, & ad id ſingulis annis ſolemni iuramento ſe obligent, *ſeſſ. 25. c. 2. de Reform.*

INDEX

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX COPIOSISSIMVS

RERVM OMNIVM, QVÆ IN HOC BREVIARIO CONTINENTVR: QVORVM PRIMVS NVMERVS

annum Chriſti, alter paginam denotat.

A.

Abagari epiſtola ad Ieſum, & Ieſu ad Abagarum ſimul cum imagine in lintee impreſſa. 31. 3.

Abbas Panormitanus aſſerens licere Regi ex longa conſuetudine appellationes eorum, qui ad Sedem Apoſtolicam prouocant, impedire, reycitur. 1097. 324.

Abbati Caunenſi S. Petri vſum mitræ conceßit Victor II. in Concilio Beneuentano. 1091. 322.

Abdicationis à Pontificatu Cæleſtini V. formula. 1294. 363.

Abortum procurantes, quibus pœnis ſubiaceant. 1588. 430.

Abuſus in Miſſæ audienda tolluntur. 418. 125.

Acacius damnatur. 484. 155.

Irâ ebrius plura ſcelera committit. ibid.

Damnationis ſententia occultè à Monacho pallio eius ſuſpenſa. ibid.

Moritur. 488. 156.

Acœmetæ hæretici damnantur in Concilio Rom. ſub Ioanne II. 533. 165.

Accidentia, quæ circa Chriſti natiuitatem diuulgata ſunt, & ſacris hiſtoriis conſignata. 3. 2.

Acta Martyrum à Notariis conſcribuntur. 303. 61.

Acta Synodalium non habent robur, niſi à Rom. Pontifice confirmentur. 492. 156.

Accumbendi, non autem ſedendi in conuiuiis vſus antiquus, tum apud Gentiles, tum apud Perſas. 34. 4.

Adaldagus Archiepiſcopus Hamburgenſis Benedictum V. Papam in Saxoniam ab Imp. deductum detinet. 965. 292.

Adaldagus Archiepiſcopus Hamburgenſis Epiſcopatus in Fionia, Selandia, & Suecia inſtituit. 949. 289.

Adalbero nepos S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani ſubitâ morte præripitur. 972. 294.

Ademarius Epiſcopus Podienſis, Dux expeditionis Hieroſolymitanæ. 1095. 324.

Adleida Imperatrix ab Imperatore Henrico in carcerem conijcitur. 1093. 323.

Conqueritur de iniuriis ſibi illatis in Concilio Placentiæ. 1095. 323.

Adeodatus Papa multiplici virtute præditus. 669. 197.

Moritur. ibid.

Ado Epiſcopus Viennenſis laudat Hilarium. 445. 145.

Adoleſcens adhuc exiſtens creatus fuit Cardinalis Gregorius XI. 1371. 723.

Admirandum B. Virginis factum. 870. 269.

